<b>D</b> e inquisitione, qui subdividitur in infra scriptos articulos. nu. 56. f. 89	<b>D</b> e iurisdictione Episcopis concessa contra exemptos, an sit ordinaria, vel delegata. 31. f. 229
<b>I</b> nquisitionis quot sint species. ibidem.	<b>A</b> n in ea succedat capitulum sede vacante. nu. me. 41. f. eo.
<b>E</b> arum diffinitio. sub nu. 70. f. 90	<b>E</b> t an electus, & confirmatus; nondum tamen consecratus possit talem iurisdictionem exercere. nu. 45. f. eo.
<b>A</b> n earum iudicium sit ordinarium, vel extraordinarium. nu. 89. f. 91	<b>D</b> e irregularitate, qui dividitur in articulos mox adijciendos, hoc est. f. 256
<b>Q</b> ualiter ab alijs iudicijs differat. nu. 92. f. eo.	<b>Q</b> uid sit irregularitas. nu. 12. f. 256
<b>I</b> nquirere quis possit. sub nu. 93. f. eo.	<b>V</b> nde dicatur. nu. 14. f. eo.
<b>A</b> d cuius autem instantiam, instigationem, vel promotionem. sub nu. 226. f. 97	<b>Q</b> uo iure fuerit introducta. nu. 15. f. eo.
<b>C</b> ontra quos. sub nu. 266. f. 99	<b>Q</b> uot modis summatur. nu. 22. f. 257
<b>S</b> uper quibus criminibus, vel causis. sub nu. 348. fol. 102	<b>Q</b> ui eam incurrant. nu. 23. f. eo.
<b>Q</b> uibus praeambulis fieri debeat. sub num. 432. fol. 106	<b>Q</b> uae fuerit causa, ut induceretur. nu. 66. f. 259
<b>Q</b> uo in loco. sub nu. 676. f. 124	<b>Q</b> ualiter, & quibus casibus contrahatur. nu. 67. fol. eo.
<b>Q</b> ualiter in ea procedatur. sub nu. 700. f. 126	<b>E</b> ffectus eius qualis sit. nu. 365. f. 273
<b>A</b> n recouentio in ea locū habeat. nu. 1164. f. 156	<b>L</b> ibellus contra irregularem qualiter formetur. nu. 381. f. eo.
<b>Q</b> ualiter autem suspendatur, vel tollatur. nu. me. 1165. f. eo.	<b>Q</b> ualiter autem remouetur. nu. 382. f. eo.
<b>Q</b> ua pena puniri debeat conuictus per eam. sub nu. 1184. f. 158	<b>D</b> e usura, in quo explicantur sequentes articuli, videlicet. f. 299
<b>D</b> e effectibus tam processus, quam sententiae eius. sub nu. 1239. f. 161	<b>V</b> sura quid sit. nu. 1. f. 300
<b>Q</b> ualiter eius iudicium finiatur. nu. 1257. f. 162	<b>V</b> nde dicatur. nu. 10. f. eo.
<b>D</b> e vniuersitate, an possit delinquere, accusari, & puniri. nu. 10. f. 184	<b>Q</b> uot sint eius species. nu. 17. f. eo.
	<b>Q</b> uo iure fuerit prohibita. nu. 21. f. 301
	<b>Q</b> uare. nu. 30. f. 302
	<b>Q</b> ualiter, & quibus in rebus committatur. nu. me. 64. f. 304

# MARIANI SOCINI

## SENIORIS SENENSIS

Iurisconsulti celeberrimi.

### DOCTISSIMA COMMENTARIA SUPER PRIMA PARTE LIBRI QVINTI DECRETALIVM.

Fœliciter incipiunt.

#### De accusationibus. Rubrica.

##### S V M M A R I V M.

- 1 In librorū principijs, quæ quæri consueverunt. remissiuè.
- 2 Rubrica dicitur de textu, & probat.
- 3 Rubrica decreti non probant.
- 4 Continuatio ipsius rubricæ.
- 5 Continuatio non est necessaria in capite libri.
- 6 Leges, & capitula non sunt ad inuicem continuanda.
- 7 Rubricæ Sexti, Clem. & Auth. non sunt continuanda.
- 8 Diffinitio quibus constat.
- 9 Accusationis diffinitio.
- 10 Pueri, infantes, furiosi, & mente capti, non dicuntur crimen committere.
- 11 Delictum vindicta publica dignum, non potest committi sine dolo, vel lata culpa.
- 12 Denuntiationis diffinitio.
- 13 Inquisitionis diffinitio.
- 14 Inquisitio duplex.
- 15 Inquisitio quadruplex.
- 16 Inquisitionis generalis quod ad delicta, & quod ad personas descriptio.
- 17 Iudici extra territorium non paretur.
- 18 Boni, & grauis Præsidis officium.
- 19 Inquisitionis generalis quod ad personas, & specialis quod ad delicta descriptio.
- 20 Inquisitionis generalis quod ad delicta, & specialis, quod ad personas descriptio.
- 21 Inquisitionis specialis quod ad delicta, & personas descriptio.
- 22 Syndicus inquirens generaliter contra potestatem, & eius familiam vigore inquisitionis potest condemnare.
- 23 Accusationis, inquisitionis, & denuntiationis materia, vbi tractetur.



#### Vāquam

hic sit libri principium; tñ, quia non est caput totiꝝ cōpilationis, omittā quæ in librorū principijs q̄ri cōsueuerūt: videlicet, ꝑ quis sit li-

bri titulus, q̄ sint causæ, & cui philosophiæ parti supponatur. De q̄bus vide Io. And. s̄. in proemio. & ibi et Io. de Lig. latissimè, & Io. Mo. in p̄h. 6. p. Doct. in ris ciuilibus in rub. ff. de iusti. & iur. & i. p̄mio Cod. & p. Azo. in sum. in prin. Codicis. & Dy. in rub. de noui ope. nun. Ego dixi latissimè in proemio Clem. vbi et habes ꝑ an rub. dicat de textu, & an ꝑbet. de quo habes gl. q̄ sic, in proemio Sexti. in verū. titulis. & de penit. dist. 1. §. hæc verba. & ideò scriptor, qui tenet scribere librū, tenetur et scribere rubricas, nisi aliud haberet cōsuetudo, per. c. cū dilectus. & c. fi. s̄. de cōfuet. & per. l. minime. ff. de legib. not. Io. And. in p̄mio. 6. in gl. super verbo, titulis. Fallit ꝑ tñ in rub. Decreti, q̄ illæ nō sunt authenticæ, nisi prima, vt notat gl. 3. q. 9. charta. licet aliq̄ nō habeant illā glo. rō est, quia istæ rubricæ positæ fuerūt ꝑ summarijs magistraliter ꝑ Gratianū, cuius dicta non probant, nisi vt dicta magistralia. Et ideò q̄nq; reprobat̄ur, vt tradit ꝑ gl. 2. q. 3. c. euphemiu. §. hinc colligit. & latius vt de in dicto p̄mio, vbi et vide qd iuris sit, si rub. sit generalior tex. vel ecōtra. Itē qd iuris si rubrica habeat orōnem, vel perfectā, vel ip̄fectā, vel si loquat̄ negatiuè, vel modaliter, & plures alias q̄stiones ibi videre potes. ¶ Continuatur ꝑ aut̄ hæc rubrica ad præcedentes pluribus modis. ¶ Et primo dictū fuit supra de ciuilibus negotijs, & actionibus: verū q̄a delicta sæpe frequentantur, & reipublicæ interest illa puniri, vt. l. ita vulnerat̄. ff. ad leg. aquil. & Exodi. c. 22. vbi dñs inquit ad Moysē, Maleficos non patieris viuere. & trāsumptiuè. 23. q. 5. §. sed obijcitur. Et q̄a ad ea puniēda principaliter prodita sunt tria remedia, Par. j. A vide-



videlicet, accusatio, denuntiatio, & inquisitio; ideo de his subiicitur. Ideo aut dixi principaliter, quia et alij duobus modis delicta puniunt. videlicet per notorietatem, vt. c. euidentia. & c. qualiter. 2. j. eod. & per modum exceptionis, q. sup. his. j. eod. ¶ Vel secundo potest conuincari aliter, quia nati ex matrimonio, de quo in precedenti libro tractatum fuit, tanquam filij Adæ peccatores sunt; & peccata, seu maleficia non debent impunita remanere, & principalia remedia ad ea punienda sunt, accusatio, inquisitio, & denuntiatio. ergo de illis subiicitur. ¶ Vel tertio sic, & magis proxime supra dictum fuit de quadam specie accusationis in tit. qui ma. accu. post. ergo nunc videndum erat de accusationibus in genere. igitur subiicitur hic hæc rubrica. ¶ Vel quarto sic, continuando ad inferiora. Tractaturus copulator de maleficijs, & eorum penis, incipit ab hac rubrica, quia accusatio, denuntiatio, & inquisitio sunt principalia remedia ad delicta punienda. ¶ Vel quinto potest dici, quod tunc hic fit caput libri, non est necessaria continuatio, vt not. gl. in rub. de condi. furt. ¶ Vtrū autem leges, & capitula sint ad iniuriam continuanda, dicitur quod non, vt not. gl. in l. gall. de libe. & posthu. & l. 1. c. de peti. bono. lib. x. ¶ Quid autem in rubricis Sexti, & Clem. & Authen. dicitur, quod continuanda non sunt, vt dicit Archid. Io. de Imo. & do. Domi. in rub. de sum. trin. lib. 6. vide quod dixi de summa trin. in clementinis. ¶ Verū, vt iquit Cic. Ois quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci: vt ponitur in l. 1. i. prin. ff. de iusti. & iu. & ibi dicit iuriconsultus, iuri operam daturū, prius nosse oportet quid sit ius. ¶ De finitio autem debet constare ex genere, & differentijs, vt est apud Philosophū. 2. Posteriorum. & 3. Topic. & debet esse conuertibilis cum suo definito, vt not. in l. 1. ff. de dolo. pp. quæ causam forte iuriconsultus inquit in l. ois. ff. de reg. iur. quod ois definitio in iure periculosa est: parum est enim, quod non subuerti possit. Tñ ad notitiam dicendorū, quod primo, quid sit accusatio. Solue fm Doct. Accusatio est delatio criminis alicuius ius hois ad vindictam publicam apud competentem iudicem legitima interueniente inscriptione. Est enim accusare reum criminis deferre ad vindictam publicam, vt. c. super his. j. eod. & l. cum rōnib. & l. non ignorat. & l. si quis ex fam. C. qui accu. non pos. & l. libellorū ff. de accus. ibi, reū deferre. canonizata. 2. q. 8. c. fin. §. libellorū. & in l. hij. oēs. §. 1. ff. de accus. canonizata. 2. q. 1. c. prohibentur. hanc definitionem ponit Host. in sum. eod. tit. & Azo in sum. eod. tit. & oēs Doctores sequuntur. Sed non placet mihi: quia delatio sonat in factū, sed nulla accusatio est facti; licet eius exercitium sit in factū; ergo non est bona definitio. est enim defectiua, vt statim patebit. Vnde vt clarior sit, ego dico quod accusatio est ius deferendi criminis alicuius hois doli capax ad vindictam publicam in iudicio, interueniente legitima inscriptione, sicut dicimus de actione, quæ est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, vt Instit. de actio. §. 1. & l. nihil aliud. ff. de actio. licet exercitium accusationis consistat et in facto. Ideo aut dixi, quod est ius, quia hoc ponitur vt genus; reliqua verò verba ponuntur ad differentiam. Ideo aut dixi criminis, quia non delicti, vel non criminis non est accusatio. Ideo aut dixi, deferendi, ad differentiam inquisitionis, exceptionis, vel notorietatis, in quibus non proceditur ad delationem partis, vt. j.

patebit. Ideo aut dixi, alicuius hois, quia cetera animalia sensu carentia, non duntaxat delicta, vel crimina committere, sed aut pauperie facere, vt. l. 1. & per totum tit. ff. si quad. paup. fec. dic. aut damnatum dare, vt. j. de iniur. & ff. ad leg. agl. & C. vel noxal. committere, vt toto tit. de noxal. actio. Ideo aut dixi, doli capax; quia pueri, infantes, furiosi, & mente capti, & alij se se carentes, non dicuntur delictum, aut crimen committere; quia sine dolo, vel lata culpa, delictum committi non potest, quod vindicta publica sit dignum, vt Bart. in l. 2. ff. si quis testis lib. esse ius. & isti tales, nec dolum, nec latam culpam possunt committere, vt tractatur late in clem. 1. de homic. Ideo aut dixi, ad vindictam publicam, ad differentiam civilis actionis ex crimine, quæ tendit ad priuatam utilitatem. Item ad differentiam denuntiationis, quæ tendit ad penam, vel correctionem, non ad vindictam publicam, vt statim dicam in descriptione ipsius denuntiationis. Ideo dixi, apud competentem iudicem in iudicio, quia verba illa sunt necessaria, nam sonant in factum, & exercitium, vel potes dicere in iudicio, ad differentiam denuntiationis, quæ fit et extra iudicium quicquid. Ideo aut dixi, interueniente legitima inscriptione, ad differentiam inquisitionis, in qua non requiritur inscriptio, vt not. gl. in c. inquisitionis. & ibi dicitur. j. eod. & tradit Bar. in l. libellorū. ff. de accus. in si. pri. & l. 1. §. si publico. ff. de adult. & per Ang. in l. si vacatia. C. de bon. vacan. lib. 10. Item ad differentiam denuntiationis, in qua similiter non est necessaria inscriptio, vt. j. dicitur. ¶ Denuntiatio verò ita describitur, omissa Doct. descriptione, quod est ius deferendi criminis alicuius hois doli capax ad penitentiam, vel correctionem, præcedente legitima monitione. Ideo autem dixi penitentiam, vel correctionem, ad differentiam accusationis, inquisitionis, notorietatis, & exceptionis: quæ sunt ad vindictam publicam. Ideo autem dixi, legitima præcedente monitione, quia alijs denuntiatio non tenet, vt dicam. j. eo. c. 2. Cetera verò verba declarata, vt dixi in præcedenti definitione. ¶ Inquisitio autem est alicuius criminis manifesti ex bono, & æquo a iudice competenti canonice facta inuestigatio, secundum Hostien. in sum. in tit. de inquisit. §. 1. Sed hæc definitio non placet mihi: in multis enim est defectiua, vt. j. patebit. Vnde tu aduerte, quia secundum quosdam duas sunt species inquisitionis, quædam facti, quæ fit ad curiam informationem, de qua secundum eos loquitur tex. in l. congruit. de off. præsid. & l. 4. ff. ad leg. iul. pecul. & auth. de collato. §. iubemus. Alia verò est iuris, quæ fit ad criminis punitionem, de qua secundum eos, loquitur. l. ea quidem C. hoc tit. & l. 2. §. si publico. ff. de adult. Alij verò dicunt, quod inquisitio est duplex, vna preparatoria ad inueniendum, de qua loquitur. d. l. congruit. & alia iura primo alleg. Alia secundaria ad puniendum, de qua loquuntur iura secundo loco allegata. Hanc tenet Inn. in c. bonæ. §. de elect. ver. testes. Tu verò dic ex mente Ang. in d. l. si vacatia. C. de bon. vacan. lib. 10. plurimis tamen additis, cuius distinctio habuit originem a quadam disputatione. Nicol. de Mat. quam refert Barto. in d. §. si publico. quod inquisitio est quadruplex, quædam generalis quod ad delicta, & quod ad personas, vt cum præses, vel alius ordinarius inquirit contra homines facinorosos, & homines ma-

la conditionis, & famæ: Quædam est generalis quod ad personas, & specialis quod ad delicta, vt quando inquiritur contra illos in generali, qui Titium interfecerunt. Tertia est inquisitio generalis quod ad delicta, & specialis quod ad personas, vt quando inquiritur contra aliquem hominem certum infamatum in genere. Quædam est inquisitio specialis quod ad delicta, & quod ad personas, vt cum inquiritur contra Titium ex eo quod interfecit Sempronium. ¶ Prima species inquisitionis describitur, quod est ius procedendi per officium ad inuestigandum omnem facinorosum pena dignum in territorio inquirentis. hæc definitio probatur in l. 3. & l. congruit. ff. de officio præsid. & in c. 1. §. de off. ord. c. bonæ. §. de elec. Ideo autem dixi ius, quia hoc est eius genus, vt dixi in definitione accusationis, & quia nulla inquisitio est facti, nisi in exercitio suo, vt dixi in definitione accusationis. Ideo autem dixi, procedendi, quia talis inquisitio non fit ad condemnandum, vel puniendum, sed ad inueniendum, vt in dictis iuribus, & idem dicas de hoc verbo, inuestigandum. Ideo autem dixi per officium, ad differentiam accusationis, & denuntiationis, quia inquisitio non deferuntur accusationi; sed duntaxat in ea proceditur ex officio. Ideo autem dixi, facinorosum, quia pro causa civilis non habet locum regulariter inquisitio, vt dicit Inno. in c. ad nostram. & de iureiuran. & ibi latissimè per R. D. Archiep. Panor. D. Nicol. Sicul. patrem, & præceptor meum, & D. m. & sic quotiescunq; dixero de D. m. intelligaris, velim, de ipso D. Nicol. decretorum monarcha. & in c. exhibita. §. de iud. & per Io. And. & D. m. in c. fin. de foro compe. lib. 6. quoniam priuato commodo agendum est civilibus actionibus, vt. c. 1. §. de libel. obla. insti. de actio. in princip. vel alijs est a parte iudicis officium implorandum, vt not. Ioan. And. & D. m. in c. si. præalleg. & Ange. in d. repet. l. si vacatia. Ego verò dixi in clem. 1. de off. ord. vbi posui nouè casus in quibus ad priuatum commodum, non præcedente petitione partis, potest iudex inquirere de quibus doctores ratiunt in præalleg. iuribus. Ideo autem dixi in territorio suo, quia extra territorium iudicis non potest inquirere in c. 2. §. de cōstit. lib. 6. & l. si. ff. de iurisd. omni. iud. licet Ang. dicit, quod ideo dicuntur dicta verba, quia extra territorium per non subditum, si delictum committeretur; non pertineret ad eum vindicta publica, & sic superuacua esset inquisitio. per not. in l. 2. C. vbi de crim. agi oportet. Sed mihi non placet opinio sua: quia talis inquisitio, quæ fit ad inuestigandum, potest fieri ad duplicem effectum, videlicet, vt repositos facinorosos perituum processum puniat, vt statim dicam in inquisitione speciali. & hoc dicit Ang. & hoc modo procedit eius dictum. Secundo modo, vt repositos facinorosos, & homines malæ conditionis a ciuitate repellat. Interest enim boni, & grauis præsidis, & cuiuslibet ordinari pacatam, & integram prouinciam habere, & eam purgare malis hominibus, vt. d. l. 3. & d. l. congruit. & alij iuribus. §. alleg. Et vide Spec. in tit. deleg. §. superest. in princ. Vnde fiet tunc inquisitio, vt hominem malæ conditionis, & famæ expellat, quam non fit subditus, & malam conditionem, & famam receperit ex delictis alibi perpetratis. Ideo autem dixi, pena dignum; quia pro facinus non

dignum pena, non dicitur quis facinorosus, vt puta, si illud faceret lege permittente, vt. l. Gracchus. C. de adulter. cum simili. Sed contra hoc facit, quod statim dixi, de expulsiōe, & ideo forte melius esset addere ad definitionem dum dicitur pena, & expulsiōe dignam, nisi diceret quod hæc expulsiō sapit penam quandam, & bene. ¶ Generalis verò inquisitio quod ad personas, & specialis quod ad delicta, sic describitur, quod est ius procedendi per officium ad inuestigandum personam, quæ delictum, vel maleficium commisit iam compertum pena dignum. Ideo autem dixi, iam compertum; quia si non esset compertum, inquisitio esset generalis, vt præcedens. & adde dum dixi, maleficium, scilicet pena dignum vt statim dixi. Item in territorio inquirentis, reliqua verò verba examina, vt dixi in præcedenti inquisitione. Et hoc probatur in d. l. 4. §. mandatis. ff. ad l. l. l. pecul. ¶ Inquisitio verò generalis quod ad delicta, & specialis quod ad personas, est ius procedendi per officium, ad inuestigandum crimina commissam per inquistum certum diffamatum, pro hac descriptione facit quod nota. in c. cum oporteat. & c. cum dilecti. j. eod. & q. not. Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adulte. & in d. §. mandatis. & adde illa verba, de quibus dixi in proxi. præcedenti definitione. & etiam not. vt dixi in præcedentibus. ¶ Inquisitio verò specialis quod ad delicta, & quod ad personas, est ius quoddam procedendi per officium ad condemnandum, vel puniendum certos facinorosos homines, pena dignos, in territorio inquirentis de aliquo certo crimine, non a maleuolis & suspectis; sed a fide dignis personis diffamatos. Ideo autem dixi ad condemnandum & puniendum, quia ex prædicta inquisitione potest perueniri ad diffinitum, & puniri condemnatus. Ideo autem dictum fuit, a maleuolis, & suspectis diffamatos, quia ad hoc vt de iure possit inquiri, necesse est vt præcedat diffamatio ab honestis, & fide dignis personis, vt. d. c. cum oporteat. & c. qualiter. 2. & c. inquisitionis. j. eod. Adde etiam Ang. in d. repet. l. si vacatia. de quadam inquisitione generali, quod ad personas de necessitate, & speciali quod ad delicta, vt est quando officialis inquirit contra aliquam ciuitatem, castellum, vel vilam, in qua sit commissum delictum, & illam describit, vt descripta fuit inquisitio generalis quod ad personas, & specialis quod ad delicta. Addit & aliam speciem inquisitionis, videlicet, quæ est generalis quod ad delicta, & est generalis necessaria, & specialis quod ad personas, vt cum visitator inquirit contra homines in genere in ecclesia consistentes; Vel cum syndicus vnus officialis inquirit generaliter contra potestatem, & eius familiam in genere; & hanc describit vt descripsi. §. quartam speciem inquisitionis. Et no. prædicta; quia canonizata parum, vel nihil habent; & apud legistas etiam plura de prædictis non reperies, & tamen necessaria sunt ad intellectum dicendorum. ¶ Et per prædicta deciditur quæstio, an visitator inquirens generaliter contra potestatem, & eius familiam, vigore dictæ inquisitionis possit condemnare; nam dicendum est, quod sic, vt dicit Angel. pluries se in practica seruasse. De hac autem materia dic, vt dicam latius. j. eod. c. qualiter. 2. in secundo membro Par. j. A ij princip.

princip. & per totam illam decretalem. ¶ Postremo ¶ circa hanc rubricam Ioā. Andr. in nouel. facit remissionem, in qua parte iuris tractetur de accusatione, inquisitione, & denuntiatione. De prima dicit, quod tractatur, 2. q. 7. & 8. per totam. 3. q. 4. 5. 9. 10. & 11. & 4. q. 1. 4. 5. & 6. per totum. & 15. q. 3. per totam, & c. de famulis. §. de ser. non ordi. de procu. tua, vt li. pend. c. 2. de test. c. de cetero, & d. c. fin. de ver. signi. c. forus. ver. accusator. De secunda aut parte rubricæ videlicet de inquisitione, tractatur, 2. q. 1. c. primo semper. & c. Deus omnipotens. 86. dist. c. si quid. 15. q. 7. si quid. §. de offi. ordi. c. 1. vt lite non conten. quoniam. §. sunt & alij. de celeb. miss. c. si de colluf. deteg. c. fi. & in c. licet de offic. vica. lib. 6. & de offi. dele. c. statimus. 2. in 6. De tertia partæ rubricæ, videlicet de denuntiatione tractatur in c. si peccauerit. 2. q. 1. & 7. c. si quis erga. & c. qua. ppter. de iud. c. nouit. de dolo & contn. c. veritatis. de testi. c. in omni. de præsum. c. cum in iuuentute. de iur. iura. c. quemadmodum. de cogna. spiri. c. tua. de diuor. c. porro.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Illegitimitatis exceptio est dilatoria, & per consequens proponenda ante litem contestationem. Fallit tamen ibi, & in num. 8. & 9.
2 Qua de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.
3 Deportatus licet non possit accusare; potest tamen prosequi accusationem iam inchoatam.
4 Bannitorum querelæ, si ex forma statuti non debeant audiri, bannitus tamen post inchoatam accusationem non prohibetur illam prosequi.
5 Excommunicatus etiam pendente officio, non debet de cetero audiri agendo.
6 Procurator renocatus pendente iudicio post renocationem non auditur.
7 Audientia denegatio, & non redditio iuris differunt.
8 Excommunicationis exceptio potest etiam post litem contestationem opponi.
9 Exceptio, quæ reddit iudicium retro nullum potest opponi, etiam contra personam accusatoris in quacunque parte iudicij.
10 Exceptio declinatoria, quæ oritur post litem contestatam, non excluditur per litem contestationem.
11 Exceptio inhabilitatis, quæ competeat in primo iudicio an possit opponi, si per eundem accusatorem inchoatur eadem, vel aliqua accusatio contra ipsum aliâ accusatum.
12 Specialitas duplex circa idem induci non debet.
13 Accusari de eodem delicto regulariter duo non possunt.
14 Accusatus in quo non debeat fatigari non existente legitimo accusatore.
15 Accusatorem illegitimum, quæ faciunt.
16 Criminosus, an semper repellatur ab accusando.
17 Infamis infamia iuris tam de iure canonico, quam civili repellitur ab accusando. Fallit in sexdecim modis, vt ibi.
18 Infamis infamia facti non repellitur ab accusando de iure civili, secus de iure canonico.
19 Accusatus ex tali crimine, quod non infamat nisi de fa-

- 20 Eto, non potest accusare, vt ibi, & nu. seq. Accusato accusare permittitur accusatorem suum de parti crimine, Fallit tamen pendente iudicio accusationis suæ, & de iure canonico vt ibi.
21 Infans infantiæ proximus, & furiosus non admittitur ad accusandum.
22 Tutor nomine pupilli accusat, & se inscribit ad pœnam talionis.
23 Minor viginti quinq; annis an, & quando possit accusare.
24 Pauper an possit accusare.
25 Pauper quis dicatur.
26 Reus citatus ad petitionem illegitimi accusatoris, an com parere teneatur.
27 Illegitimitatis exceptio concernit priuatum, & publicum commodum, & iudicis honorem.

Si legitimus.

Ad petitionem non legitimi accusatoris, reus non est in iudicio vocandus, vel sic. In accusatione iudiciaria prius est querendum de persona accusantis, h. d. ¶ Nota primo duplex summarium, & concordat. 2. q. 1. c. in primis. 2. 3. dist. in c. illud. & l. si queramus. ff. de test. ¶ Secundo not. ibi, non fatigetur, arg. secundum D. Ant. & D. m. quod ¶ exceptio illegitimitatis accusatoris est dilatoria, & per consequens proponenda ante litem contesta. facit. l. si maritus. §. si præscriptiones. ff. de adul. & tex. in c. exhibitæ. de iudi. & no. gloss. in simi. in. c. 1. de elec. lib. 6. glo. in l. reum. C. de procur. & Bar. in l. 1. §. accusatus. ff. ad turpil. alleg. D. m. simile in illa exceptione, tua non interest. no. glo. in. c. ex parte. de testi. & c. super his. j. eo. Bar. in l. si vnus. §. ante omnia. de pact. de quo plenè dicam in d. c. super his, in. 6. q. post glo. super ver. accusatione. vnde volunt qd si non est opposita ante litem contest. quod post non possit opponi. Quidam tamen dicunt, qd etiam post lit. contest. potest opponi; dummodo prius nomen accusati non sit receptum inter reos. Sed quando nomen accusati dicatur receptum inter reos, varia sunt opinionones, de quibus per Bart. & latius per Ioan. de Imol. in l. is. qui reus. ff. de pub. iudic. per gloss. & Ioan. de fanta. 2. q. 8. per scripta, & per Bald. in l. 1. C. qui accusatus non potest inferri iudicium ex prædictis, quod si accusatus comparens nihil opponit contra personam accusatoris, quod iudicium tenebit; quod probatur in dictis iuribus, & in l. 1. C. eodem tit. & in l. qui accusare; & l. hoc accusare. ff. eo. tit. & de exce. c. 1. lib. 6. glo. in c. 1. de rescrip. lib. 6. Et hoc tenet expressè Bar. in l. 1. §. accusatus. ff. ad turpil. & idem dicendum de exceptione competente ex persona accusati, quod dictum tamen post litem contestationem, vel nomen accusati receptum inter reos, non potest opponi exceptio de illegitimitate accusatoris. Limitat hoc D. m. & bene, si modo accusatus sciebat talè exceptionem sibi competere; secus si ignorabat, & postea peruenit ad eius notitiam, per not. per gloss. 3. in. q. 6. §. exceptio. & c. ad audientiam. 2. de rescript. de procur. cap. in nostra. & quod not. in c. 2. de ordi. cogni. & c. pastoralis. & cap. exceptionem. §. de exceptioni. & ibi dixi. Et not. quod cum ministro dixi duntaxat de ignorantia exceptionis dilatorie, propter personam ipsius accusatoris, quæ a principio

principio competeat ipsi accusato, non autè de su perueniente exceptione dilatoria de nouo post interpositam accusationem, quæ regulatur eodem modo. Et fortius videtur posse opponi, vt traditur in dictis iuribus, cum ea ¶ quæ de nouo emergunt, nouo indigeant auxilio, vt. l. de etate. §. ex causa. ff. de interroga. acti. nam licet de nouo superueniat exceptio inhabilitatis, si tamen accusator a principio erat habilis, non repellitur, per not. per Bar. in l. vranus. ff. de fideiuss. & l. is qui reus. ff. de publi. iudic. p illum tex. qui vult, quod ¶ licet deportatus non possit accusare, potest tamen prosequi accusationem iam inchoatam, & idem tenet Barto. in l. deferre. ff. de iu. fisc. per illam legem, quæ vult, quod damnatus non potest deferre, sed causam iam inceptam, potest prosequi. Ex quo infert, ¶ qd si ex forma statuti disponitur, quod querelæ bannitorum non debeant audiri, quod si aliquis fuit bannitus post inchoatam accusationem, & producit bannum, non obstat ei quominus possit inchoatam accusationem prosequi, & ad d. l. Vranus. & l. penul. ff. de suspe. tuto. quæ vult, quod si pendente accusatione suspecti tutoris finiatur tutela, quod finitur & ipsa accusatio, respondet, quod in illis superuenit defectus ex parte causæ materialis, vel finalis. sed in casu nostro superuenit defectus causæ efficientis. facit. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iuris. & quod not. in l. cæcus. ff. de iudi. & sequitur hic prædictam opi. Barto. D. m. nec aliquid obijcit. Ang. tamen, in prædicta. l. Vranus. reprobat dictum Bartol. ex eo, quod dictum statutum remoueat querelam bannitorum, & eo ipso, quod bannitus aliquid petit, licet sit bannitus inchoato iudicio; tamen dicitur querelare, ergo non debet audiri. Adducit simile de excommunicato, ¶ qui non debet audiri agendo; & tamen si pendente iudicio excommunicatur, non auditur de cetero; quia incipit esse inhabilis, vt not. in c. dilectus. §. de rescrip. & qd dixi, in c. exceptionem. de excep. Ad idem adducit Ang. simile de procuratore, qui fuit reuocatus pendente iudicio: quia, non auditur post reuocationem; licet antea per eum agitata teneant, vt not. in l. 1. C. de satisfacta. & p dicto Ang. facit quod not. in l. quid ergo. ff. de infami. vbi ponderatur an lex resistat initio, vel non. Ad idem quod not. in cle. eos. de consangu. & affi. iuncta. gloss. quæ vult, qd illa clem. quæ excommunicat ipso iure scienter contrahentem cum moniali, non habet locum in eo qui contrahit ignoranter; licet postea sciuerit illà esse monialè. Subdit tamen Ang. qd si bannum liquidatum esset post crimen, iudex ex officio posset ferre condemnatoriam contra accusatum, per l. 1. & l. 1. quamuis. C. de adult. & idem si delictum non esset liquidatum ante bannum, & iudex vellet accusationem terminare, secundum quod quandoque potest, vt not. in l. pe. in prin. ff. de pub. iud. & l. liber homo. §. fin. ff. eodem. Tu verò, dic, quod verior est opi. Bartol. in terminis suis secundum Ioan. de Imol. in d. l. Vranus. & pro ea, adducit, quod not. Iacob. Butr. in l. adulterium. C. de adult. vbi facit ¶ differentiam, an statutum dicat, non reddatur ius: an verò dicat, non audiatur. Nam primo casu quando dicit, non reddatur ius, tollit exceptionem dilatoriam, quæ debet opponi in initio, vt dictum est, quo facit in simi. l. filius. §. vetera-

ni. ff. de procurat. vbi miles non debet audiri pro aliquo agens; & tamen si iam sit inchoatum iudicium, & non sit opposita exceptio, non potest amplius opponi. Secundo casu non producit exceptionem, quæ potest opponi in quacunque parte iudicij, & quotiescunque redderetur ius, videretur nasci, & causari aliqua exceptio, pro quo facit, quod not. Compost. & post eum Ioan. And. in d. c. dilectus. de rescrip. in illa quæst. qd quis non trahitur ultra vnam dietam per rescriptum apostolicum a finibus suæ diocesis, in qua volunt, quod talis exceptio possit opponi quomodocunque traheretur. Nec obstat, quod dictum fuit. §. de excommunicato, quia, illud est speciale propter periculum animarum, infurgens ex communiione cum excommunicato, quod periculum toties imminet, quoties cum eo communicabitur, vt in c. pia. de excep. in. 6. ex quibus habes vnà notabilem limitationem ad id, quod §. dixi de exceptione dilatoria inhabilitatis accusatoris, qd non potest opponi post litem contest. quia, ¶ fallit in exceptione excommunicationis, quam quis potest opponere etiam post, licet eam scienter omiserit ante opponere, vt dixi in c. exceptionem. §. de except. arbitror etiam, quod idem sit in quacunque exceptione, ¶ quæ redderet iudicium retrò nullum, vt illa possit opponi etiam contra personam accusatoris, etiam in quacunque parte iudicij; vt puta si aliquis accusabat vt procurator in casibus, in quibus admittitur: vel si erat talis inhabilitas, quæ non purgaretur per taciturnitatem rei facit. l. 2. §. 1. ff. qui satisf. cog. & circa hoc, vide quæ dixi in clem. pe. de procura. nam ex. j. dictis poteri, pulchras limitationes colligere ad materiam nostram. Item aduerte, quia id, quod dixi, quod non potest quis opponere de illegitimitate superueniente post litem contestatam, per l. is qui reus. ff. de pub. iud. non videtur verum, nam contra illud fortiter. ob. quod not. Bartol. in l. hos accusare. §. hoc. ff. eodem. vbi secundum vnam lectionem, quæ etiam approbatur per illum tex. qui probat, quod exceptio illegitimitatis ex persona accusati, postea superueniens post litem contestatam, seu postquam nomen accusati est receptum inter reos, non potest opponi licet possit illam opponere, si ante litem contestatam competisset, & non opposuisset; ergo qua ratione potest accusatus repellere accusatorem propter exceptionem sibi superuenientem in persona sua post litem contestatam, eadem ratione videtur dicendum de illegitimitate superueniente in persona accusatoris, etiam quod illa superueniat post litem contestatam, & quod ibi singulariter dicit glo. & docto. quæ gloss. vult, quod ¶ exceptio declinatoria, quæ oritur post litem contestatam non excluditur per litem contestationem. Sed quæro iuxta prædicta, vtrum post litem contest. iudex possit repellere illegitimum accusatorem in casibus in quibus potest ex officio supplere. Sol. ego credo quod sic, argumen. not. per D. Anton. & D. m. in cap. pastoralis. §. de excep. in illa. q. an post lapsum termini possit iudex supplere opponendo dilatoriam. Secundo quæro iuxta prædicta, quid si non fuit opposita exceptio inhabilitatis persone accusatoris, & reus fuit absolutus ab instantia, vt. j. dicā. vel quid simile. Vtrum si p eundè accusatorem



11 cufatorē ꝑ inchoatur eadem, vel alia accusatio contra ipsum alias accusatum, quod fieri potest, secundum id, quod dicam, in c. de his. j. eo. an tunc poterit opponi exceptio inhabilitatis, quae competebat in primo iudicio. Sol. Bar. in similibus terminis, i. l. hos accusare. §. hoc beneficio. ff. eod. in illa. q. in qua quaritur, utrum si aliqua exceptio dilatoria competebat accusato ex persona sua, & illam non opposuit ante nomen suum receptum inter reos; possit illam opponere facta abolitione contra eundem repetentem in casibus, in quibus potest repetere, & concludit, quod si est ille repetens, qui accusavit, non potest illam exceptionem opponere, ut. l. si quis repetere. ff. ad turpil. aut alii vult repetere ipsum accusatum intra. 3. o. dies, ut tradit in. l. libellorum. §. si. ff. eod. de quo dicam in c. de his. j. eod. & potest opponi exceptio inhabilitatis, ut. d. l. hos accusare. §. hoc beneficio. ff. eo. ex quo idem videtur inferendum in casu proposito, ut contra eundem non possit opponi, contra tertium sic. Sed tu adverte, quia iudicio meo longa est differentia utrum loquamur in repetitione accusationis facta abolitione, an vero in reo absoluto ab instantia, primo casu procedit opi. Bar. & ideo fit quia talis repetitio videtur reasumere dictam accusationem in eo statu, quo erat tempore factae abolitionis, ut not. in. d. l. si quis repetere. ff. ad turpil. ergo non mirum si non potest opponere tale exceptionem contra eundem accusatorem, cum illa aliis non opposuerit debito tempore; & maxime cum predicto casu non sit quod possit imputari ipsi accusatori, quam eidem conceditur repetitio, cum solus illa concedatur sibi, si facta est abolitio, vel propter indultum principis, ut. l. i. C. de gener. abo. & d. l. si quis repetere. cum duabus sequentibus. ff. ad turpil. aut propter iustum impedimentum accusatoris, ut. l. libellorum. §. si. ff. eod. & l. aut priuare. ff. ad turpil. secus si sine impedimento impetraret abolitionem; quia non posset, ut dicam. j. eod. c. de his. Et si tu diceres, quod eadem ratio habet locum in tertio repetente, & coparente; quia debet admitti in eo statu, ut facit. d. l. si quis repetere. Item cap. 2. ut lite pendens. lib. 6. Respondeo, quod hoc non est verum; quia tertius videtur admitti ad repetendum ex quodam privilegio, ut tractatur in dictis iuribus. unde non debet gaudere secundo privilegio, ne possit opponi de illegitimitate suae personae; & ita loquitur dicta. l. hos accusare. §. hoc beneficio. ff. eo. ꝑ non enim debet circa idem duplex specialitas induci, ut not. in. l. i. C. de dot. promiss. Vel dic secundo, & melius, quod ideo potest opponi huic tertio exceptio illegitimitatis; quia qua ratione scientia illegitimitatis superuenit de nouo post litem contestationem potest accusatus illam opponere, ut. §. dixi; & eadem ratione, & fortius istam opponit, cum non sit, quid huic possit imputari, quando non opposuit; quae ratio cessat, quando ille idem qui accusavit repetit. Et no. quod est noua consideratio, per quam tolluntur plurima contraria, & maxime dictorum iurium. Si vero accusatus fuisset absolutus ab instantia, puta propter ineptum libellum secundum formam. d. l. libellorum. §. quod si libelli. quia de ineptitudine libelli potest quandoque opponi, ut. c. dilecti. §. de empt. & vendi. & c. cum ad sedem. §. de resti. spol. & ibi per Ioan. And. & D. m. Ego plene dixi in clem. 2. de re iudica.

& no. Bald. in. l. actori. C. de rebus creditis. & quod not. gloss. in. l. de obli. in principio, & Bal. & Guil. de cu. in. l. si patronus libertam. ff. de iureiura. & Jacob. But. in. l. licet. C. de procurato. & idem conuenerunt. D. Pet. de Anca. D. Anto. & D. Flo. unde, hoc casu arbitrator, quod si de nouo ab aliquo, vel ab eodem accusatore, & de eodem crimine accusaretur, quod fieri potest, ut dicam. j. in. c. de his, quod possit opponi exceptio inhabilitatis personae, tam ex persona accusatoris, quam accusati; licet illa non fuerit opposita, & lis fuerat contestata; cum non repetatur accusatio, sed de nouo inchoetur. Aduerte tamen, quia illud, quod dixi, quod si alicui accusatio competit exceptio dilatoria ex persona sua, quod si illam non opponit, tenet accusatio. Verbi gratia, plures accusant unum de eodem crimine, competit exceptio ex persona accusati, si principaliter accusatorum non interest, ut. l. si plures. ff. eodem. & 2. q. 1. in primis super verbo, accusatores, & glo. in. c. cupientes. §. si vero. de elec. lib. 6. de quo per Specu. in titu. de accu. versic. item excipitur contra plures, & per glo. in. c. i. j. de collat. deteg. Si tamen accusatus non opponit, tenet accusatio; quod etiam tradit Barto. in. l. hoc accusare. §. lege. & in. d. l. si plures. eodem. titu. Hoc tamen fallit in crimine adulterij, in quo est speciale, quod si non opponatur talis exceptio, iudicium est nullum. ut. l. si maritus. §. si. ff. de adulte. ꝑ & per Bart. in. d. §. lege. & idem dicendum est, si vnus accusat duos, quod regulariter fieri non potest de eodem delicto; tamen tenet iudicium si non opponatur, ut. d. l. si maritus. §. fin. vbi est text. bo. & per Bar. in. d. §. lege. ¶ Vt iterum quæro, pro intellectu literarum, in quo non debeat accusatus fatigari, si accusator non est legitimus. Solu. dic secundo Ioan. And. quod non fatigatur etiam in veniendo, ut no. 2. q. 7. c. quærendum. & c. alieni. & j. eo. c. nulli. in gl. i. Vel dic secundo Ioan. And. quod non debet fatigari super principali, licet debeat fatigari in veniendo; unde Innoc. dicit, quod non fatigabitur in probando innocentiam suam, & subdit, quod si reus vocaret de longinquo, accusator debet se prius inscribere, quam accusatus citet, per. l. 2. C. de requi. re. & hoc tenuit Innoc. In contrarium tamen facit. c. licet. j. eod. de quo articulo ibi dicam, circa principalem tamen. q. p. intellectu ipsius, adde, quæ dicam. j. in glo. si. ¶ Glo. i. ponit ꝑ tria, quæ faciunt accusatorem illegitimum, videlicet, crimine, infamia, & inimicitia. In eadem ibi, non potest eruere. dic auctoritas hæc habetur Luca. c. 6. unde dantur illi duo versus: Tollere festucam, qui vis de fratris oculo, Quæ tua conturbat lumina, tolle trabem. Et dicit Ciceron. 3. Tusculana. stultitia proprium est, aliorum vitia cernere, & suorum obliuisci. & Aug. 10. confess. de talibus loquitur, Curiosum genus, ad alienam vitam cognoscendam, desideriosum ad propriam corrigendam, & has auctoritates refert hic Ioan. And. In si. glo. dic, circa ꝑ primam qualitatem de criminoso, an semper criminoso, ut illegitimus repellatur; distinguere, quod aut quis accusat ad vindictam publicam, aut ut suam, suorumque iniuriam persequatur. Primo casu, aut loquimur de iure civili, aut canonico. Si de iure civili, dic quod criminoso regulariter non repellitur, nisi sit criminoso ex tali crimine, quod ipso facto irroget infamiam; quia tunc repellitur tanquam infamis, si est infamis iuris;

iuris; admitteretur tamen in casibus, de quibus dicam in seq. q. Si vero infamaret de facto, tunc admittitur. ut est text. in. l. qui accusare. ff. eod. & l. is qui reus. ff. de pub. iud. & quod statim dicam. Si vero loquimur de iure canonico, quia in eo non proceditur ita strictè, dicendum est, quod satisfactum est, ad hoc ut repellatur, quod tempore quod accusat, possit accusari de aliquo crimine graui. 2. q. 7. quærendum. & c. si qui sunt. non enim videtur venire bono zelo ad publicam vindictam, qui perseuerat in crimine. Idem dicit D. m. de quolibet perseuerante in crimine, vel peccato mortali; licet non fuerit condemnatus. ar. dictorum iurium, & sic intelligo dictum. Specu. in titu. de accusatore. versic. Item quod est criminofus, vbi vult quod non admittatur. per. c. a nobis. de excep. 2. q. 6. si quis a suo. & seq. 2. q. 7. qui sine. & c. postulatus. §. tria. vbi dicit Specu. quod sufficit, quod fuit criminofus, licet hodie non sit. 6. q. 1. crimine. 2. §. di. fin. c. fin. quod arbitrator verum, nisi illud purgasset per bonam vitam sequentem, vel quid simile. Secundo casu quando ad suam utilitatem, non est dubium, quod non repellitur etiam de iure canonico, ut probatur. 2. q. 1. prohibentur. Facit quod statim dicam in secunda questione. ¶ Circa secundam qualitatem. c. infamiam. concludunt Doct. quod si est ꝑ infamiam infamia iuris, tam de iure canonico, quam civilis repellitur, ut est text. 6. q. 1. c. infamis. ff. eo. l. qui accusare. & 2. q. 1. prohibentur. Specu. in titu. de accusato. versic. item quod est infamis. & in titu. de accu. §. 3. versic. de hoc. in. 3. parte. & Bal. in rubr. C. eod. tit. & in. l. nemi. C. de incest. nupt. vbi dicit, quod habens eodem tempore duas uxores, vel duas concubinas, vel vnam vxorem, & vnam concubinam, non potest accusare, nec testimoniū ferre; quia est infamis per illum text. & hoc procedit etiam si accusatus esset infamis; quia per hoc, infamis accusator non efficitur legitimus, ut per specu. in titu. de accusatore. versic. quid de his. per tex. 6. q. 1. c. qui crimen. sed tu dic, quod hæc regula fallit in. 16. casibus. ¶ Primus si suam, vel suorum iniuriam persequatur. Secundus in crimine læsæ maiestatis. Tertius in crimine hæresis. Quartus, in crimine simoniae. Quintus, in crimine fraudatae annonae. & hos ponit Specu. in titu. de accusatore. §. ite quod est mulier. & versic. ite quod est infamis. & versic. in summa. Sextus, in. l. cornel. C. de fal. & in testamentis falsi, liberti, paterni, vel materni. Septimus, in crimine suspecti tutoris. Octauus, in crimine fraudati census, quod committit, qui furatur pecuniā sibi commissam. Nonus, in crimine perduellionis, quod est simile crimini læsæ maiestatis. Hos. 4. vide ꝑ Specu. vbi. §. Decimus, in crimine falsæ monetæ, ut. l. i. C. de fal. mo. Undecimus, in crimine sacrilegij. 2. q. 1. in primis. Duodecimus, in maleficio, ut. l. i. C. de malef. & mathe. Tertiusdecimus, in latronibus, ut. l. puincia. rum. C. de ferijs. & ꝑ Specu. in titu. de accusato. versic. item repellitur, quod fuit focus. cum versic. sed quid de his, qui sunt infames. Quartusdecimus, in eo, qui potest accusare accusatorem suum. ut Bar. in. l. qui accusare, eo. tit. & tex. in. l. is qui reus. ff. de pub. iud. Et si diceres, quod iste debet repelli propter inimicitiam. ut not. glo. 3. q. 1. c. 2. dic tu pro responsione. ut. j. dicam, & etiam dicam. j. eod. c. repellantur. Et vide quod latius dixi in. c. i. de mutu. peti. in articu. 6. prin. 14. fallen-

tia. circa quartum casum. in fi. Quintusdecimus, in eo qui fuit per episcopum toleratus, qui licet sit infamis, tamen in odium ipsius episcopi eum toleratis, potest ipsum accusare, ut. j. eo. c. nulli episcoporum, & ibi dicam. Sextusdecimus, in arenario, qui licet sit infamis, tamen accusat arenarium. ut. C. de inoffi. testa. l. in arenam. & huc ponit Specu. in. d. versic. quid de his. & hoc quod ad infamiam iuris. Sed ꝑ maius dubium est, in infame infamia facti. Specu. in. d. versic. quid de his. tenet, quod non repellatur, & sequitur Bar. in. l. qui accusa. ff. eo. contrarium sentit hic glossa nostra, dū dicit bonæ fame, & opinionis. & Goff. in. c. omnipotens. j. eo. & gloss. 2. q. 7. in. c. ipsi apostoli, & Spe. palleg. tit. §. item quod est suspectus. Do. Ant. hic dicit, hoc relinquendum arbitrio iudicis. D. m. hic, & bene distinguit. quod aut loquimur de iure civili, aut canonico. Primo casu, procedit prima opi. quia oēs admittitur ad accusandum, qui non prohibentur, ut. d. l. qui accusare. ff. eod. Est enim editum de accusationibus prohibitorium, sicut editum de testi. de postu. & de sponsa. ut dicit Specu. in titu. de accu. in princip. Unde cum infamis de facto non prohibeatur, ergo admittitur; immo fortius, quod possit accusare, est text. in. d. l. is qui reus. ff. de pub. iud. vbi, et post condemnationem in causa criminali, quæ non infamat de iure, licitum est condemnato accusare; tamen talis infamat infamia facti de facto, ut. l. honor. ff. de obseq. libe. facit. c. testimoniū, & quod ibi not. §. de testibus. & quod not. Dyn. in regula infamibus. de regu. iur. lib. 6. Aut loquimur de iure canonico, & procedat. 2. opi. per. d. c. qui crimen. 6. q. 1. & c. cū in tua. §. de spon. ¶ Sed ꝑ quæro iuxta predicta, de notabili. q. Aliquis est accusatus ex tali crimine, quod non infamat nisi de facto, & nomen accusati est receptum inter reos, an talis poterit accusare. Angel. in. d. l. is qui reus. tenet, quod sic, quia si post sententiam condemnatoriam permissum est, fortius ergo ante. per. l. quod si dubitet. ff. de acqui. hære. vbi dicitur, quod licet quis dubitet, an quis fuerit defunctus apud hostes, vel ciuis Ro. vel in ciuitate, quod potest adire hereditatem; quia in omnem euentum debet posse adire. Ioan. de lmo. in. d. l. is qui reus. tenet contrariam opinionem. per illum text. quoniam indistinctè loquitur, quod accusatus non admittitur. Item, quia non valet consequentia, poterit accusare post sententiam, ergo & ante, tolle instantiam, in. d. l. is qui reus. & l. neganda. C. qui accus. non pos. ꝑ Nam licet permittatur accusato accusare accusatorem suum de pari crimine; non tamen potest illud persequi pendente accusatione, & sic argumentum non procedit, arg. not. per gloss. 1. q. 1. sicut vrgeri. quæ vult, quod ad tollendum argumentum sufficit dare instantiam, similem rationem habentem. non enim est eadem ratio permittendi; quoniam ideo pendente iudicio, prohibetur, ne propter accusationem, quam faceret de nouo, dimittat defensionem suam, iuxta illud. Pluribus intentus, minor est ad singula sensus. & iuxta illud, Qui binos lepores, & c. ut est text. cum gloss. in. l. si. C. de assesso. & l. §. C. qui mili. non poss. & l. libertus. §. prescriptio. ff. ad muni. quæ ratio cessat post latam sententiam, & finitum iudicium. Nec ob. l. quod si dubitet, quia ibi vtroque casu est eadem ratio, & hoc mihi placet. Et ex predictis videtur inferendum, quod in casu Par. j. A iij bus

bus, in quibus dixi infamem admitti ad accusandum, non admittatur pendente iudicio accusationis suae, nisi in reaccusatione accusatoris sui; quo casu potest reaccusare; sed non prosequi. Et si tu diceres quomodo potest accusatus accusare accusatorem suum, cum propter accusationem praesumatur inimicus, & non solum accusati; sed etiam amicorum suorum, vt not. gl. in verbo amulorum. 2. q. 6. c. decreto. & q. 7. c. si quis episcopus. & 6. q. 1. omnes. 1. tex. & docto. in. c. frequens. de resti. spolia. libr. 6. & facit. c. meminimus. j. eod. Respondeo, quod de iure ciuili potest accusatus accusatorem suum reaccusare; & ita procedant quae supra dixi; quia de iure ciuili inimicitia non facit accusatorem inhabilem, vt hic per D. m. & ego dicam in. c. repellantur. j. eo. Secus autem est de iure canonico, per quod prohibitus est inimicus accusare, vt in dictis iuribus, & sic limitandus forte est. 14. casus, de quo supra dixi, vt ille non procedat de iure canonico propter aliam inhabilitatem, scilicet inimicitiam. De tertia qualitate, scilicet inimicitiam ponit hic D. m. Ego vero dicam in. c. repellatur. j. eod. ¶ Sed quaerit hic. D. m. vtrum minor admittatur ad accusandum. & dic, q. aut loquimur in pupillo, aut in adulto minore. 2. q. 5. annis. primo casu, aut est infans, & clarum est, quod non potest, propter defectum sensus, & intellectus, vt. l. 2. §. pupillus. ff. eod. 2. q. 1. prohibendum. quoniam, illa aetas quicquid videt ignorat. vt. l. 1. C. de fal. mone. Sed tutor accusat nomine pupilli; & idem dicendum est de furioso; quia ille etiam caret intellectu, & sic non potest accusare. sed accusatur a curatore nomine suo, & ad instar tutoris infantis. & ratio vtriusque est in promptu; quia in iudicijs requiritur voluntas intellectus, seu propositum, cum dicantur quasi contrahere, vt. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. sed furiosus, & infans caret intellectu, ergo &c. Si vero non est infans, sed proximus infantiae, idem dicendum est, cum in eo non cadat etiam dolus. & ita dicit Bald. in rubrica.

21 C. qui accusa. non poss. ¶ Praedictis igitur casibus accusat tutor nomine pupilli, & se inscribit ad poenam talionis, vt. l. 2. C. qui accu. non poss. & sequitur Barto. in. l. 2. §. pupillus. ff. eod. Quidam tamen dicunt, per. d. l. 2. C. qui accu. non poss. quod non est verum, q. tutor accuset nomine pupilli, & iura quae dicunt nomine pupilli, intelliguntur. i. ad vtilitatem pupilli. ita dicit gloss. in. l. 2. & l. Polla. C. de his quib. vt indig. & Bald. in. l. 2. C. qui accus. non poss. Nec obstat. d. l. 2. quia loquitur in inscriptione, quam non facit tutor nomine pupilli, sed nomine suo; simile in. l. fina. C. de iniur. vbi vnus accusat alieno nomine, & alter se inscribit. & fuit haec opin. Richar. Malub. vt refert Bar. in. d. l. tutor. & Bal. in. d. l. 2. Si vero est proximus pubertati, & doli capax accusat pupillum cum autoritate tutoris, vt. d. l. 2. §. pupillus. ff. eod. & l. claru. C. de auth. praestan. & praedicta procedunt in casibus praemissis, videlicet si suam vel suorum iniuriam prosequatur, vel quid simile, vt d. §. pupillus. Et etiam in crimine laesae maiestatis, vt per Spec. in tit. de accu. ver. ite excipitur, q. est pupillus. vbi etiam dicit, quod etiam pupillarem actionem non potest intentare, nisi ad eum pertineat proprium interesse, vt est tex. in. l. mulieri. ff. de popu. actio. Si

23 vero sit adultus, diuersae sunt opin. Bart. in. l. 2. §. 1. ff. eod. & l. si marit. §. lex iulia. ff. de adulte. tenet, q. aut est minor. 25. annis, aut maior. Primo casu, q. non possit accusare. Secundo casu dicit, q. potest: sed fallit in crimine adulterij, vt. d. §. lex iulia. Et hanc etiam opin. tenet Iac. de Raen. Pet. & Cyn. in. l. 2. C. qui accu. non poss. & Iacob. Butr. ibidem, & videtur eam sentire Spec. in tit. de accu. ver. sed quid de pubere. Et pro hac opin. facit, quoniam a pari videntur procedere, & testificatio, & accusatio in criminali; sed minor viginti quinque annis non potest testificari in causa criminali, vt. l. testimonium. ff. de testib. & 4. q. 3. ver. item testimonium. ergo &c. Et haec opin. fuit Vgolini antiqui gloss. vt refert gloss. in d. §. pupillus. quam ibi videtur sequi gloss. D. m. hic tenet contrarium. vult enim, q. minor qui excessit quartumdecimum annum, possit accusare cum auctoritate curatoris. Mouetur primo per tex. in. l. clarum. C. de auth. praestan. vbi dicit, quod est tex. apertus, qui permittit minori viginti quinque annis accusare. Secundo mouetur, quia edictum de accusationibus est prohibitorium, sicut edictum de testib. & de postu. & de sponsa. vt dicit Specu. in tit. de accu. in prin. ergo quilibet intelligitur permissus, qui non reperitur prohibitus, vt est tex. in. l. qui accusare. ff. eod. Tertio mouetur per tex. in. d. §. pupillus. quia cum ibi prohibeatur pupillus: ergo adultus videtur permissus, facit. cap. nonne. de praesumpt. & l. cum praetor. in prin. ff. de iudi. Quarto mouetur per locum a speciali: nam speciale est in crimine adulterij, q. minor non admittatur: ergo est regula in contrarium in alijs criminibus. facit. l. 1. ff. ad munic. & c. 2. de coniug. lepr. & hanc opin. tenet Azo in sum. & Goff. & refert Specu. i. dicto ver. sed qd de pubere. & Io. And. ibi, qui mouet dicta argumeta. Nec obstat secudum. D. m. parificatio testimonij, quia rideo, quod maior idoneitas requiritur in teste, q. in accusatore; quoniam crimina probantur testibus. vide glo. not. in c. cum R. s. de off. deleg. Innoc. in. c. venerabilis. s. de except. & est bonus text. in. c. licet hely. j. de simo. Azo tñ in pal. loco. & Ioan. And. in dicta addi. aliter respondet, & melius iudicio meo, videlicet quod in accusatore minore, deficit propter minorem aetate, suppletur auctoritate curatorum, vt. d. l. clarum. & l. quis. de acquir. poss. quae ratio cessat in teste, cum solus deponat sine curatoris auctoritate, vt. l. nullum. C. de testi. & in. c. venerabili. de testi. Ego arbitror attetari, q. minor quicumque etiam. xxv. annis, licet maior. xx. non possit aliquo modo accusare, nisi vt pupillus; hoc probat iudicio meo aperte tex. in. d. l. clarum. vbi permittitur pupillis accusare, & minoribus sicut pupillis cum auctoritate curatoris. dicit enim ibi tex. admittedo minores, in quibus casibus leges pupillos accusare concedunt. Sed pupillo non conceditur accusatio regulariter, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, vel quid simile: ergo &c. & sic non obstat primum argumentum factum per. D. m. de. l. 2. Ad secundum argumentum similiter patet responsum, quia immo reperitur prohibitum, in. d. l. clarum. Ad tertium argumentum, de. §. pupillus. dicendum est, quod ibi non sumitur argu. a contrario sensu, cum expressè reperiatur prohibitum minori. Ad quartum argu. de. §. lex iulia.

iulia. respondeo, quod est speciale, vt minor non admittatur, nisi accuset adulterium commissum cum vxore sua, & sic vt solum suam possit prosequi iniuriam; sed suorum iniuriam accusando, forte adulterium commissum contra fratrem non admitteretur; & in hoc versatur specialitas. d. §. lex iulia. Nec obstat q. maior. 20. annis licet sit minor. 25. possit testificari in causa criminali, quia respondeo, quod ideo testificatio maiori 20. annis conceditur, ne rei veritas pereat, simile in. l. quoniam. C. de hereti. & s. de testi. cogen. c. fin. & quod ibi no. in fin. vltima gl. & hoc modo respondet Ioan. And. in. d. addit. ¶ Quae hic etiam. D. m. quid de paupere, an admittatur ad accusandum. Solu. dic, quod non regulariter; vt. l. qui accusare. ff. eod. & 2. q. 1. prohibentur. dicit tamen hic D. m. q. hoc est verum, nisi esset honesta persona, quod mihi placet, & est glo. in. d. l. qui accusare. & not. Bal. in. l. humilem. C. de incestis nupt. vbi dicit, quod non refert, an quis sit pauper diuitijs, vel moribus, & melius Cicero in vltimo paradoxo. vbi dicit, quod animus, diues, non arca appellari solet. & facit. text. in. titu. de susp. tut. §. in. coniuucto. §. propter paupertatem de excus. tut. simile etiam, in teste, in auth. de testib. §. 1. Dicitur autem pauper in j. casu nostro, qui non vltra habet quinquaginta aureos, vt. d. l. qui accusare. & d. c. prohibetur. Quid autem in alia materia, quando quis dicatur pauper, dicit ipse, faciendo tria membra, quod si reperitur expressè dispositum, illud est seruandum. si vero non reperitur expressè dispositum, & causa non sit grauis praedictijs; tunc relinquitur arbitrio iudicis, qui considerare debet qualitate facti, negotij, & personarum. Nam vnus dominus diceretur pauper licet haberet tria milia florenorum, & tamen si esset plebeius diceretur diues; facit quod not. glo. in. c. si. de re iudi. lib. 6. & vide quod plenissime dixi in repe. c. si. s. de iureiuran. in. 3. q. principali. & hanc opin. habuit, vt arbitror. D. m. a Bart. in. l. si constante. in. 2. q. princi. ff. sol. mat. vbi eum vide omnino. & vide gloss. & Bald. in. auth. praeterea. C. vnde vir & vxor. & in. l. paupertas. ff. de excus. tuto. §. propter paupertatem, & in. l. paupertas. ff. de excus. tuto. & per Archi. 8. dist. c. quo iure. Aduerte tamen, quod forte possit attentari, quod siue causa sit grauis praedictijs, vel non, debeat attendi vulgaris opin. & maxime vbi statutum de paupere loqueretur, cum in statuto vulgaris hominum intellectus praeponeatur etiam proprio significati verborum, vt in. l. librorum. §. quod tamen Calsius. ff. de leg. 3. & est text. in. l. laqueo. ff. de suppel. lega. & ff. de fundo instruc. & instrumeto legato. l. cum delationis. ¶ Gloss. 2. in prin. exponit litera. & ponit exceptione, & limitatione ad exceptione. & in. fi. adaptat tex. ad rubrum. In eadem ibi, absoluitur. dic no. practica. procedendi qn accusator repellitur, tanquam illegitimus. debet enim reus absolui ab obseruatione iudicij. Nota ergo ex gloss. & ex tex. q. citatus ad petitione illegitimi accusatoris tenetur comparere, immo, si non compareret potest puniri tanquam contumax, quod procedit etiam si postea confiterit accusatore non fuisse legitimum; dummodo non confiterit ante citationem. tex. est no. in. c. veniens. j. eo. & ibi dicam. Non obstat. quod reus non debeat fatigari ad petitione

nem illegitimi accusatoris; vt trad. in. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & l. ex quacunque. ff. si quis in ius voc. non ierit. quia respondeo, quod illud procedit quando notorium esset, & constaret iudici, vel ex forma libelli, seu citationis, quod accusator esset illegitimus, quia tunc iudex deberet repellere accusatore a iudicio ex officio suo, vt est gloss. in. c. nulli. j. eo. & in. c. alieni. 2. q. 7. vbi glo. vult, q. iudex possit repellere infamem, etiam si accusatus illum admittet, & vide omnino illam glo. notabilem, ad materiam nostram. & ad idem tex. in. l. quos prohibet. ff. de post. Idem tenet Archid. post Hugo. in. c. quaerendum. 2. q. 7. Nec ob. quod iudex non debet procedere ex officio propter priuatum commodum, vt. c. ad nostram. s. de iureiuran. & ibi per Innocen. & l. 4. §. hoc interdictum. ff. de damno infec. & dixi. s. in rub. quia ¶ exceptio illegitimitatis non solum concernit priuatum commodum, sed & honorem iudicis, & commodum publicum. vt. c. quaerendum. 2. q. 7. Nec obstat. dictus. §. ita. qui videtur facere in contrarium; quia ille text. habet locum in Apostolico tantum; ipse enim potest admittere quos vult cum non sit superior, qui sibi possit prohibere. Sed in alijs qui habent superiorem, hoc non est verum; quia non possunt admittere quos volunt. Si enim accusatus velit admittere quoslibet potest; tamen ad iudicis officium pertinet inquirere, an sint criminosi, infames, vel quid simile, et si illos tales repererit, repellat, etiam inuito accusatore propter publicam vtilitatem. Si vero non esset notorium, quod accusator esset illegitimus, tunc reus deberet comparere; sed non fatigatur in prosecutione iudicij probata illegitimitate. & hoc modo procedit text. in. l. si quis ex aliena. & d. l. ex quacunque supra allegata. & adde, quae dixi in. fi. super. text. In fine gloss. dic, nota ex hac gloss. q. licet contra infamatum de crimine non admittatur minus legitimus accusator; si tamen ex accusatione accusatus fuit infamatus, ipsi accusato est indicenda purgatio officio iudicis, vt in iuribus allegatis in gloss. & in. c. cum. P. j. eod. & c. per tuas. j. de simo. de quo dicam in. d. c. cum. P. Dic etiam ex mente Ioan. Andr. quod index ex officio possit inquirere, vt not. in. c. qualiter. j. eod. & in. c. 1. de col lu. detegen.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus quis non potest accusare nisi prius cum monuerit de crimine in quo perseverat.
- 2 Conueniri quis quomodo dicatur.
- 3 Accusare plures non possunt, denuntiare vero sic.
- 4 In denuntiationis iudicio prius discutendum est de personis denuntiantium.
- 5 Denuntiatio an sit ex toto nulla non procedente monitione.
- 6 Primates qui de crimine epi cognoscere possunt, qui sint.
- 7 Episcopi condemnatio, an soli Papae reservanda sit.
- 8 Monitio, an & quando in accusatione sit necessaria.
- 9 Monitio in denuntiatione semper est necessaria.
- 10 Monitio in ciuilibus licet non sit necessaria nisi ex vrbantate, operatur tamen notabilem effectum, de quo ibi.
- 11 Interpellatio quam facit dies maior est, & maioris effectus.



*Eius quàm monitio extrajudicialis.*

12 *Monitionem præcessisse quis teneatur probare an actor, vel reus.*

## Si quis episcopus.

- 1 *¶ Qui non præmonet repellitur à denunciando h. d. Vel sic secundum alium intellectum, ad accusandum episcopum non admittitur quis, nisi prius eum monuerit de crimine, in quo perseverat. h. d. Vel aliter, denunciari potest apud superiorem episcopum per idoneos, si per eos prius monitus non se emendat. hoc dicit. non recipit congruam diuisionem, quia vno contextu colligitur. ¶ Nota primo, ibi, conuentus, de significato huius verbi conueniri.*
- 2 *¶ nam dicit quis conueniri, etiam quando extra iudicium interpellatur. quod facit ad statuta, & pœnas appositas in contractibus committendas; & de ipso verbo, & simili, vide Bartol. in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. ¶ Secundo nota, quod licet plures non admittantur ad accusandum, de quo aliquid incidenter tetigi. s. eo. c. 1. tamen admittuntur ad denunciandum. ¶ Tertio nota, prius discutendum esse de personis denuntiantium in iudicio denunciatorio; Secundo, de solemnitate denunciationis.*
- 3 *¶ Quarto nota, quod licet monitio non præcedat denunciationem; denunciatio tamen non est ex toto nulla: sed potest emendari monendo de nouo, tenebit tamen denunciatio, non ut olim; sed ut nunc. Et qualis, & quotuplex debeat esse monitio dicam. j. in gloss. Sed aduerte, quod licet Doct. ita communiter intelligant, ad quod dicendum forte moti sunt per regulam, non firmatur, de regu. iur. libr. 6. tamen tex. hoc non probat; Immo videtur probare contrarium, cum dicat non olim, sed nunc ad primates causæ eius canonicè deferantur; vnde loquitur per nouum actum delationis, non autem dicit*
- 6 *text. delatæ prosequantur. ¶ Vltimo nota, quod primates causæ possunt cognoscere de crimine episcopi, & qui sint isti primates Goffr. dicit quod sunt superiores episcopi. Innoc. quod sunt omnes legitimi iudices ipsius episcopi, siue illi sint primates, siue archiepiscopi. vt. c. sanè de foro compet. & c. duo simul. de offi. ordi. siue sit concilium, siue synodus vt. c. 1. s. de iudi. vel secundum Hostien. & Abbat. antiq. iste text. loquitur de concilio, in quo primates conueniunt, vel cui primates præsent, secundum Ioan. And. Tu aduerte; quia in hac materia quis possit cognoscere de crimine episcopi, & quis possit iudicare, plures fuerunt opin. gloss. enim in versicu. causatio. 12. distinc. c. præceptis. tenuit quod episcopi; quod intellige de prouincialibus, qui alterius episcopi sunt iudices, & possunt eum absolueri si innocentem inueniant: sed eum condemnare non possunt, quia*
- 7 *condemnatio soli Papæ referatur. sed glo. 3. q. 6. c. accusatus. & 5. q. 4. duodecim. reprobatur hanc opi. & sequitur Archid. in d. c. accusatus. per. c. dudum. eadē. q. & causa. & c. si quis episcopus. 6. q. 4. pro quo adduco regulam, quæ disponit, quod is demum absolueri potest, qui condemnare potest. vt. l. 3. ff. de rei. Alia fuit opin. glo. 2. q. 6. §. biduum. versicu. annotauerit. quæ vult, quod solus metropolitanus pos-*

Com. intel.

sit cognoscere de crimine episcopi, & sententiam ferre sub hac forma; videlicet, iudico te deponendū esse. depositio autē realis pertinet ad solum Papam; mouetur glo. per illum tex. qui vult, quod licet præses non possit in insulam deportare, pronuntiat tamen deportandum esse. vt. l. relegatorum. ff. de interd. & releg. Sed dicta opin. non placet hic D. m. & bene; nam longa est differētia inter vnum casum, & reliquum. In dictis enim iuribus ideò præses pronuntiat, quia habet iurisdictionem, sed non deportat, quia non habet insulam; vnde expectat, quod princeps assignet insulam. Sed in casu nostro solus Archiepiscopus non habet iurisdictionem; nisi vt patebit ex infra dicendis, ergo & c. Omnes enim canones, & tex. in hac materia varij sunt: text. enim in cap. denique. 6. q. 3. videtur velle quod solus primas possit cognoscere. tex. vero. 10. q. 3. c. quia cognouimus. vult, quod solus metropolitanus possit cognoscere. ad quod facit tex. 13. dist. c. de his. & ita colligit ibi gloss. tex. vero. 23. dist. c. illud. vult, quod requirantur. 5. vel. 6. episcopi. Alij vero canones volunt, quod ad minus requirantur. 12. episcopi præter metropolitanum, & hoc dicit gloss. 3. q. 8. in summa. & ibi Archid. & in d. c. si quis episcopus. 6. q. 4. per text. 3. q. 8. suggero. & 15. q. 7. c. Felix. & si tantus numerus non sit in prouincia, debet vocari vicini episcopi, vt ibi per gloss. per tex. 6. q. 4. c. 1. & 2. facit. c. si forte. 60. distinc. & si duodecim episcopi prouinciales non sufficiunt, vel discordant in condemnando, vel absoluendo, vocantur archiepiscopus, vel episcopi vicini. 6. q. 4. c. 1. vbi gloss. vult, quod sit speciale in causa episcopi, quod oēs debent concordare. Alij vero, vt ibi refert glo. intelligunt illum text. loqui in delegatis. & ita intelligit gl. in c. non potest. s. de senten. & re iud. & malè, & ibi cōmuniter \* reprehenditur per D. Ant. & D. m. & bene. Alij vero aliter intelligunt illum text. sed non insisto. Quidam etiam canones dicunt, quod concilium, siue synodus cognoscit de crimine episcopi. 19. dist. c. placuit. & c. si episcopus. & 6. q. 4. c. si quis episcopus. & 18. dist. c. propter. Nonnulli etiam canones volunt, quod cōcilium, siue synodus, vel. 12. episcopi cum archiepiscopo debent cognoscere de crimine episcopi; sed non possunt diffinire sine mandato papæ. text. est, & ita intelligit eum ibi glo. 3. q. 6. c. accusatus. & 5. q. 1. c. 1. & 2. qui loquitur de. 12. episcopis. & 3. q. 6. c. quauis. & c. dudum. glo. etiam in dicto. c. accusatus. 3. q. 6. recitat aliam opin. distinguendo tempora. vult enim, quod olim. 12. episcopi, vel synodus, vel concilium possit cognoscere de crimine episcopi, & eum absolueri; & cōdemnare; cum causæ tunc temporis non deferrentur ad curiam Ro. Hodie verò solus Papa potest absolueri, & condemnare, vel alter de ipsius mandato. Sed hæc opin. non videtur bona, nam & tempore Apostolorum deferebatur causæ episcoporum ad Ro. pōtiffi. & sine eo non poterat episcopus condemnari à prouincialibus episcopis, metropolitanis, vel primatibus. tex. est ad hoc. 3. q. 6. c. quauis. Quid ergo dicendum: nec. D. Ant. nec Doct. de hoc aliquid dicunt; nisi quod dixi in prin. not. exponendo literam. D. m. hic etiam transit fati lento, & sicco pede; sed latius, & melius attingit hunc articulum. in. c. non potest. s. de sent. & re iud. vbi distinguit, quod aut agitur con-

tur cōtra episcopum criminaliter, aut ciuilitur. primo casu, aut crimen exigit depositionem, & debet componere omnes episcopi prouinciæ, ad minus. 12. cum metropolitano, vt. d. c. suggero. & c. felix. & alijs iuribus. s. allegatis. & hoc etiam tenet Inno. in. c. graue. s. de præben. Subdit tamen D. m. quod olim isti poterant condemnare, & absolueri per. c. si quis episcopus. 6. q. 4. sed contra hanc opi. videtur tex. in. d. c. quauis. 3. q. 6. inducendo, vt. s. dixi. Ad. c. verò si quis episcopus. allegatū in contrarium, licet sit difficile contrarium, potest responderi, quod ibi, de mandato papæ fuerat synodus congregata, & data potestas cognoscendi, & decidendi de criminibus episcoporum. & licet hæc videatur diuinitio; tamen potest hic intellectus sumi per alia iura, quæ ita dicunt, & ita intelligit ibi glo. Vel potest responderi, quod quoad condemnationem, debeat expectari mandatum papæ; & dum tex. dicit quod discordabant condemnando, vel absoluendo, intelligo quantum ad opi. & vota, seu voces eorum; quia cognoscendo quibusdam videatur absoluendo, & quibusdam condemnando; con demnationē tamen ipsam non poterant facere sine mandato papæ. Quid tamen olim fuerit, hodie est expeditum, quod nedum Archiepiscopus: seu primas: sed nec. 12. episcopi, aut synodus possunt diffinire causam episcopi exigentem depositionem, sed solum. 12. episcopi cū metropolitano, vel synodus cognoscunt, & decisio papæ referatur, vt. d. c. accusatus. & c. quauis. & c. multum stupeo. 3. q. 6. & ita etiam debet intelligi iura, quæ volunt, seu requirunt decisionem sedis Apostolice. & ita tenet Inno. in. c. quod sicut. de elect. & Archi. in. d. c. quauis. s. allegato. Si verò esset tale crimen, quod non exigeret depositionem ab ordine, accusatur tamē episcopus vt remoueatur ab episcopatu, & tunc aut est cōsecratus, & requiritur idem numerus episcoporum, & decisio referatur papæ, arg. distorum iurium. & c. 2. de trasla. prela. & quod no. Inno. in. d. c. quod sicut. p. c. ex tua. s. de cler. non resi. Et adde ad prædicta, quod notanter dicit Archid. 2. q. 6. §. biduum. vbi dicit, quod metropolitanus non potest detruere episcopum in monasterium. quod placet. D. m. in. d. c. non potest. vbi dicit, quod concilium prouinciale hoc non possit; cum ex dicta causa sequeretur remotio ab episcopatu, quam solus papa facere potest, vt. s. probatum est. Si verò est tale crimen, quod exigeret minorem pœnam depositionis ab ordine, vel episcopatu. D. m. in. c. non potest. de sent. & re iud. & hic dicit, quod nedum cōcilium, seu. 12. episcopi cum Archiepiscopo, sed solus archiepiscopus possit cognoscere, per tex. 10. q. 3. quia cognouimus. & c. sacro. j. de sent. ex com. & ita decidit. D. Altegradus qui hanc. q. disputauit per iura præalleg. & refert, & sequitur Ioan. And. & D. Do. in. c. vt litigantes. de offi. ordi. lib. 6. per præleg. c. cognouimus. pro qua decisione etiam adducit. Ioan. And. in. c. Romana. in fi. de offi. ord. libr. 6. vbi non solum Archiepiscopus, sed etiam eo absente officialis ipsius archiepiscopi profert suspensionem, excommunicationem, interdictum, & similia, contra episcopum. Et pro prædictis facit etiā. c. de his. 12. dist. & ibi gl. super versu. astringit. Fortius. ergo. 12. episcopi, & metropolitanus, seu synodus. & ita loquitur

c. placuit. & c. si episcopus. 18. dist. & c. si quis episcopus in concilio. 11. q. 3. & c. propter dist. 18. loquuntur enim illa iura in excommunicatione, & suspensione. ¶ Si verò de crimine ciuilitur ageret regulariter cognoscit, & diffinit Archiepiscopus, quia est ordinarius suffraganeorū suæ prouinciæ, vt. c. pastoralis. s. de offi. ordi. dummodo non excipiatur de crimine, vel ciuilitur agatur ad depositionem ab episcopatu; nam tunc requiritur numerus episcoporum, de quo. s. & 3. 4. dist. c. quorundā. & hoc tenet Inno. in. c. graue. s. de pœ. & in. c. q. sicut. s. de elect. & D. m. in. d. c. non potest. s. de sen. & re iud. & D. An. in. d. c. graue. Sed tu aduerte, quia contra prædictā opi. videtur tex. in. c. illud. 23. dist. vbi videntur sufficere. 6. episcopi, si per modum exceptionis crimē obijcitur. & ibi etiam hoc sequitur Archid. & satis videtur hoc esse rationabile, vt maior numerus requiratur, quando crimen obijcitur agendo, quàm si obijceret excipiendo. Et sic pcedit, quod dixi quod si de crimine excipitur ad eum finem, ad quem ageretur per viam accusationis, requirantur. 12. episcopi cū metropolitano, vel synodus. Intelligendo tamen, quod solum possit cognoscere, non autem sententiare. Si verò non exciperetur ad eum finem, sed ad alium finem, & effectum; scilicet, vt remoueatur ab accusatione, vel testificatione, vel quid simile, & tunc sufficiant sex episcopi. Ita loquitur. c. illud. facit quod not. in. c. super his. j. eo. vel dic, & meli, quod ad d. c. illud. quod loquitur de episcopo, qui adhuc non erat consecratus, seu confirmatus, vnde non mirum si ibi requiritur minor numerus, quàm si esset confirmatus, & consecratus per archiepiscopum. tex. est in. c. quemadmodum. s. de iure iuran. vel dic, quod ille tex. loquit de episcopo, qui tenetur se purgare, quo casu requiritur præsentia sex episcoporum. & ita dicit ibi glo. in fi. Nota tamen quod. s. dixi, faciendo differentiā qualiter obijciatur crimen per modum exceptionis. Et ex prædictis videtur inferendum, quod si ageretur contra electum de crimine, seu accusaretur electus nondum confirmatus, seu consecratus; quod crimen esset dignum depositione, quod fortè hoc casu non requireretur solemnitas nisi sex episcoporum: cogitabis. De depositione autē sacerdotis, aut clericorū inferioris ordinis, quis possit illā facere dixi latè in. c. non potest. s. de re iud. De depositione verò Cardinalis, & à quo possit iudicari. vide p. Io. And. post Host. in. c. dilectus. 1. de pœ. in prin. qui dicit, quod solū iudicat à Papa. ¶ Glo. 1. & 2. sentiunt cōtrariū. de. c. licet. & c. veniēs. j. eo. In quibus pbat, quod ad esse accusationis non est necesse monitionē pcedere. glo. soluit exponendo tex. dum loquit de accusatore, vel accusato, hoc est denunciatore, vel denuncia-to, & eodē modo exponit glossa sequēs. in fi. de quo dic, vt statū dicā. ¶ Glo. sup. ver. charitatiue. colligit vñ notabile ex tex. deinde sentit cōtrarium de quo dixi in glo. pœ. In fi. glo. dic, alij intelligunt tex. j. priē, & dicit speciale esse in accusatione episcopi, vt priusq̄ accusēt debeat moneri, quod verū dicit. Do; Ant. & bene; quia incorrigibilitas exigitur ad concludendū facultatem accusandi, vt exigitur aliquā in Pa. pa. 40. distinc. c. si papa. & ibi gl. not. ab. Et aliquando etiam in inferiore, vt traditur in. c. cū non ab homine. s. de iud. & est ratio in præoptu; quia non potest apparere

apparere etiam iudici hoc præambulum incorrigibilis, nisi præcesserit monitio, & denuntiatio. Si verò non exigere incorrigibilitas etiam in accusatione inferioris, non esset necesse qd præcederet monitio, vt. c. licet. & c. veniens. j. eo. † licet pmonere humanū, & laudabile sit. argu. l. quidā Iberus. ff. de feruituti. vrb. a. prædio. & not. glo. in. c. licet hely. j. de simo. quod etiam tenet Spec. in tit. de ppa. iudi. ver. porrò. Cū verò agatur per viā denuntiationis, semp est ne cessaria monitio, siue agat de correctione inferioris. vt. s. de vi. & hoc. cle. c. si. siue parī, vel superioris. vt. s. de cōsti. ex l. is. siue de negligentia superioris, vt. c. i. s. de sup. negli. pla. & debet tunc talis monitio esse charitativa, vt se emēdet denunciatus. Et in casu huius. c. requiritur triplex monitio, secundū D. m. hic, & in. c. nouit. de iud. quod etiā vult tex. i. c. si quis erga. 2. q. 7. 17. q. 4. p̄sbyterorum. Si autē fieret extra iudiciū, regulariter sufficit vna monitio. 18. dist. c. si ep̄us. & cle. i. de har. & c. cū a nobis. s. de elec. Fallit in casibus, in qbus specialiter disponit, qd requiritur triplex monitio; vt in corrigenda superioris negligentia, vt. c. i. s. de sup. negli. pla. & de hac materia monitionis, vide lati doct. & maxime. D. m. in. c. nouit. s. de iudi. & subdit hic D. m. † qd licet in ciuilibus nõ requiratur monitio; nisi ex vrb̄anitate, vt. d. l. quidā Iberus. & tradit in. l. 3. C. de pign. tñ dicta monitio, etiā in ciuilibus operatur vnū notabilem effectū, secundū D. m. hic. Nā debes scire, qd contumax in prima citatione debet cōdemnari in expensis, licet nõ fuerit contumax in secunda, vel tertia, vt no. gl. 74. dist. honoraru. & 4. q. v. in. c. q̄ quis. & glo. in. c. i. de do. & contu. lib. 6. Si verò quis nõ fuerit cōtumax in prima citatione, sed in ea cōparuerit, & confitetur debitū, nõ debet cōdemnari in expensis. Fallit, si fuisset monitus vt solueret, & satisfaceret in prima citatione anteq̄ ageretur; quia hoc casu, licet cōpareat in prima citatione, & fateatur debitū; seu sit parat⁹ soluere; nihilominus debet cōdemnari in expensis. Et hoc tenuit Guil. de cu. in. l. edita. C. de eden. & Ang. refert. in. l. 3. C. de pign. & has remissiones dicit D. m. se habuisse a dom. Ludo. de Ro. qui omnū singularium memoriam habebat, vt in simili dicit Bar. de dom. Francisc. de Tigri. de p̄sis. Tu tamen dic, qd idem tenuit Guil. in. l. omnis. C. de ep̄sco. & cle. & d. l. quidā Iberus. & sequitur Do. Ant. in. c. i. s. de libel. obla. Et ex hoc ego infero, qd quotiescunque esset apposta certa dies solutioni debiti, qd si elapso tempore creditor egit contra debitorem; qd lider debitor citatus comparuerit in prima citatione, & fassus fuerit debitum, seu sit paratus soluere, nihilominus debet in expensis condemnari. moxior; quia maior est interpellatio, & maioris effectus quā facit dies, quā sit monitio partis extraiudicialis, vt probatur. in. l. magnam. C. de contrah. & cōmitt. stipul. & l. traiecitie. ff. de actio. & obli. cōiuncta. l. vinū. ff. si cert. peta. cū fini. ergo sequit, qd si monitio operatur dictū effectū; fortius debet operari aduētus, & cessio diei, & fortius, debet operari monitio, & euentus diei. ¶ Quis autē teneatur p̄bare monitionē præcessisse, actor, an reus; dic qd actor tenetur p̄bare monitionem præcessisse, vt not. glo. in. l. neq. natales. C. de p̄ba. & facit qd dicā in. c. super his. j. eo. sed contra, de. l. in fideicommissi. in princ.

ff. de vsu. vbi dicitur, qd p̄sumptio est, qd quis prius moneatur, quam ad iudiciū trahatur; ergo p̄sumptio est p̄ actore, & sic reus tenetur p̄bare. Sed ille tex. non probat, dicit enim, tamen si facile euenire possit, vt mora non p̄cedente, ad iudicē perueniat. vnde sentit, qd euenire p̄ot. & hoc si debitum est purū non habens adiectā diem; nam p̄ot esse, quod quis vadat ad iudiciū antequam interpelletur; licet ex vrb̄anitate hoc minime soleat euenire.

C A P. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Prælati criminatio tractari debet cū his, quorū interest.
- 2 Cautela illa est laudabilis in qua agit totum ratio, & furor nihil sibi vendicat.
- 3 Iratus qui accedit ad penam, nunquam tenebit mediocritatem, que est inter minimum, & parum.
- 4 Abbas a quolibet de monasterio, & etiam a conuerso accusari potest.
- 5 Ius conuersi spirituale est, vnde qui emit illud, simoniam committit.
- 6 Culpa a reatu differt.
- 7 Iudicij finis quis sit.
- 8 Sententia proprie que sit.
- 9 Accusatio prælati debet tractari cū illis quorum interest.
- 10 Dominus pro seruo, Abbas p̄ monasterio, superior p̄ subdito p̄ eorū interesse admitti debet ad accusati defensionē.
- 11 Tertius pro Reipub. interesse potest admitti ad accusati defensionem.
- 12 Sententia debet esse certa saltem per relationem ad acta.
- 13 Sententia quando Iudex pronuntiat secundum consilium sapientis an valeat.
- 14 Sententia incerta, an teneat.
- 15 Sententia alternatiua, an sustineatur.
- 16 Sententia in qua iudex dicit pronuntio sic per talem legem, valet licet ea lex non inueniatur, vel non probet.

Illā præpositorum.

1 Criminatio † prælati tractari debet cū his, quorū interest. h. d. Vel sic. Illi debet accusare quorum interest; alias accusatio non tenet. h. d. Diuiditur. primo ponitur decisū exordiu, cū decisā facti narratione. Secundo decisio, vel dispositio. Secunda ibi, si verò. 2 ¶ Nota primo, ex ordine literę, qd † illa est cautela laudabilis, in qua totū agit ratio, & furor nihil sibi vendicat. Restringenda est. n. sub ratione potestas nec quid agendum est, priusq̄ concitata ad trāquililitatem: mens reddeat. nam commotionis tempore, iustum putat omne quod fecerit. est nota. tex. in. c. illa præpositorum. 11. q. 3. ex quo canone, secundū Io. And. hic, fortē fuit sumptum hoc decisum exordium, & hoc ideò exorditur Papa; quia erat multū iratus, & turbatus cōtra illum abbatem Campaniæ, ex eo, quod quidā Dux de quo hic in supra scriptio- ne, denuntiauerat eundem Abbatem de diuersis grauibus criminibus. Vnde Papa ne iratus prorūperet ad iudiciū, præponit dictā auctoritatem. pro qua etiam facit, quod notabi. tradit Cicero primo officio. vbi iniquit Nunq̄ † iratus, qui accedit ad penā, medio

mediocritatem illam tenebit, que est inter minimum, & parum. Et ideò Val. libr. 4. c. 1. & Hieronim. ad Saluanum scribunt, quod ea de causa, Terentius percit villico. & Plato castigationem serui commisit amico. & prædicta nota, pro orationibus fiendis ad iratos iudices. ¶ Secūdo † not. qd quilibet de monasterio potest accusare, & denunciare proprium abbatem; cum tex. noster indistincte loquatur. Ex quo infert D. m. quod etiam conuersi admittuntur, cum eorum etiam interest habere bonum prælatum, nec dicantur puri laici, allegat gl. in. c. ex eo, de electio. lib. 6. & est ius sp̄iale, † & rō est quia qui emit illud, simoniam cōmittit. 1. q. 3. c. saluator. ad fi. glo. in ver. tales. in. c. 2. de. in. l. i. p. quo facit; quia p̄ cōuersum ita acquiri monasterio, sicut p̄ monachum. vt p̄ gl. & Bar. in. l. heredes. s. fi. ff. de acqui. pos. ¶ Tertio not. qd † aliud est culpa, & aliud reatus. Nā hic iunguntur copulatiue, & copula regulariter cadit inter diuersas, & p̄ot dici secundū D. m. qd culpa licet sit nomen generis; tñ ponitur hic, vt species cōprehendens delictum sine dolo cōmissum Reatus verò, ponit p̄ delicto per dolum commissio, quasi velit, qd non solum de dolo; sed etiam de negligentia p̄ot abbas accusari, pro quo bo. est tex. in. c. si quis abbas. 18. q. 2. vbi probatur, qd abbas potest priuari propter solam negligentiam. & vide glo. in ver. negligentia. & verfic. reatu. in. c. ea quæ. s. de offi. Archi. quæ dicit, qd negligentia est peccatū mortale, & subdit. D. m. quod magna differentia sit inter p̄m, & delictum, in reg. peccatum. de regu. iur. lib. 6. facit. c. i. 81. dist. dic etiā, qd quandoq; reatus ponitur pro peccato veniali, vide glo. in. c. testamentum. 6. dist. verfi. reatum. Alibi verò ponitur pro defectu, siue impedimento; vide glo. in verfi. reatum. in. c. innotuit. de elect. Quarto not. qd † finis iudicij est vt reus condemnetur, vel absoluat; & ideò illa proprie dicitur † sententia, que continet. absolutionem; vel condemnationem; vt est tex. in. c. in his. j. de verb. sig. & ibi dicam. ¶ Vltimo not. qd † accusatio prælati debet tractari cum illis, quorum interest. Ex quo infertur, secundum Io. And. qd sicut in institutione prælati sunt vocandi illi, quorum interest principaliter, ita & in eius institutione; quia in illorum præsentia res tractanda est etiam si ageretur per modum inquisitionis, ad hoc c. qualiter, & quando. 2. j. eod. 86. dist. c. si quid. de statu. mo. c. 2. in fi. de offi. Archi. c. ad hoc. in fi. Qui autem sint illi, quorum interest, & ad quid vocandi sint, dicam in glo. si super ver. quatuor. ¶ Glo. i. colligit ex tex. vnū notabile. In fi. glo. dic. not. ex ista glo. iuncto tex. qd patroni ecclesiæ, & parochiani possunt agere ciuilitate de crimine contra prælatum; vt priuatur beneficio; cum eorum interest bonum habere prælatum; ego de hoc dicam. in. c. cum. P. j. eo. & de materia huius glo. tractatur. s. in iuribus in glo. alleg. Glo. 2. est expositiua, & satis clara. In fi. glo. dic. de materia huius glo. dic. vt in iuribus in ea alleg. ¶ Glo. super verfi. quorum, est expositiua. In finē dic; aduerte quia ex tex. quem glo. allegat, gl. sentit, qd isti quorum interest, sunt Cardinales, quando Papa cognoscit, vel canonicè quando ep̄scopus cognoscit, vt vult tex. in. d. c. si quid. Inno. verò exponit tex. nōstrum dupliciter; primo quorum interest, scilicet subditorum accusantium. secundo quorum ia-

terest, scilicet de prælati accusatorum, vt intersint, & consulent accusationi, cum eorum intersit. Sed prima expositio plus mihi placet, licet doct. simpliciter transeant. Nam superiores accusatorum non sunt de necessitate vocandi, vt. c. licet. & c. veniens. j. eod. & ibi dicam; licet ad cautelam vocari possint, & ita intelligit hic. D. m. dictum Inno. si tamen spontē se offerunt pro interesse eorum, admittendi sunt, non solum per se, sed etiam per procuratorem, ad quod facit, l. seruus. ff. de public. iud. & quod not. Bar. in. l. pen. s. ad crimen. ff. de publi. iudic. vbi vult, quod † dominus pro seruo, abbas pro monacho, superior pro subdito pro eorum interesse debeant admitti. immo etiam † tertius p̄ interesse Reipublicę p̄ot admitti ad defensionem accusati absentis; vnde si accusatus de homicidio timet cōparere, p̄ot cōparere tertius, & allegare, qd licuit accusato illū interficere quia bānitus erat, que ex forma statuti licebat imponē sibi occidere, vt singulariter not. Barto. in. l. vbi. C. de transac. facit quod no. in. l. 1. & 2. C. quā, lice. sine. iud. se vend. & s̄ dicta no. ad materiam. c. veniens. j. eo. & ibi plenē dicam. ¶ Glo. si, colligit ex tex. notabile, & allegat plura iura. In fin. glo. dic. no. ex hac glo. † quod sententia debet esse certa saltem per relationem ad acta, ex quo infertur, quod non sufficit sententiam esse certam per relationem ad aliam scripturam, nisi illa sit de actis, & hoc volunt iura allegata in glo. Idem Inno. in. c. 2. de libelli obla. & idem Ioā. And. in addi. Spec. in tit. de sen. prola. s. qualiter. verfi. quid si iudex. Ex quo infert Ioan. And. qd † si iudex secundum consilium sapientis pronuntiat, sententia non valet, maxime quia consiliū non est in actis. Vide de materia glo. in. l. 2. C. si aduer. lib. & ibi Bar. tenet hanc sententiam. Sed Bal. ibi tenet contrarium, & D. m. in. c. venerabilis. s. de excep. & vide Ioan. And. in addi. ad Specul. in titu. de excep. s. viso. verfi. porrò. Et de hac materia † an sententia incerta teneat, vide in. l. eum qui certarum. ff. de verb. obli. & l. non possumus. ff. si pars hered. pe. per Barto. in. l. ait pretor. & l. 2. ff. de re iudi. & c. præterea. 2. s. de transac. per. Inno. in. c. fin. de excep. præla. per glo. & doct. in. c. auditis. de procu. & c. si sacerdos, de off. ordi. & c. latores. de cle. excom. mini. tex. & doc. in. c. cum inter. de re iud. gloss. 11. q. 3. s. cum ergo. Archid. 33. dist. in. c. fin. & per Bart. in. l. a diuo Pio. s. in venditione. ff. de re iud. Et in prædictis etiam locis vide † de sententia alternatiua, & etiam vide. l. pen. & fin. & per totum illum tit. C. de sen. quæ si. cert. quan. profer. † Vnum tamen singulariter not. circa hanc materiam, quod si iudex ita diceret, pronuntio sic per talem legem, quod si illa lex non reperiretur, vel non faceret ad propositum; nihilominus sententia teneret, & hoc est notabile dictum Inno. in. c. cum ex officij. s. de præscript.

C A P. IIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusatus, vel denunciatus de aliquo crimine interim promoueri nõ debet. Ampliatur, & limitatur, vt ibi, & nune. 5.
- 2 Requi-



- 2 *Requirere, & discutere inter se differunt.*
- 3 *Accusationis pendencia impedit ius de nouo acquirendum, quanuis non impediatur acquisitum.*
- 4 *Infamia facti effectus.*
- 5 *Accusatus, & lite pendente promotus an sit dependens.*
- 6 *Accusati electio an teneat.*
- 7 *Infamia inquisitionem semper precedit.*
- 8 *Infamia facti impedit electionem.*
- 9 *Accusator, an promoueri, & eligi possit.*
- 10 *Abolitio petitur ab accusatore, non a reo.*

**Omnipotens.**

† Accusatus, vel denuntiat<sup>9</sup> de aliquo crimine, interim promoueri non debet. hoc dicit. ¶ Nota primò summarium, quod habet locū non solum in dignitate ecclesiastica, verum etiam in seculari. tex. est. in l. reus. ff. de mune. & hono. & in l. qui itatus. ff. de re milita. & l. gñliter. §. spurius. ff. de decurio. Idē dicendū de inquisito, vt. j. dicam. & idem etiam in eo, contra quem excipitur de crimine, si per talem exceptionem est infamatus, vel dic, vt. j. dicā. Secūdo nota ex tex. q. 7. aliud est requirere, & aliud est discutere. Requirere enim videtur de notare initiū; discutere verò ppriē ptinet ad procesum. vide tex. 3. q. 6. c. discutere. qui est palea. quot aut modis dicat discusso. vide gl. C. de discuf. lib. 10. in rubro. Tertio not. quòd ex pendencia accusationis grauat<sup>9</sup> accusati opinio, ita vt nō dicatur habere integram personam, vnde licet ppendencia accusationis non priuet accusatum iure iam quæsito, seu exercitio illius iuris, vt not. gloss. in c. sape. de appel. & l. prima. §. integer. ff. nil noua. appel. pen. & s. vt lit. penden. per totum. impedit tamen ius de nouo acquirendum. hoc tamen notabile limita, & declara vt infra dicam. ¶ Gloss. 1. adaptat tex. nō strum ad rubricam, demum confirmat tex. per rationem. In eadem ibi, opinio, dic, quòd sic sequitur, q. est infamatus infamia facti, † que secundum Goffr. habet duos effectus, vnus vt prester impedimentum ad dignitates acquirēdas, vt dixi in notabili. Secundus vero effectus est, quo ad querelam inofficiosi testamenti: quia si talis accusatus; seu denuntiatus esset institutus per aliquem, frater illius testatoris posset querelare testamentum, si de eo non esset mentio facta in testamento, tanquam turpi persona instituta, vt. l. fratres. C. de inoffic. testamen. Subdit tamen Goffred. quòd etiam dicta accusatio repellit ab accusando, denuntiando, & testificando, & simil. de accusatione dic, vt dixi in c. 1. §. eod. & de dictis effectibus, in iuribus. §. allegatis. & c. testimonium. §. de testib. & per gloss. Bald. & doct. in l. 1. C. de sum. trinit. & fid. cath. & Bald. in l. 1. C. de sec. nup. & per eum vide etiam de triplici specie infamie facti, in c. 1. an remo. deb. testes qui pares esse desi. in vsibu. feudorum. Aduerte tamen quia quod dixit Goffr. de accusatione, quòd per ipsam infamatur accusatus, non est verum simpliciter, vt dicam. j. in gloss. ¶ In eadem gloss. ibi, de procu. reum. dic, vbi probatur, quòd accusatus de crimine repellitur à procuracione pendente accusatione. In fin. gloss. dic, vt plena habeas hanc materiam, Vtrū

accusatus, vel accusator pendente accusatione, possit promoueri, distingue, quòd aut loquimur in accusato, denuntiato, vel inquisito; aut in accusatore, denuntiatore, vel inquisitore, vel promotore inquisitionis, aut in eo qui crimen per modum exceptionis objicit. Primo casu, dic, quòd † aut querimus vtrum possit promoueri, aut querimus vtrum possit eligi, primo casu, dicendum quòd non potest promoueri, siue accusatus fuerit infamatus ex accusatione, seu inquisitione, siue non; tex. est in dicta. l. reum. alleg. in gl. & in alijs iuribus. §. alleg. in notab. Sed videndum est, vtrum promotio facta de tali accusato, denuntiato, vel inquisito, pendente iudicio, teneat: quidam, vt hic refert Ioan. Andr. tenuerunt quòd non; sed promoueri debeat remoueri, etiam si postea promotus reperitur innocens. Ita refert tenuisse Goffr. & Vincen. in c. fin. de testib. per præalleg. l. qui itatus. ff. de re milita. & l. qui. cum vno. §. reus eod. tit. nisi secundum Goffr. apparet per calumniam fuisse accusatum, per l. qui de libertate. ff. de lib. cau. Barto. Brix. in q. sua venereal. q. 80. quæ incipit, Esto quòd pendente. quam ponit sub titu. de pœnis, tenet contrarium, & eum secutus fuit Tancr. vt refert hic Ioan. Andr. licet D. Ant. allegaret ipsum Bart. tenuisse contrarium. dicit tamen Barto. tenuisse in c. tantis Daniel. 8 r. distin. promotum, accusatione pendente, de eo deponendum esse; licet postea apparet innocens. Mouetur, quia contempsit legem. & idem dicit tenere Archid. sed, vt dixi, Ioan. Andr. hic allegat Barto. Brix. aliter tenentem. subdit tamen hic Ioan. Andr. quòd Damasus, qui hanc disputationem fecit, allegauit pro vtraque parte. d. l. qui de libertate. & tandem decidit, sub dubio forte, talem deponendum esse: quia contempsit legis prohibitionem. per l. non dubium. C. de legib. gloss. tamen in d. c. tantis Daniel. tenet expressè talem non esse deponendum. vtraque opinio est satis sustentabilis, & posset sustentari per distinctionem Goff. videlicet, quòd aut apparuit accusatorem fuisse motum ad accusandum, vt promotionem impediret, & tunc tenet promotio. Aut fuit motus iusta, & rationabili credulitate, & tunc non tenet promotio. Si vero ageretur per viam exceptionis, tunc dicendum est, quòd aut contra talem præcessit infamia, & dic idem quòd statim dixi, secundum D. m. quia non potest promoueri, aut non præcessit infamia, & possit vt. c. super eo. §. de electio. quod tamen limitandum est, secundum quod dicam, in c. super his. §. eod. † Si verò quarimus de electione, vtrum teneat electio accusati, inquisiti, vel siml. Ioan. Andr. ponit hic duas opiniones. Quidam dicunt, quòd electio tenet, sed non debet confirmari electus; nisi purget se, vel alijs absoluatur, mouentur, quia si talis non posset eligi, daretur locus fraudibus, & materia delinquenti aperiretur, vt scilicet; vacante ecclesia si aliquis dubitaret aliquem eligendum, illum accusaret, vel accusari faceret, vt impediret electionem, quod esse non debet. facit. j. de simo. c. sicut. 2. vers. quāuis. & de dior. c. quanto. ad fi. & dicam in c. repellantur. j. eod. refert tamen alios tenentes quòd non

non valeat electio. Nec obstat quod allegatur in contrarium, quia respōdetur, quòd debet præfigi terminus accusationi trium mensium, vel secundum arbitrium iudicis, infra quem terminum debeat accusator probare accusationem suam, vt in auth. de sancti. episc. §. si quis autem. colla. 9. Sed vt dicit Ioan. Andr. ille tex. non probat; quia non loquitur de eligendo, sed de electo confirmato in episcopum, cui dantur tres menses ad se consecrandum. 75. distinc. c. 1. Tu verò distingue ex mente Hostien. quem sequitur hic Ioan. Andr. do. Anto. & D. m. quibusdam additis. quòd aut proceditur per viam inquisitionis, aut per viam accusationis, denuntiationis, vel exceptionis. Primo casu, † cum infamia temper præcedat inquisitionem, vt. c. qualiter. & c. cum oporteat. & c. inquisitionis. j. eod. inquisitus non poterit eligi, vt. c. cum in cunctis. de elect. & in d. c. tantis Daniel. Secundo casu distingue, quòd aut præcessit infamia, vel per talem accusationem, denuntiationem, vel inquisitionem, vel exceptionem, vel facta est infamia, & non potest eligi, quia † sola infamia facti impedit electionem, vt in reg. infamibus. de reg. iur. lib. 6. & l. 2. C. de dignita. lib. 12. & d. c. cū in cunctis. cum simi. Si verò infamia non præcessit, nec per tales actus accusatus, vel denuntiatus est infamatus, & potest eligi per rationem, de qua supra dixi. Et sic habes, quòd non sequitur, est accusatus, vel denuntiatus, ergo infamatus. ¶ Secundo casu principali, cum loquitur in accusatore, Barto. Brix. in præalleg. q. 80. dicit, † quòd licet talis promoueri non debeat; tamen si fuit promotus, non remouebitur, si contra eum non feratur sententia. Damasus dicit eum non deponendum, nisi calumniosam accusationem instituerit. allegat, quia de accusatore non est expressè prohibitum, quominus promoueri possit, vel eligi, & pœnæ sunt restringendæ, vt in regu. odia. & in c. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. Et quia † accusatus petit abolitionem, quam non facit reus. C. de abolitio. l. 1. Et subdit hic Io. Andr. idem etiam fortius dicendum in promotore inquisitionis, vel denuntiatore, secundum Vinc. & Abba. in c. per tuas. de symo. & idem tenet Spec. in titu. de inquisitione. §. penul. vers. sed nunquid impetrator inquisitionis. & Ioan. Andr. ibi in addit. & idem in excipiente contra confirmatum ne consecratur. j. eod. c. super his. Non obstat. c. 2. de calum. quia ibi loquitur de inquisitione finita, non ea pendente, & loquitur ibi, quando conflat de calumnia denuntiantis. Quid autem si denuntiatio fiat debenti cōferre, vel eligere, vtrum teneat electio, vel collatio, non obstat denuntiatione, dic quòd sic; quia habens eligere, vel conferre, non tenetur illi obtemperare. Si tamen postea constiterit eū criminofum, priuabitur; & ita tenet. D. m. hic, de quo tamen remittit ad plenus not. per Inno. in c. ad dissoluendum. §. de despons. impub. & c. cum inter. §. de elect.

C A P. V.

S V M M A R I V M.

Episcopus per exceptionem criminis non potest repellere ab accusatione sua, quem ante à familiaritate sua negle

- xit separare. Fallit tamen vt infra. m. 10.
- 2 *Prelatus iudicatur ex moribus eorum, quos domesticos, & familiares habet.*
- 3 *Claudo, si propinquus manseris, discas & ipse claudicare.*
- 4 *Loci, vel generis ratione præsumitur pro aliquo, vel contra aliquem.*
- 5 *Toleratus familiaritatis ratione videtur approbatus quòd ad officium accusandi.*
- 6 *Dolus ex factis, & circumstantijs præsumitur, & probatur.*
- 7 *Iudex an ex officio suo possit repellere accusatorem illegitimum.*
- 8 *Procurator, qui in causa criminali non admittitur, potest à iudice ex officio repelli parte non opponente.*
- 9 *Aduocati semper debent studere, vt sibi faciant iudicem beneuolum.*
- 10 *Episcopus accusatorem suum repellere potest excommunicationis exceptione.*
- 11 *Peccata tanto grauiora sunt, quanto diutius infelicē animam detinent.*
- 12 *Familiaris an admittatur ad accusandum. & nu. seq.*
- 13 *Nutritus ab infantia, an nutritorem suū accusare possit.*
- 14 *Filij parentes, & parentes filios, libertus patronum, & frater fratrem, quibus in casibus accusare possint.*
- 15 *Iudeus contra Iudæum, hereticus contra hereticum admittitur ad accusandum.*
- 16 *Arenarius arenariæ professionis filium exheredare non potest.*
- 17 *Accusanti de adulterio opponitur lenocinium.*
- 18 *Dominus negligens punire subditum de crimine, potest illum vt criminofum repellere ab accusatione sua.*
- 19 *Laicus non est admittendus ad accusationem clericis.*

**Nulli episcoporum.**

Episcopus † per exceptionem criminis nō potest repellere ab accusatione sua, quem ante à familiaritate sua neglexit separare. h. d. Et est idem text. de verbo ad verbum, & eiusdem papæ Pascal. 3. q. 5. c. nulli. secundum tamen antiquos libros incipit liceat. & est palea. ¶ Not. primo præsumendum fore contra prelatum retinētem inhonestos familiares, † iudicatur enim sapenūmero quis ex moribus eorū, quos habet secum domesticos, & familiares. Vnde Psalmista, cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruerteris. Reg. c. 12. & Psal. 17. Et Plutar. antiquus philof. in commen. de ratione cognoscendi verum amicum ab adulatore, scribit tantum habere vim affidam consuetudinem, vt imprudentes etiam imitemur vitia eorum, quibus cum viuimus. Habemus etiam tritūm sermone proverbiū. Si † claudus vicinus, & ipse claudus ambulare discas. Hinc Iuuen. Satira. 2. contra hypocritas, inquit. Morbida facta pecus totum derumpit ouile, Vnaq; conspecta liuorem ducit ab vna. Et hinc fortè dicitur, amici, & inimici hominis domesticus eius. Et Bias vnus ex vij. sapiētibus Græciæ, perniciosus homini quæ maxima: homo alter, scilicet, qui sit malæ conuersationis, vt habetur Matt. c. 7. & Marci. c. 10. & quod not. in c. 3. de præsump. & l. qd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edic. & per Bal. in l. cum

1. cum veterum.C. de don. ante nupt.& in.l.2.C.de dona. inter vir. & vxo. & in.l. si donationes in concubinam. ff. de donat. sicut etiam ratione loci, vel generis præsumitur pro aliquo, vel contra aliquem. glo. fin. 40. distict. c. illud. & glo. 3. 2. q. 5. c. tolerabilius. & gloss. fin. 47. distict. in. c. quantumlibet. vide quod dixi in rep. c. fina. 3. de iureiur. in quinta quæstio. princip. ¶ Secundo not. q. toleratus ratione familiaritatis videtur approbatus, etiam quò ad officium accusandi, vide Innocen. in. c. cum venerabilis. de excep. ¶ Vltimo not. ex illis verbis antequam se ab illis impetendum cognosceret, q. non sufficit episcopo repellere quem à sua familiaritate, si eum criminofum tolerauerit, ad hoc vt repellat eundem ab accusatione; nisi talis repulso fieret per epm anteq. sciret se ab ipso accusandum: nã si repellit postq. sciuit, videtur repulisse in fraudem. arg. not. in. c. fugestum. & c. meminimus. 3. de appel. nam tex factò, & circumstantijs præsumitur, & probatur dolus. vt in. c. 2. 3. de renuntia. & in. l. dolum. C. de dolo. vide quod dicã in. c. repellantur. j. eo. in fi. glo. 1. ¶ Glo. 1. format vnã quæstionem, & soluit. D. m. dicit hanc quæstionem esse notandam, ex qua habetur, q. licet accusatus in odium sui, non possit excipere de illegitimitate accusatoris; iudex tamen ex officio pòt talẽ illegitimum repellere, allegat tñ in contrarium, quod not. Bar. in. l. non solum. §. fina. ff. de iniur. vbi vult, q. si alicui denegatur audientia, non potest iudex ex officio suo repellere accusatorẽ illegitimum. Subdit tñ q. sibi plus placet dictum huius glo. arg. l. locatio. §. quod illicitè. ff. de publica. vbi probatur, q. ex delicto acquiritur ius priuato, & reipublica. licet ergo priuatus non admittatur, vel q. nolit, vel q. non possit opponere, debet tñ iudex ex officio suo posse agere, & remouere talẽ illegitimum, ratione publici interesse. Facit quod no. Bar. in. l. inter omnes. §. re. c. ff. de fur. Illegitimus enim accusator repelli debet, non solum pp. priuato commodum, sed etiã propter iudicis dignitatem. Pro quo facit tex. in. l. quos prohibet. alleg. in glo. & facit gl. in. c. 1. de iudi. lib. 6. quæ vult, q. quod licet in causa criminali non possit interuenire procurator; tamen si interuenit, & altera pars non excipit, sed eum tolerat, quòd tenet iudicium. Subdit tamen gl. notabiliter, q. iudex nedum potest, sed debet talẽ procuratorẽ repellere. & sic fm. D. m. idẽ vñ dicendum in casu Bart. in. d. l. non solum. §. si videlicet, q. non obli. q. statutum denegat audientiã, nihilominus possit iudex ex officio supplere: vt est gl. not. in. c. 1. de elect. lib. 6. quæ vult, q. licet post litem contesta. pars non possit petere cautionem à procuratore, tamẽ iudex ex officio potest compellere procuratorem ad ostendendum mandatum, seu ad cauendum, ne aliàs iudicium sit delusorium. vide ad prædicta, quæ plenè scripsi in clem. 1. in fi. de seq. poss. & fruc. Et ex prædictis infert Io. An. bonam esse cautelam aduocatorum, & partis, vt sibi faciant iudicem beneuolum, vt not. in. c. consulu. de off. delega. Cauere tamen debet iudex, secundum Host. hic, & Io. An. à pœna. c. cum æterni. de re iudi. lib. 6. propter malum iudicium. ¶ In eadem glo. ibi. c. exceptionem. ad fi. dicit Ioan. An. hic, quòd per illud. c. Vincen. & Tanc. dixerunt, quòd 10 episcopus potest remouere accusatorem suum per

exceptionem excõicationis. ad quòd ẽt allegat. c. à nobis. de excep. & idem tenet Inn. Et not. q. ille tex. est valde singularis ad limitationem tex. nostri, probatur ibi, q. licet quis communicando cum excõmunicato, videatur illum approbasse: potest tamẽ eum repellere ab accusatione sua, non obstante tali communione. Et si tu diceres quæ ratio differentie est inter illum casum, & casum nostrum? Respondeo, q. duplex potest esse, vna propter periculum peccati, quod insurgeret ex noua communione cum excõmunicato: & tñ tanto grauiora sunt peccata, quãto diutius infelicem animam detinet alligatam, vt .c. cum tanto. de consuetu. Secunda ratio potest esse, quia approbare malos mores, secundum quòd dicit tex. noster quòd ad familiaritatem dependet à voluntate approbantis, & ideò non potest postea reprobare, vt hic, & c. quemadmodum. de iureiuran. & l. si vxor. in fi. de adult. 8. q. 2. dilectissimi. & l. Pomponius. & c. horrendus. & c. veniens. alleg. in gloss. 2. in prin. cum simi. Secus vbi non penderet à voluntate, seu approbatione sua, quia tunc potest opponi exceptio, non obstante probatione sua, per tex. in .d. c. à nobis. & c. dilecto. de præben. & c. nostri. de elect. not. Io. An. in reg. scienti. de reg. iur. lib. 6. & glo. in. l. 1. C. vbi de cri. agi op. quæ vult, quòd possim opponere de nullitate processus facti coram iudice, quem à principio approbavi, non excipiendo contra eum, quando in potestate mea non erat face re illum iudicem meum, saltẽ ex vi prorogationis. Immo fortius redeundo ad casum. d. c. à nobis. volũt Docto. quòd etiam si iste episcopus excipies, fuisset excõmunicatus maior excõicatione, possit repellere accusatorem excõicatum minori excõicatione ab accusatione sua. Quòd tñ intellige procedere, & locum habere in casibus, in quibus cõicatio cũ excõicatio minori excõicatione induceret peccatum mortale, de quibus in. c. sacro. j. de senten. excomm. ¶ Glo. 2. tria facit. Primo coadiuat tex. quòd fami liaris admittatur ad accusandum per quatuor iura. ad quòd allegat tria iura in contrarium. Secundo gl. ostendit, quòd criminofus admittatur, ibi, immo videtur, quòd probat per tria iura, & quatuor allegat in contrarium. Tertio soluit contrarium, & prima solutio, ibi, forstan. secunda ibi, sed dicas. tertia ibi, aliter fortẽ. In ead. ibi. l. Pomponius. dic. vbi probatur quòd gestionem semel approbatam non reprobo. In ead. ibi. l. iniquum. dic. vt ibi probatur, q. quòd familiaris per me nutritus ab infantia, nõ potest me accusare. & sic videtur velle illa. l. & c. alieni. 2. q. 7. & 3. q. vltima. §. si quis ex fa. alleg. in gloss. quæ iura ad idem tẽdunt. i. contradicere tex. nostro, qui vult, q. familiaris admittatur ad accusandum dominum, cuius contrarium volunt illa iura. Sol. duplex datur hic per Docto. vna, q. speciale sit in episcopo, quòd possit accusari à nutritis in domo sua, in odiũ ipsorum episcoporum, qui debent habere, & nutrire per sonas honestas, vt in. c. cum pastoris. allega. in gloss. Secunda solutio est, q. contraria loquuntur in familiaribus nutritis in domo ab infantia, qui accusare non possunt; secus in alijs non nutritis, & ita loquitur tex. noster. & ita cõiter\* approbatur per Docto. Ego vero do tertiam solutionem magis notabilem, vt iura in contrarium allegata vendicent sibi locum in fa-

Cõ. opin.

Cõm. opin.

Cõ. opl.

in familiaribus, & nutritis, non criminofis, contra quos excipitur de inhabilitate propter alimenta, & nutrimenta præstita, cum videatur nimis iniquum ab illis mala recipere, quibus plura beneficia contulimus. Secus autem est, quando vellem excipere cõtra familiarem, etiam nutritum, & alimentatum de crimine, quod in eo approbavi, non repellendo eũ criminofum à me. Et ita excipiebat iste episcopus. Vnde aduertendum est ad modum excipiendi. Aduerte tamen, quia illud quòd dixi, q. talis nutritus & alimentatus non admittit ad accusandũ nutritorẽ. qd etiã probatur in. l. penult. C. qui accu. nõ poss. & 3. q. 1. r. c. fi. §. penult. & 3. q. 5. c. 1. & 2. Fallit tñ in casibus, in quibus filij parentes, & parentes filios admittuntur ad accusandum, sicut & libertus patronum, & frater fratrem, quia omnium istorum vnus alium accusare potest, de quibus Spec. in titu. de accu. ver. ite m potest frater. videlicet in crimine lesẽ maieltatis. vt. d. l. pen. C. qui accu. non poss. & in crimine hæresis, vt in. c. literas. de præsump. 2. 3. q. 8. legi. cum si. Item suam, vel suorum iniuriam prosequantur, vt in distis inrius. ¶ Item intellige quòd non admittitur ad accusandum de magno, & graui crimine: se cus de leui, vt. l. si fororem, & l. si magnum. C. qui accu. non poss. In eadem glo. ibi. C. de hæret. l. quoniã. dic vbi probatur, q. tñ Iudeus contra Iudeum, hæreticus contra hæreticum admittitur. In eadem ibi, in arenam. dic vbi dicitur, q. tñ pater arenariæ professionis non potest filium arenarium exheredare. In eadẽ ibi. C. de adult. l. quoniã. dic vbi probatur, q. contra accusantem de adulterio opponitur lenocinium. In eadem ibi. l. filium. dic vbi probatur, q. si vendidi filium meum liberum genero meo, non potest gener meus me accusare de plagio, quasi ignorauerit, quia non præsumitur ignorasse. In fi. glo. dic hæc vltima solutio ibi, sed dic\* cõiter improbatur. ¶ Postremò querit hic Inno. vtrum negligens punire subditum de crimine possit illum, vt criminofum repellere ab accusatione sua, & videtur dicendum q. non. arg. tex. nostri, contra tamen determinat ipse, & cõiter\* sequunt Doct. q. licet platus non puniat subditum: non tamen propter hoc videtur approbare eius mores. forte enim non puniuit non habens probationes in promptu. 2. q. 7. plerunque. Facit. l. duo sunt titij. ff. de test. tute. vel propter timorem futuri scandali, vt. c. cum iandudum. de præben. vel etiam si negligisset corrigere: nam aliud est negligere, & aliud approbare ad familiaritatis officium, ad quòd duntaxat honestas personas debet admittere. 2. q. 7. cum pastoris. & sequitur Do. Ant. & D. m. hic, qui subdit in fi. & bene. quòd tex. noster intelligẽdus est in familiari clerico, non autem in laico, quia laicus tñ ex aliqua causa est repellẽdus, scilicet, quia non est admittendus ad accusationem clerici, allegat not. in. c. de cætero. 3. de testib. ego dicam. in. c. cum. P. j. eodem.

C A P. VI.

S V M M A R I V M.

1 Accusatus, & absolutus de eodem crimine, ab alio accusari non potest.

- 1 Sententia lata in causa criminali, an transeat in rem iudicatam.
- 2 Transitus in rem iudicatam causatur ab acquiescentia partis condemnata.
- 3 Nemo est dominus membrorum suorum.
- 4 Sententia corporis afflictiuo lapsis fatalibus non potest retrahari, nisi à Principe ex specialigratia.
- 5 Sententia capitalis lata ex confessione vera, & expressa, non potest reuocari, nisi iure speciali.
- 6 Confessus in causa criminali, an possit appellare.
- 7 Absolutionis à crimine, triplex species.
- 8 Absolutus ab obseruatione iudicij, vel propter libellum ineptum, vel propter illegitimitatem accusatoris, an possit, & ab alio, & ab eodem reaccusari.
- 9 Absolutus vigore transactionis initæ cum accusatore an, & quando possit iterum ab eo accusari.
- 10 Adulterij sua domus vindictam negligens videtur quodammodo incidere in crimen lenocinij.
- 11 Absolutus per viam exceptionis an possit iterũ accusari.
- 12 Crimina quandoq; sunt punienda per viam exceptionis.
- 13 Exceptio de sui natura non tendit ad vindictam.
- 14 Absolutus per viam denuntiationis ad vindictam publicam an possit iterum accusari.
- 15 Index de re quam cognouit pronuntiare debet.
- 16 De delicto eiusdem hominis non est sepius cognoscendum.
- 17 Absolutus à denuntiatione peccata pœnitentia an possit iterum accusari.
- 18 Pœnitentia locus non est in delicto consumato, seu pfecto.
- 19 Baptismus plus confert, quàm pœnitentia, contritio, vel sacerdotis absolutio.
- 20 Seruus infidelis cristiani, per baptismũ non efficitur liber.
- 21 Libertas an delictum, vel infamiam tollat.
- 22 Iudei ad fidem conuersi non debent bonis quomodocunq; acquisitis priuari.
- 23 Condemnatum ab vno iudice, sed non debet a pœna delicti an alius iudex possit punire.
- 24 Absolutus per dispensationem, an possit iterum accusari.
- 25 Absolutus quia se purgauit an possit iterum accusari. remissiuè.
- 26 Absolutus, ex eo quòd ad ecclesiam confugit an iterum possit accusari.
- 27 Ecclesia, ad se fugientes liberat omni pœna corporali.
- 28 Ecclesia illi patrocinium non præstat, qui eam impugnamur mittitur.
- 29 Fugiens ad ecclesiam propter vnũ crimen, possit ne de alio puniri, vel accusari.
- 30 Absolutus de crimine ciuilitate, an & quando possit iterũ accusari ciuilitate.
- 31 Absolutus in dubio an videatur absolutus, quia non probatum, vel quia non delictum.
- 32 Sententia est referenda ad acta probatoria.
- 33 Absolutus per iuramentum præstitum an possit iterum accusari.
- 34 Iuramentum in causis criminalibus an possit deferri.
- 35 Absolutus per viã inquisitionis an possit iterũ accusari.
- 36 Inquisitio succedit in locum accusationis.
- 37 Absolutus per viã pscriptiois an possit iterũ accusari.
- 38 Instantia triennali perempta, vigore confessionis, postea a parte emanata, potest iudex sententiam proferre.
- 39 Instantiæ peremptio non perimit ius.
- 40 Contra presumptionẽ iuris, & de iure licet non admittatur probatio, admittitur tamen probatio in contrarium per confessionem.



- 42 Potentius est ius, quod queritur ex prescriptione, quam illud quod queritur ex presumptione.
- 43 Absolutus per viam accusationis non potest iterum accusari. Limitatur hæc conclusio quinq; modis, vt ibi.
- 44 Absolutus per viam accusationis potest iterum accusari, si doceatur, de prauaricatione primi accusatoris.
- 45 Præuaricatio qualiter probetur.
- 46 Absolutus per viam accusationis potest iterum accusari à tertio volente suam, & suorum iniuriam prosequi, & probante se ignorasse primam accusationem.
- 47 Ignorantia quomodo probetur.
- 48 Absolutus per viam accusationis potest iterum à tertio accusari, si accusationi quæ nunc secundario instituitur adiicitur noua qualitas nouam faciens accusationem.
- 49 Absolutus per viam accusationis potest iterum accusari si absolutoria fuit secuta propter aliquam qualitatem additam, & non probatam, quam nunc accusator detrahere velit. Limitatur tamen vt ibi.
- 50 Absolutus per viam accusationis potest iterum accusari de crimine distincte quod se haberet vt species separata. Limitatur tamen, vt ibi.
- 51 Absolutus ab accusatione devulnere an possit postea accusari de morte.
- 52 Accusatus, & condemnatus de vulnere an possit postea accusari de homicidio, vel an possit addita qualitate, vi-de remissive.
- 53 Absolutus, & de nouo accusatus qualiter excipere debeat.

**De his.** † Accusatus, & absolutus de eodē crimine ab alio accusari non potest. h. d. ¶ Nota primo, quod sententia lata etiam in causa criminali transit in rem iudicatā, non solum quod ad ipsas personas agentes; sed etiam quod ad tertium. & ideo si non extitit appellatū, etiam quod ad tertium non potest accusatio de nouo institui. Et hoc videtur clare procedere, quoniam sententia absolutoria fertur pro accusato, quod tamen intelligendū, & limitandum est, vt. j. latius dicā. Si verò sententia ferretur contra accusatum, vtrum talis sententia transeat in rem iudicatā; doct. in cle. pastoralis. videntur velle quod non si ex tali sententia venit imponenda pena mortis, vel alia pena corporalis membrum mutilatiua. mouentur, quia transitus in rem iudicatā causat ex acquiescētia partis cōdemnate. vt. c. q. ad consultationē. de re. iud. Sed hæc acquiescētia non debet quod pos se facere; † quia nemo est dominus membrorum suorum, vt. l. liber hō. ff. ad leg. aquil. & 23. q. 5. c. si non licet. & c. cōtingit. de sen. excō. ergo non vult posse acquiescere; & p cōsequēs sententia non videtur transire in rem iudicatā. Et hæc opi. dicit hic D. m. secutum fuisse. Sed tandem iuestigata diligēter veritate, dicit se credere hæc opi. non fore verā. mouet per tex. in l. diui. ff. de pœnis. vbi patet, quod sententia corporis afflictiua non potest retractari de iure cōi post lapsa fatalia ad appellatū, licet nunc appareant pbationes innocentie accusati; sed, dūtaxat ex gratia speciali à principe impetrata retractat sententia. Nō obstat motiuū doc. quia illud, pcedit, quoniam quis iniuste de facto vellet exponere corpus suū; secus si nō appellauit; quia vltima tacite cōsentire ex dispositione iuris, vt. l. furti. ff. de his qui no. inf. Nā, & hoc videmus in cōfessione vera, & expressa; cuius virtute quis damnatur ad mortē, vt. C. de pœnis. l. qui sententiam. Inno. in. c. qualiter. 2. j. eo. nec talē sententiam potest reuo-

care nisi iure speciali, vt not. in. c. cū speciali. §. de appel. vbi dubitat, an tē cōfessus in causa criminali possit appellare, de quo artic. dic. vt ibi dixi. Secundo not. summariū, ex quo habes vnum priuilegiū cōpetens accusato. ad repellendū accusatorē ex psona ipsius accusati. Ex quo inferitur, quod de alijs criminibus potest accusari à contrario; & hoc probat clarum in. c. licet. in gl. in ver. de catero. i. fi. & ibi doc. j. eo. & ibi videbim. ¶ Gl. nostra tractat de triplici specie absolutiois à crimine. prima est p dispensationē. secūda, p sententiam crimine non probato. tertia p penitentiā. Et cōcludit gl. quod prima impedit reiterationē accusationis; secūda etiā regulariter impedit, nisi in duobus casibus. tertia nō impedit. ¶ In eadē ibi, licet. §. vlt. dic. vbi tex. dicit, quod si cōtra exercitorē egi actio in factū, & fuit absolutus, ex eodē delicto, nō possit agere furti. Et idē est cōtra, ne sepius de delicto eiusdē hōis cognoscat. ¶ In fi. gl. dic. hæc materia vtrū absolutus possit de eodē crimine iterum accusari, est vtilis, & quotidiana, & habet plura mēbra, & capita, ex quibus iura, & doct. vident cōtrariari; vnde p cōcordia iurū gl. & doc. colligēdo varia dicā, & conclusiones postas in diuersis locis, addēdo etiā, quod plene dixi in materia desistētia calumniatoris, & absolutiois. j. eo. c. licet. & j. de calum. c. 2. j. de collus. c. 1. ¶ Distinguo igit post D. Ant. & D. m. pluribus additis, quod interdū quod est accusatus, & absolutus ab obseruatione iudicij, vel p ineptū libellum, vel p illegitimitatē accusatoris, vt dicit glo. fin. c. 1. §. eo. & hoc casu, potest & ab alio, & ab eodē reaccusari, vt tradit, in l. libellorum. ff. eo. 2. q. 8. c. libellorū. not. in. c. cum. P. j. eo. 2. q. 5. phibent. idem Spec. in tit. de abol. ver. porrō. Aduerte tñ, quia de iure canonico fortiter ob. quod ab eodē non possit accusari, p inimicitia contractā ex prima accusatione, quod inimicitia facit accusatorē illegitimū de iure canonico, sed dic. vt dicā in. c. repellantur. j. eo. Si tñ esset absolutus vigore legis absolutiois cōtingentis per mortē accusatoris, vel per lapsum biēnij, vide, quæ dixi in. c. 1. j. de collusio. circa fi. ¶ Quādoq; & secundo, quis est absolutus vigore transactionis; quia transigit cū accusatore. Et distingue, quod transactio tenet, aut nō. Primo casu transigens non potest eū iterū accusare. Alius vero tertius nō prohibet, vt. l. transigere. C. de transact. & p Bar. in. l. si marit. §. si negauerit. ff. de adul. & ita debet intelligi quod dicit Spec. in tit. de abol. ver. porrō. Secundo casu, quoniam transactio non tenet, dic. quod aut accusator renuntiavit, vel transigit anteq̄ accusatio proponeretur, aut anteq̄ accusatus inter reos reciperetur lite contesta. primo casu, aut alius tertius eum prauenit accusando, & non admittit, vt l. 3. §. si quis. ff. de sepul. viol. aut alius non puenit eū, & regulariter admittit. Fallit in crimine adulterij, vbi nō potest accusare, etiā si alius eū non puenit; tex. est in. l. miles. §. focer. ff. de adul. & tenet Bart. in. d. §. si negauerit. & rō huius fallentię est, quia ille qui negligit vindictā adulterij domus sue, videtur quodammodo incidere in crimen lenocinij, vt. l. 2. §. lenocinij. ff. de adul. & ideo ex illo capite est illegitimus accusator, p. l. si vxor. §. si. ff. de adul. & l. qm̄ Alexadrū. C. de adul. Tu etiā dic. quod dicta regula fallit si ipsi desistētī, seu renūciātī fuit impositū silentiū sū formā l. diffamari. C. de inge. manumif. & l. si ea. C. q. accur nō pot.

nō pos. facit tex. secundū vñū intellectum, de quolibet dicam, in. c. licet. j. eo. Fallit 3. si desistens, vel renuntians, vel transigens iurasset nō accusare, vt. c. veniēs. j. eod. & ibi de hoc dicā. Secundo casu, quoniam post litem contestatam desistit, vel transigit, dic. quod ipse idē non admittitur, non tñ repellitur vigore pacti, vel transactionis, quæ non tenuerunt; sed ppter suspicionē, & infamiam, per. l. qui desistit. ff. ad turpil. & l. accusationem. C. qui accu. non pos. Bar. in. d. §. si negauerit. Tu potes aliā absolutonē assignare, quia postq̄ semel accusauit, volens iterū accusare, videtur potius moueri malo zelo, & inimicitia, quam ppter aliā causam, quæ inimicitia repellit de iure canonico; vt statim dixi, & dicā in. c. repellant. j. eo. nisi diceret, quod propter renunciationē, vel desistētiam quam facit, videtur absoluta inimicitia, seu abolita, & reintegrata amicitia, & vide, quod dixi. j. de collu. c. 1. ¶ Quādoq; & tertio, quis fuit absolutus per viā exceptionis, & distingue, quod aut exceptio fuit pposita ad eundē finē, ad quem proponitur accusatio, videlicet, ad vindictam publicā; vel est tale crimen quod poterat, & de bebat puniri pena naturali p viā exceptionis, & non potest amplius accusari, vt. l. quod in die. §. si rōnē. ff. de cōpēsa. & not. in. c. sup. his. j. eo. ¶ Et quæ sint illa crimina, quod sunt puniēda etiā per viā exceptionis, vide in. c. 1. de excep. & c. 2. de ordi. cogni. & l. 2. §. si publico. ff. de adulte. Si verò proponit ad alium finē, quod ad vindictā publicā; nec sint crimina, quæ per viam exceptionis valeant puniri, & tunc potest iterū accusari. Bar. allegat. l. vindicantē. cū. l. seq. ff. de enic. rō est; quia † exceptio de sui natura nō tendit ad vindictā, vt. c. 2. in fi. & quod ibi no. §. de ordi. cogni. Hoc idē tenet Bar. in. l. si cui. §. idem. ff. eo. facit quod not. in c. sup. his. j. eo. & quod statim dicā in seq. membro; adde & quæ dicā in. d. c. sup. his. in. 4. q. sup. verbi. accusatus. vbi plenius dicā de hoc mēbro. Fallit tñ primus casus huius tertij mēbrī, in his casibus in quibus dicā absolutū ab accusatiōe posse iterū accusari. ¶ Quādoque, & quarto, quis fuit absolutus per viam denuntiationis, & hoc casu Inno. in. c. cū dilecti. j. de purga. cano. tenet, quod potest iterum accusari; quia denuntiatione non fit ad vindictam publicam. quod quidā limitant secundum eum, nisi denuntiatu, ppter denuntiationem ex toto satisfecisset delicto. Quod placet hic D. m. quoniam per viam denuntiationis soluitur pœnā naturalē delicti, aliā sec. Sed tu aduerte, quia D. Bar. de Saliceto formiat hanc quæst. in repet. l. ea quidem. C. de accus. ver. l. 5. quæst. Et ibi dicit, quod cōiter \* concludunt quod sic, sicut si esset absolutoria lata sup accusatione, vt. l. si cui. §. eisdem. ff. eod. propter identitatem rationis. Sed addunt aliqui, quod cautus index nō debet reum absolue simplicitate; sed debet procurator dicere denuntiationē min⁹ bene denūtiāse, vel retulisse; vt sic iterato possit denuntiarī, vel accusari. Et hoc colligunt, ex. l. diuus Adrianus. circa fin. ver. si vero parū. ff. de custo. Sed hæc trussa est secundum præfatū. D. Barth. quia siue pcedat per denuntiationē debet absolue simplicitate, si nō est reus culpabilis, vt in. c. si. de calumnia. siue per inquisitionem, vt in. c. licet heli. j. de simo. & de hoc. j. in decimo mēbro. Et in vtroq; casu est eadem ratio; quod in accusatione, quia de † qua re index cognouit, de eadem iudicare debet. l. qua. ff. de iudic. Nec obstat

l. diuus, quia ibi loquitur respectu denuntiantis vtrū veniat puniendus, vt patet ex sequētibus secundū præfatū D. Bar. ¶ Sed tu aduerte, quia non est verū, quod dicta rō sit quare non potest iterum cognosci, vt patet ex præcedentibus & sequen. Sed illa bene est ratio, vt postquam cognouit de delicto, debeat pronuntiare super delicto. Sed postquam pronunciauit absoluen do, illa est ratio, † quia de delicto eiusdem hominis non est sepius cognoscendum, vt nostra dicit glo. & sepius dictū est, & dicit. j. Fateor tamē, quod si cognouit duntaxat de denuntiatione, videlicet, an fuit legitime facta, quod non debet simplicitate absolue; sed pronuntiare ad hoc etiam super denuntiatione. Sed si cognouit de delicto, an obstat exceptio rei iudicatæ, potest colligi ex his quæ dicā in decimo, & vndecimo mēbris. Et hæc procedunt, quoniam processit iudex p viā denuntiationis ad vindictā publicā. ¶ Si verò denuntiatu fuit absolutus peracta penitentiā, gloss. nostra in fi. concludit, quod potest iterū accusari; quod etiam tenuit glo. in ver. penitentiā. in. c. admonere. alleg. in glo. & c. gaudemus. de diuor. gl. in. c. peccati venia. de reg. iur. lib. 6. & glo. 49. dist. c. 1. de tēpo. ordi. & gl. in. c. qui crimen. 6. q. 6. facit. 1. q. 7. si quis. & 5. o. dist. peruenit Archi. 7. q. 1. c. cū pculsio. quod dupliciter limitatur, primo secundum quosdā, quos sequitur hic D. Ant. nisi penitentiā fuerit publica; quia tunc non potest amplius accusari. allegat ad hoc Hostien. in. c. tuā. de pœna. & sentit hic gloss. nostra dum dicit, egisset penitentiam occulte, quasi setiarā à contrario, quod secus esset si publice egisset penitentiam. sed hoc non placet hic D. m. Mouetur quia sicut quis delinquendo offendit Deum, Rempubicā, & proximum; ita debet dupliciter puniri, videlicet, in penitentiā fori animæ, vt Deo satisfaciatur, & animæ suæ. Et hinc est, quod à confessore suo imponitur penitentiā vbiq; ille talis delinquerit. 1. 6. q. 1. c. placuit. Itē quia lædit rempublicam, per delictū, vt probatur. in. l. locatio. §. quod illicitē. ff. de publica. puniēt etiam in foro contentioso, & iudiciali, nec debet vbiq; puniri, sed remittendus est ad locū vbi deliquit, vt. 3. q. 6. c. 1. in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. op. cum ergo tendant ad diuersos effectus, impositio vnius pœnæ, non tollit aliam pœnam, vt. l. an & eadē. ff. de excep. rei iud. ¶ Nec obstat, quod penitentiā fuerit publica, siue occulta; quia siue fuerit publica, siue occulta semper tēdit ad eundē finē, scilicet, vt Deo, & animæ suæ satisfaciatur. Et dic. quod publice imponitur quandoq; ad sedandū scandalū. 2. 6. q. 6. c. fina. Et ad prædicta vide Hostien. in summa, in tit. de accusat. §. effectus. verbi. penitentiā, vbi dicit, quod propter peccatum mortale, duplex debetur pœna, scilicet, æterna, & corporalis. Et ad prædicta etiā facit, tex. in. c. felicitis. §. fina. de pœn. lib. 6. vbi pbatur, quod punitus per iudicem ecclesiasticū de crimine ecclesiastico, potest iterū puniri per iudicē laicum, quamuis pœna legalis excedat. Sed penitentiā etiam publica cōmuniter est leuior pœna naturali delicti. 3. 3. q. 2. admonere. nam si integra naturalis delicti imponeretur, tunc secus esset, vt dixi. §. in prima limitatione. Ad hoc facit, quod disputatum etiam tenuit Iac. de Belui. quam disputationem ipse refert, in. l. 1. C. vbi de cri. agi. op. vbi tenuit, quod iste qui de eodē crimine potest puniri à duobus iudicibus; si fuit puni-

tus ab vno, potest & ab alio iterum puniri, si pena primò imposita non fuit integra pena naturalis delicti; secus si fuisset integra. quod etiam sequitur Bald. in l. nullus. C. de testi. in penul. quæst. & not. Bart. in l. 1. in fine. ff. de vi. bono rapt. & j. latius dicam in membro absoluti per viam accusationis. Facit etiam ad prædicta, quod not. in l. qui ea mente. ff. de furtis. vbi probatur, quod in delicto consumato, seu perfecto non est locus poenitentiae, ita quod regulariter per poenitentiam tollatur; adeò quod delinquens puniri non debeat. Intelligendo etiam de illa poenitentia, per quam reponuntur res in pristinum statum, postquam ius est quaesitum tertio, vel Reipublicae, de quo tamen dic, vt ibi latius per Docto. & maxime Bart. & vide tex. in l. quis sit fugitiuus. in prin. ff. de ædili. ædic. qui vult, quod per poenitentiam delictum, nõ definit esse delictum. Secunda limitatio est, quod absolutus in poenitentia de delicto commissio post baptismum, etiam potest puniri; secus si delictum est commissum ante baptismum; quia de illo non potest amplius puniri, hoc tenet gloss. in c. 1. 49. dist. de consecra. distin. 4. c. sine poenitentia. & idem glo. eadem distin. c. 2. & sentit hic D. Anton. in princ. ¶ Gloss. tamen. 23. q. 2. admonere arguit pro, & contra. Sed glo. in c. gaudemus. de diuor. tenet contrarium, & ibi eam sequitur D. Anton. & D. meus. In eandem sententiam videtur inclinare glo. in c. admonere. & hæc opin. plus placet D. Ant. & mihi. quia baptismus tollit duntaxat peccatum, & poenam delicti quod ad Deum, imò adeo sanat, & liberat baptismus quod secundum August. purgatorium minimè sentiunt, qui in fine baptizantur, de poenit. dist. 7. c. nullus. ¶ plus igitur baptismus confert, quam poenitentia, contritio, vel absolutio sacerdotis; per hæc enim non euitatur purgatorium, quod tamen euitatur per baptismum, vt de vtroque not. gloss. in vers. de baptismo. §. porro. 32. dist. non tamen tollit baptismus vindictam publicam; quia talis poena est diuersa, vt dictum est. Simile videmus, quod non tollit ius tertio quaesitum. Et ad prædicta, vide gloss. not. 23. dist. c. 2. & 26. dist. c. deinde. in glo. Ad quod etiam vide, quod not. Archid. 5. 4. dist. c. mancipia. vbi vult quod in baptismo infidelis serui, qui pertinet ad dominum Christianum, seruus non efficitur liber. & ita consului anno præterito. Simile videmus, quod propter libertatem tollitur delictum, vel infamia, quã quis in seipso comisit; non tamen tollitur delictum quod in alio perpetratum fuit, vt. l. athletas. §. Pomponius. & l. penul. ff. de his qui not. infra. Dicit tamen D. meus, quod multum æquius esset, quod delictum tolleretur, & quod ad se, & quod ad vindictam publicam, dummodo baptizatus, simulatus nõ esset. ¶ Sed tu aduerte, quia si sine charitate cum simulatione quis ad baptismum accederet, nullum ei dimitteretur peccatum, etiam quod ad Deum. de consec. dist. 4. c. ostenditur. not. glo. in d. c. deinde. 26. dist. nam tunc solum fit sacramenti collatio; non autem peccatorum remissio, vt not. gloss. de consec. dist. 4. in summa. pro dicta tamen æquitate D. m. facit text. & quod ibi not. in cap. mancipia præalleg. vbi dicitur, quod seruus Iudæi, vel infidelis emptus mercimonij causa; si vult baptizari efficitur liber; & sic

per baptismum quandoque præiudicatur tertio, eo fauore attento, vt quis ad Christi fidem, & veram religionem conuertatur. ¶ Et hinc, ego sæpenumero solitus sum dicere, quod cum hoc sit, quod Iudæi frequenter ad fidem conuenterentur si possent retinere bona acquisita per vsurariam prauitatem, vel aliàs illicitè acquisita, quod ea retinere possunt: alia enim bona taliter non acquisita indubitanter possunt retinere, vt probatur ex supradictis. & not. in glo. in c. Iudæi. de consecra. dist. 4. Ioan. Andr. in c. debitum. de baptismo. & est tex. cum gloss. & ibi videbimus. 23 in c. Iudæi. 2. j. de Iudæ. quod salutiferum esset, & ad nostræ fidei augmentum, disponere, quod Iudæi, qui ad fidem conuenterentur possent retinere bona vsuraria prauitate acquisita, sicut licitè acquisita; & quod vnusquisque Christianus, vel alius qui ab ipsis Iudæis deberet habere aliquid extortum vsuraria prauitate, tacitè intelligeretur remittere, & quod si restitueret restitutio esset illis ad meritum, & eis cõferret ad remissionem peccatorum futurorum. In hoc tamè deberet interuenire communis cõsensu, tam clericorum, quam laicorum; quia de præiudicio omnium tractatur. secundum intellectum regula, quod omnes. de reg. iul. lib. 6. c. cum omnes. de consuet. tamen non insisto; quia non est principalis materia nostra. Quandoque ¶ & quinto, fit absolutio per dispensationem. & gloss. nostra tenet, quod non possit amplius accusari, & sequitur D. m. hic. tu dic, quod idem tenet gloss. in c. fi. de tempo. ordin. per. c. ex tua. de filijs præbit. & c. fraternitati, de schisma. & idem tenet Specul. in tit. de abolitio. §. porro. Hostien. in summa in tit. de accusatio. §. quid sit effectus. versic. sed niquid. & versic. poenitentialis. & seq. sentit idem Specul. in tit. de lega. §. postremo. in prin. vbi vult, hoc procedere, si fuit dispensatum publice super crimine publico; secus si super occulto. nam hoc casu adhuc poterit accusari, quia etiam post poenitentiam accusari potest. Sed talis dispensatio, quæ fit super crimine occulto dicitur absolutio, quæ fit per sacerdotem in foro poenitentiali, & ita intelligit, & sequitur Hostien. in d. §. effectus. versic. dispensationem. & sequitur Ioan. Andr. in c. innotuit. de electio. Et prædicta procedunt, etiam si delinquens potuisset puniri in duobus locis, a duobus iudicibus, puta a iudice domicilij, & delicti. nam si iudex delicti. vt puta episcopus, vel alius qui habeat potestatem dispensandi; dispensat cū clerico; nõ poterit postea de illo crimine ab alio accusari, nec coram iudice domicilij, nec ab eo puniri. hoc not. tenet D. Anton. in c. postulasti. de foro compe. ¶ Quandoq; & sexto, quis fuit absolutus; quia se purgavit, & de hoc membro dic, vt latius dicam in c. ex tuarũ. j. de purga. cano. vbi aptius iste articulus conuenit. Quandoq; & septimo, ¶ quis fuit absolutus ex eo quod confugit ad ecclesiam; nam cum præstetur iuramentum per iudicem secularem rectori ecclesie, ad quam cõfugit, de ipsius delinquentis impunitate nõ potest amplius accusari. 17. q. 4. c. id constituimus. & per totam illam questionem, & sequitur hic D. meus. Sed tu dic, quod hoc solũ pcedit quod ad ius canonicũ, quod pualet, & seruandũ est in casu nostro. ¶ De iure autẽ ciuili fit differentia, vtrũ is qui fugit ad ecclesiam fuerit seruus, vel libertus, vel liber, seu ingenuus. Itẽ in seruo distin-

distinguitur, an sit seruus proprius, an colonus, vel ascripticius. & rursus si sit liber distinguitur, an sit Christianus, vel infidelis; nam aliter & aliter secundum diuersum genus personarum, fugiens ad ecclesiam priuilegio gaudet. imo de iure ciuili, nec etiam si Christianus, & liber esset qui ad ecclesiam confugeret, secularis iudex teneretur præstare iuramentum impunitatis simpliciter, vt supra dixi, & latius videre potes per Azo. in summa. in tit. de his qui ad ec. confu. gloss. tamen. in c. reũ. 17. quæst. 4. refert quosdam tenere, quod accusari non possit ab eodem, scilicet qui iurauit, & impunitatem commisit; sed ab alio tenent quod accusari possit. Hęc tamen opinio reprobat ibi per gloss. de iure canonico, & bene, quod vt dixi. supra in casu nostro seruandum est; tam in foro seculari, quam ecclesiastico. ¶ Fugiens igitur ad ecclesiam liberatur ab omni poena corporali, quæ a iudice erat inferenda, secundum Vgo. & sequitur Archid. 36. quæst. 1. in capit. de raptori. & in d. cap. reum. & ibi etiam Vgo. & Archid. tenent, quod omnis poena corporalis mortis, vel membrorum mutilatiua, vel fustigationis, aut verberum ei remittatur. & hæc est ipsa veritas. Est tamen verum, quod propter hoc non liberatur fugiens, quominus teneatur refarcire danum, vel satisfacere de iniuria, quam intulit. & hoc voluit text. in d. cap. reum. ibi dum dicit, tamen legitime componat, quod iniquè fecerit. Et hoc dicitur procedere quidam, vt Vgo. siue fugiens fuerit Christianus, vel Iudæus, vel alius infidelis, ex eo quod iura hanc humanitatem concedentia loquuntur indistinctè; ergo iadistinctè sunt intelligenda, vt. 18. distin. c. capit. si Romanorum. & l. de pretio. ff. de publicia. quod non placet Archidiacon. ¶ Mouetur, quia ¶ ecclesia non debet patrocinium præstare illi qui semper nititur eam impugnare. 23. quæst. 4. displicet. facit. capit. frater. 17. quæst. 4. not. in cap. frustra. j. de vsuris. & l. post legatum. ff. de his qui. vt indi. & sequitur Archid. in c. diffinuit. 17. quæstio. 4. quod mihi placet. ¶ Sed aduerte, quia mihi nunc legendo insurgit dubitatio, vt nunc fugiens ad ecclesiam propter vnum crimen, possit de alio puniri, seu accusari. Ego hanc questionem non memini legisse tactam ab aliquo. Sed in ea dicendum arbitror, attendendam fore formam promissionis impunitatis. Nam si propter nouum delictum confugeret ad ecclesiam, & propter illud sibi sit promissa impunitas; posset de alio delicto accusari, cum promissio ad hoc se non extendit. Si vero quis aufugisset ad ecclesiam ex eo quod tanquam facinorosus esset infamatus; non tamen magis de vno delicto, quam de alio; & hoc casu cum promissa foret impunitas simpliciter, arbitror quod de nullo crimine præcedenti possit accusari, vel puniri. ¶ Quandoque & octauo, quis fuit absolutus, dum ageretur de crimine ciuilitate, & nunc accusatur criminaliter, & in hoc concludunt tam Domi. Anton. quam Do. meus, quod aut vtraque poena tendit ad vindictam, & absolutus ciuilitate non potest accusari criminaliter, vt. l. prætor. §. 1. ff. de iniur. & traditur in c. dilectus. de capel. mo. vnde absolutus nomine iniuriarum, non accusatur postea de occiso homine. Tu tamen limita, vt. j. dicam in vl-

timo membro. Aut ciuili actio tendit ad rem familiarem, criminalis ad vindictam publicam; & tunc aut fuit absolutus, quia actor non probauit; & potest iterum accusari criminaliter, vt. l. vnica. C. quando cui. act. crimi. præiud. not. Innocen. in cap. cum dilecti. de purgatio. canon. & facit quod not. in l. si duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiuran. Aut fuit pronuntiatum super facto, & sic fuit absolutus; quia delictum non commisit. & hoc casu ad eodem accusari non potest, etiam criminaliter argumen. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iud. a tertio vero potest accusari, vt per Barto. in l. 1. ff. vi bono. rapt. & l. qui de crimine. C. qui accus. non pos. ¶ Vtrum autem in dubio videatur sententiarum quia non probatum, vel quia non delictum, tangit hic Do. Anton. qui dicit, quod licet prima facie videatur lata super facto: & sic quia non delictum, argu. l. fin. ff. de iureiuran. & l. 1. §. si fideiussor. ff. quarum re. ac. tamen ipse tenet contrarium, videlicet, quod in dubio videatur absolutus; quia non probatum. & tenet Barto. in l. si duobus. §. fina. ff. de iureiuran. mouetur per. l. si a te. ff. de excep. rei iud. & idem tenet in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligatio. & l. ex duobus. ff. de duob. reis. in. 1. o. quæst. vbi allegat pro casu. Iulianus. ff. de condic. in deb. & l. procurator. §. fin. ff. rem rat. hab. & l. duobus. ff. de libera. cau. Nec obstat iura in contrarium allegata; quia loquuntur in delatione iuramenti, quod habet vim solutionis, quod non est in sententia. Item, quia iste qui iurat, iurat de facto suo, & potest scire factum esse, vel non esse. Sed iudex iudicat de facto alieno, quod regulariter ignorat. vnde non potest simpliciter scire factum esse, vel non factum esse. Et hoc mihi placet. Nec obstat quod dicit Ang. in d. l. duobus. vbi dicit se non posse videre, nec in practica considerare causam dubitationis prædictorum. nam aut constat ex actis non esse probatum, & tunc non est casus dubius, secundum eum. Aut constat contrarium, videlicet probatum esse; & tunc non potest dici sententiam latam quia nõ probatum; sed ex eo quod sic placuit iudicanti, ex quo ex actis sententia apparet iusta. Sed vt dicit Ioan. de Imo. & bene, in d. l. duobus si appareret ex actis prima fronte probatum fore, & forte re vera non est probatum, quod iudex non adhibuit fidem testibus videns quod pallore, vel machinatione, vel calliditate deposuerunt. vt not. in. l. 3. §. tu magis. ff. de testibus. Inno. in c. quoniã contra. de proba. Item & secundo, licet ex actis non appareat probatum esse; tamen possibile est, quod iudex motus fuerit ad absoluendum ex eo quod non sit debitum, non ex eo simpliciter quod non sit probatum; ¶ vnde cū sumus in dubio, & regulariter sententia sit referenda ad acta probatoria, vt no. in l. si quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iud. & in l. 2. C. de sent. quæ sine cert. quant. & c. si confirmationem. de elec. lib. 6. In dubio dicemus eam latam, quia non probatum; cum non appareat de alia causa. ¶ Quandoq; & nouo, quis fuit absolutus per iuramentum præstitum; & hoc membrum non tangit hic Docto. Et tamen in eo aduertendum; quia hæc quæstio præsupponit illã aliam difficilem quæstionem ¶ quia queritur, vtrum in casibus criminalibus Par. j. B iij possit





sed quò ad ipsum accusatorem arbitror, quòd non debeat admitti ex alia causa, videlicet, propter præsumptam calumniam. vt. §. dixi. & dicā statim, ideo dixi quòd noua tribueretur actio; quia si per qualitatem additam augetur, vel minueretur pœna respectiue, quæ imponitur pro delicto simplici, non daretur tunc noua actio, exemplum in. l. Aquilia, quæ contra confidentem datur in simplum; contra negantem verò datur in duplum, nam duplum imponitur per respectum ad simplum, non per se simpliciter. Potest etiam figurari exemplum in seruo delinquente, nam si dominus sciuit, punitur in solidum; si ignorauit liberatur dando seruum pro noxa, vt. l. i. §. i. ff. si famul. fur. fe. dice. nā hoc casu per additionem nouæ qualitatis, non potest de nouo accusari; quia primò fuit absolutus; vt per Bar. in præal. l. denuntiase. per tex. in. l. in delictis. §. si detra-  
 49 **ctā noxæ. ff. de noxæ. act.** ¶ **Quarta** limitatio est, si absolutoria fuit secuta per aliquam qualitatem additam, quam non probauit, & nunc illam volo detrahere, nam his concurrentibus, quòd qualitas non sit respectiua ad factum sic probatum, & quòd quis cōueniatur ex delicto proprio, non ex delicto alterius, possit iterum accusari nō obstāte absolutione de isto delicto, q̄ intellige à tertio, & etiā à primo accusatore, si modo primus non possit repelli ex aliquo capite, vt pp calumniam, argum. l. habebat. in princ. ff. de iustitio. act. secus si sententia esset secuta; quia non esset probatum delictum; per. l. si quis cum totum. §. si ancillam. & l. egi tecum. ff. de excep. rei iudica. vel si ex delicto alterius quis cōueniretur. quia nō possit amplius accusari, tex. est in dicta. l. in delictis, §. si detracta. Et hæc duæ limitationes sunt de mente Barto. in. d. l. denuntiase. vbi ipse latius ponit, & declarat. vide ibi eū, quia materia, est satis difficilis, & dubia. ¶ **Nota** tamen, quòd si de qualitate adiecta primæ accusationi, vellē te denuo accusare, non possim; licet ista qualitas faciat nouā speciem delicti. verbi gratia: te accusaui de iniuria illata homini bus coadunatis, fuisti absolutus, volo accusare de coadunatione, quæ est crimen. l. Iulij de vi. vt. l. fina. C. ad legem. Iul. de vi publi. & priua. & traditur in. l. i. ff. ad. l. Iul. de vi. certè non potero te accusare de coadunatione, secundum Bartol. vt ipse punctaliter dicit in. l. in eum. ff. eod. & ratio est in promptu; quia iste qui egit de toto crimine, videlicet, de iniuria lata coadunatis hominibus, videtur etiam egisse de qualibet eius parte, & sic de coadunatione, per con-  
 50 sequens obstat exceptio rei iudicate, vt. d. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iudic. ¶ **Quinto** limitatur, nisi ageretur nunc de crimine distincto, quòd se haberet vt species separata; licet ex eodem facto descenderet; verbi gratia, accusaui te de homicidio; quia interfecisti T. in ecclesia sancti Martini; de homicidio fuisti absolutus; nunc accusaris, quia commisisti sacrilegium, occidendo hominem in ecclesia, & etiam diuina turbasti officia, per. l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cleri. Certè tunc arbitror, quòd, de nouo possis accusari, non obstat absolutione. argu. not. per Barto. in. l. fenatus. ff. eod. vbi latè amplectitur hanc materiam in similibus terminis, quæ est satis difficilis. vide eum ibi. moueor, quia etiam si ex prima accusatione quis fuisset etiam nā

turaliter punitus; nihilominus possit iterum accusari, posito quòd accusatus esset capax alterius pœne, arg. not. ibi. per Bar. Non obstat quòd dixi. §. in octauo membro, quia ibi, non est species omnino distincta; & separata, prout est in casu nostro. Item, quia ibi si fuisset condemnatus in prima accusatione, in secunda ageretur ad illud minus quòd venisset in prima. hic verò agitur ad integram pœnam, & integrè punitur ex utroque delicto, naturali pœna delicti, si est capax, vt dixi, & est tex. in. l. adulterium. ff. de adulterijs. & in. l. qui de crimine. & bi probatur. C. de accusa. vide Bar. in. d. l. si adulterium. vbi, hoc expresse tenet, in vers. quomocumque quid releuat. & adde, quæ dicit in. l. sepulchri violati. ff. de sepul. viola. secus si ex vno, eodemque facto orirentur duo crimina, vel duo tituli criminis. quæ crimina haberent se vt genus; vt homicidium, quòd est genus, & parricidium, quòd est species. nā isto casu, non potest puniri nisi vna pœna naturalis delicti, & ita intelligitur. l. prætor edixit. §. i. ff. de iniu. Prædicta tamen limitarem, nisi in prima accusatione accusatus fuerit absolutus; quia tunc distinguendum esset, vt dixi in octauo membro. & per prædicta deciditur notabilis quæstio. ¶ **Pone**, quòd primo actū fuit de vulnere hoc modo. Accuso. T. quia percussit. S. gladio. T. fuit absolutus; potero ne illum accusare de morte? Spec. in tit. de accusa. vers. quid si primo actum sit. tenet quòd non. Mouetur, quia hæc secunda accusatio est eadem cū prima, & vtraq; tendit ad vindictam publicam, & vtraque est criminalis; non enim potest dici ciuilis de libero homine, tum quia non petitur impensa curæ, nec æstimatio operarū, tū quia pœna nō petitur ad propriā vtilitatem; sed ad publicam vindictam. Item, quia licet in prima fuerit facta mentio vulnerum, & in secunda mentio mortis; tamen eadem est accusatio; quia in. l. cornel. de sic. inspicitur voluntas eius, qui percussit, an scilicet percussit animo occidendi, an non. non autē inspicitur exitus, hoc est mors. vnde mors non inducit nouam speciem accusationis; sed quendam modum, & hoc est etiam de mente Bart. in. d. l. fenatus. vbi tamen hoc limitat; nisi ex forma statuti ad pœnam. l. cornel. de sic. requireretur vera, & effectualis mors; ex vulnere verò ad interficiendū illato, minor pœna imponeretur. nam tūc, ad hoc vt secundo non possit accusari, requireretur q̄ in prima accusatione esset adiecta mors, argu. l. i. & l. 2. C. si ex fal. instru. & hoc videtur sensisse etiam. Spec. in tit. de accu. ver. quid si primo actum. in fin. & idē Ioan. And. in addit. in dicto, titu. quæ Additio incipit, qui versiculus fuit Alber. Galeoti. & ita allegat Federi. de Sen. disputando tenuisse in ambobus mēbris. §. postis. hoc est tam in membro iuris communis, quā in statutorū, & ibi vide latius per eum. Idem ego arbitror, si ex prima accusatione de vulnere cognosceretur, quòd etiā de iure communi non esset locus pœne. l. cornel. de sic. verbi gratia. Accuso. T. qui habens in manu gladium, eum ad terram proiecit, & .S. pugno percutiendo vulneraui. vnde accuso eum de vulnere. nam hoc casu arbitror, quòd etiam de iure communi, licet fuerit absolutus, quòd possit denuo accusari de morte, si percussus propter illam percussione fuit mortuus. moueor, quia prima

prima accusatio non fuit instituta ad mortem, nec ad pœnam. l. cor. de sic. quia ad pœnam. l. corn. de iure communi, vt dixi, requiritur voluntas, & intentio accusati, vt. l. is qui cum telo. C. ad. l. cornel. de sic. & l. diuus. ff. eo. Sed si dico, quòd ille habebat gladiū euaginatū, & eum projecit in terram, & .S. pugno percussit, non videtur habuisse animum occidendi; quia non pugno, sed gladio percussisset. ex quo sequitur quòd noluit interficere, licet interfecerit. Et hoc allegaui in quadam causa de facto. Nam cum quidem haberet lanceam ferratam in manu, & inimicum possit ferire ferro, hasta percussit; quòd licet ex illa percussione hasta moreretur, quòd non debebat puniri pœna. l. cornel. de sic. ad mortem; & ita fuit iudicatum. Recordor enim, in tertio anno studij mei iuris ciuilibus, quendam Matheum de Prato pro homicidio captum, liberatum extitisse, allegabatur ad eius liberationem quo ad pœnam mortis, quòd cum haberet ensē in manu, lapide inimicum percusserat, & sic videbatur fecisse animo non occidendi, & ad hoc allegabat. D. me<sup>9</sup> tunc temporis, qui fuit D. Ant. de Rosel. Aret. l. omne delictum. §. si quis commilitonem. ff. de re mili. vbi tex. dicit quòd percutiens militem lapide, punitur pœna exilij; percutiens vero gladio, punitur pœna mortis; quasi percutiens lapide non facit animo occidendi. Sed aduerte quia tex. ille non loquitur, quando mors fuit secuta; p̄dictus tamē captus euasit à morte: fuit enim punitus pœna pecuniaria, quod tamē, in eo arbitror contigisse potius propter magnā fauorem quem habebat, ex eo quòd iuuenis erat valde humanus, & liberalis: quā secundum formam iustitiæ. Vnde recordor, quòd tunc temporis dicebam, quòd prædicta, & dictum. §. intelligerem secundum qualitatem rei geste, nam si fuisset longinquus ab inimico, ita quòd non fuisset tutum. aut telum, aut ensē projicere, sicut lapidem aptum ad interficiendum; & per consequens dicebam, q̄ si ille projecisset lapidem, quia ensē non poterat, vt illum, quoquo modo possit, interficeret, q̄ tunc licet ille non fuisset mortuus, de iure communi debuisset pœna mortis puniri, fortius ergo si esset mortuus; Et ita contigerat de facto in dicta causa, si tamen nō fuisset mortuus magis esset dubitandum, per. d. §. si quis commilitonem. Si verò existens propē inimicum, habens gladium euaginatū. in dextra, eum posuit in sinistra, & lapidem in manu accepit, & eū manu retinens percussit pectus inimici, vel proiecit versus crura inimici; his casibus, & similibus, licet secuta fuerit mors, dicerem eum non teneri pœna. l. cornel. de sic. vide, quæ not. Ioan. And. in dicti addi. Et prædicta perpetuò notabis, quia peregrina; & quotidiana sunt. Nota tamen, quòd si actum fuisset de vulnere ciuilitate, & ad impensas curæ vulneris, & ad æstimationem operationum. Nam ad aliud vt aliàs dixi, pro libero homine non potest agi ciuilitate; cum liberum corpus æstimationem non recipiat, vt. l. ex hac lege. ff. si quadr. pau. fe. dic. & l. liber homo. ff. ad. l. Aq. certè hoc casu possit accusari de morte, vt dixi. §. in. 7. membro. & tenet Spec. in titu. de accusatore. ver. si vulnerasti. ¶ **Quid** autem econtra, si in prima accusatione fuit actum de vulnere, & fuit cōdemnatus, & nunc agitur de homicidio. Vel

quid si ex prima accusatione fuit damnatus, & nunc additur alia noua qualitas in secunda accusatione, vtrum secunda accusatio sit admittenda? Vide Bart. in. d. l. fenatus. & Spec. & Ioan. And. in dictis addi.  
nō potest dici in dolo, cū sit mente alienatus. Et hoc voluit Augustinus contra Faustum, inquit, q̄ Loth culpandus est non inquitū ille incestus; sed inquitū illa ebrietas meruit. ¶ Arbitror tñ, q̄ extraordi nariē: & sic mitius punitur, vt. d.l. oē delictum. §. pen. arg. eorum, quā dicunt Doct. in l. i. C. vnde vi. & l. vt vim. ff. de iusti. & iure. In eo qui excessit defendendo moderamen inculpatā tutela. Aut quārim⁹ de delictis, quā ad ipsorum pōnā naturalē requirunt culpā latā, vel leuē; & tunc dico, q̄ si ebrius dedit operā vt inebriaret, punit pena huius delicti. Si verō nō dedit operā, fuit tñ in culpa bibendo plus solito, & debito, tñc punit, sed ad penā sufficit culpa. Si verō nullā dedit operā; sed alius vt inebriaretur miscuit sal cū vino, vel dentem caballinū, vel quid simile, q̄ nō punitur aliqua pena. & idē dico si sumpto cibo, vel vi no moderatē, p̄ter cōsuetudinē fuit effectus ebri⁹. & ita concordant dicta iura, & opiniones. ¶ Postremo circa ebrietatē, & vinolentiā, & eorū viciorū p̄ximos effectus; vide has duas aureas auctoritates. Prima Bernardi in libro, de contēptu mūdi, q̄ ita notabiliter inq̄. Quid turpius ebrioso, cui fetor in ore; tremor in corpore; qui promit stulta, pandit occulta; cui mens alienatur, facies transmutatur; ibi nullū secretū, vbi regnat ebrietas. Alia est Augustini ita loquentis, ebrietas aufert memoriam, dissipat sensū, confundit intellectū, hebetat, & impedit linguā; con citat libidinē, corrūpit sanguinem, torū deniq; corp⁹ debilitat. Adde lasciui Proptij notabilia carmina. **Vino forma perit, vino corrumpitur atas.** **Vino sape suum nescit amica virum.**

dixi in c. dilectus. de spon. q. 10. in fi. Et ideō emanauit versus ille, vt bibas parce, iubet hoc lex, & Patriarcae; & alibi vinum cum moderamine sumptum, & corpori, & animæ conferre est certum.

C A P. X I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Inimicus etiā à voluntaria exceptione repellitur; & nu. 8.
- 2 Confirmatus per Papam, non potest benedici, nec consecrari per inferiorem sine ipsius Papæ licentia.
- 3 Abbatisa ea rectē appellatur, quæ fuit confirmata in Abbatisam licet nondum benedicta. Idem de Abbate, vt ibi.
- 4 Episcopus, & Archiepiscopus non dicitur quis ante consecrationem, licet electus, & confirmatus fuerit.
- 5 Abbatisa benedicitur sicut Abbas. Benedictio tamen vtriusq; parit diuersos effectus. ibid.
- 6 Abbatisa, an de necessitate sit benedicenda.
- 7 Benedictio Abbatis contra legitimam appellationem; an teneat; & an sit iterabilis.
- 8 Exceptio voluntaria que dicatur.
- 9 Inimicus manifestus etiam officio iudicis repellitur.
- 10 Inimicitia orta presumitur ex testimonio contra aliquem in causa criminali.
- 11 Crimina excepta nō faciunt inimicū legitimū accusatorē.

**Meminimus.** † Inimicus etiam à voluntaria exceptione repellitur. h. d. primo narrat factum, man-

datum non executum, & eius causam, secundo mandat illud exequi, ibi, quia verō. Et secundum Hosti. hoc. c. est pars. c. meminimus. §. de appel. quod ad finem huius cōfirmatur, & c. meminimus. §. qui cle. vel vouen. ma. ¶ Nota primo, ex tex. arg. secundum Io. And. quōd † confirmatus per Papam non potest benedici, nec consecrari per inferiorem, sine licentia ipsius Papæ, ad idē. c. si eo tempore. de elec. lib. 6. & ibi vide de hoc in glo. fi. & c. cum in distribuendis. §. de tempo. ordi. & in. cap. ecclesia. 2. §. vt lite pend. quod verum putat hic Ioan. Andr. nisi aliud haberet consuetudo illius loci, vt. c. nihil. in fin. §. de elect. & idem tenent Doct. in d. glo. fin. ¶ Secundo not. quōd † electa, & confirmata in abbatisam, licet nondum benedicta appellatur abbatisa. & idem dicendum est de abbatisibus, probatur in c. inter monasteriū. §. de regu. licet in illis sit maius dubium. ad quod. c. 1. de supplen. negli. prala. Et hoc tenuit Host. q̄ possit dici abbas ante benedictionem, per text. nostrum. Secus est in episcopo, & archiepiscopo electis, & cōfirmatis; quia si non sunt consecrati appellantur electi; non autem episcopus recepto pallio, vt in c. tua. de his quæ sunt à prela. facit quōd not. in clem. 1. de baptif. & in c. nisi de autho. & vsu pal. Et potest assignari ratio diuersitatis; quia propter consecrationem episcopi confertur ordo, vt not. glo. in proemio 6. quōd non contingit in abbate, vel abbatisa, quibus non confertur ordo, per benedictionem. Item quia non est conueniens, q̄ episcopus obtineat nomen episcopale, seu pontificale priusquam habeat ordinem episcopale; cum per ipsum ordinem exerceat episcopalia. ¶ Tertio not. q̄ † abbatisa benedicitur sicut abbas. probatur in c. idemnitatibus. de elect. lib. 6. Aduerte tamen; quia benedictio vtriusq; non est eiusdem effectus, quoniam abbas benedictus benedicit monachos; vt de supplen. negli. prala. cap. 1. & confert ordines minores, vt. c. contingat. de ata. & quali. & hoc non potest facere abbatisa; quia tales act⁹ sunt viriles, vt pbatur in c. dilecta. de maio. & obe. & c. dilecti. de arbi. & c. noua. §. de pœnit. & remis. Et sic habes, q̄ benedictio abbatis, & abbatisa est diuersi effectus. benedictio enim abbatis potest fieri singulis diebus, facit. c. 2. de cōse. ecclie. vel alta. Secus in benedictione abbatis, cū illa non sit omnimō simplex, sed ex ea dependet ordinādi potestas, vt est gloss. in ver. benedici. & ibi Pau. de Leaz. & ibi dixi in clem. attendentes. de sta. mo. vide Hostien. in c. cum contingat. de ata. & quali. D. m. in c. cum sis. de cōsec. ecclie. vel alta. ¶ Vtrum autem † abbatisa de necessitate sit benedicenda, dic, quōd in monasterijs in quibus abbatisa consuevit benedici, si intra annū non facit se benedicere, priuata est iure iā questio; secus vbi consuetudo hoc nō haberet. & vide gl. & quod ibi dixi in d. cle. attendentes. ¶ Quarto not. q̄ contra petentem benedictionem solitam conferri abbati, & abbatisa potest ex cipi de crimine; sicut contra petentem consecrationem episcopalem. Ex quo infertur, quōd talis benedictio non est meri facti, sed tribuit aliquid iuris; nam si esset meri facti exceptio non admitteretur contra habentem plenū ius, vt not. in c. constitutus. §. de appella. & c. accedens. j. eod. & vide, q̄ ego no. in c. super his. j. eo. in 4. not. 4. q. & d. c. accedens. Facit quia talis benedictus

examinatur, de quo vide Io. And. in c. venerabilem. de elec. sup. ver. examinato. vers. sed nunquid. Ex quo dicebat hic Guil. q̄ iste cui Papa committit benedictionem, debet admittere exceptionem; non enim est merus exequutor cum habeat examinare, vt dictum est. 33. dist. laici. Vnde dubitabat Boatin⁹ hic, secundum Io. And. † si fieret benedictio abbatis contra legitimam appellationem, an teneret. dubiū pendet, an talis benedictio sit iterabilis, vel non; de quo in gl. in d. ver. benedici. in d. clem. attendentes. & ibi dixi. In consecratione autem episcopi non est dubium; quia imprimis caracterē, etiam si illa iniuste fiat, vt probatur in gl. vers. firmitatis. in c. puidā. de elect. lib. 6. licet quidam tenuerint cōtrarium. de quibus in proemio. 6. ¶ Quinto not. q̄ inimicus repellitur nedum ab accusatione, vt. c. cum. P. §. eo. sed etiam à voluntaria exceptione. † dicitur autem voluntaria exceptio, quia spontē non molestatus venit ad iudiciū, vt faciebat iste. H. qui nullū speciale inter esse pratendebat. sim. dicit Inn. in c. super his. j. eo. & ibi dicam in vers. accusatus. in gl. & dicit Inn. in c. dudū. 2. de elec. q̄ talis exceptio ī multis habet vim actionis. vide q̄ dicam in gl. super verb. accus. j. eod. c. super his. ¶ Sexto not. q̄ † manifestus inimicus nō solum repellitur si opponatur à parte; sed etiam iudicis officio, vt de his duobus notab. plenē dixi in c. repellantur. §. eo. ¶ Vltimo not. q̄ † ex testimonio contra aliquem in causa criminali p̄sumitur orta inimicitia, q̄ qualiter debeat intelligi, dixi. §. c. cū. P. ¶ Gl. 2. sentit cōtrariū, & soluit. In fi. dic, vt dixi in. 4. not. Gl. 3. sentit contrarium; & fortē intelligit gl. etiam si laicus esset; cum simonia sit de criminibus exceptis, soluit glo. q̄ iste fuit repulsus, tanquam inimicus manifestus. In fi. glo. dic, no. ergo ex gl. q̄ † crimina excepta non faciunt inimicum legitimū accusatorē. de quo dic, vt dixi. in d. c. repellantur. §. eo. ¶ Gl. fi. est literalis, & in fi. dic de materia hac, vt dixi in d. c. cum. P. §. eod. Extra gl. oppo. primo enim videt, q̄ iste iudex iuridicē distulerit non benedicere istā abbatisam, ex quo de ea p̄debat accusatio, vel de latio, vt. c. omnipotens. §. eo. Sol. dicit quidā, q̄ ideō hic non benē differebat benedicere, ex eo quia iste H. non porrexerat accusationem, sed dicebat accusaturum; vnde propter futuram accusationē nō debebat se impediri. A. l. j. dicit, q̄ benē fecit differēdo. Et sic fatentur contrariū; sed hoc nō placet hic Host. q̄ dicit, q̄ imo malē distulit, & ad. c. omnipotens. respondet, q̄ loquitur quando apud bonos, & graues erat orta infamia ex accusatione, vel denuntiatione iam facta; hic vero non erat orta infamia; quia non erat formata accusatio, nec formari poterat, cū esset inimicus; immo per accusationē formatam à repulso propter inimicitia, nō causatur infamia, vt. c. cū in iuuentute. de p̄sump. & c. qualiter. 2. ver. anti quioribus. inf. eo. Sed tu aduerte, q̄ nō sequit est accusatus, ergo infamatus. Ad quod vide, q̄ dixi in c. 1. in gl. fi. & c. cū. P. §. eo. adde tñ, q̄ etiam posito q̄ debuisset differri talis benedictio, ex eo, q̄ quis diceret se velle accusare, tamē in casu nostro debebat differri, cū frustra expectaretur euentus, nil operatur⁹; nā cum iste esset manifestus inimicus, etiā accusans debebat repelli. ¶ Secundo oppono. nā ex quo iste distulit appellationi, non debebat amplius se intromit-

tere, vt. c. cum appellationibus. de appel. lib. 6. Sol. hæc littera non sentit, q̄ detulerit; sed de facto videbatur differre non benedicēdo. & hoc pater per tex. dum dicit, non decet. nō autē dicit, non decuit. quia denotaret q̄ detulisset. Et dato q̄ poneret illū detulisse; hæc tamen littera non probaret deferentē posse penitere; nam hic fiebat remissio per iudicem ad quem, quod fieri potest, vt. d. c. cum appellationibus.

C A P. X I I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusator ante inscriptionem ab accusatione sine pœna desistere potest. & num. 8.
- 2 Accusatio nunquid possit fieri per literas.
- 3 Canonici proprium prelatum accusare possunt. Et inferior superiorem accusare potest.
- 4 Citationis modus super crimine.
- 5 Citationis effectus ad successorem transit.
- 6 Index seruata iudiciaria grauitate procedere debet.
- 7 Desistenti ab accusatione est imponendum perpetuum silentium; ampliatur, & declaratur, vt ibi, & nu. 11.
- 8 Procurator in causa criminali ex parte accusatoris interuenire potest.
- 9 Delator criminis desistere potest ab accusatione, dummodo id faciat antequam se inscribat.
- 10 Papa debet potius delectari in odore bonæ famæ, q̄ malæ.
- 11 Modus procedendi contra intimantes, seu deferentes crimina superioribus. l. qui crimen. c. qui accus. nō poss. quomodo intelligē. ibid.
- 12 Intellectus verus istius. c. licet.
- 13 Absentia beneficium quandoque proualeat beneficio minoris etatis.
- 14 Accusator occultus causatim compellitur accusare. Libertus si impetrauit rescriptum cōtra patronum; an per hoc dicatur eum vocasse in ius. ibid.
- 15 Accusator, an possit desistere quandocumq; ante litis contestationem, absq; eo quod incidat in turpilianum. Ugolinus antiquus glossator iuris civilis. ibid.
- 16 Puniri non debet quis duplici pœna ex eodem delicto.
- 17 Argumentum a contrario sensu non est permissum, quando sumeretur contra iuris dispositionem.
- 18 Mulier non tenetur pœna senatusconsulti turpiliani.
- 19 Pœna senatusconsulti turpiliani est multiplex.
- 20 Pœna ordinaria turpiliani, que sit.
- 21 Pœna extraordinaria turpiliani que sit.
- 22 Desistere ab accusatione, quando quis dicatur.
- 23 Actor in cā civili post datū libellū causam p̄sequi cogitur.
- 24 Inscriptio ad penam talionis in libello fieri solet.
- 25 Citatus ab vno iudice, an coram eius successore absq; alia citatione comparere teneatur. Innocentius fuit successor Celestini Papæ. ibid.
- 26 Successor in dignitate; & si succedat in causa coram suo predecessore intentata, respectu tamen citatorij edicti non succedit.
- 27 Citatio in causa criminali absq; eo quod mittatur libelli copia; an valeat. Et quid in civili causa. ibid.
- 28 Reo comparenti in causa criminali induciē ad deliberandum dandæ sunt.
- 29 Accusare eundem de eodem crimine plures non possunt. Fallit tamen vt ibi.

- 30 Inferior superiorem corrigere an possit.
- 31 Monitio vnica de prosequendo accusationem, an sufficiat ad hoc, vt actori, qui ab ea desistit perpetuum silentium imponi possit.
- 32 Ad inquisitionem non proceditur, nisi precedente infamia. Declara tamen vt ibi.
- 33 Inquisitio fit aut super fama, aut super veritate criminis.
- 34 Sententia per quam imponitur perpetuum silentium, est interlocutoria habens vim diffinitiuam.
- 35 Indicium intentatum per accusatorem, cui impositum fuit perpetuum silentium, reo non excipiente, tenet.

**Licet.** † Ante inscriptionem potest actor ab accusatione desistere sine pœna; & si non venerit ad terminum, ei silentium imponitur. h. d. secundum Io. And. Vel sic, & notabilius. Dicēs se accusatum aliquem coram iudice, ante inscriptionem potest sine pœna desistere, & non accusare; sed ei desistenti imponitur perpetuum silentium. h. d. Primo narrat factū. Secundo, ibi, nos igitur, duo diffinit, & tertium committit. secundum ibi, quia verò, tertium ibi, ne autem. Itē prima pars quinq; intendit, videlicet Archiepiscopi delationem, ipsius citationem, & etiam comparitionem, differentium requisitionem, & ipsorum responsionem. secunda, ibi, Celestinus, tertia, ibi, cum autem, quarta, ibi, ne aliquid, quinta, ibi, ipsum autem. & dicit hic Io. An. quòd hæc decre. tractat de eodem facto, de quo in c. fin. j. de purga. canonici. ¶ Not. primo ex tex. q̄ † accusatio potest fieri per literas; & q̄ actor potest petere, q̄ reus citeat vt veniat responsurus libello, etiā absq; quòd mittatur copia libelli. Sed primo dicto obft. tex. in l. 2. C. de exhib. reis. vbi dicitur, q̄ quando accusatus est citandus de longinquo, citatio non debet cōmitti anrequā accusator se inscribat; cuius contrariū innuit hæc litera, dum dicit, q̄ ideò non imputatur istis canonicis; quia desisterunt citra vinculu inscriptionis. si ergo necessaria est inscriptio; ergo debet esse præfens; quia aliās ad pœnam talionis non posset se inscribere. ad idem est tex. in c. per scripta. 2. q. 8. vbi. tex. vult, q̄ per literas nō possit fieri accusatio. dicit D. m. hic, q̄ Doc. non tangunt hoc; tangit tamen Io. And. in c. 1. §. eod. & adde hic, quod ibi dicitur. Pōt tamen responderi secundum eum, q̄ illa. l. 2. procedit de iure; sed consuetudo reperitur in aliquibus locis, q̄ citatio fit non præmissa inscriptione, & sic saluatur, & intelligitur tex. noster de consuetudine; quoniam aliās Papa nō seruasset iudiciariam grauitatē; sicut attestatur hic obseruasse. Sed tu vide, Io. And. qui format hoc contrarium in c. 1. §. eod. vbi dicit, quòd quando accusatus debet venire de longinquo, accusator debet prius se inscribere, q̄ accusatus citetur. per. d. l. 2. secundum Vinc. licet Papa hic contrarium fecerit, vt ipse ibi dicit. sed pro dicto Do. mei, q̄ in hoc operetur consuetudo, & valeat, vide in Spec. in tit. de accu. §. 1. vers. in his. in tertia parte. vbi dicit, q̄ qui vult accusare debet, se præsentare corā iudice, & dicere, Domine Iudex ego volo talē accusare de tali crimine vnde peto vt eum citetis. Iudex vero debet dicere, De quo vis eum accusare, obligate, q̄ accusabis, & inseribes, & accusationem prosequeris, & alia facies, quæ requiruntur in accusatione

fienda. hoc tamen secundum ipsum Specul. de consuetudine non feruatur. Sed solue contrarium aliter, & melius; videlicet, q̄ hic non fuit propriè accusatio, sed intimatio criminum, quam faciebant ipsi canonici, & super ipsius criminibus petebatur citari delatus, secundum Io. And. hic post Inno. & sic non obft. c. per scripta. §. alleg. in contrarium, quod vult vt dixi, qd̄ per epistolas, vel literas non fiat accusatio, & ideò q̄ ista nō fuit propriè accusatio. ¶ Secūdo no. q̄ canonici possunt accusare, p̄priū platu; & sic inferior potest accusare, vel denuntiare superiorem, dixi in c. ex. parte. & c. cum. P. §. eod. & dicam. in c. veniens. j. eo. ¶ Tertio not. † modum citationis super crimine; videlicet, vt citetur reus, vt veniat ad respondendum his, quæ sibi obijciuntur super tali crimine, & sic videtur, q̄ non sit necessarium, q̄ in tali citatione, inseratur tenor libelli. de hoc dicam. j. latius. & in hoc tex. iste videtur notabilis, allegat Bar. in l. inter accusatorē. ff. de pub. iud. contrarium tamen tenet glo. 1. in c. 2. §. de dila. vbi dicitur, q̄ debet inseri tenor libelli. De hoc latius dicam. j. potest gl. ¶ Quarto not. q̄ † citatio prædecessoris ardeat citatum vt compareat coram successore, & sic effectus citationis trāsit ad successorem. & de hoc latius. j. dicam. ¶ Quinto not. q̄ † iudex debet pcedere seruata iudiciaria grauitate, ad hoc vide. c. licet. §. de proba. & fuit ista grauitas in non procedendo contra absentem, vel in deliberando an esset citandus, vel & tertio in assignando terminum, quantus esset dandus secundum Boatium. ¶ Sexto not. q̄ † desistenti ab accusatione est imponendū perpetuum silentium, nec amplius est audiendus, si vellet accusare, imo plus probat iste tex. secundum D. m. quòd non solum ille, qui desistit ab accusatione repellitur; sed & ille, qui dicit se coram iudice accusatum & desistit; quòd tamen arbitror verum, si fuit impositum silentium per sententiam vt hic; aliās fortē fecus esset. sed de hoc dic, vt latius dixi in c. de his. §. eo. ¶ Septimo not. q̄ † in causa criminali ex parte deferentis potest interuenire procurator, de quo hic per Inno. Ego dicam in c. veniens. j. eo. ¶ Octauo not. q̄ † delator criminis potest desistere ab accusatione impunē; dummodo id faciat antequā se inscribat. ¶ Vltimo not. q̄ † papa debet potius delectari in odorem bonæ famæ, q̄ malæ, & ideò committit inquisitionem super bona, & mala fama. Et not. q̄ hic nō committit inquisitionē super substantia criminis, sed super infamia, q̄ qualiter intelligatur dicam in glo. fi. ¶ Glof. 1. format duo contraria, & soluit. & secundum ponitur, ibi, sed videtur. & in solutione primi contrarij intermiscet vnum incidens, ibi, & no. In eadem glo. ibi. l. tēpus. dic, ista. l. & sequentia iura alleg. in glo. volunt, quòd qui abest rei publicæ causa habeat terminum, intra quem ire, & redire commodè possit, habita ratione infirmitatis, hyemis, discriminis viarum, temporis, & similium. si verò spontē moraretur in loco, illud ei non proficit. ¶ In eadem, ibi, quia accusator prius monendus est. dic, & ad idem facit glo. 4. q. 5. quisquis. Hostiē. tamen hic dat tertiam so. videlicet, quòd ideò isti fuerūt requisiti; quia adhuc se non inscripserāt, cū nō per modum accusationis, sed per modum cuiusdam denuntiationis, seu intimationis

contra

contra archiepiscopum crimina proposuissent. Not. ergo ex glo. & ex dictis Host. vnum † modum procedendi contra intimantes, seu deferentes crimina superioribus, & quantum est in se, infamantes delatos; videlicet, quòd si sint præsentēs moneantur vt accusent, & si nō accusant imponitur eis perpetuum silentium super potestate accusandi. Tu verò pro solutione contrarij distingue, & clarius secundum D. m. quòd interdū statuitur terminus accusatori, intra quem debeat accusare. secundum formam. l. diffamari. C. de ingen. manu. & l. si. ea. C. qui accus. non pos. & l. titia. ff. eod. & tunc si hoc non fecit intra terminum sibi statutum, imponitur sibi silentium per sententiam, quæ transit in rem iudicatam si non appellauit; adeò quòd volens postea accusare, amplius non auditur vt in dictis iuribus; & est text. not. in d. l. titia. & dixi in c. de his. §. eod. Quandoque verò terminus statuitur accusato ad instantiam accusatoris, & hoc casu si accusator non comparet in termino, non est incontinenti ipsi accusatori silentium imponendum; sed iterum citandus est, saltem quò ad hoc, vt accusatus absoluat ab instantia iudicij. Ita † loquitur. l. qui crimen. §. qui accus. non pos. Et si accusator intra dictum terminum non comparet, imponitur sibi silentium perpetuum, vt ibi, ad quod facit qd̄ not. in c. consuluit. §. de offi. delegat. punitur etiam talis accusator contumax extraordinariè, & ad sumptus litis, vt. d. l. qui crimen. Facit ergo istam termini assignationem ad hoc, vt possit accusatori imponere perpetuum silentium. vide Spec. in tit. de accu. vers. quinto. in princ. in 3. parte. vbi etiam tradit qualiter debeat fieri ista citatio accusatoris, qui abest per totam contumaciam, & per Bal. in d. l. qui crimen. † Sed contra prædicta opponitur; videtur enim, quòd nō debuerit istis canonicis imponi perpetuum silentium, argu. eius quòd dicit. glof. in seq. parte, quæ vult, q̄ iste nuntius excessit formam mandati accusando, nam si excessit formam mandati accusando, non debebant isti haberi pro accusatoribus, & sic iuridicè non poterat eis perpetuum silentium imponi. Præterea si hoc esset verum, quòd nuntius in literis excessisset formam mandati non esset congrua ratio, quæ assignantur in tex. ibi, dum dicit non imputatur eis desistentia; quia desisterunt citra, inscriptionem; quia non potest dici desistere, qui non inchoauit accusationem. Præterea & tertio, si nuntius iste non habet mandatū ad proponendam accusationē, & ad faciendum citari archiepiscopum, non debuit Papa adhibere sibi fidem, quòd tamen fecit, & dicit seruasse iudiciariam grauitatem. Vnde dicit hic D. meus, quòd propter hæc contraria, hæc decret. redditur valde intricata, & difficilis; maxime præsupponendo, quòd dicit glo. nostra, quòd istis canonicis parcuritur; quia nuntius excessit formam mandati. vnde dicit, quòd si opin. gl. esset vera, contraria erunt quasi indissolubilia. Et ideò ipse aliter intelligit tex. quàm intelligat glof. nostra, videlicet, ibi dum dicit, quòd nuntius excessit formam mandati. continet allegationem canonicorum; sed Papa noluit istare huic allegationi; vnde processit contra illos tanquam contra accusatores, vel professos se accusaturos; & ideò cum dicerent se nolle accusare, imponitur eis silentium; non tamen imputatur eis

q̄ desisterint ab accusatione, vel proposito accusandi, quia adhuc se non inscripserant; vel quia hoc fortē non fuit petatum. Imponitur tamen eis silentium, ne illa citatio videatur omninò frustratoria, vel quia cum ex tali denuntiatione infamassent archiepiscopum, potuit eis præfigi terminus ad accusandum, secundum formam. d. l. diffamari. C. de ingen. manu. quo termino elapso debet eis silentium perpetuum imponi. Sed dicit D. m. hic, q̄ licet iste vltimus intellectus sit verus in se; tamen non congruit literæ; quia hoc silentium imponitur eis vt desistentibus, & ideò dicit, quòd melior est præcedēs. Sed tu aduerte; quia secundum intellectum D. m. isti debebant in expensis condemnari, & non fuerunt condemnati. vnde propter hoc iste tex. redditur valde difficilis. ¶ Præterea ego dicerem, quòd † ver⁹ intellectus istius c. est. q̄ nulla fuit proposita accusatio, nec per nuntium, nec per canonicos; quoniam ipsi canonici intimarunt per literas crimina ipsius archiepiscopi; nec apparet, q̄ nuntius proposuerit accusationē. hic intellect⁹ probat ex tex. ibi, dum dicit, si quid super præmissis aduersus te pro se, vel alijs, pponere vellet. Et sic not. verbum proponere, quòd nec per nuntium, nec per ipsos aliqua accusatio fuit proposita; nam si proposita fuisset, non quassisset Papa, an vel lent proponere; sed vtrum vellet prosequi, vel gerere causam, vt dicit text. in l. qui crimen. C. qui accus. nō pos. Nuntius tamē fortē in aliquo excessit formam mandati; puta quia fecit archiepiscopum citare; vt hic dicit Inno. & seq. Io. And. nō tamē accusando; sed dicēdo fortē se nolle accusare, vel canonicos accusaturos. vnde propter talem accusationem non debuerunt isti canonici condemnari in expensis; vt dicit glo. nostra, & benè. litera tamen non aperit in quo iste nuntius excesserit formam mandati; vnde per hunc intellectum potest responderi ad contraria D. mei; Primo, quòd istis accusatoribus imponitur perpetuum silentium propter intimationem criminum, quam fecerunt de archiepiscopo; vt quia dixerunt postea se nolle pponere quod scripserant; vnde non propter factum ipsius nuntij; sed propter factum ipsorummet imponitur eis silentium; nec est verum, quòd propter desistentiam solum imponeret eis silentium, quia hoc nō dicit tex. noster; licet in secūda parte in ver. quia verò, dicat, quòd desistentia nō imputatur eis. Intelligo ergo vt dixi, quòd ppter hæc tria imponitur silentium; videlicet, quòd infama uerāt archiepiscopum, & fuerit moniti vt proponerēt accusationem, & dixerunt se nolle proponere. Et in hoc redditur iste tex. not. Item nō obft. secundum, argu. D. mei, quia possumus dicere, quòd ibi desisterunt a proposito volendi accusare, quòd videbatur habere cum intimarent crimina contra archiepiscopum; & hæc solu. probatur apertè per text. in l. miles. §. focer. ff. de adult. vbi tex. dicit, q̄ ille focer fuit protestatus se accusaturum nurum, & non accusauit; & tamen dicit tex. maluit ab accusatione desistere. Tertium arg. D. mei est valde difficile, quòd Papa non debuit adhibere fidem huic nuntio respectu citationis, si non habuit mandatū; potest responderi tamen, qd̄ satis poterant credere, & trahi in eā partem; q̄ citari faceret archiepiscopum per literas canonicorum, quæ intimabant crimina ipsius archie-



archiepiscopi. unde ne forte videretur negligere correctione archiepiscopi fecit ipsum citari, attētis pluribus, quae ibi occurrerāt, scilicet nuntij; petitiō; & intimatio facta per literas. In eadem glo. ibi. §. se natus. dic. vbi dicitur, quod ei qui defert res in fisci imponitur perpetuum silentium si fuerit contumax, & fideiussores eius tenentur. Vitimo not. secundum

13 Vinc. ex hac gl. in ver. & not. vnum casum in quo t̄be neficium absentiae praevalet beneficio minoris aetatis. ¶ Glo. 2. infert ex tex. in fi. dic. vt dixi in praecedenti. ¶ Glo. in ver. de cetero. quare, an isti canonici possent accusare istum archiepiscopum de nouo delicto, & soluit quod sic. In eadem glo. ibi, qui desistit. dic. ibi tex. dicit, quod ille qui desistit, amplius agere, vel accusare prohibetur. In eadem ibi, si rem meam. dic. hac iura alleg. in gl. volunt, quod in rei vindicatione, & actione ad exhibendum si aliquis fuit absolutus, quia nō possidebat; si postea incepit possidere, & de nouo agatur contra eū, non obstat exceptio rei iudicatae. In eadē glo. in fi. dic. & ratio est; quia per talem desistentiam non est effectus infamis; secus autem si pro desistentia incidisset in senatusconsultum. turpil. & sic esset effectus infamis, vt. l. 2. ad senatusconsultum. turpil. & ideō propter hanc causam non posset accusare, etiam de alio crimine. vide quae dixi in c. de his. §. eod. & de infame in c. 1. §. eod. ¶ Glo. pen. sentit contrarium ad tex. quod isti debebant compelli agere. argu. authen. qui semel. C. quomo. & quando iud. glo. soluit distinguendo. In eadem, ibi, si quis iratus. dic. & adde quod notatur. 4. q. 5. c. 1. in ver. accusator. & 5. q. vlt. c. epiphanium hac tamen secundum Vinc. habent locum in manifesto delatore. ¶ Occultus vero accusator causatiuē compellitur accusare. 5. q. 1. In eadem, ibi, libertus. dic. ibi dicitur, quod si libertus impetrauit rescriptum contra patronum, quod per hoc non dicitur vocasse patronum in ius si postea desistat vocare. In eadem gl. in fi. dic. vult ergo glo. nostra, ¶ q̄ accusator possit desistere quādocumq; ante lit. conte. absq; eo quod incidat in turpil. & hanc opin. videtur sequi hic. Ioan. And. qui simpliciter transit cum illa, eam notando. & fuit hac opi. ¶ Vg. ant. qui glo. iuris civilis, pro qua facit. l. quæsitum. ff. ad senatusconsultum. turpil. Secundo facit; quia ante lit. contest. non dicitur agere; sed agere velle, vt. l. amplius non peti. ff. rē ra. habe. Tertio facit. d. l. miles. §. locer. ff. de adult. & l. libertus. alleg. in glo. & l. quamuis. ff. de in ius voc. & l. in senatus. §. quæ post. ff. ad senatusconsultum. turpil. & l. sine metu. C. de adulte. 2. q. 6. §. si quis libellos. Probatur etiam dicta opin. per. l. qui crimen. C. qui ac. non pos. vbi tex. vult, quod desistentes ante lit. contest. puniantur poena extraordinaria; ergo non poena senatusconsultum. turpil. habeat locum etiam ante lit. contest. per. l. in senatus. §. qui potest. & fuit hac opin. originalis Io. & Azo. antiquorum glo. Et de his opin. recitat Spec. in tit. de accusat. §. 5. post princip. & ibi latius Io. And. in addi. maximē in add. magna, quam omnino vide. & Bar. in. l. quæsitum. ff. ad turp. & tenentes hanc secundam opi. respondent ad contraria. Primo, ad. d. l. quæsitum. q̄ est verum, quod ante lit. conte. non tenet verbis senatusconsultum. turpil.

sed tamen ex ipsius mente tenetur. Spec. tamē in dicto loco respondet aliter, quod ibi fuit solum oblatu libellus principi, merito ibi releuatur; quia non accusauerat, sed accusare voluerat. Et eo modo respondet Bart. in. d. l. miles. §. focer. quia ibi non accusat, sed dicit se velle accusare. Ad. l. libertus. respōdet. Spec. eodem modo, quo respondet ad. l. quæsitum. videlicet, q̄ loquitur solum quando libellus fuit oblatu principi. Sed Bar. aliter respondet; videlicet, q̄ illa lex loquitur in casu, in quo licitum est desistere; & eodem modo respōdet ad. d. l. quæuis. Ad. l. sine metu. respondet Spec. q̄ illud ibi contingit fauore matrimonij; & quia maritus reperijt, q̄ fuerat deceptus, vt ibi patet ex text. ad q̄ adducit tex. 2. q. 3. Paulum. Bar. verō, & melius, in. d. l. quæsitum. respondit, quod ille tex. loquitur in personis, quæ possunt desistere sine metu poenæ, per. d. l. in senatus. §. eos. Ad. §. si quis libellos. respōdet Spec. q̄ loquitur in libello appellatorio. Ad. l. in senatus. §. qui post. respōdet, q̄ ibi excusatur propter istam causam. Ad. l. verō, qui crimē. quæ fortius videbatur obstat, plures dantur sol. Gof. primo soluit, quod in. d. l. qui crimen. non negatur quin etiam iste teneatur poena senatusconsultum. turpil. vnde vult, quod praeter poenā extraordinariam, qua puniuntur ibi ipse desistens, puniatur etiam poena senatusconsultum. turpil. Sed hac sol. nō videtur bona, ex eo, quia ¶ ex eodem delicto nō debet quis puniri duplici poena, vt. l. sanctio. ff. de poenis. §. 1. dist. præbyter. & §. de iud. c. at si clerici. §. de adult. in fi. ideō Gof. soluit aliter; & secundo modo; videlicet, q̄ l. qui crimen. loquitur quādo accusator fuit contumax post datum libellum, & post praestitū fideiussorem per ipsum actorem; sed reus non dederat fideiussorem, nec in aliquo processu fuerat contra eum nisi ad citationem. Sentit ergo Gof. in hac secunda sol. quod opi. Vgol. sit vera, quādo reus simpliciter esset citatus, nec esset in alio fatigatus; secus si comparuisset, & dedisset fideiussorem, vel quid simile fecisset; quia hoc casu, licet essemus ante lit. contest. haberet locū poena senatusconsultum. turpil. Et ita intelligit. l. 1. c. ad turpil. & l. fallaciter. C. de calumnia. & l. in senatusconsultum. in prin. ff. ad turpil. Hostiē. in sum. in tit. de calum. ver. patet. dicit quod tex. noster videtur decidere has contrarietates, dum dicit, quod citra vinculum inscriptionis licuit illis canonicis desistere sine poena; ergo a contrario, text. noster vult, qd post inscriptionē non liceret, quāuis lis non esset contestata, & in hoc residet Hostiē. Sed volens tenere opi. Azo. posset faciliter respondere ad tex. nostrum; quia vacat hic ¶ argumentū a contrario sensu, ex eo q̄ sumeretur contra iura, quod fieri non debet, vt. l. 2. C. de condit. infer. vide Spec. in tit. de alleg. & disp. §. post hac. circa medium, ver. vel non obit. Ego latius imē dixi isto anno, legendo ordinariē ius civile, quasi per modum cuiusdam tractatus, in. l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iuris. ¶ Vel melius potest responderi, q̄ arg. sumitur a contrario. si ergo a contrario facta fuisset inscriptio, fateor quod puniretur; sed non poena senatusconsultum. turp. sed extraordinaria, vt. d. l. qui crimen. C. qui accu. non pos. ¶ Sed redeundo ad materiam nostrā. Cyn. in. l. 1. c. ad turp. ponit aliam opin. dicit enim ibi, q̄ si accusator dedit libellum, & fideiussorem de profe-

prosequendo; si desistit, incidit in turpil. licet desistat ante lit. conte. Et hanc opi. ponit. gl. in. l. 1. c. vt intra cert. temp. Bar. in. l. quæsitum. ff. ad turpil. quē per omnia sequitur hic D. m. aliter disting. Ego prosequar verba Bar. plura addendo necessaria: dicit igitur Bar. q̄ quidam sunt casus, in quibus licet desistere ex qualitate persone accusatoris, de quibus in. l. accusationem. in. fi. & l. mulier. & l. in senatus. §. eos. ff. ad turpil. ¶ Quidam sunt casus etiam, in quibus secundum eum licet desistere ex qualitate delicti. l. athales seruus. ff. de fal. sentit ergo Bar. q̄ in crimine falsi non habet locum senatusconsultum. turpil. q̄ mihi non placet; nam contra hoc est tex. expressus in. l. lucius. ff. ad turpil. vbi tex. vult, quod pp indulgentiam reorum non incidit quis in turpil. & tamen intendebatur ibi crimen falsi. ergo si non fuisset indulgentia, incidissent in poenam senatusconsultum. turp. Præterea speciale est ¶ in femina, q̄ non teneatur poena senatusconsultum. turpil. propter fragilitatem sexus, vt. d. l. mulier. vbi etiam intendebatur crimen falsi; ergo in masculo secus est. Vnde plus placet opi. quam ipse Bart. ponit in. d. l. lucius. ff. ad turp. vbi dicit, q̄ l. athales. non ponit specialitatem falsi; sed ideō ibi desistens non punitur; quia ibi iste non accusauit, sed dixit se probaturum quædam crimina. Pōt etiam alio modo responderi, secundum Bar. q̄ iura, quæ dicunt, q̄ illi qui intendebant crimen falsi possunt desistere; procedunt quantum ad hoc, videlicet; vt desistens non amittat commodum, qd erat ei prouenturum ex illo testamento, vel scriptura, quam diceret falsam. & ita loquitur. d. l. athales seruus. & l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. test. & l. alia. C. de his qui vt indi. Sed quantum ad poenam senatusconsultum. turp. non licet desistere sine abolitione. His ita praemissis dicit Bar. q̄ quoddam est tempus post lit. conte. & hoc casu nullo modo pōt desistere; imo desistens secundum omnes ¶ incidit in poenam senatusconsultum. turpil. Quod intellige, nisi parceretur propter sexus fragilitatem, vt. §. dixi. Item limito secundo; nisi desisteret propter iustam causam; puta, propter indulgentiam concessam reo accusato, vt. d. l. lucius. ad turpil. Vel quia accusator fuisset impeditus legitimis ex causis, & occupationibus, vt. d. l. in senatus. §. qui post. Et has limitationes adde ad omnes casus, & tempora, in quibus dicam. ¶ desistentem incidere in poenam turpil. & quod dicit Bar. de lit. cōte. dico idem in omnibus casibus, in quibus etiam lis nō contestatur; vt est in leuibz criminibus, dummodo deuentum esset ad acta, quæ habentur p̄ lit. cōte. Sed prædictis videtur fortiter obstat. l. qui crimen. C. qui accu. non pos. quæ vult, q̄ taliter delinquentes puniantur poena extraordinaria; nisi diceret, q̄ loquitur ante litis contest. & ad idem tendit. l. 1. c. vt intra cert. tem. Et de hoc latius. ¶ dicam. Quoddam est tempus secundum Bar. ante lite contest. post tamen datum libellum, & p̄stitos fideiussores de prosequenda lite, & adhuc non licet desistere, sed desistens incidit in poenam turpil. vt. d. l. 1. c. ad turp. & d. l. 1. c. vt. ¶ cert. tempus. Sed prædictis tunc ob. d. l. qui crimen. quæ vt dixi, vult, q̄ puniatur poena extraordinaria, & ad sumptus litis. Item ob. d. l. 1. c. vt intra cer. temp. licet Bar. eam alleger pro se. q̄ vult; quod taliter desistens puniatur in quarta parte

omnium bonorum, & efficiatur infamis. Contra-ria sunt difficilia, nec ea tangunt Bar. & D. meus. Et ad. l. qui crimen. vidisti. §. diēos intellectus, secundum Gof. Vnde ego imaginor dici posse, q̄ ista prima sit vero conclusio, quam Bar. ponit, q̄ desistens post porre. tum libellum accusatorium, & datos fideiussores indubitanter incidit in poenā senatusconsultum. turpil. q̄ de hoc est tex. apertus in. d. l. 1. c. ad turpil.

19 ¶ Sed aduerte; quia ¶ poena senatusconsultum. turpil. est multplex. Est enim poena infamiae, quinq; librarum auri, quantitatis promissae pro exhibitione, ob quam datur fideiussor, & poena extraordinaria. & hæc probatur, in. l. 3. §. si. ff. de prauari. & l. 2. C. ad turpil. Sed hæc poenæ aliter, & aliter imponuntur pp cōsiderationem diuersam. Propria enim poena senatusconsultum. turpil. videtur ¶ esse quinq; librarum auri, & infamie pp desistentiam; sed quo ad fideiussorem propter non adimpletam promissionem exhibitionis, est poena p̄missæ quantitatis. ¶ Poena autē extraordinaria imponitur propter contumaciam adhibitam in iudicio circa non prosecutionem accusationis, pp delictum iudiciū, & iudicē. Et ista in prin. causā est extraordinaria, & arbitraria, vt. d. l. qui crimen. in qua est, quia accusator vexauit accusatum faciendo eum venire ad iudiciū, tenetur ipsi accusato refundere expensas litis, & ipsa poena extraordinaria vt habere locū in accusatore, si accusator monitus per iudicem, vt prosequeretur accusationem suam, illud non egit. Si vero accusator fuit contumax in fine temporis dati ad terminandam accusationem criminalem, qd est biennium de iure ciuili, punitur in. l. 1. o. parte bonorum, & efficiatur infamis. Et ratio, quia hoc casu acrius punitur, est, quia maior est contemptus, & contumacia, secundum Bal. in fine temporis, q̄ in principio. Et ad has poenas imponendas aduertentem ad modum agendi. Posset etiam fortē dici, q̄ aut quis desistit expresse renunciando; & tunc hoc casu incidit in turpil. proprie, hoc est in poenā quinque librarum auri, & infamiae. Aut desistit tacite cōtumaciter non prosequendo, & punitur poena extraordinaria, & parti accusatæ ad sumptus, vt. d. l. qui crimen. Aut in fine tēporis; & puniunt poena infamie, & quartę partis omnium bonorum, vt. d. l. 1. c. vt intra cer. temp. plus tamen placet mihi præcedens intellectus; quia etiā quo ad poenā senatusconsultum. turpil.

22 ¶ proprie desistere intelligitur, qui intra præfinitum accusationis a præside tempus reum suum non peregerit, vt. l. ab accusatione. §. desistisse. ff. ad turpil. vbi est tex. expressus. & l. in senatus. §. q̄ post. ff. ad turp. vbi ille incidisset in senatusconsultum. turpil. nisi fuisset iusta occupatione impeditus, sustinendo hunc secundum intellectum. dic. q̄ illi tex. loquuntur quantum ad poenam extraordinariam, de qua in. d. l. qui crimen & d. l. 1. c. vt intra cer. temp. Posito autē, q̄ desistens teneatur ad plures poenas, vtrum per solutionē vnus, tollatur alia: fortē in casu nostro dicendum esset, q̄ non arg. eorum quæ dixi. sed in hoc non insisto. vi de de hac materia in. l. quotiens. ff. de act. & ob. l. 1. ff. arb. furt. cesa. & l. 1. & ibi per Bar. ff. vi bono. rap. & l. in senatus. §. 1. ff. ad turpil. & latius per Bar. in. l. sanctio legum. ff. de poenis. Bald. in. l. data opera. C. qui accu. non pos. 17. q. 4. attendendum. & c. 1. de re in. lib. 6. Sed reuertendo ad distinctionem Barto. & D. mei,

com. opi.

D.m. dic. q̄ quoddam aliud tempus est ante datos fideiussores post productam tamen accusationem; & hoc casu dicit Bart. q̄ aut reus est citatus, & nullo modo licet desistere, per authen. qui semel. C. quomo. & quan. iud. coniuncta. l. absentem. ff. de pœn. vbi dicitur, quod contra absentem in causa criminali proceditur ad modum iudiciorum civilium;

23 ¶ sed in causa civilia actor post datum libellum cogitur causam prosequi, & illam ad finem perducere, vt. d. auth. qui semel. ergo &c. Ego de hoc dicto satis dubito in casu nostro. Nec. l. absentem. probat hanc comparationem; nisi quod ad conuicendam contumaciam, & maliciam absentis; nec comparatio illa est vniuersalis, q̄ patet per. l. diuus Pius. ff. de quæstio. coniuncta. l. i. ff. de confess. in quibus probatur, q̄ aliter proceditur contra confessum in causa civilis, & aliter contra confessum in causa criminali; patet etiam in dilationibus dandis, & in condemnatione fienda de absente post lit. contest. nam aliter proceditur, in causa civilis, & aliter in causa criminali; vt videre potes. in. d. l. absentem. Cogitabis; quia non potui habere tempus ad inuestigandum subtilius; posita tamen opi. Bar. pro vera, illam limitarem, q̄ procedat in quantum reus citatus comparuisset; secus fortè si fuisset contumax. arg. d. auth. qui semel. Et pro opi. sua videtur tex. hic. à contrario sensu; dum dicit, q̄ istis canonicis parcitur; quætra vinculu inscriptionis desistere voluerunt, ergo à contrario sensu si isti canonici inscripsissent, ergo à contrario sensu si isti canonici inscripsissent, non parceretur eis. Et hoc ideo; quia citatio accusati communiter committitur post datum libellum. in

24 ¶ libello autem solet fieri in scriptio ad pœnationis, vt. l. libellorum. ff. de accus. canonizata. 2. q. 3. c. accusatorum. & seq. & maximè q̄ citandus est de longinquo. vt. l. 2. de requi. re. vnde quando esset facta inscriptio, crederem dictum Bar. procedere si facta esset citatio, vt hic. & pro hoc etiam est tex. in. d. l. in senatus. §. qui post. ff. ad turpil. Arbitror tamè, q̄ si esset contumax puniretur pœna extraordinaria arbitrarie in principio; non propriè pœna senatus. conf. turpil. & in fine cause pœna quartæ partis bonorum, vt dixi. §. & sic intelligo contrarium sensum tex. nostri. Quoddam verò est tempus secundum Bar. post accusationem interpositam reo adhuc non citato, & hoc casu licet desistere secundum eum, sicut in causis civilibus. Idem ego dicerem, si pars esset citata, & non comparuisset, vt statim dixi, vel etiam si pars esset citata vt veniret ad videndum productionem libelli, vt in tex. nostro secundum vnum intellectum, & ita intelligit Bal. hunc tex. in. l. 1. C. vt intra cer. temp. & de hoc satis dixi. §. in glo. 1. ¶ Quoddam est tempus ante accutionem propositam postquam tamen pars minata, & professæ est se accusatum; & tunc licet pœnitere sine metu pœnæ, etiam si dedisset libellum principi, vel præfidi, in quo dixisset se velle accusare, vt. l. miles. §. focer. ff. de adult. & ita potest intelligi. l. quæsitum. ff. ad turp. & probat hoc tex. noster, intelligendo, q̄ nuntius iste p̄fessus fuisset canonicos istos accusatos. Et sic secundum istum tex. limitarem dictum Bart. vt scilicet procedat, etiam si propter talem professionem de accusando iudex citasset partem. In hoc tamen puniretur iste, qui taliter professus esset; quia si interroga-

tus à iudice an vellet proponere accusationem, si diceret se illam nolle proponere, imponendum esset sibi silentium perpetuum, vt hic. Et ex prædictis habes expeditam hanc materiam difficilem, & intricatam, quæ Doc. breuissimè, & intricatissimè tradiderunt. Extra glo. oppo. videtur enim, q̄ citatio q̄ fuit facta de isto archiepiscopo per Celestinum Papam, qui decessit anteq̄ reus compareret, non debuit trahere ad ¶ Inno. successorem Celestini; & sic iste archiepiscopus non tenebatur cõparere; sed de nouo erat citandus, vt. l. in summa. §. fina. ff. de re iud. & l. cum apud Sempronium. ff. iudi. sol. & l. p̄peradũ. §. fina. in medio. C. de iud. ¶ licet enim successor in dignitate, succedat etiam in causa coram eo agitata, siue intentata; vt. c. quoniam abbas. de offi. de leg. & l. mortuo. ff. de iud. non tamen succedit respectu citatorij edicti. Sed citatus iterum citandus est, vt. l. edictũ. & l. & post edictum. ff. de iud. & l. neratius. ff. de reg. iur. Sol. dicit hic Host. q̄ iste archiepiscopus comparuit sponte; nam terminus erat circumscriptus; & sic secundum Hosti. si iste non comparuisset, non fuisset contumax. & pro opi. Hosti. facit quod not. in. l. consentaneum. C. quomodo & quando. iu. Sed prædictis obstat fortiter tex. in cle. ne Romani. §. si de elec. vbi dicitur, q̄ illi, qui tenentur venire ad curiam, debent venire non obstant morte Sum. Pont. & sic non obstante vacatione; quia de proximo speratur reformatio ecclesie. Io. And. hic distinguendo dicit, attendendam formam citationis, secundum formam traditam in. c. si gratiosè. de rescript. lib. 6. & finaliter remittit se ad not. in. d. cle. ne Romani. vide tu, quæ dixi. in. d. cle. ne Romani. in glo. super verbo, quæcunq; & vide quod dixi de citat. in. 7. art. vers. 1. 2. quæst. Secundo oppo. contra tex. nostrum, & contra tertium not. nã dicitur hic, q̄ ¶ valet citatio in causa criminali absque eo q̄ mittatur copia libelli; quia satis est, q̄ nuntius dicat, q̄ citatus veniat responsurus obiectis in libello nondum oblato, & hæc opi. tenet Bar. in. l. inter accusatorem. ff. de pub. iu. vbi dicit, qd̄ in citatione fienda in causa criminali, non est necesse inferere formam libelli, sicut nec in civilis, vt not. in auth. offeratur. C. de lit. conte. ad q̄ allegat tex. nostrum. pro quo ego etiam adduco, q̄ not. in. l. absentem. ff. de penis. inducendo, vt. §. dixi, & quod not. glo. 2. q. 8. per scripta. vbi glo. vult, q̄ ¶ reo comparenti in causa criminali sint dandæ induciæ ad deliberandum. Sed contra prædicta videtur tex. apertus in. c. si primates. in fi. 5. q. 2. vbi dicitur, q̄ in causa criminali non debet fieri citatio; nisi si in causa per scripta significetur quicquid citato opponitur, vt reus possit preparari ad citationis responseionem. & idem not. glo. 1. in. c. 2. de dila. Et hinc est, q̄ glo. 3. q. 2. in sum. dicit, qd̄ deliberatoriæ ipsi reo comparenti non sunt dandæ, cuius ratio est; quia p̄supponit gl. missum tenorem libelli. Et hæc opi. q̄ necesse sit inferi copia libelli, tenet Guil. de Cu. in. l. edita. C. de eden. vers. fed quæro. D. m. hic, & in. d. c. 2. de dila. in glo. 1. distinguit, q̄ aut citatio fit de longinquo; & tunc non est necesse quod mittatur copia; sed solum in citatione debet exprimi quod opponitur reo, vt deliberatè veniat. & ita loquitur. c. si primates. & ita etiam intelligit tex. nostrum, pro quo facit tex. noster dum dicit; q̄ veniret archie-

archieps r̄nsurus obiectis; quia intelligit exprimendo cam vt. §. dixi. Aut citatio fit de p̄pinq̄, & tunc p̄cedit dictũ Bar. simpliciter; quia tunc nec libellus, nec libelli copia, nec alia informatio est fienda, seu inferenda in citatione de necessitate. Bart. tamen in extranea. ad reprimendum. in glo. in verbo, in crimine, aliter soluit cõtrariũ de. d. c. si primates. dicit enim, q̄ speciale est in episcopo ibi. propter eminentiam dignitatis episcopalis, vt debeat inferi tenor libelli. ita intelligit. d. glo. 1. in. c. 2. de dila. Hæc solutio non est bona; quia est apertè contra tex. per quem ipse mouetur ad dicendum, quod non est necesse quod inferatur tenor libelli; & tamen tex. noster apertè loquitur in citatione archiepiscopi, qui est maioris dignitatis, quam episcopus. vnde plus placet solutio D. mei; pro qua facit quod not. Specu. in titu. de iudice delegato. §. sequitur. ver. in curia. & in titu. de prob. §. videndum. ver. quid de auditoribus. Posset etiam dici, quod ideo in tex. nostro non fuit insertus tenor; quia non erat p̄fecta accusatio; sed iste nuntius dixit canonicos accusatos, & citatio hæc non fuit facta principaliter ad petitionem partitis; sed quasi ex voluntate quadam ipses Celestini, qui fuit motus ex plurimis circumstantiis, de quibus dixi. §. in glo. 1. super intellectu huius cap. ¶ Tertio opp. hic. D. Ant. q̄ isti duo non debebant interrogari, an vellet proponere accusationem; quia ¶ plures eundem de eodem crimine accusare non possunt, sed magis idoneus eligendus est, vt. l. si plures. ff. eod. Sol. hic æquè principaliter omnium intererit; ideo omnes admisi fuerunt, vt. l. 3. §. si ad plures. ff. de sepul. viola. Secus vbi omnium principaliter non interesset; quia tunc magis idoneus eligitur, vt. d. l. si plures. dic tu, vt dixi. §. de ordi. cogni. articu. 20. q. 3. 4. & 5. ¶ Quarto oppono secundum Doct. nã tex. dicit, q̄ ideo isti intimarunt crimina; quia videbatur in corrigibilis. ergo videtur ex hoc, q̄ ¶ inferior possit corrigere superiorem. Sed contra hoc est tex. in. c. cum inferior. §. de maio. & obe. Sol. sec. Ioan. And. hic loquitur secundum denuntiationem Euangelicam, quæ omnes ligat. 2. q. 1. si peccauerit. in qua monens potest dici superior quocunque peccatore, excepto Papa; de quo fuerunt opin. de quo remittit se ad not. in. c. magnæ. §. de voto. in glo. hic patet. post princip. & probatur. 40. distin. multi. Dicit hic D. Ant. tenendum esse, quod de omnibus criminibus, de quibus Papa potest accusari, & denuntiari, & incorrigibilis fieri, vt not. glo. in. c. si Papa. 40. distin. & sentit Ioan. And. in. d. c. magnæ. post Hostien. Ego in hoc non insisto; cum non sit principalis materia nostra. Ideo dic, vt traditur per ipsum Ioan. And. in. d. c. magnæ. Subdit tamen hic Ioan. And. q̄ inferior monet superiorem ad eius duritiam conuincendam, vt. §. c. prox. in fi. & etiam aliquid per eum in. c. 2. in glo. fi. §. eo. vbi ego aliquid tetigi, & vide in. c. 1. de sent. excom. lib. 6. ¶ Quinto opp. dicitur hic, q̄ Papa quæsiuit, vtrum isti vellet proponere accusationem, & ipsis non proponentibus imponitur perpetuum silentium; ergo Papa posuit in potestate istorum canonicorum, an vellet accusare. Sed contra; quia imo debeat ipsos cogere ad accusandum, vt. l. si quis homicidij. vers. coges. C. eo. tit. Sol. ego dico, q̄ iste tex.

loquitur de coactione causatiua, non practica; quia si non accusat imponitur sibi silentium, vt hic. & huc quando ad huc non accusauerant, sed infamauerant, vel dixerant se accusatos. Si verò accusassent, distingue, vt. §. dixi; quia etiam præcise non compellitur desistens; sed punitur aliter, & aliter, vt dixi. ¶ Sexto oppo. vltra Doct. dicitur q̄ quibus impositum fuit perpetuum silentium, ex eo, qd̄ semel monitio noluerunt accusare. Sed contra; quia ad hoc vt quis priuatur vt non agat, vel accuset, debet p̄cedere duplex monitio, nam propter vnam non debet priuari. vt expressè tenet Ang. in authen. de hære. & fal. §. si quis autem non implens. per illum tex. ¶ Sol. posito, q̄ dictum Ang. esset verum, de quo plenè disputauit in repe. quam feci in. c. si hare. des. §. de testam. potest responderi, q̄ ideo hic istis canonicis fuit impositum perpetuũ silentium; quia dixerunt in prima interrogatione non esse eorum intentionis accusare; & sic videtur, q̄ non sit opus secunda monitione, cum illa fiat ad scrutandam voluntatem, quæ si certa apparet, non est eundem per coniecturas, vt. l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. ob. secus si nihil dixissent; quia tunc fuisset necessaria secunda monitio; & ita procedit dictum Ang. Et pro hac mea solutione, adduco, quod plenissimè scripsi in. c. 1. de do. & contu. in artic. 1. de citato, qui dixit nullo venire. Et vide ad prædicta eundem Ang. in auth. de Ecclesia tit. §. sunt autem, vbi ipse ponit idem dictum; licet ita ibi illud non probet clarè, seu firmiter. Tu vide, q̄ dixi in. d. c. si herede. Et ex prædictis surgit vna notabilis limitatio ad tex. nostrum, & ad alia iura, quæ dicunt, q̄ si ille mouetur vt accuset, vel agat, imponitur perpetuum silentium si non accuset. Aduerte tamen; quia fortè hoc esset verum si simpliciter moneretur vt accusaret, non adiecto certo termino intra quem accuset; secus si adijceretur terminus, de quo articulo, dic vt dixi latissimè, in repet. d. c. si heredes. Item esset limitandum, quod dixi, nisi sententia esset lata, impositiua perpetui silentij, à qua non fuisset appellatum; quia talis sententia transit in rem iudicatam, vt. l. titia. ff. de accus. vide q̄ dixi in rub. de dila. in materia citationis. artic. 27. q. 5. ver. 1. o. quero. ¶ Vltimo op. cõtra tex. nam si Papa magis delectatur bona fama, quam mala nõ debebat pmittere fieri inquisitione cõtra istũ Archiepiscopũ, maximè quæ ad inquisitione non procedit nisi p̄cedente infamia, vt c. cũ oporteat. & c. qualiter. 2. j. eo. Sol. dicit Io. An. hic post Inno. quæ sequunt cõiter\* Doc. q̄ ¶ quædam est inquisitio, q̄ fit super fama, & nõ sup veritate criminis; & ista potest fieri p̄cedente denuntiatione alicuius certæ p̄sonæ, vel aliqua infamia quauis modica, vt hic. & rō est; quia talis inq̄stio est modici p̄iudicij. ¶ Quædam vero inquisitio fit sup veritate cr̄is ad p̄nã; & ista nõ debet fieri nisi p̄cedente infamia, & ita loquunt contraria. Primũ tñ dictũ limitat hic D. m. si persona denuntians est idonea; si autem non esset idonea nulla fieret inq̄stio; nisi ad cautelã. per. c. cũ in iuuentute. & ibi not. §. de p̄sump. Est aut effectus inquisitionis sup fama; quia si constiterit de infamia procedit postea ad inq̄stionem criminis, vt. d. c. qualiter. ¶ Sed pro cõplemento materia. c. nostri. q̄ro primo vtrũ ista ¶ ista per quam imponitur perpetuũ



silentium, sit diffinitiva, an vero interlocutoria. est autem effectus huius, q. notabilis; quia si esset interlocutoria, videretur, quod non posset appellare ab ea de iure civili, vt. l. 2. ff. de ap. reci. Secus si esset diffinitiva. Item est effectus de iure canonico; quia si esset interlocutoria, videretur necessarium, quod exprimerentur causae grauaminis in appellatione, vt c. vt debitus. §. de appel. & in cle. appellanti. eod. tit. Secus si esset diffinitiva. Sol. dic. quod est sententia interlocutoria habens vim diffinitivam; & ideo ab ea appellatur de iure civili; quia non expectat aliam sententiam post se, tex. est apertus. in. l. si cum titia. ff. eod. & Bald. in. l. si ea. C. qui accu. non pos. Item non est necesse, quod exprimantur causae grauaminis, cum habeat vim diffinitivam, secundum no. in. d. c. vt debitus. de appel. & in. d. clem. appellanti. ¶ Postremo quero, poneat quod isti canonici quibus impositum fuit perpetuum silentium, accusassent archiepiscopum, nec archiepiscopus excepisset contra eos, quod impositum fuisset eis perpetuum silentium; vtrum teneret iudicium? Sol. credo, quod sic, per not. per Bar. in. l. i. §. accusationem. ff. ad fenatufcon. rrp. circa qd, vide, quod not. glo. in vers. finiri. & que ibi dixi in cle. i. de restit. in integ. Et quod traditur per glo. & Doct. in. l. properandum. §. i. c. de iudi. ¶ Ultimo opp. contra tex. nostrum, videtur enim, quod Papa iniuste egerit imponendo perpetuum silentium canonicis, ex eo quod isti duo canonici interrogati videlicet. I. & O. an vellent pro se, vel alijs proponere, responderunt, quod non scripserunt animo accusando; nam licet ipsi hoc affirmarent; alijs tamen non debebat imponi perpetuum silentium, qui erant plures; & maxime cum ipse. O. non fuerit de delatoribus a principio tex. nostri. hoc non tangitur per Doct. arbitror tamen posse responderi pluribus modis. Primo, quod silentium fuit solum impositum ipsis canonicis duobus, non alijs. vnde ver. nos igitur. dum dicit, canonicis, debet intelligi scilicet duobus statim nominatis. Sed hac Sol. videtur destrui per ver. quia vero predicti canonici. nisi dicerent, q. ver. quia vero. referetur ad primos canonicos delatores, non autem ad illos duos. facit glo. in ver. relaxetis. in. c. capitulum. §. de rescrip. Vel potest secundo modo solui, q. isti duo canonici habebant mandatum, quod videtur satis denotari ex illis verbis pro se, vel alijs positis in tex. Et hac solutio est clara; nisi quod habet aliquid diuinationis. Vel tertio, qd isti praedictaauerunt alijs, quasi habentes mandatum; quia confortes eiusdem litis. facit. 3. q. 6. hac quippe. & c. cum dilecti. §. de do. & contu. & sentit hic Inno. & dicam in seq. Vel quarto solue notabilis, quod si Papa ex officio fecit aliquod officium, fuit iuridice inductus pluribus concurrentibus, videlicet; quia illi detulerant archiepiscopum, literas destinando, & nuntiū; & postea non prosequerantur, cum archiepiscopus comparuisset. Præterea accessit ad prædicta, quod isti duo conanonici dixerunt, quod non erat intentionis eorum accusare; vnde non mirum si Papa imposuit silentium. Aduertendum est etiam; quia quaedam decre. in princip. habent. G. decani. sancti Stephani. T. I. M. & O. Alij vero habent solum. T. I. & M.

C A P. XV.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurans aliquē non accusare ab illius accusatione repellit.
- 2 Procurator non admittitur ad prosequendam causam criminalem. & nu. 22. & 29. & seq.
- 3 Canonicus solus proprium prelatum accusare potest, maxime ratione intrusionis.
- 4 Intrusus est legitima causa remouendi aliquē ab ecclesia.
- 5 Intrusus quis dicatur.
- 6 Causa ad remouendum quem a beneficio, que sufficiens sit.
- 7 Filius sacerdotis non est ad ordines, episcopatum, vel alia beneficia promouendus.
- 8 Illegitimi viri, notabiles, & valentes quandoq; reperiuntur.
- 9 Filius, etsi legitimus, non potest sine dispensatione ministrare in eodem beneficio, in quo pater sacerdos ministravit, & ratio ibi ponitur.
- 10 Successio in ecclesia non datur.
- 11 Nepos, an possit in titulari in illa ecclesia, in qua auus fuit, remissiuē.
- 12 Prelatus subijciens ecclesiam suam alicui laico, accusari potest.
- 13 Homagium est species seruitutis, & quid sit homagium, & quid homologium, & in quo differant hęc duo. ibid.
- 14 Principes seculares super temporalibus ab ecclesia possessis, & in feudum ei concessis, fundatam habent intentionem super homagio, & fidelitate.
- 15 Citatio facta ad diem feriatam valet.
- 16 Peremptorium in prima citatione, in causa criminali apponi potest.
- 17 Peremptorium in prima citatione sine causa regulariter non mittitur; alias potest appellari.
- 18 Citatus non comparens intra terminum assignatum, quando excusetur ob viarum discrimina.
- 19 Consecratio christi debet confici in die cęnę ante resurrectionem.
- 20 Citatus in causa criminali potest proponere excusationes suas, & per nuntium, & per epistolam.
- 21 Citatus, qui debet personaliter comparere, non excusatur a contumacia, licet per procuratorem allegantem excusationes friuolas compareat.
- 22 Procurator non admittitur in causa criminali, & vbi agitur ad finem deponendi aliquem a dignitate.
- 23 Procurator in causa criminali, admittitur ad allegandas legitimas causas, consistentes in facto ob absentiam; & in iure propter personam accusatoris non legitimi.
- 24 Citatus etiam ad instanti am illegitimi accusatoris comparere tenetur priuilegium suum allegaturus, ne tanquā contumax puniatur. L. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit & l. 1. ff. si quis iudic. non obtemper. intellectus. sub nu. 24. f. 28.
- 25 Calumniatus semel, debet repellit ab accusatione eiusdem de eodem crimine.
- 26 Mulctari in continenti nemo potest ob calumniam.
- 27 Contumacis presentiam supplet Deus; & iudex.
- 28 Infamia furti purgationem requirit.
- 29 Procurator, quare in causa criminali ex parte rei non admittatur; & redduntur rationes.
- 30 Iudicium non debet esse delusorium.
- 31 Maleficia non debent remanere impunita.

- 32 Reus verisimiliter fidelius, diligentius, & accuratius defendit suam causam propriam, quam procurator alienam.
- 33 Fideiussor obligans se pro alio ad penam corporalem, in criminalibus non recipitur.
- 34 Nemo est dominus membrorum suorum.
- 35 Custos carceris propter negligentiam quandoq; pena capitali punitur.
- 36 Procurator in causa status non satisfacit de iudicato soluendo; licet satisfacit de defendendo; & qd dolus malus aberit. ibid.
- 37 Aequalitas est in iudicijs seruanda.
- 38 Reor um est fugere.
- 39 Procurator in causa criminali an indistincte repellatur, tam in delicto publico, quam in priuato.
- 40 Delicta publica que.
- 41 Delicta priuata que. Accusatio suspecti tutoris cōpetit cuilibet de populo; etiā si agatur ad purgationem, vel ad remotionem ibid. vers. Præterea. Et quando accusatus non principaliter, vt puniatur; sed ad finem vt remouatur; et vt puniri possit si apparuerit eum deliquisse; an tunc admittatur procurator cum speciali mandato. nu. 50. vers. Et pro hac sententia. Et ad quem remitti debeat cum ex dolo puniendus est.
- 42 Iudicium accusationis de suspecto, non est publicum.
- 43 Crimen publicum dicitur tribus modis. Statutum si concedat cuilibet potestatem accusandi de aliquo crimine, vbi de iure cōiñō datur, an tunc dicatur crimen publicum. sub nu. 43. vers. Per prædicta.
- 44 Publici dictionis etimologia.
- 45 Argumentum ab etimologia est validum.
- 46 Iudicia quaedam ordinaria, quaedam extraordinaria.
- 47 Procurator in accusatione iniuriarū interuenire phibet.
- 48 Pœna talionis imponitur accusatori calumnianti, tam in priuatis, quam in publicis criminibus.
- 49 Argumentum non sumitur a contrario sensu, quando resultaret correctio.
- 50 Procurator, an possit admitti in causa criminali, in qua imponitur pena pecuniaria.
- 51 Attendi debet, quod principaliter intenditur, nō autem, quod venit in consequentiam.
- 52 Attendi debeat ne, quod euenire potest.
- 53 Pœnæ quantitas, non delicti qualitas attendi debet.
- 54 Origo quando inspiciatur.
- 55 Subrogatus, quando debeat sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur.
- 56 Procuratoris vsus ad prouisionem fuit inuentus.
- 57 Procuratorē cōstituiere in causa criminali, in qua pœna pecuniaria venit imponenda, cōstituiere nemo inuitus cogit. Fallit tamen, vt ibi.
- 58 Persona illustris per procuratorē criminaliter agere dēt.
- 59 Procurator in crimine suspecti tutoris, an institui possit. Verbum difficile quomodo intelligendum. ibid. circa med.
- 60 Leprosus in iudicio per procuratorem agere debet.
- 61 Procurator, an interuenire possit in interdico de libero homine exhibendo.
- 62 Procurator non admittitur, quando persona domini esset legalior, & per eum posset melius veritas haberi. Et quis probare habeat quod persona domini sit legalior. remiss. vers. Et quis habeat.
- 63 Iudicium, an desinat esse publicum; si pœna publici iudicij per statutum alteretur.

- 64 Statutum puniens mulieres iocalia portantes est iniquum.
- 65 Mulierum encomia. Filius ante partum onerosus, in partu dolorosus; & post partum laboriosus. ibid. post prin. Accusatio publica ex forma statuti si cōpetat; non tñ erit publicū, quo ad effectus iudicij publici. vers. Reuertēdo.
- 66 Procurator, quando ex parte accusatoris in causa criminali interuenire possit.
- 67 Statutum, quo imponitur pœna pecuniaria pro homicidio; an valeat.
- 68 Procurator, an admittatur, vbi ob delictum imponitur pœna priuationis omnium bonorum. Ictus fustium est maior qualibet pœna pecuniaria. vers. Unde postumus.
- 69 Procurator, an in causa criminali interuenire possit, quando ex forma statutorum pœna pecuniaria imponitur delicto, pro quo de iure communi venit imponenda pœna corporis afflictiua.
- 70 Generi per speciem derogatur.
- 71 Statutum municipale se habet ad ius commune, tanquam species ad genus.
- 72 Iurisdictio vni lata, ab inferioribus, vel aequalibus intelligitur adempta. Arbitr; vt si arbitr; & arbitrator procedere potest; ex forma libelli quomodo processerit dignoscetur. vers. sed si quomodo. Idēq; de eo, qd potest procedere ordinarie, & summarie. ibid. Statutum si velit officialem nō habere potestatem cognoscendi de crimine, ex quo veniret imponenda pœna corporis afflictiua; sed solum de his ubi pœna pecuniaria imponatur; & ex forma alterius statuti blasphemās Deum debet puniri in 200. & si non soluerit intra 10. dies blasphemanti amputatur lingua; an tali casu officialis cognoscet. vers. Et prædictam.
- 73 Procurator, an admittatur, vbi ob crimen venit imponenda pœna corporis afflictiua.
- 74 Procurator, an interuenire possit delictis, in quibus imponitur pœna mixta. Et exemplum pœnæ mixtę ibi ponitur. L. i. ff. de in lit. iuran. intellectus. vers. Nec obst. & nu. 75. vers. Non obst. Excommunicatio secundum ius canonicum successit loco interdictionis aque; & ignis ibid. in fi.
- 75 Pœna, que imponit purgationem alterius pœnæ non soluit, an sit pœna criminis, vel contumacię. L. quicūque. C. de seruis fugit. & l. si quis iniuriam. ff. de iniur. intellectus.
- 76 Procurator, an per aliquod remedium interuenire possit in delictis, propter que imponitur pœna amputationis manus, si non soluantur centum intra mensem.
- 77 Soluere dicitur, qui depositum facit, vel fideiussores de soluedo dat.
- 78 Procurator admittitur in causa criminali, quando imponitur pœna corporis afflictiua, ex eo quod condemnatus non est soluendo.
- 79 Qualitas prohibitiua qñ attendi debeat, non permissiua.
- 80 Procurator, an admittatur ext ante statuto, quo cauetur, vt pro primo furto, quis decem soluat, pro secundo suspē datur, si quis fecerit vnum furtum alibi, & secundum in loco statuti.
- 81 Delictum commissum extra territorium, an aggraueat pœnam commissi delicti in territorio.
- 82 Procurator, an admittatur in delictis, ex quibus imponitur pœna arbitraria.

- Pœna ubi est arbitraria, potest iudex arbitrari vsq; ad mortem. *vers.* Facit quod.
- 83 Procurator, an admittatur in delictis, ex quibus in pœna da est pœna alternatiua.
- 84 Legatum conditionale quando dicitur.
- 85 Obligatio, quando dicitur indiuidua.
- 86 Libellus accusatoris agentis ad pœnam, alternatiuè, non debet admitti reo excipiente.
- 87 Procurator, an admittatur extante statuto, quo cautatur manum dextram, vel sinistram delinquenti amputari, si ipse nullam habeat.
- 88 Procurator, an admittatur extante statuto, quo cautetur quod delinquens punitur tali pœna, vel alia, nec specifi- ficetur qualis.
- 89 Alius, alia, aliud, hęc dictio quid operetur.
- 90 Procurator, an admittatur in causa, ubi dubitatur, an im- poni debeat pœna corporalis, vel pecuniaria.
- 91 Condemnatio de occiso non potest sequi ex processu facto contra vulnerantem de vulnere.
- 92 Pax simpliciter facta de vulnere, non opitulatur ad remis- sionem pœnæ, si ex vulnere secuta sit mors.
- 93 Procurator, an possit admitti in causa, ex qua venit impo- nenda pœna infamie.
- 94 Infamia equiparatur morti.
- 95 Procurator potest interuenire in iudicio furti.
- 96 Fures communiter ex forma statutorii furca suscipiuntur.
- 97 Infamia iudicatur maior relegatione.
- 98 Procurator, an possit interuenire, ubi pœna reuocationis in seruitutem imponi debet.
- 99 Seruitus morti equiparatur.
- 100 Procurator an possit interuenire, ubi proponenda est pœ- na relegationis.
- 101 Capitalia que dicitur.
- 102 Relegationis pœna que sit.
- 103 Oratio sumpta ex vniuerso, verificari debet in quolibet particulari.
- Qui omne dicit, nihil excludit. *ibid.*
- 104 Procurator non potest constitui ad vtilia tantum, & nõ ad inutilia.
- 105 Homines humilioris loci tantum, non ceteri iustibus sub- iiciuntur.
- 106 Illustris, illustri iniuriã inferens, nõ punitur corporaliter.
- 107 Episcopus, & alij prelati perse non possunt causas ciui- les agere. Et quatuor rationes assignantur. *ibi.*
- 108 Seruus Dei litigiosus esse non oportet.
- 109 Causa, que in iudicio agitantur, materiam criminibus so- lunt preparare.
- 110 Episcopus potest esse procurator pro ecclesijs suis, & mi- serabilibus personis.
- 111 Relegatus ciuitatem, & bona retinet.
- 112 Deportare quid sit.
- 113 Procurator si non admittatur in causa principali, nec etiam admittitur in causa appellationis.
- 114 Appellatio extinguit pronuntiatum.
- 115 Procurator, an indistinctè tam ex parte rei, quàm ex par- te actoris admittatur, ubi venit imponenda pœna relegationis.
- 116 Procurator, an admittatur in delictis, ex quibus imponi- tur pœna perpetui carceris.
- 117 Pœna perpetui carceris, an quis damnari possit.
- 118 Pœna perpetui carceris equiparatur pœnæ damnationis in metallum.
- 119 Dominus non amittit dominium serui damnati ad perpe- tuum carcerem; secus damnati in metallum.

- 120 Damnatus ad perpetuum carcerem, vel in metallum, ex- ceptis alimentis non est capax reliquorum.
- 121 Damnato perpetuo carceri deputatur panis angustie, & aqua doloris.
- 122 Procurator, an possit admitti in delictis, ex quibus imponit pœna, vt quis impunè possit offendi, vel q non audiatur.
- 123 Excommunicatio est medicinalis, non mortalis.
- 124 Excoicatus in mortis articulo à quolibet absolui potest. Statutum si velit contrahentem matrimonium cti Guelpa non audiri in ciuili, vel criminali causis; an tali casu pote- rit constitui procurator. *ibid.* in prin.
- 125 Procurator, an interuenire valeat, ubi imponi debet pœ- na priuationis, seu depositionis ab ordine.
- 126 Ordo sacer quid sit.
- 127 Ordines ecclesiastici qui.
- 128 Ordines minores sunt sacri.
- 129 Ordo laicalis quid sit.
- 130 Procurator, an interuenire queat, ubi pœna separationis thori imponenda veniat.
- 131 Procurator, an p absente in causa criminali admitti possit.
- 132 Sententia, an possit ferri contra absentem in crimine capi- tali. & nu. seq.
- 133 Procurator interueniens post litè contestatã dånari pot. Origenes qui fuit Christianus; & infinita volumina libro- rum scripsit, fuit tempore Alexandri Imp. qui Manica di- ctus est; & anno. D. N. 224. *vers.* Item non obsi. Vulpianus clarissimus Iurifconsultus fuit eodem tpe. *ibid.*
- 134 Procurator rei satisfidens debet de iudicato soluendo.
- 135 Contumax communiter in Italia habetur pro confesso.
- 136 Mandatũ specialissimũ requirit in mrimonio. & nu. 270.
- 137 Procurator nõ pot iurare de calumnia sine speciali mandato.
- 138 Procurator, an interuenire possit quando contumax ha- betur pro confesso.
- 139 Statutum exorbitans est restringendum.
- 140 Procurator quando in crimine heresis interuenire possit.
- 141 Procurator in casibus, in quibus non admittitur, an etiã non admittatur, si reus ptesens sit.
- 142 Procurator communiter constituitur, quando non potest in- tereisse rebus suis.
- 143 Procuratorem non admitti ratione qualitatis cause, an procedat reo in carcere detento.
- 144 Uxor prohibere potest, ne bona mariti in suum preiudi- cium publicentur.
- 145 Absens nec condemnari, nec absolui potest. Tempus, quod datur marito ad accusandum uxorem de adulterio, quod est vtile, non currit ei existenti in carce- re. *vers.* & pro hoc.
- 146 Carceratus, an deat per se, vel p procuratorẽ respondere.
- 147 Positionibus in causa criminali responderi debet per ver- bum veritatis, non per verbum credo. Accusatus; an possit reaccusare accusatorem suum, vel ex- traneum; siue sit accusatus; & nomen accusati non sit re- ceptum inter reos; siue sit receptum remiss. nu. 147. *vers.* Facit quod not. Ang.
- 148 Procurator, an interuenire possit in casibus, in quibus mortuus damnari potest.
- 149 Mortuus quibus in casibus damnari queat.
- 150 Inquisitores in crimine heresis, an elapso quinquennio post mortem heretici inquirere possint.
- 151 Sepultura, vt non violetur, quilibet potest interuenire.
- 152 Hæredes, an possint defendere bona, & memoriam defun- cti per procuratorem.
- 153 Procurator in casibus, in quibus non potest interuenire

ad

- ad plenam defensionem, an saltem possit interuenire ad aliquem actum iudicalem.
- 154 Libellus ex parte actoris in causa capitali, an possit per procuratorem offerri.
- 155 Libellus de iudicij substantia dicitur.
- 156 Litis contestatio die feriata in honorẽ Dei, fieri nõ potest.
- 157 Libellus supplicatorius potest per quemlibet offerri.
- 158 Procurator, an admittatur ad allegandas causas absen- tiæ rei citati non comparentis. ubi distinguit sub nu. 174.
- 159 Infamis, & quilibet alius admittitur ad allegandum cam- meri facti necessariam pro absente, & est cõmunis opin.
- 160 In banno si quis positus est, & sibi assignatus terminus octo dierum ex statuto, vtum si compareat accusator, banni terminus sit differendus.
- 161 Excusator, an admittatur, statuto dicente, quod quilibet per seipsum non comparens pro confesso habeatur.
- 162 Comparens nomine citati, si allegat quod citatus in loco, ad quẽ est citatus habet capitales inimicitias admittitur cum mandato; & est cõs opin. & an sine mandato *ibid.*
- 163 Reus condemnatus, licet properet mori, tamen quis admit- titur pro eo, etiam sine mandato.
- 164 Citatus personaliter non potest excusari à contumacia propter guerram, si aliqui consueuerunt tutè accedere cum saluo conductu.
- 165 Mandatum habens ad proponendas excusationes pro- pter inimicitias, si illas proponit; poterit iudex sibi offe- re saluum conductum.
- 166 Contumacia, que est delictum, in dubio non presumitur.
- 167 Excusatio qualibet facti potest proponi etiam per non ha- bentem mandatum.
- 168 Nemo tam ignarus est, qui non velit mortis periculum, aut corporis cruciatum declinare. Et nullum condignum præmium auctori talium periculo- rum emittendorum retribui potest. *ibid.*
- 169 Reipublica interest subiectos cõseruari, ne gladio pereant.
- 170 Index, si nollet audire excusatorem, eo casu, quo debet ad mittere, possit appellari. & processus esset nullus.
- 171 Citatus ad locum non tutum, propter acrem pestiferum, & turpem excusatur.
- 172 Citatus, an teneatur comparere, si iudex est excoicatus, vel infamis, vel si accusator non est legitimus; & an pro eo admittatur procurator ad allegandas causas absentiæ.
- 173 Notorium, illud, dicitur, quod patet ex actis.
- 174 Reorum est fugere.
- 175 Bonorũ annotatio, & excoicatio fertur rone cõtumaciæ.
- 176 Inobediens non dicitur, qui non potest, aut non tenetur comparere.
- 177 Mandatum habens in causa criminali, an possit allegare causas absentiæ facti.
- 178 Excusator, si intra terminum citationis statutum ad com- parendũ, compareat; dicens citatũ absentẽ fore adeo in par- tibus longinquis, q notitia citationis non potest ad eũ p- uenire, vel q alias est legitime impeditus; & iudex ultra pcessit, an valeat pcessus? & ibi de materia excusatoris. Et an saluum sit ius citato ad petendam restitutionem ex causa iustę absentiæ. *ibid.* Et an valeat bannum eo in casu. nu. 180. remissiuè.
- 179 Statutum si velit, q contumax habeatur pro confesso, & conuictio; cautela est, si delictum tale est, quod in eo non possit interuenire procurator, quod mittas delinquentem ad partes remotas; & postea compareat excusator.
- 181 Procurator, an constitui possit ad proponendam exceptio- nem dilatoriam, & communis opinio est quod sic, si op-

- ponatur in modum excusationis absentiæ.
- 182 Procurator, an admittatur ad proponendam exceptionem- merè dilatoriam, vt puta, q accusatus non interfecit illũ de quo accusatur, vel q mortuus erat ille longè prius; & q non communis est opi. & quomodo procedat. *ibid.*
- 183 L. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. intellectus ex Imol.
- 184 Plagij crimen committit, & crimine plagij tenetur abdu- cens ancillam, non autem propriam.
- 185 Procurator, an constitui possit ad prosequendam exco- ptionem mixtam.
- 186 Exceptio mixta, que sit.
- 187 Statutum disponens, quod bannitus possit impunè offen- di, quam exceptionem pariat. Exceptio rei iudicata, an dicatur exceptio mixta, & quan- do possit opponi; & quid de alijs exceptionibus litis fini- te. *ne ibid.* post princ.
- 188 Iudex ex officio potest, & debet libellum ineptum lacera- re. & nu. 197. Quod principaliter agitur attendi debet. *ibid.* post prin.
- 189 Notorium, licet releuet ab onere probandi, nou tamen ve- leuet ab onere probandi.
- 190 Dubietas iuris, equiparatur dubietati facti.
- 191 Procurator, an admittatur in capitali causa ad opponendam- exceptionem, quod accusator est bannitus, & quod inter- fectus est bannitus.
- 192 Lex, ubi dicit, quod aliquis non audiatur, repellit eum à limine iudicij.
- 193 Pax, licet facta fuerit cum bannito, potest tamen impunè offendi, stante statuto, quod bannitus impunè offendi pos- sit. distinguit tamen. nu. seq.
- 194 Executor merus non potest renuntiare, quia exequatur.
- 195 Paria sunt excludere crimen directè, vel aliquid deduce- re, quo crimen indirectè excludatur.
- 196 Exceptio banni, an impediatur litis contestationem.
- 198 Potestas, si accusaretur de aliquo, quem fecit de capita- ri, posset opponere exceptionem rei iudicate. Et idem de- executor. *ibid.*
- 199 Calumnia euidens, ineptitudinis libelli loco habetur.
- 200 Notorium ubi est, ibi non est disputare, sed disputatum esse. & *ibid.* quomodo notorium pateat.
- 201 Exceptio banni notoria, potest opponi per procuratorẽ & est cõs opinio quod et per tertium sine mandato *ibid.*
- 202 L. 1. & l. preses. C. ad l. flau. de plagia. intellectus.
- 203 Procurator, an admittatur nomine accusati, stante statu- to, quod accusatus excipere, vel defendere non possit; nisi personaliter compareat. Quid autem si statutum disponat, quod bannito non redda- tur ius, vel quid simile. nu. 204.
- 205 Accusatio ipso iure non tollitur in ciuilibus p hęc verba- accusatiõem non dabo; & similia. Secus in criminalibus.
- 206 Exceptio, q reus fuit absolutus, vel condemnatus, an pos- sit opponi ad processum.
- 207 Procurator an admittatur ad contestandam litem.
- 208 Procurator an admitti debeat ad prestandum iuramen- tum calumnie.
- 209 Procurator ad media cause criminalis, an admittatur. & nume. 212.
- 210 Idem iuris esse debet de parte, quo ad partem; quod est de toto, quo ad totum.
- 211 Genus à quo remouetur, et quilibet eius species remouet.
- 213 Procurator, an admittatur ad respondendũ positionibus.
- 214 Procurator, vtum admittatur ad producendum testes probatorios, & probatorios.

D 11

215 Pro-



- 215 Procurator, an admittatur ad concludendum in causa.
- 216 Conclusio in cā dicitur de actis iudicij, non de actis litis.
- 217 Renuntiatio iurium in causa criminali, an valeat. Et qd facere habeat iudex, vt talis renūtiatio teneat. ibid.
- 218 Procurator, an admittatur post conclusum in causa.
- 219 Procurator, an ad sententiam admittatur, & quod non communis est conclusio.
- 220 Procurator, an admittatur ad appellandum.
- 221 Procurator, an admittatur ad executionem pœnalem.
- 222 Pœnæ debent tenere suos auctores.
- 223 Fideiussor non pōt puniri pœna corporali pro principali.
- 224 Fideiussor quādo pro crimine possit interuenire. remissiuè.
- 225 Nemo est dominus membrorum suorum.
- 226 Procurator non potest interuenire ad defensionem proditoris, vel alij condemnati ex statuto ipso iure, si ipsius peccatur executio.
- 227 Procurator, an admittatur ad petendam cancellationem banni.
- 228 Procurator, an admittatur, quando agitur principaliter de nullitate sententiæ condemnatorie. Et quid quando ageretur per viam appellationis. ibidem.
- 229 Procuratore r. pulso à plena defensione ob qualitatem causæ, an ratione proprii interesse quis admittatur. Et ibi qd dñs pro seruo. Pater pro filio, maxime si ex forma statuti pp delictum filij deberet aliqua fieri executio in bonis patris, Abbas pro monacho; Episcopus p clericico. Dñs pro vasallo. Et ciuitas pro ciue. Et vxor pro marito, & è contra. Et est communis omnium opi. nu. 236. Et confors pro consorte. num. 238. Et an possit agere pro iniuria talibus illata. nu. 237. vbi de cōi attestatur.
- 230 Obligatio ex delicto criminaliter moto, in iudicio nūquam contrahitur.
- 231 Impossibile est, quod quasi contractus sit criminalis.
- 232 Pater, & dominus possunt interuenire in causa criminali defensorio nomine, pr. terquā in tribus casibus, qui sunt, litis contestatio, per tormenta examinatio, & sententiæ auditio. Et qñ in cā pecuniaria, vel capitali. nu. 235.
- 238 Statutum disponens, qd si accusatus, vel inquisitus declinet iurisdictionem, qd si extra protectionem communis, et possit impunè offendi; quomodo evitari queat. Et quid si statutū indistinctè diceret, qd quicūq; & c. ibid. remissiuè.
- 239 Pater, an possit interpretari confessionem filij factam in iudicio. Et an possit reuocare. nu. 241. Et quid in pr. elatis venientibus ad defensionem sui monachi, vel conuersi. nu. 243.
- 240 Interpretatio in iudicij qualis esse debeat. Et an cadat expositiua interpretatio in facto alieno.
- 242 Iudex debet omnes habere defensiones, seu admittere omni tempore.
- 244 Confessio tanquam erronea quando reuocari possit: Quis possit illam reuocare, & propter quam causam. remiss.
- 245 Procurator, quando non admittitur; an saltem possit quis admitti ratione administrationis sibi competentis.
- 246 Tutor, & curator qualiter in causa capitali possit venire in iudicio.
- 247 Insans, furiosus, demens, surdus, & mutus à natiuitate, si accusentur, quid facere habeat iudex.
- 248 Syndicus vniuersitatis, an admittatur in iudicio pro ipsa vniuersitate. Et quare.
- 249 Vniuersitas, quare in capitali causa damnari non potest.
- 250 Moniales, an possint pcuratorē cōstitue in cā criminali.
- 251 Mulier regulariter repellitur ab accusatione publica; Et à populari crimine.

- 252 Monachus; & monialis regulariter extraneum accusare non possunt, nisi duobus concurrentibus.
- 253 Moniales pro nulla causa possunt exire monasterium.
- 254 Procurator, quando non potest interuenire, si interuenierit, & non fuerit exceptum de impotentia, an admitti debeat. & ibi latè distinguit.
- 255 Astituta cū falso pcuratore valent, pp consensū habitū.
- 256 Iudex, et pars possunt remittere accusatori pœnā calūniæ.
- 257 Reipublica interest, ne nocens absoluat, & innocens condemnatur.
- 258 Frustrat hęc dictio, actus nullitatem denotat.
- 259 Lex si dicat, frustra, vel nullatenus audiatur; qualiter intelligi debeat.
- 260 Lex si dicat, frustra, vel nullatenus audiatur; qualiter intelligi debeat.
- 261 Frustra illud fieri dicitur, qd in effectu tolli, vel exceptione elidi potest. & quomodo id intelligatur.
- 262 Lex, licet prohibeat aliquem ad iudicium admitti, tamen si de facto admittatur tunc processus.
- 263 Cessante ratione legis, cessat: habet, & eius dispositio.
- 264 Confessus, etiam ex incepto processu condemnari potest, si ad id agebatur.
- 265 Procurator, vbi in causa criminali admittitur, an requiratur speciale mandatum.
- 266 Procurator constitutus generaliter ad omnes causas, in ciuilibus tantum intelligitur constitutus. Et an & quando possit excipere de crimine. nu. 267.
- 268 Crimina, vel defectus obijciens, si deficiat in probando, grauiter puniuntur. & qua pena ibid.
- 269 Mandatum habens generale, vel speciale ad causam, an possit proponere crimina contra electum. Et quid si habeat in mandato expressa aliqua mandatum speciale requirantia. ibid.
- 270 In matrimonio contrahendo cum tali, requiritur specialissimum mandatum. & s. nu. 136.
- 271 L. seruum quoq; s. publicè. ff. de procurat. intellectus.
- 272 Iudex debet omnem diligentiam, & cautelam adhibere, vt veritatem inueniat.
- 273 Procurator in criminalibus non admittitur. Fallit tamē in. 3. 9. casibus. vt ibidem.
- 274 Ex separatis non fit illatio.
- 275 Procurator, an, & quando admittitur respectu modi, & forme agendi. Et quid qñ proceditur per viam accusationis. nu. 276. Quid si per viam inquisitionis. nu. 277. Quid si per viam exceptionis. nu. 280. Quid si per viam denuntiationis. nu. 282. Quid si per viam notorietatis. 284.
- 278 Pœna delicti, qñ proceditur per viā inquisitionis, de iure ciuili non alteratur. Quid de iure canonico. nu. 279.
- 281 Exceptio, vbi infamat, mandatum speciale ad eam opponendam, exigitur.
- 283 Denuntiatio, quadruplex.
- 285 Notorium multiplex est; & quæ requirantur.
- 286 Citatio, quibus in casibus, non est legitima; & an, & quādo citatus tenetur comparere, vel non.

**Veniens.** Hęc decretalis famosa est, & materiam difficillem, subtilissimā, & intricatissimā continet. vtilem tñ, & quotidianam, & in vtroq; foro practicabilem. tractatur enim per glo. & Doct. principaliter materia; an, & quando in causis criminis-

criminalibus sit admittendus procurator. Et quamquam Doct. iuris ciuilibus hanc materiam tanquā dubiam, & subtilē pluries repetierint, & in commentarijs suis latè, diffuseq; loquuti fuerint, & nouissimè Io. de Imo. vltra alios, aliorum dicta referēdo latissimè, & accuratissimè tractasse videatur in. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. adeo qd præsumptuosū, & insolentia proximum videat hanc materiā assumere, & aliquid de nouo attentare; tamen vt ex infra dictis apparebit, ipsi hanc materiam in plurimis defectiuam, & non benè ordinatā tradiderunt. Quare pro posse ego illam tibi explicatissimam, clarissimam, & tritissimam reddam. & hoc dicit in summa.

¶ Qui iurauit aliquē nō accusare, ab illius accusatione repellitur. h. d. secundum qd cōiter summatur à Doctoribus; & secundum qd principaliter facit ad titulum nostrum. Sed quoniam hoc. c. ad aliud vulgatum quotidie allegatur, quod principaliter facit ad materiam principalem, quā hic intendo tractare post glo. & Doct. ideò sic summo. ¶ Ad prosecutionem accusationem criminalem non admittit procurator, licet possit allegare causas absentia, seu alias exceptiones non tangentes crimen propositū; & qui iurauit stare mandato alicuius, non admittitur ad accusandum illum, si virtute iuramenti fuit sibi iniunctum, qd non accusaret. h. d. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima narrat factum. In secunda ponit prononciationem, citationē, & purgationē iudiciorum. secunda ibi, cum igitur. Itē prima subdividit in quinque. Primo, ponit accusationem. ibi, qñ sup tribus. Secundo, ipsius citationē. ibi, vnde prædictū. Tertio, ipsius non venientis triplicem excusationē. ibi, idem verò. Quarto, excusationum repulsionem, ibi licet aut. Quinto, procuratorum admisionem, & ipsorum exceptionē. ibi, nos pcuratores. ¶ Not. primo ex principio, qd solus canonicus potest accusare proprium platum, & maxime ratione intrusionis, cū eius intersit habere platum legitime institutū. Ad idem in. c. cum. p. & c. ex parte. & c. licet. & qd ibi dixi. s. eo. Est enim hæc legitima cā remouendi aliquem ab ecclesia, vt in. c. inter ceteras. s. de rescrip. & c. cum iam dudum. s. de præben. & c. cum qui. de præben. lib. 6. ¶ Dicitur autem intrusus, qui detinet beneficiū per illegitimā institutionem, à non habete potestatem factā, vel per occupationē. c. quia diuersitatem. de concei. præben. & d. e. eū qui. & c. 2. s. de resti. in integ. 1. 2. q. 2. c. alienationes. no. glo. in. c. sup. de cā pos. & propriè. & Inn. in. c. nihil. de elec. & c. qualiter. 2. j. eo. ¶ Secūdo no. qd sufficiens videt esse causa ad remouendum quem à beneficio, si ille est filius sacerdotis; quia illegitimus non est promouend⁹ ad episcopatum, vel ad ordines, aut alia spiritualia beneficia, vt. c. 1. de fil. præby. lib. 6. & s. de fil. præby. p. totum. dicit tamen Io. And. hic, qd hæc probatio est difficilis, vt. c. Michaël. de fil. præby. vnde non mirū, si dicitur qd iste in probatione defecit. secundū Host. & Io. And. ¶ Tu aduerte; quia hæc causa nō videtur concludens; quia non sequitur, est filius sacerdotis, ergo est illegitimus; quia potest esse genitus ante sacerdotium ex legitimo matrimonio, vt cōtingit Io. And. & ipse refert, volens se excusare ab obiectis plurimorum, qui illum asserabant illegitimum, ex eo, qd pater suus sacerdos fuerat; quia dicit se genitum an-

te assumptum sacerdotium ex patre suo magistro grammaticæ, non tamen dicit se genitum ex legitimo matrimonio. Sed potius præsumendum est pro ipso, quā cōtra ipsum, cum fuerit tam excelsi, clarissimi, ac subtilissimi ingenij, quamuis, & qd quandoq; illegitimi viri notabiles, & valentes reperiantur, vt ipse refert in addi. Spe. in tit. de fil. præby. super rub. licet hoc sit de rarò contingentibus; nisi dices, qd tunc concludens est causa, quādo pater sacerdos immediatè ministravit in eodem beneficio. nā hoc casu licet filius sit legitimus, nō potest sine dispensatione ministrare in eodem beneficio, nec in ipso intulatur; tñe denotetur successio in ecclesia Dei, vt. c. ad extirpandas. de fil. præsb. ¶ De nepote autem vtrum possit intulatur in illa ecclesia, in qua au⁹ fuit intitulatus, dic, vt dixi in dispu. qd feci Paduæ; qd incipit, Archidiacon⁹. Et ideò tex. vt cā esset concludens ad priuationem, seu remotionem. in. c. inter ceteras. de rescrip. dicit, qd si talis sit filius sacerdotis, & in sacerdotio genitus; hoc tñ vltimum esset concludēs respectū ecclesiæ Occidentalis, respectū verò ecclesiæ Orientalis, quæ non suscepit votum continentia in ministris altaris, vt. c. nicena. 2. 1. dist. hoc arg. nō pro cederet. ¶ Tertio not. qd platus, etiam episcop⁹ pōt accusari, si ecclesiā suam subiecit seruituti alicui⁹ laici; nam hic accusabatur iste episcopus, qd præstitisset homagiū Duci Boemiæ (hodie verò illa dignitas est regalis) ex eo, qd homagiū est species seruitutis, vt hic dicitur. & qd sit homagiū, & quid homoligium; & quæ differentia sit inter hæc duo, vide gl. super verbo homoq; ligius. & qd ibi latius dixi in cle. pasto. de re iudi. & aliquid p. Inno. in. c. fi. de reg. iur. dicā post Doct. in. c. ex diligenti. de simo. & ratione talis excessus vsq; platus possit deponi. ar. tex. nostri, & no. hic D. Ant. Et aduerte; quia litera nostra dicit, qd contra priuilegiū ecclesiæ Episcopus præstiterat homagiū, & in antiqua compilatione dicebatur secundū Host. contra eiusdē ecclesiæ priuilegiū imperiali liberalitate cōcessum, & per sedē Apostol. confirmatum, ex quo infertur secundū Hostiē. qd principes seculares sup tpalib⁹ ab ecclesia possessis, habent fundatā intentionē de iure cōi; vt ratione talium bonorū temporaliū teneant prælati præstare homagiū, & fidelitatē; nisi aliquo priuilegio temporali iuuentur. Sed hoc dicit D. m. non esse verum simpliciter; sed qñ bona apparent concessa in feudum; quia tunc verum est, qd ratione feudi debetur principi seculari fidelitas, vt. c. verum. s. de fo. comp. & c. folita. s. de maio. & obe. secus si bona temporalia à principibus secularibus essent ecclesiæ simpliciter cōcessa; nā tunc platus rōne talium bonorū non debet aliq̄ fidelitatem principi seculari. facit. 1. o. q. 1. c. nouerit. & qd no. in. l. 1. in fi. C. de sacrosan. eccle. & Inno. in. d. c. folita. & secundū hanc distinctionē est intelligendus tex. noster, & dicta Doct. hic ¶ Quarto no. ibi ad festum, quod valet citatio facta ad diē feriatam; de quo articulo, quia non est materia nostra, dic, vt per Doc. in. c. fin. de fer. & per Spe. in tit. de cita. §. 1. ver. itē excipit. & in tit. de dila. §. 1. ver. fed pone. & p. gl. 15. q. 4. c. placita. Archid. 2. q. 1. c. ficut. & q. 6. c. nos ita. & tractat in. l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. num. & l. oēs. C. de ferijs. cū siml. dicit tñ hic Host. qd dum tex. dicit ad festū; debet exponi idest post festū, vel vsq; ad festū, Par. j. D. iiii per

p not.in.c.fi.de dila.& sic concludit D.m. q̄ mens li-  
 tera fuit apponere istū terminū, non vt in eo proce-  
 datur; sed ad designādū, ex quo tēpore debeat p̄ce-  
 dere; quasi immediatē post festū, vñ debebat esse iste  
 Eps in curia in festo, vt respōderet post festū. Quinto  
 16 no. ibi peremptoriē, q̄ t̄ et in cā criminali p̄t appo-  
 ni peremptorium in prima citatione, q̄n sit citatio  
 de longinquo, secundū D. Ant. hic, & lati⁹ in. c. confu-  
 luit. de offic. deleg. Et q̄d in cā criali possit assignari  
 vnns termin⁹ peremptoriē, p̄ omnibus, ponit Arch.  
 5. q. 1. §. 1. & Bal. in. l. 2. C. quō, & q̄n iud. regulariter  
 17 t̄ verō in prima citatione nō mittitur peremptoriū  
 sine cā, aliās p̄t appellari, vt no. Host. in. c. ex literis.  
 de rest. in inte. ponit Bal. in. c. 1. de mili. vasa. q̄ cōtu.  
 in vñ. feu. vbi singulariter dicit, q̄ iusta est cā, q̄n citā-  
 dus est aliquis dñs, vel tyrannus, qui sit terribilis citā-  
 ti, alleg. no. per Io. And. in. c. nou minus. de immuni.  
 eccle. facit q̄ no. D. m. in. c. cū M. de cōsti. in materia  
 p̄testationis in fi. & q̄ no. in. c. 1. §. q̄ me. cau. & c. si iu-  
 18 ff. de iud. ¶ Sexto not. ibi viarum discrimina, q̄ t̄ non  
 excusatur qs, si non cōparuit intra terminū assigna-  
 tum. hoc tñ intellige, q̄n quis allegaret viam discrimi-  
 na pp̄ frigora, vel pluuiā, vel quia essent lutosē, vñ  
 dicit hic Inn. q̄ ista allegatio erat nimis generalis; se-  
 cus aut̄ si aliquam legitimam speciem impedimēti  
 allegaret circa viarum discrimina; vt puta hostium,  
 inundationis aquarum; qualis fuit, & est in p̄nti an-  
 no, adeo q̄ verendum est ne sit tertium diluuiū; vel  
 niuis ingentis, qualis fuit anno praterito; ita q̄d p̄re-  
 berent iustam excusationē, vt. c. accedēs. §. vt lit. non  
 cōtest. & in cle. pastoralis. de re iud. & l. 2. ff. si qs cau-  
 vñ cū generalis esset allegatio, Papa dicit, q̄ sue accu-  
 sationes erant friuolæ, & de excusatione viarū satis  
 dicitur est. ¶ Item, & de alia excusatione consecrandi  
 19 chrismatis, q̄ esset friuola. Papa erat certus; q̄ t̄ dēt  
 confici in die Cenæ ante resurrectionem, & si locus  
 sit interdictus, vt. c. quoniam. de senten. excom. lib. 6.  
 praterea, p̄nt per aliū episcopū expediri, vt. c. aqua.  
 de cōsecre. eccle. vel alta. & §. de offic. ordin. c. quōd  
 sedem. ¶ Item, & tertia excusatio, quōd filius Ducis  
 esset per ipsum baptizandus, non erat legitima; quia  
 per hoc non debuit retardare obedire sedi Apo. pro-  
 batur in. c. cū parati. de appe. ¶ Septimo not. quōd  
 20 t̄ citatus etiam in causa criminali, potest proponere  
 excusationes suas, & per nuntium, & per epistolam  
 si non comparuit intra terminum. ¶ Octauo not.  
 21 quōd t̄ citatus, qui debet personaliter comparere,  
 non excusatur à contumaciā; licet per procuratorem  
 compareat allegatē excusationes; si modo illæ sint  
 22 friuolæ. ¶ Nono not. quōd t̄ in causa criminali non  
 admittitur procurator etiam vbi agit ad finem de-  
 ponendi quē à dignitate. de quo latius infra. ¶ De-  
 23 cimo not. quōd t̄ licet in causa criminali nō admit-  
 tatur procurator ad disputādū super crimine; ad-  
 mittitur tamen ad proponendū exceptiones con-  
 tra accusatorem de ipsius indignitate, seu illegiti-  
 mitate; & sic probat iste tex. singulariter, q̄ in causa  
 criminali non solum admittitur procurator ad alle-  
 gandas legitimas causas absentie in facto consisten-  
 tes; sed etiam ad allegandū illas, quæ consistunt in  
 iure propter personam accusatoris non legitimi.

24 ¶ Undecimo not. q̄ t̄ citatus etiam ad instātiām  
 illegitimi accusatoris tenetur comparere, saltem al-  
 legaturus priuilegium suum, & si non cōparet, p̄t  
 puniri vt contumax; licet postea apparet, q̄d accu-  
 sator esset illegitimus; nam, ex quo tempore citatio-  
 nis illud non cōstabat, debebat comparere. Et ideō  
 hic in fine mādatur citari pp̄ contumaciā præceden-  
 tem. Et ita debet + intelligi. l. 2. ff. si quis in ius voca-  
 non ie. & ibi not. & l. 1. ff. si quis ius di. non obtem. vi-  
 delicet, q̄ non solum iudex potest punire contemnē-  
 tem præceptum suum, & citationem; quando adhuc  
 non constat de illegitimitate actoris, vel accusato-  
 ris; sed etiā postquam confiterit, cū per prius fuerit  
 commissa contumacia. ¶ Duodecimo not. ibi, quod  
 25 aduersus eū. q̄ t̄ semel calumniatus debet repelli ab  
 accusatione eiusdem de eodem crimine dixi latius  
 in. c. de his. §. eod. ¶ Tertio decimo not. q̄ ille, q̄ iu-  
 rauerit non accusare, nō est legitimus accusator in cau-  
 sa, in qua iurauerit. vt hic in glo. ¶ Vltimo no. argumē-  
 tum optimum ex fi. tex. quōd t̄ propter contumaciā  
 26 nō debet quis mulctari incontinenti, sed de nouo de-  
 bet citari, q̄n imponenda est multa. facit quod not.  
 in. l. 2. ff. si quis in ius voc. nō ierit. & quōd not. D. m.  
 in. c. 1. de iud. ¶ Explicitis notabil. anteq̄ descendam  
 ad apparatus, oppono primo. Videtur enim, quōd  
 non debuerint admitti excusationes allegatę p̄ pro-  
 curatorem super causa principali; quia p̄ hūc modū  
 vñ admitti procurator in causa principali. Sol. Ioan.  
 And. dicit, quōd in hoc exuberavit officium iudicis,  
 sed D. Ant. dicit, quōd ideō admittitur; q̄ excusatio  
 contumaciæ est annexa causę principali respectu in-  
 27 habilitatis accusatoris, & de hoc infra videbimus.  
 ¶ Secundo principaliter oppono. videtur enim, q̄d  
 Papa non debuerit imponere silentium accusatori;  
 accusato contumaciter absente. Solu. similiter dicit  
 Io. And. quod in hoc exuberavit officium iudicis, &  
 Papæ. sed D. Ant. hic dicit, quōd immo Papa hoc iu-  
 ste egit, quia t̄ aliquo existente contumace, Deus, &  
 iudex supplēt eius præsentiam; & ideō cum hic pro-  
 ponerentur tales exceptiones ad excusandam absen-  
 tiam accusati; quæ si proposita fuissent per ipsum ac-  
 cusatum præsentē, certum erat, q̄d accusatus nō te-  
 nebatur respondere; ergo potuit, & debuit index de-  
 clarare accusatum nō teneri respōdere, & illegitimo  
 accusatori silentium imponere, vt. l. properandum.  
 §. sin autem. C. de iud. Facit q̄d dixi in. c. 1. §. eo. & mi-  
 hi hoc plus placet. ¶ Tertio principaliter oppono. vñ  
 enim quōd per confessionē factam coram auditori-  
 bus datis duntaxat super articulo excusationis, non  
 debuerit imponi silentiū accusatori. Sol. dicit Inno.  
 quōd et̄ in hoc exuberavit officium iudicis, seu Pa-  
 pæ. Vel dic secundum Io. And. quod iste canonicus  
 accusator iterum repetijt confessionem corā Papa.  
 Vel potest dici secundum D. Ant. quod licet ista cō-  
 fessio esset facta coram auditoribus super articulo  
 excusationis contumaciæ, tñ ea ex se sequebatur, quod  
 non tenebatur accusatus comparere, & respondere;  
 quia accusator erat inhabilis, ideō super hoc tanq̄  
 connexo potest pronuciare. ¶ Vltimo oppono ad  
 id, quod d̄r in fin. videtur enim, quod nō debuerit ali-  
 qua purgatio iudici; quia cum accusatio prædicta  
 fuerit calumniofa, quōd patet quia accusatori fuit  
 impositū silentiū; ergo accusato non debuit parere  
 præiu-

Cōm. opia.

Cōm. opia.

præiudicium respectu purgationis. Solu. secundum  
 28 Gof. quem sequitur Io. And. iste accusatus erat aliās  
 infamatus, & ex tali accusatione erat orta t̄ infamia  
 facti, quæ requirit purgationem, secundum no. in. c.  
 omnipotēs. §. eod. 2. q. 5. c. omnibus. & licet infamia  
 habuerit ortum à leuibus, vel à calumniantibus; tñ  
 si transiit ad bonos, & graues, indicenda est purga-  
 tio, arg. not. per glo. in. c. cū dilectus. §. de pur. cano. &  
 ita debet intelligi glo. in. d. c. omnibus, quæ videtur  
 velle, q̄ ex calumniofa accusatione iudici possit pur-  
 gatio. Nā debet intelligi, q̄n talis aliās erat infama-  
 tus apud bonos, & graues; aliās aut̄ ex sola accusatio-  
 ne maxime calumniofa non data infamia apud bo-  
 nos, & graues non videtur indicenda purgatio, vt. c.  
 inquisitionis. §. eod. cum simil. ¶ Glo. 1. circa mate-  
 riam quæ hic principaliter expeditur; an scilicet in  
 causa criminali possit interuenire procurator, ponit,  
 duas opi. prima est, ponendo regulam, q̄d in cā cri-  
 minali regulariter non admittatur procurator, ad q̄  
 regulam tradit nomen fallentias. ¶ Secunda opi. fuit  
 Melendi, qui distinxit in effectu inter personā accu-  
 sati, & accusatoris, & ex parte accusati, an esset lis cō-  
 testata. In fi. glo. dic, circa hāc materiam gl. & Doct.  
 vario modo procedunt. Glo. enim hic, in prima par-  
 te, procedit vt dictum est; ponendo regulam negati-  
 uam, quam cōmuniter \* videtur velle tex. videlicet,  
 q̄d regulariter in causa criminali non admittit̄ pro-  
 curator, à qua regula excipit 8. vel. 9. casus, & hunc  
 eūdem modum seruat glo. 2. q. 6. si quando. similiter  
 ponit regulam, & fallentias. & eodem modo etiam  
 procedit glo. 5. q. 3. in sum. licet ponatur pauca fal-  
 lentias, & eundem modum latius amplectitur Spec.  
 in tit. de procu. §. i. vers. item q̄ causa est criminalis.  
 ¶ Alia fuit opi. Melendi, vt dixi, quam refert glo. no-  
 30 fra, quæ forte habuit originem ex his, quæ dicit glo.  
 3. q. 9. in sum. gl. verō in. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub.  
 iud. & cōiter \* glo. iuris ciuilib, vbi tractant hanc ma-  
 teriam, tradunt hanc theoricam, quōd à relegatio-  
 ne. §. vñ; q̄ ad relegationem inclusiue admittatur pro-  
 curator. Fallit in quibusdā casibus. Et hunc modum  
 etiam seruat Azo in sum. in tit. de procur. ver. si autē  
 sit criminalis. & latius Host. in sum. in tit. de procur.  
 §. in qua re. ¶ Quidam verō distinguunt inter cri-  
 mina publica, & priuata. Alij autem distinguunt in-  
 ter crimina, per quæ venit imponenda pœna pecu-  
 niaria; & crimina, per quæ venit imponenda pœna  
 corporis afflictiua; nonnulli etiā aliter distinguunt.  
 ¶ Ego verō omittam singularum opinionum reci-  
 tationem; quarum effectus ex. §. dicendis clarē ap-  
 parebit; & prosequar omninō ordinem ab alijs di-  
 uersum, & materiam hanc, vt dixi in principio, latif-  
 simē, & clarissimē secundum debitū ordinē exami-  
 nabo. ¶ Pro euidētia igitur dicendorum aduertē-  
 dum est, q̄ hanc totā materiam ego principaliter di-  
 stinguo in tres articulos principales, seu in tria mem-  
 bra principalia. ¶ Primum erit in inuestigando pro-  
 fundamento dicendorum, quæ sit ratio, quare in cau-  
 sa criminali non admittatur procurator. ¶ Secundum  
 vtrum in causa criminali admittatur, vel nō admit-  
 tatur procurator, habito duntaxat respectu ad quali-  
 tatem causæ, seu iustitiam pœnæ. ¶ Tertium, an  
 in causa criminali admittatur, vel non, procurator re-  
 spectu qualitatis iudicij, seu modi agendi. Et not. q̄d

quodlibet ex dictis membris examinabo per suas  
 principales qq. q̄ principales qq. diuidentur in alias.  
 qq. ad illam materiam adaptabiles, prout in princ.  
 cuiuslibet membri, & quæstionis clarius apparebit.  
 Circa primum igitur membrum prosequar duntaxat  
 duas quæstiones. Prima erit, quare in causa cri-  
 minali ex parte rei non admittatur procurator. ¶ Se-  
 cunda erit, quare ex parte accusatoris nō admittat̄.  
 29 ¶ Quæro igitur primo, quæ sit ratio, quare in cau-  
 sa criminali non potest interuenire procurator ex  
 parte accusati. Sol. dic, q̄ plures dantur rationes. Pri-  
 ma est, quam assignat gl. super verbo, magis, in. l. pe-  
 nul. §. ad crimē. ff. de pub. iud. videlicet, ex eo q̄ pro-  
 curator non possit damnari; nam cū ipse non deliquē-  
 rit, nō debet puniri, vt. c. quæsiuit. §. de his quæ fi. à  
 maio. par. cap. & l. fancimus. C. de pen. Item nec dñs,  
 seu principalis possit damnari; quia postquam iudi-  
 cium est agitur cum procuratore, debet sentētia  
 ferri contra procuratorem, vt. l. 1. C. de senten. & in-  
 ter. om. iud. & sic iudicium esset delusorium. Et hāc  
 etiam rationem ponit Gof. in titu. de procu. ad fi. &  
 Specu. in tit. de proc. §. ratione autem causę, & versi.  
 item quod causa est criminalis; & in tit. de accu. §. fi.  
 vers. porro si sit cōtumax. in prima parte. Sed hęc rō  
 nō placet Bar. in. d. l. pen. §. ad crimen. Mouetur; quia  
 q̄ d̄ in. l. 1. C. de sentē. q̄d procurator damnatur, vel  
 absoluitur, non principalis, procedit q̄n in procura-  
 tore potest cadere sententia, ita q̄ ad ipsum possit  
 congrue referri; aliās secus, vt. l. fi. C. de iniur. not. in. l.  
 nihil. C. de procu. Exemplum potest figurari in cau-  
 sa matrimoniali, vt not. glo. in. d. l. nihil. Et in causa  
 status legitimitatis, vel simi. vt tractatur in. d. l. 1. C.  
 de sen. & c. causam quæ. §. qui fi. sint legi. facit quod  
 not. in. l. vnica. §. ne autem. & §. sin verō talis. C. de  
 cadu. tol. & sequitur Ioan. de Imo. in. d. §. ad crimen.  
 Praterea, q̄ illa ratio non sit bona, patet; quia sunt  
 certi casus, in quibus potest ferri sententia contra  
 absentem, & interuenire procurator; & tamen sen-  
 tentia tunc non fertur contra procuratorem, sed con-  
 tra principalem, vt patebit ex his quæ dicam. §. in  
 13. q. & tribus seq. prima. q. 2. membri principalis.  
 ¶ Secunda ratio est secundum Gof. & Specu. in lo-  
 cis præalleg. quia procurator non possit conseq̄ per  
 actionem mandati contrariam id, quod amitteret,  
 si pœna capitali puniretur, vel aliquo membro mu-  
 tilaretur, aut alia pœna corporis afflictiua, quod tam-  
 en secus esset in ciuili, & pœna pecuniaria, vt. l. plau-  
 tius. ff. de procur. & hanc etiam rationem sentit Bar.  
 in extrauag. ad reprimendum. in versi. legitime. hęc  
 ratio non videtur bona, nec placet Ioan. de Imo. in.  
 d. §. ad crimen. reprobat enim ex rationibus assigna-  
 30 gnatis in præced. ratione. ¶ Tertia ratio assigna-  
 tur per Doc. t̄ ne iudicium sit delusorium, cōtra. l. si  
 p̄tor. ff. de iudi. quia si reus dubitaret se condemnan-  
 dum, semper se absentaret, & litigaret per procura-  
 torem; & sic sententia capitalis non possit ferri con-  
 tra eum, vt. l. absentem. ff. de pœnis. & l. absentem.  
 C. de accu. nec etiam possit ferri contra procurato-  
 rem, quia ipse non deliquit; vt dixi in prima rōne.  
 & hanc rōnem tradit Bart. in. d. §. ad crimen. quam  
 Ioan. de Imo. dicit satis bonam. ¶ Sed aduerte, quia  
 secundum hanc rationem videretur dicēdum, quōd  
 pro carcerato, seu præsentē admitti debeat procura-  
 tor,



rator, quod tamen est falsum secundum plurimorum Doct. opi. & sic videtur, quod dicta ratio non fit secunda, de quo tñ dic, vt dicam in. 17. & 18. q. 1. q. principi palis secundi membri princ. ¶ Quarta ratio assignatur, ne maleficia t remaneant impunita, vt. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquil. & vide remissiones quas dedi in. c. ad liberandam. de Iud. in. 27. notab. nã ex quo reus esset absens, non posset puniri. hãc tñ ratio reincidenti quasi in idem cum precedenti. Prãterea ẽt contra absentem in cã capitali non posset procedi; & sic delicta viderentur remanere magis impunita; nisi diceret, qđ ex toto non remaneret impunita; quia cõtra contumacem absentem deueniretur ad annotationem bonorum, vt. j. dicã, ad quã non deueniret, si procurator interueniret. ¶ Quinta ratio datur per Bar. in. d. §. ad crimẽ. videlicet, qđ reus verisimiliter fidelius, diligentius, & accuratius defendet suã causã propriã, qđ procurator alienã, arg. l. 1. ff. de Carb. edic. & l. 2. §. si. ff. de adul. dicunt tamen Bal. & Ang. qđ hãc ratio fuit originaliter glo. in. l. nõ solum. §. si. ff. de pcur. Ego tñ illam non habeo; & hanc rationẽ videtur sequi in effectu. D. Bar. de Salice. in. l. reos. C. de accus. siue loquamur in pte, siue in absente. ¶ Aduerte tamen; quia dicta ratio non vř bona secundum Bal. quia non est generalis; quia secundum eam, procurator p carcerato, vel pro absente eo casu, quo absens potest damnari, non posset interuenire, quod tamen est falsum, vt dicã in. 15. & tribus seq. qq. primã. q. princ. secundi membri princ. ¶ Et ob hanc causã Bar. fortẽ voluit, qđ pro absente non admitteretur procurator, sed excusator, vel defensor. Pro carcerato verò dicit Bar. qđ ideo admittitur, quia melius defendet causã per se, & per alium, qđ per se solum. ¶ Sed Barth. de Saliceto vult, qđ in neutro casu admittatur procurator; sed instructor, informator, vel preparator. Sed aduerte; quia pro absente in casu, in quo potest pcedi contra absentem, videtur qđ admittẽdus sit procurator, ea ratione; quia melius est qualemcunque procuratorem admitti, quã in defensionem remanere absentem, vt dicit hic D. Ant. ¶ Ratio verò prædicta concluderet, quando pp non interuentum procuratoris non posset procedi contra absentem; sed cum ponamus procedi posse, admittet iudex procuratorem, si habebit speciale mandatum; & si etiã non haberet speciale, admittet cum generali; & si non haberet etiam generale, admittet eum, vt quemlibet defensorem, facit. l. non solum. §. si. ff. de procu. & l. seruũ quoq; §. publicẽ eod. tit. & aliquid tangam in dictis. qq. & in q. 8. primã quãst. princ. d. secundi membri princ. & in. 6. quãst. secundi memb. princ. ¶ Sexta ratio datur per alios, qđ ideo in criminibus capitalibus procurator non admittitur; quia non potest legitime personam suam, sicut in civilibus; nam sicut in civilibus debet cauere de iudicato soluendo, vt. l. non solum. §. qui alieno. ff. de procura. ita videretur dicendum in criminalibus; sed in criminalibus non potest quis se pro alio obligare ad pœnam corporalem; quia nemo est dominus membrorum suorum, vt. l. liber hõ. ff. ad. l. Aquil. & c. contingit. 2. j. de sentẽ. excom. & 23. q. 5. c. si non licet. & ideo promissio nõ valet per quam quis promittit representare accusatum; aliã soluere pœnam capitalem. Facit quod not. in. l. ad cõmentariensem. C. de custo. reo. & l. diuus.

31

32

33

34

& l. si. ff. de custo. reo. licet ex legis dispositione t casus carceris propter negligentiam quandoque pœna capitali teneatur, vt dictis iuribus; cum ergo in criminalibus procurator non possit legitime personam suam, nec mandatum modo prædicto; sequitur; quod nõ debet admitti; & hanc rationem sequitur hic D. Ant. & eam ponit Specu. in tit. de accusat. §. sequitur. ver. porro si sit contumax: in tertia parte. & eam etiam ponit Bar. in extrauagã. ad reprimendum. in ver. legitime. ex qua ratione infert D. Ant. ad decisionẽ multarum. qq. de quibus. j. dicã & eam sequitur D. m. hic. ¶ Sed tu aduerte; quia secundum Io. de Imo. in. d. §. ad crimẽ. hãc ratio non videtur vera; quia sicut in civilibus eo casu, quo ratio subiectã materiã non patitur præstare satisfationem, vt est tex. cum glo. in. d. l. non solum. §. si status. ff. de pcur. vbi t procurator in causa status non satisfat de iudicato soluendo, licet præstet satisfationem de defendendo, & de dolo malo quod absit; ita etiam nõ videtur absurdum in criminalibus; quia ex quo ratio subiectã materiã nõ patitur præstare talem satisfationem, qđ admittatur procurator sine ea. Facit. d. l. non solum. §. fin. & quod dixi. §. in prima, & secunda ratione. Et propterea dicta ratio est contra. l. 1. ff. an per ali. cau. appell. ¶ Quid ergo dicemus; profectò videtur difficile considerare veram, & concludẽtem rationem. Nec videtur posse assignari vnica sola ratio, quã multipliciter morderi non possit. Vnde dicamus, qđ nulla ex dictis rationibus concludit de necessitate; sed plures considerationes simul iunctã ex prædictis rationibus simul iunctis, fuerunt causa dispositionis iuris disponentis, quod in causa capitali procurator non debeat admitti, & maxime quinta, coniuncta sexta, & alia, ne iudicium sit quodammodo delusorium, & ex. j. dicendis clarius apparebit, & adde quod statim dicam in fi. seq. q.

35

36

Secundo quarto, quã sit ratio t quare ex parte accusatoris non admittitur procurator, solutiones diuersã assignantur. ¶ Prima, secundum Iac. But. quia ex quo crimen est publicum, frustra queritur de constitutione procuratoris; nam ipse procurator constitutus ita est dominus accusationis ex crimine publico, sicut constitutus, facit quod not. in. l. licet. ff. de procur. Sed Bartol. dicit in. d. §. ad crimẽ, quem sequitur ibi Ioan. de Imol. quod hãc ratio licet sit bona, non tamen est generalis; concludit enim solum, quando quis accusaret, vt quilibet de populo; secus si accusator vellet accusare vt suam, vel suorum prosequeretur iniuriam de crimine publico, & vellet constituere procuratorem; quo casu videretur posse secundum dictã rationem, quod tamen est falsum secundum Imo. quod tamen ego arbitror verum, quando veniret imponenda pœna corporalis; & hoc casu propriẽ iudicaretur agi ad vindictã publicã; aliã autem videretur admittendus procurator; secundum tamẽ diuersas qualitates de quibus dicam in. 1. q. & sequen. vsque ad. 15. primã. q. princ. secundi membri princip. Item secundum eos non procederet ratio prædicta; quando lis esset contestata, argu. l. si cui. ff. de verb. signific. nec etiam procederet, quando crimen esse priuatum, in quo casu etiam quandoque non potest constitui procurator, vt ex infra dicendis apparebit in. qq. primã. q. princ.

princ. dicti secundi membri princ. Mihi tamen videtur, quod ipsam rationem considerauerit legislator in d. §. ad crimẽ. dũ dixit, qđ etiam ex parte accusatoris frustra vř admitti procurator; quasi sciat, si potest quis p se, vt principale, agere cãm accusationis, frustra qrimus de procuratore, vt. j. latius. ¶ Secunda ratio est secundam alios, ne iudicium sit delusorium; & ne maleficia remaneant impunita; nam cum accusator teneatur ad pœnam calumniã, si videret se cõdemnandum de calumnia, litigaret per procuratorem, & se absentaret, & sic quantum ad hoc videtur esse eadem ratio, quam dixi. §. ex parte rei in tertia ratione & seq. sed Bar. dicit, qđ cũ hodie cõmuniter ex forma statutorũ accusator nõ puniatur pœna talionis; nec ponit in carcerem sicut accusatus, qđ istã rationem cessant; vnde dicit ipse, qđ vera erit ratio, qđ verisimiliter accusator diligentius aget causã propriã per se, qđ per procuratorem, vt dixi in. 4. ratione præced. q. Sed dicit Io. de Imo. qđ ex quo pœna calumniã nõ esset corporis afflictiva, & per consequẽs posset cadere in absentem, videtur dicendum, qđ debeat admitti procurator; nisi statutum expresse prohibeat; quia & hoc casu ex parte rei admitteretur procurator, quando pœna nõ esset corporis afflictiva, vt dicam in prima. & 2. q. primã. q. princ. secundi membri princ. Nec obst. ratio diligentioris defensionis; quia illa nõ est vniuersalis, vt dixi in pced. q. ¶ Aduerte tamen; quia fortẽ dici posset, quod hoc operet equalitas, quã seruanda est in iudicijs, vt in regula, non licet auctori. de regu. iur. lib. 6. & regula nõ debet auctori. ff. eo. Vnde cum accusato non permittat causã agere per procuratorem; ergo nõ debet permitti accusatori. arg. dictorum iurũ. & l. si cũ dies. §. fin. ff. de arb. & C. de fruct. & lit. expen. l. 3. ¶ Sed posset responderi ad hoc, qđ diuersitatis ratio diuersum operetur effectũ; vide qđ dicam in dictis. qq. Sed D. Bar. de Salic. in. d. l. reos. dicit, qđ ratio est, quã colligitur ex. d. l. licet. ff. de procura. & sic reincident in idem, quod prima. subdit tamen, qđ aut pœna calumniã est talis, qđ potest interuenire procurator, & non est que rendum tunc de ratione; quia qstio nõ procedit. Aut quãstio est talis in qua procurator non potest interuenire; & tunc siue accusator sit præsens, siue absens, eadem est ratio in accusator, quã in reo accusato. Sed tu aduerte circa duas dictas rationes, quod Iurisconsultus principaliter videtur considerasse, qđ nõ admittat procurator tam ex parte accusatoris, quã ex parte rei, quia frustra admitteretur ex parte rei; ideo frustra; quia in causa capitali, ex qua veniebat imponenda pœna corporis afflictiva, nullo modo cõtra absentẽ procedi poterat, vt. l. absentem. ff. de pœnis. si ergo procedi nõ poterat, videbat dicendũ, qđ frustra queritur, an admittatur procurator. Et si tu diceres, potest procedi saltem ad annotationẽ bonorum, vt. d. l. absentem. ergo non admitteretur frustra; quia respondeo, qđ eo casu admittatur procurator, seu excusator, qui potest excusare absentem, ita vt retardetur sententia annotationis bonorũ, scilicet legitima causa absentia allegata. & ita intelligo tex. in. d. l. pẽ. §. ad crimẽ. in fi. resp. Ex parte vero accusatoris, si publica cõpetebat accusatio, frustra querit de admisione procuratoris; nam postquã potest aliquis vt principalis accusare, frustra vult admitti alie

37

no nomine. & de his. & de intellectu. d. §. ad crimẽ. latius. j. videbitis. ¶ Sed quero iuxta prædicta, quare tex. in. d. §. ad crimẽ. dicit, qđ in causa publici iudicij frustra admittitur procurator ex parte accusatoris; & multo magis frustra admittit ex parte accusati. Sol. potest dici, qđ ratio est; quia reorũ est fugere, vt. l. pperandũ. §. 1. ibi. parte. fugiẽte iũcta gl. C. de iud. & c. nullus. de psump. vnde maior erat psumptio, qđ reus se absentaret, qđ videret sententiã ferendã contra se, quam accusator; & sic verisimilius iudiciũ esset delusorium; ideo multo magis ex parte accusati prohibetur interuentus procuratoris, quã ex parte accusatoris, frustra autẽ dicit, propter cã. s. tãcã in præced. q. ¶ Assumo nunc ex ordine sũ principale membrum; vtrum in cãli admittatur procurator, habito duntaxat respectu ad qualitã causã, seu quantitãtẽ pœnã, qđ q. subdiuidi principaliter in. 7. qq. principales. ¶ Prima erit, quid iuris, si aliquis vult admitti vt procurator ad plenã defensionẽ. ¶ Secunda, vtrum in casibus, in quibus procurator nõ potest admitti ad plenã defensionem, seu agitationem causã principalis; an saltem possit admitti ad aliquem articulum preparatorium, seu iudicarium; & ad quos articulos. ¶ Tertia, quid iuris de tertio, qui comparet in causa criminali, non vt procurator, sed pro suo interesse. ¶ Quarto erit, quid iuris de tertio, qui comparet in causa criminali accusando, vel defendendo non vt procurator, sed ratione administrationis sibi cõpetẽtis; vt quã est tutor curator, vel sim. ¶ Quinta erit, vtrum in casibus, in quibus nõ potest procurator interuenire, & interuenit; nec fuit opposita exceptio incompetentiã, respectu qualitatis causã, teneat iudicium necne. ¶ Sexta erit, an in casibus, in quibus admittitur procurator in causa criminali, requirat speciale mandatum, & an teneatur satisficere. ¶ Septima, & vltima quãstio huius secundi membri principalis erit, sub compendio epilogando, enumerando, & examinãdo casus speciales, in quibus admittitur procurator in causa criminali, & quibet pdictarũ qstionum subdiuidetur in suas q. Et subijcietur cautela, ad hoc, vt procurator non admittatur.

38

Circa primã. q. prædicti secundi membri prosequar infrascriptas quãstio. ¶ Prima, vtrum in causa criminali admittatur procurator, siue delictum sit publicum, siue priuatum. ¶ Secunda, vtrum admittatur, si venit imponenda solum pœna pecuniaria; & quid iuris, si veniret imponenda pœna priuationis omnium bonorũ, aut maioris partis. ¶ Tertia, quid iuris, si venit imponenda pœna merẽ corporis afflictiva. ¶ Quarta, quid iuris, si venit imponenda pœna arbitraria mixta. ¶ Quinta, qđ si venit imponenda arbitraria. ¶ Sexta, qđ iuris, si venit imponenda alternatiua. ¶ Septima, quid si dubitatur, an veniat imponenda corporalis, vel pecuniaria. ¶ Octaua, quid si venit imponenda pœna infamia. ¶ Nona, quid si venit imponenda pœna reuocationis in seruitutem. ¶ Decima, quid si venit imponenda pœna relegationis. ¶ Vndecima, quid si venit imponenda pœna, perpetui carceris. ¶ Duodecima, quid si venit imponenda pœna, vt quis possit impunẽ offendi. ¶ Tertiadecima, quid si venit imponenda pœna priuationis, seu depõtionis ab ordine. ¶ Quartadecima, quid si venit imponenda pœna,

pœna separationis thori. ¶ Quintadecima vtrum in casibus, in quibus dicitur procuratorem non admittendum, admittitur pro absente, quando contra eum procedi potest. ¶ Sextadecima, vtrum in casibus prædictis, scilicet in quibus non potest admitti procurator, admittatur, si ex forma statuti accusatus, vel inquisitus de crimine capitali, habeatur pro confesso, si fuerit contumax. ¶ Decima septima, vtrum in casibus prædictis admittatur pro reo presente, sed non carcerato. ¶ Decima octava, vtrum in casibus prædictis, scilicet in quibus regulariter non admittitur, admittatur pro reo presente, & carcerato. ¶ Decimanona, & vltima, vtrum in casibus, in quibus mortuus potest damnari, admittatur procurator in casibus, in quibus non admittetur pro vivo.

39 Primo igitur quæro, vtrum indifferenter in causa criminali repellatur procurator, siue delictum sit publicum, siue priuatum. Ex pro examinatione huius q. ante omnia videndum est, quod dicatur delictum publicum, & quod priuatum. Circa quod Iurisconsultus in l. 1. ff. de pub. iudi. dicit, quod ea sunt publica crimina, quæ ex lege publicorum iudiciorum, descendunt, velut ex l. iulia maiestatis. & l. iulia de adulterio, & alia plura ibi enumerata, de quibus ibi, & etiam quædam enumerat glo. Ideo autem dicuntur publica; quia cuiuslibet de populo competit accusatio, vt in l. 1. ff. de public. iud. in princip. ¶ Delicta verò priuata dicuntur, sicut furti, iniuriarum, abigeatus, & similia, de quibus in lib. 47. digestorum à tit. de priuatis delictis, in quo incipit. 47. lib. vsq; ad titulum de publicis iudicijs. ¶ Et de prædictis vide Specul. in tit. de accusa. §. 2. in princip. Et possunt dici priuata, omnia illa, quæ non enumerantur inter publica delicta. Ideo autem dicuntur priuata; quia ad illa regulariter non admittitur, nisi ille, cuius interest pro sua iniuria, non pro aliena, vt l. 3. de priua. delict. & l. 3. §. si is ff. de sepul. viol. Ioan. Andr. in addit. Specul. in tit. de accusa. in quarta parte in fin. de quo etiam per glo. & Doct. in l. 1. ff. de priua. delict. ¶ Est tamen aduertendum, quod non semper sequitur, competit publica accusatio; ergo delictum est publicum. Nam etiam in delicto priuato, pp quod imponitur pœna pecuniaria applicanda fisco, admittitur cuiuslibet de populo ad accusandum pro illa pœna; & tamen non dicitur publicum delictum; sed dicitur competere publica accusatio. vt dicit glo. singularis in rubr. de popul. actio. & hoc etiam tenet, ibi Barto. alleg. l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. & l. 1. ibi, vel ab accusatione recessum. ff. de iure fisci. iuncta. l. 3. §. fin. de priua. delict. ¶ Facit etiam. d. l. 1. de iure fisci. ibi dum dicit, rem litigiosam venundari. iuncta. l. fin. C. de litig. ¶ Et ibi sentit glo. & tenet Bar. & Bald. & idem Bar. & Ioan. de Imo. in l. 1. ff. de public. iud. Pro priuato autem delicto, pp quod imponitur alia pœna quam pecuniaria, non admittitur nisi ille cuius principaliter interest pro sua iniuria, vt supra dixi. & ita debet intelligi gloss. in l. 3. in fin. ff. de priua. delict. & quod. §. dixi. Præterea\* accusatio suspecti tutoris competit cuiuslibet de populo, etiam si agatur ad purgationem, vel remotionem, vt l. 1. §. consequens. cum. §. fin. ff. de suspec. tuto. & in l. titu. eod. §. consequens. & seq. qui tex. loquitur indistinctè, & per consequens indistinctè intelligendi sunt. 10. distinct. c. si Roma-

42 noru. & l. de pretio. ff. de public. tamē iudicium accusationis de suspecto non est publicum, vt tenet Bar. in l. 1. ff. de publ. iud. licet glo. & Angel. teneant contrarium. Sed melior videtur opi. Bart. super hoc tamen non insisto; quia non est principalis materia nostra; sed satis est, quod non est necessaria consequentia, quilibet potest accusare de tali crimine; ergo crimen est publicum, maxime quod ad materiam nostram. l. 1. de pub. iud. ¶ Vnde dicit Bar. in d. l. 1. ff. de pub. iud. quod tribus modis potest dici crimē publicum. Vno modo latissimè, eo ipse quod intendit publica utilitas; videlicet; vt quis puniatur corporaliter, vel pœna sit applicanda fisco; licet aliàs non competat cuiuslibet de tali crimine accusatio, si tale crimen sit priuatum. & hoc modo sumitur. in l. quod fenatus. & l. prator. §. si dicatur. ff. de iniur. & l. locatio. §. quod dicitur. ff. de publi. & hoc modo potest intelligi glo. fin. in c. 1. de coll. deteg. quæ dicit, quod de iure canonico omnia delicta dicuntur publica. Secundo modo dicitur crimen publicum late, eo ipso quod competit cuiuslibet accusatio. & hoc modo sumitur in §. consequens. §. alleg. & in d. l. quod fenatus. in princip. licet aliàs quod ad alios effectus non dicatur publicum iudicium. Tertio modo sumitur strictè, quod ad effectum nostri principalis membri. & l. penul. §. ad crimen. & l. infamem. ff. de public. iudic. & tunc illud solum dicitur publicum iudiciū, de quo cautum est in iure, vt sit publicum. & dicit Ang. quod omnia crimina, quæ puniuntur per ea quæ habentur in aliqua rubrica incipient. ad legem, & c. hoc est ad l. iul. maie. & l. iuliam de adul. & l. iul. de fisco. & sic de singulis; talia enim dicuntur descendere ex lege publicorum iudiciorum. & hoc dicit apparere ex l. 1. ff. de public. iudic. rectè intellecta; & ideo dicit, quod in illis non est necesse nominatum cauere, quod sint publica. Per prædicta igitur patet, quid iuris, & si per statutum detur cuiuslibet potestas accusandi de aliquo crimine, vbi de iure communi non datur, an tunc dicatur publicum iudiciū. Nam per prædicta Bar. tenet quod nō; & sequitur Angel. nisi exprimat in statuto, quod sit publicum iudiciū; & sic damnatus de tali crimine non erit infamis, vt damnatus de publico iudicio; & poterit interuenire procurator; licet secus quando esset crimen publicum, vt d. l. pen. §. ad crimen. ¶ Sed aduertete; quia quod dicit Ang. quod in crimine publico nō potest interuenire procurator; non est simpliciter verum; vt statim dicam. ¶ Item aduertete; quia secundum Io. de Imo. nō est peccatum dicere, quod vbiusque in iure est statutum, quod de aliquo delicto publico sit accusatio, quod tunc illud crimen intelligitur publicum, & publici iudicij, per l. 3. §. fin. ff. de preuar. vbi tex. innuit, quod siue per legem, siue per senatusconsultum sit inducta publica accusatio, publicum videtur esse iudiciū, quod not. ad limitationem eorū quæ dixi. §. secundum Angel. Et eodem modo, si per statutum inductum sit, quod publica sit accusatio, arg. l. omnes populi. ff. de insti. & iure. Facit etiam ethimologia vocabuli; quia publicum dicitur, quasi publicum; quia cuiuslibet competit accusatio, vt. §. dixi. & argumentum ab ethimologia in dubio videtur esse validum, nisi obstet aliud, vt. c. cum secundum. de præben. & l. tugurij. ff. de verb. signi. & hoc videtur

Cem. opin.

videtur fuisse de mente gloss. super rubr. ff. de publi. iud. quæ dicit, quod publica dicuntur quasi publica. & Azo in sum. de publ. iud. & hæc opi. secundum Io. de Imo. fortè videtur verior; licet in practica seruanda sit opi. Bart. & Ang. quia illa tendit ad mitiorem interpretationem. Facit regula in pœnis. de reg. iur. lib. 6. & l. si de interpretatione. ff. de pœnis. Quandoque verò dicitur publicum iudicium, hoc est ordinarium, vt not. glo. in c. 1. de coll. deteg. ¶ Nam quædam iudicia sunt ordinaria, quædam extraordinaria, vt tradit Specul. in tit. de procu. §. 2. in 4. parte. & D. m. in rub. de iud. ¶ Quandoque dicitur publicū, ex eo quod solenniter, & publicè quis potest accusari, vt not. glo. §. q. 3. c. qui episcopus. potest etiam sumi alijs modis, vt in dictis iuribus. ¶ Sed reuertèdo ad principalem. q. nostram, qua queritur, an indifferenter in causa criminali admittatur procurator, siue delictum sit publicum, siue priuatum, glo. in d. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. refert opi. Prima est, quod in priuatis delictis admittatur procurator, sūpto argumento à contrario sensu in d. §. ad crimen. nam cū tex. ibi dicat ad crimen publici iudicij frustra procurator interuenit; videtur à contrario sensu sentire, quod secus sit in priuato. ¶ Secunda opinio fuit, quam gl. ibi sequitur, quod etiam in priuato crimine non admittitur procurator intelligendo, quod ad sint aliæ qualitates, propter quas prohibeatur interuenire, de quibus latius in sequē. q. & hoc probat glo. quia crimen iniuriarum est priuatum, vt patet ex his quæ supra dixi. tamen ¶ in accusatione iniuriarum prohibetur procurator interuenire, vt l. fin. C. de iniur. de quo latius. §. dicam, igitur, & c. ¶ Item probat; quia regulariter prohibetur interuenire procurator in crimine, quo imponitur pœna maior relegatione, vt dicam in. 10. q. huius. 1. q. ¶ Facit etiā; ¶ quia sicut in publicis imponitur pœna talionis accusatori calumnianti, ita & in priuatis, vt l. & in priuatis. ff. ad senatusconsultum turpil. Et prædictam opin. cōmuniter\* tenet Doct. pro qua videtur casus in l. 3. C. vbi sena. vel clarissimi. vbi tex. dicit, siue delictum sit publicum, siue priuatum, quod per procuratorem exerceri non potest; & sic clarè probat, quod etiam sunt quædam crimina priuata, quæ per procuratorem exerceri non possunt. Ad idem etiam facit tex. in l. 1. C. vt omnes tam ciuiles quam criminales. iuncto principio cum fine. Nam ibi in principio, fit mentio de furto; quod clare est priuatum delictum; & tamen in fine dicitur, in vers. accusationem. quod accusatione instituta contra officialem finito officio, debet ipse per se causam profequi, & non per procuratorem. ¶ Hoc etiam probatur optimè in l. 1. ff. an per ali. cau. ap. quæ facit differentiam, an causa sit pecuniaria, vel capitalis; & in capitali non distinguit, an delictum sit publicum, vel priuatum; sed solum distinguit, an veniat imponenda pœna vsq; ad relegationem, vel supra relegationem, de cuius. l. intellectu latius. §. dicam. in. 10. q. ¶ Videtur ergo concludendum, quod non sit distinguendum, an delictum sit publicum, vel priuatum; sed qualis pœna veniat imponenda; nam si veniat imponenda pecuniaria, etiam si esset publicum, posset interuenire procurator. Sed si veniret imponenda corporalis, etiam si esset priuatum, non posset interuenire procurator.

¶ Aduertete tamen; quia Ang. in d. §. ad crimen. dicit, quod licet in consulendo, vel iudicando non sit recedendum à dicta opin. tamen disputationis gratia dici posset, quod exceptis quibusdam criminibus specialibus, de quibus dicam in. 7. & vlti. q. princip. istius secundi membri princ. non potest interuenire procurator in crimine publici iudicij, etiam si ex tali crimine veniat imponenda pecuniaria pœna, siue sententia possit ferri in absentem, siue non, per tex. in d. §. ad crimen, qui loquitur indistinctè. Nec est bona consequentia secundum eum; sententia potest ferri in absentem; ergo potest interuenire procurator, quia tex. in d. §. ad crimen. simpliciter prohibet, quod in crimine publici iudicij non possit interuenire procurator. ¶ Nec obstat. feruum quoque. §. publicè. ff. de procu. vbi dicitur, quod vbiusque potest procedi contra absentem, ita quod absens dam nari possit; ibi admittitur cuiuslibet ad innocentiam excusandam; & sic ad plenam defensionem; quia ipse Angel. intelligit hoc verum, quando crimen esset priuatum. secus si publicum, ne contradicat tex. d. §. ad crimen. qui indistinctè voluit, quod in crimine publico non admittatur procurator ad plenam defensionem. & sic videtur voluisse Ang. vel quod in crimine priuato indistinctè admittatur procurator, & malè. vel quod in crimine priuato feruetur dūtaxat distinctio gloss. an veniat imponenda pœna relegationis, vel maior. sed in crimine publico nō fiat illa distinctio. ¶ Sed tu aduertete; quia de eo quod dicit de absente, dicam in. 15. q. huius prima. q. princip. secundi membri. ¶ Item aduertete; quia contra dictam opinionem Ange. est. tex. in l. 1. C. vt omnes iud. tam ciuili. quam crimin. & c. & contra text. qui clarè concludit in cōtrarium in d. l. 3. C. vbi sena. vel cla. & apertè contra tex. in d. l. 1. ff. an per ali. cau. ap. pel. D. Anton. hic dicit, quod licet in iudicando, vel consulendo non sit recedendum ab opinio. gloss. & communi. \* de iure tamen videtur dicendum, quod siue delictum sit publicum, siue priuatum, dummodo veniat imponenda alia pœna, quam pecuniaria; non potest regulariter interuenire procurator. mouetur per. l. 2. à contrario sensu. C. de procura. nam dum tex. ibi loquitur, quod in causa pecuniaria admittatur procurator; sentit à cōtrario quod secus sit in alia causa, quam pecuniaria. Secundo mouetur per tex. nostrum, in quo Papa dicit, quod non poterat admittere procuratorem; quia causa erat criminalis. & hoc dicit probari hic iuncto. c. veritatis. de dolo & contuma. nam vt ibi patet; potest procedi contra absentem ad pœnam depositionis; & tamen si prælatus accusatus sit de tali crimine, ex quo veniat deponendus, non potest interuenire procurator. vt hic in tex. nostro. ad idem etiā allegat text. in can. in criminalibus. 3. q. 5. vbi text. simpliciter dicit, quod in criminalibus non potest interuenire procurator. Mouetur etiam per ea, quæ dixi. §. in 6. ratione; quia ex parte rei in causa criminali non potest interuenire procurator, quando venit imponenda alia pœna, quam pecuniaria. vt dixi. §. in prima q. primi membri. ¶ Prædicta tamen opinio non placet Io. de Imo. in d. §. ad crimen. per tex. in d. l. 1. ff. an per ali. cau. appel. vbi litera apertè vult, quod in causa relegationis admittatur procurator secundum



Cōm. opin.

cundum vnum intellectum; & secundum omnes, \* vbi venit imponenda pœna minor relegatione, admittit procurator. vnde si venit imponenda pœna depositionis ab ordine, admittet procurator. de quibus duobus articulis, videlicet, de relegatione, dicā in 10. q. & de depositione in 13. q. ff. ¶ Nec obstat. l. 2. C. de procurato. quia ibi non debet sumi argumentum a contrario sensu; quia resultaret correctio. d. l. 1. & sic non est sumendum, vt. l. 2. C. de condi. infert. ¶ Item non obstat. tex. in. d. c. in criminalibus. quia licet ille simpliciter loquatur; tamen debet distinguī per alia iura, & sic p. dictā. l. 1. ff. an per ali. cau. app. nec est hoc absurdum, vt patet ex. d. l. scio quæsitum. ff. de testi. facit quod not. in. l. nam & posteriores. ff. de legib. & in authen. offeratur. C. de lit. contesta. & c. cum expediat. de elec. in. 6. ¶ Nec obstat ratio allegata per D. Ant. quia illa ratio fuit reprobata, vt ibi latius dixi. ¶ Nec obstat tex. iste; quia potest responderi, vt responsum fuit ad. c. in criminalibus. videlicet, quod licet tex. noster simpliciter loquatur, q. in causa criminali non possit quis procuratorem admittere; tamen distinguī debet per alia iura, vt s. dixi. ¶ Nec obstat quod supra dixi, q. hic esset pœna imponenda, quæ poterat cadere in absentem, per id quod habetur in. d. c. veritatis. quia potest responderi, quod immo non poterat cadere; quia hic non erat lis contestata, quo casu non potest procedi ad pœnam depositionis contra cōtumacem, vt notatur in. d. c. veritatis. secus fortē si lis fuisset contestata. & tangit. D. Ant. hic. ¶ Vel fortē posset responderi, secundum Ioan. de Imo. quod aliud sit de iure canonico, & aliud de iure ciuili. Glo. tamen hic non videtur facere aliquam differentiam inter hæc duo iura; & ideo dicit Ioan. de Imo. tenendam præcedentem opi. seu solutionem. ¶ Sed tu aduerte; quia iudicio meo tex. noster fortissimē obstat. & dicta responsio non videtur bona; nam licet Papa simpliciter dicat, q. nō posset procuratorem admittere; quia causa erat criminalis; tamen ipse restringit se ad causam propositam; in qua veniebat imponenda pœna depositionis a beneficio, quam tamen clarum est minorem esse relegatione arg. eorum quæ dicam in. 10. q. coniuncta. 13. & tamen dicit Papa, quod in causa prædicta non poterat procuratorem admittere; & tamen de iure canonico in causa criminali, in qua venit imponenda pœna depositionis ab ordine, admittitur procurator, vt dicam in. 13. q. ergo responsiones Io. de Imo. non videntur bonæ. ¶ Quid ergo dicendum? profectō cōtrarium est difficilimum; & videtur destruere omnes prædictas opi. nisi dicam, quod aliud sit de iure canonico; & c. ¶ Ego arbitror posse responderi ad tex. nostrum multipliciter. Primo, q. ideo dicit hic, q. non poterat admittere procuratorem; quia causa erat criminalis ex eo, quia lis non erat contestata, vt. s. dictū fuit. ¶ Nec obstat, q. quando agitur ad depositionem, seu destitutionē prælati, q. potest procedi contra absentem contumacem etiam lite non contestata, vt. d. c. veritatis. & maximē quando agitur. ad depositionem prælati pp. crimen dilapidationis, vt tenet glo. 3. q. 2. c. quia ea. arg. l. ne diu. C. de pœnis. nam sicut ibi proceditur contra apparitores, seu nuntios; licet lis non sit contestata; quia verfatyr publicum cōmodum; ita quā-

do propter crimen dilapidationis pctitur destitutio prælati; quam opin. recitat & sequitur Ioā. Andr. & D. m. in. d. c. veritatis. in ver. intellectu. extra gloss. licet Cardinalis Zab. dicat ibi, q. dicta opi. nō probatur iure. Sed in casu nostro agebatur ad depositionem prælati; & inter alia intendebatur crimen dilapidationis ex eo, quod ille Episcopus assererat subiecisse ecclesiam seruituti; & per consequens non videtur ponderandum, an lis esset contestata, vel nō, quantum ad hoc, vt posset procedi in cā prædicta et contra absentem contumacem, etiam lite non contest. quo casu quando procedi potest contra absentem, videtur admittendus procurator, vt dicam in 15. q. ¶ Sed ad hoc respondendum arbitror, q. licet in causa prædicta posset procedi ante lit. contest. tamen hic non poterat procedi ante lit. contest. quia non solum intendebatur crimen dilapidationis; sed etiam intendebatur alia crimina, de quibus hic in tex. in quibus criminibus clarum est, q. non potuisset procedi lit. non contest. vnde videtur attendenda qualitas prohibitiua, non permissiua, arg. l. fin. §. sed si qs. ff. naut. caupo. stabul. & l. fulcinius. §. quid ergo. ff. ex quib. cau. in pos. ea. & l. si qs. in graui. §. si. & l. seq. ff. ad Sylla. facit. l. antepen. §. penul. ff. mandati. & l. pædius. §. si. ff. de arbit. & ideo non mirum, si non poterat admitti procurator. ¶ Præterea quod s. dictum fuit, q. quando intentatur crimen dilapidationis, potest agi lit. nō contest. arbitror verum; quando subesset timor dilapidationis in futurum; secus si talis timor non subesset; quia tunc cessat ratio, propter quam potest procedi lit. non contest. vt tractatur in. d. c. veritatis. ¶ Tertio arbitror responderi posse; quia hic non apparet ad quam pœnam ageretur; & ideo cum Papa respondet, q. quia causa erat criminalis, non poterat procuratorem admittere. debet intelligi, q. agebatur ad talem pœnam, in qua non poterat admitti procurator. secundum quod. j. latius dicemus. & nota prædicta; quia nouissima sunt. ¶ Vel posset dici, q. aliud sit de iure canonico, & aliud de iure ciuili, vt. s. dixi. & ratio diuersitatis, vt arbitror, posset assignari; quare magis admittatur procurator de iure ciuili quādo agitur ad depositionem ab ordine, seu ab officio, quam de iure canonico prout ego assignabo in. 12. q. huius primæ. q. ¶ Hæc tamen solutio non multum placet, per ea quæ ibi dicam; & ideo tene præcedentes solutiones. ¶ Concludendo igitur quod ad principales terminos quæstionis nostre, breuiter dico, q. quantum ad materiam admittendi procuratoris non attenditur an iudicium sit publicū, vel priuatum; sed attenditur qualitas pœnæ vt. s. dixi; quod probatur in iuribus pro hac parte inductis; & maximē per dictam. l. 1. ff. an per alium cau. appel. vbi non sit differentia inter publicum, & priuatum; sed solum quæ pœna sit imponenda. ¶ Secundo quæro, vtrum in causa criminali, ex qua venit imponenda pœna pecuniaria possit interuenire procurator. Sol. distinguē, q. aut talis pœna imponitur de iure communi, aut ex forma statutorum. ¶ Primo casu, communis conclusio est omnium \* Doct. tam iuris canonici, quā ciuili, quod possit interuenire procurator, vt d. l. 1. ff. an per ali. cau. appel. & est tex. in. l. 2. C. de procura. ¶ Nec consideratur secundum Io. de Imo. in. d. §.

in. d. §. ad crimen. quod contingere posset, q. reo existente non soluendo in subsidium, posset imponi pœna corporis afflictiua, iuxta not. in. l. fina. de in ius voc. & in. c. finem. in fi. de do. & contu. & in. c. 2. de malef. & l. si quis id quod. §. in seruos. ff. de iurif. om. iudici. de quo artic. dic vt latissimē dixi in. c. ad delib. erandum. s. de iudæ. Et ratio est; quia hoc potest contingere ex accidenti, & extra ordinem; ideo non debet attendi, vt. l. si. de in lit. iur. aliās sequeretur, q. nunquam in aliquo casu in causa criminali, etiam quādo imponeretur pœna pecuniaria, posset interuenire procurator, quod est falsum, vt. d. l. 1. ff. an per ali. cau. appel. & d. l. 2. de procura. ¶ Et pro hac sententia Io. de Imo. allego, quod ipse idem dicit in alio articulo; nam licet tutor qui accusatur de suspecto non ad finem principaliter, sed ad finem vt remoueat, & puniri possit, si appareat enim deliquisse, & in dolo verfatum fuisse; + quo casu remittitur puniendus ad præfectum vrbs. l. 1. §. fin. ff. de suspe. tu. ex hoc tamen non sequitur, q. non admittatur procurator cum speciali mandato, licet in consequentiam possit resultare effectus pœnæ criminalis, ad quam si principaliter ageretur, non admittetur procurator, saltem quando pœna deberet imponi per eundem iudicem, de quo videtur casus notab. & sing. in. l. non solum. §. si. de procur. quæ intelligitur secundum lect. Bar. & Ang. quando causa suspecti tutoris ageretur ciuilliter, vt ipsi dicūt, in d. l. penul. §. ad crimen. licet glo. ibi videatur sentire contrarium, & malè. & intellectum Bar. sequit Bartho. de Salice. in. l. reos. C. de accu. ¶ Pro hoc etiam 51 facit quod s. dixi, videlicet, q. quod debet attendi quod principaliter intenditur; non autem illud quod potest in consequentiam venire, vt. l. si quis nec causam. §. si. ff. si cer. pe. & l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obli. & l. 4. in prin. ff. de fideicom. lib. & l. sancimus. §. pen. C. de dona. cum simi. ¶ Sed aduerte; quia contra hoc fortiter obstat, quod dicam j. in. 5. quæst. huius. 1. quæstionis. in qua concluditur, quod vbi pœna est arbitraria, non admittitur procurator; cum possit imponi pœna corporis afflictiua, vt ibi dicam. ¶ Item & secundo fortiter obstat, quod dicam in. 6. quæst. dictæ primæ quæst. quando imponitur pœna alternatiua; & electio est iudicis. ¶ Item & tertio, fortiter obstat, quod dicam in. 4. q. eiusdem. quando pœna est mixta; vel quia expressè diffinitur, quod in defectum pœnæ pecuniariæ non solutæ intra certum tempus, imponatur pœna corporis afflictiua; vel casu simili, in quibus omnibus dicitur, q. attenditur quod euenire potest; & sic an contingere possit, quod pœna sit corporis afflictiua. ¶ Quid ergo dicemus? contraria videntur fortissima prima fronte; ad quorum examinationem veniret examinandus articulus ille, an inspicere debeat quod euenire potest, de quo per glo. & Doct. in. l. si idem cum eo. §. si. ff. de iurif. om. iud. & per Cy. in. l. si. §. finaut. C. com. de lega. & per Dy. in. l. in diem. ff. de aqua plu. arc. & per Bar. & Doct. latius in. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. aliquid in reg. cum quid vna via. de reg. iur. lib. 6. ¶ Et ex dictis, maximè Bar. potest responderi ad contrarium, quod in casu præcedenti ex quadam generalitate non principaliter disposita, & ordinata secundum præsentē

statum inducentem talem contingentiam de futuro, pœna corporis afflictiua venit imponenda per quoddam subsidium; & quasi extraordinariè; vt qui non potest luere in gre, luat in corpore. Et licet veniat ex quadā generale regula, ne delicta remaneant impunita, quo casu non consideratur quod euenire potest. tex. n. primo loco allegati, loquuntur, quando condemnatus ex delicto pœna pecuniaria, punitur pœna corporis afflictiua, eo quod propter inopiam non habet vnde soluat; quo casu succedit alia regula, quod qui non potest luere in are, & c. secus in casibus contrarijs, in quibus secundum ordinatam, & regularem dispositionem propter delictum perpetratum, etiam reo existente soluendo, possibile est incurrere pœnam corporis afflictiuam; & hanc solutionem reperio sensisse Ioan. de Imo. in. l. 2. ff. de pub. iud. licet Bar. ibi, aliter videatur dicere. sed plus placet quod s. dixi. pro qua etiam opin. facit, quod quantum ad hoc, vt in defectum pœnæ pecuniariæ non solutæ propter inopiam sit imponenda pœna corporis afflictiua, multa debent cōcurrere, quibus attentis de raro contingere potest, quod ex illa regula, q. qui non potest luere in are, & c. debeat luere in corpus. secundum quod not. & latissimē dixi in. d. c. ad liberandam. Et prædicta notabis, quia quantum ad materiam nostram non reperi per Doct. adhuc tacta, vel considerata fuisse. ¶ Secundo casu, quando imponitur pœna pecuniaria ex delicto ex forma statuti; subdistingue, quod aut imponitur eo casu, quo ex tali delicto imponebatur pecuniaria; vel saltem non imponebatur pœna corporis afflictiua; & idem dicendum est, quod statim dixi in præcedenti casu. ¶ Aut per ius commune ex tali delicto imponebatur pœna capitalis, seu corporis afflictiua; & per legē municipale illa pœna est reducta ad pœnam pecuniariam; & hoc casu videtur dicendum, q. possit interuenire procurator, arg. l. 2. C. de procur. quia videntur cessare rationes prohibitiuæ interuentus procuratoris, de quibus dixi in. 1. q. primi membri. facit etiam d. l. 1. ff. an per ali. cau. app. Guid. de Suza. format hanc quæstionem in. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. & l. 2. C. eo. tit. & in suis. qq. itatutorum. & dicit se vidisse pronuncari pro, & cōtra; tenet tamen ipse, quod procurator non debeat admitti, per d. §. ad crimen. & quia origo inspicienda est. C. ad Macedo. l. 3. ff. manda. l. si procuratorem. 1. rñ. & quia pœna succedens in locum primæ, debet sapere illius naturam, vt. l. si eum. §. 2. ff. si quis cau. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si donare. §. si sponsus. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de procur. §. 1. ver. ite quod causa est criminalis. refert hanc opinionem. & dicit, q. cōiter \* Doct. moder. tenetur contrariā sententiam, per iura primo loco alleg. vbi pœna esset solum pecuniaria. & hanc tenet Gand. in tracta. suo de malef. rub. 2. 1. & tenet etiam Bar. & cōmuniter \* moder. post Io. And. vt apparet in. d. §. ad crimen. & in. d. §. publicè. mouetur, q. quia potius debemus attendere quantitatem pœnæ, q. qualitatem delicti, vt l. quod ad statum. ff. de pœn. & l. publicorum. ff. de pub. iud. & l. qui cum maior. §. penul. ff. de bon. lib. tradit Bar. in. l. 2. ff. de pub. iud. ¶ Non obstat, quod debeat inspicere origo; quia illud est verum, nisi accedens alteret naturam originalem, per id quod habetur,

Cōm. opin.

dm.  
opin.

betur in l. 1. §. bestias. ff. de postul. & l. si eadem. ff. de  
55 off. assel. ¶ Nec obli. q̄ subrogatum debeat sapere  
naturam eius, in cuius locum subrogatur; quia illud  
est verum, q̄ subrogatum non transit in aliam rem  
alterius naturæ. Facit q̄d not. in l. cum in fundo. §. si  
fundus. ff. de iure dot. & not. Bar. in l. 1. §. hæc actio.  
ff. si quis testa. lib. esse ius. sue. ¶ Et hanc etiam sen-  
tentiam tenet Do. Bart. de Sali. in d. l. reos. C. eod. &  
Bal. ibi, qui dicit Dy. ita tenuisse, & Do. Anto. hic, &  
cõiter \* omnes Doct. concordant, q̄ possit interue-  
nire procurator in casu prædicto. ¶ Subdunt tamẽ,  
q̄ quis non possit inuitus per procuratorem agere;  
56 quia sufficit, si per se agat, & ratio est; q̄ vñs pu-  
ratoris fuit inuentus ad prouisionem, vt. l. 1. ff. de p-  
cura. q̄ non esset, vbi inuitus quis compelleretur in-  
stituere procuratorem. ¶ Ex prædictis ergo sequitur  
57 duplex regula. prima q̄ inuitus nõ compellatur q̄s  
constituere procuratorem in tali cã. Secunda, q̄ res-  
58 gulariter admittantur procurator. Prima regula fal-  
lit in persona illustri; & in illa persona, quæ est supra  
dignitatẽ illustrẽ, vt est tex. in l. quicunq; & in auth.  
hoc ius. C. de procu. & in auth. vt ab illustribus, & q̄  
supra eam dignitatem, & c. facit quod not. Hosti. in  
tit. de procu. §. si quis dare. ver. item secundũ Goffre.  
nã persona illustri non potest per se talem cãm age-  
re; sed debet agere per procuratorem; aliã autẽ &  
ipsa, & iudex, qui eam admittit, puniuntur, vt. d. l. q-  
cunque. & ratio redditur ibi. ¶ Et aduerte; q̄a secun-  
dũ hunc modũ possit forrẽ intelligi. l. ff. C. de iniur.  
de cuius intellectu dicam in. x. q. & adde quẽ dicam  
ibi de episcopis, & alijs praelatis superioribus. ¶ Se-  
cundo fallit, secundũ glo. in l. 1. ff. an per ali. cau. app.  
59 ¶ q̄ fuit additio, in crimine suspecti tutoris, in quo nõ  
potest procurator institui, vt. l. non solum. §. ff. de  
procu. q̄d verum dicit Bar. in d. §. ad crimen. quãdo  
tutor accusaretur ad vindictam publicam. Nam hoc  
casu cum possit puniri vltra relegationem, ex eo, q̄  
pœna est arbitraria, vt. d. l. 1. in fi. iuncta glo. videt q̄  
non possit interuenire procurator, vt dicam in. 5. q.  
huius membri. & ita potest intelligi. d. l. non solum.  
§. ff. vt dũ tex. ibi dicit, t̄ difficile est. exponatur, hoc  
est nullo modo auditur procurator, pro qua exposi-  
tione facit. l. 2. §. fi. in verbo difficile. ff. q̄n appel. sit.  
not. glo. fi. in. c. presentium. de testi. & in glo. in ver-  
bo difficile. in. c. cum sint. §. de deci. & glo. super ver-  
bo difficile, 2. q. 6. in. c. biduum. ver. aduersus. ¶ Sed  
tu aduerte; quia secundum hunc intellectum. d. l. nõ  
solum. §. fi. non obli. regulã. §. positã, duplici rone.  
Primo, quia crimen est publicum, vt sentit Bar. in. d.  
§. ad crimen. seu vbi solum ageretur, vt remonere-  
tur, dato q̄ ex remotione illa infametur; tñ iudiciũ  
habetur p̄ pecuniario, & ciuili, vt dicam in 8. quest.  
& sic secundum illum intellectum dicta regula non  
procedit. & glo. in d. l. 1. ff. an per ali. cau. ap. inep̄tẽ  
posuit hanc fallentiam; quia hoc casu concordat cũ  
60 regula. ¶ Tertio possum dicere, q̄ fallit in lepro-  
so, qui debet in iudicio per procuratorem agere, vt  
not. Inno. in. c. ex parte. 2. §. de corpor. viti, & ibi cla-  
rius Io. And. facit. c. 1. de coniu. lepro. facit etiam. c.  
intelleximus. de iudi. vbi vide qd de excõicato. ¶ Se-  
61 cunda regula. §. posita, q̄ t̄ potest per procuratorẽ  
agere fallit secundum aliquos in interdico. de libero  
homine exhibẽdo, & deducẽdo quia licet sit pecuni

arium; tamẽ non potest procurator interuenire, nisi  
pater fuit impeditus. quo casu procurator speciali-  
ter institutus poterit adesse; & ratio potest esse, ma-  
gnitudo iudicij, ex eo q̄ talis cã statum quodãmo-  
do respiciat, vt. l. 1. & 2. ff. de cap. dimi. Et hoc tenet  
moder. in l. 1. ff. an per ali. cau. app. Ego tñ de hoc du-  
bito; per ea quẽ dicam. j. in. ix. q. de quo dic, vt ibi di-  
cam. ¶ Secundo fallit in generali doctrina. l. ff. C. de  
62 procura. t̄ quãdocunq; persona domini esset le-  
galior; & per eum possit melius veritas haberi; quia  
dato quod natura causẽ admittat procuratorem; tam-  
men hoc casu non admittitur, si iudici hoc non pla-  
cuerit, vt. l. si actor. ff. de procu. Et licet Iaco. Butrig.  
contra hoc daret remedium, instruendo, q̄ quis face-  
ret procuratorem specialiter institutum ad omnia,  
de quibus iudex possit interrogare; tamen hoc non  
placet Bar. per. l. de minore. §. tormenta. ff. de quãst.  
quia non possit iudex ex aspectu procuratoris per-  
pendere veritatẽ, sicut ex aspectu domini; videlicet,  
quo colore, quo tremore, quo pallore, qua trepida-  
tione, & c. Nã alius est aspectus procuratoris, & alius  
domini. de quo articulo dicendum est, vt d. l. fin. Et  
idem tenet Bal. in l. si actor. ff. de procu. qui dicit, q̄  
d. l. fi. & d. l. si actor. locum habent etiam in crimina-  
libus. & sequitur Cy. in. d. fin. nisi dominus esset  
impeditus. & idem in l. reos. C. de accusa. vbi vide.  
Et quis habeat probare, q̄ persona domini sit lega-  
lior, vide Bar. & Bal. in l. si actor. vbi etiam tradunt  
qualiter hoc probetur. ¶ Et ex prædictis ego infero,  
q̄ satis facile est iudici, etiam in causis, in quibus  
dicemus procuratorem admittendum, ipsum non  
admittere, volendo personam principalis tanq̄ lega-  
lioris; nisi dominus probaretur impeditus, vel non  
probaretur legalior. ¶ Sed aduertendum est, q̄ præ-  
dicta videntur procedere, dumtaxat ex parte rei ac-  
cusati. Sed ex parte accusatoris maius est dubium.  
Dubitatio autem descendit ex his, quæ dicuntur per  
Bar. & Doct. in l. 1. ff. de pub. iudi. & Bal. in l. reos. C.  
de acc. & aliquid in rub. C. qui acc. non poss. in qui-  
63 bus locis tractatur, t̄ an si per statutum alteretur pœ-  
na publici iudicij, illud iudicium desinat esse publi-  
cum. In qua quest. Iac. Butrig. determinauit, q̄ nõ,  
per. l. quamuis. & auth. sed nouo iure. C. de adul. per  
quam alterata est pœna iuris communis; & tamen  
delictum non desinat esse publicum, vt ibi. ¶ Præ-  
rea alterata est pœna peculatus, vt. l. 3. C. ad leg. iul.  
pecul. & tamen remanet publicum; & idem proba-  
tur in l. si quis in hoc genus. & in auth. ibi posita. C.  
do epi. & cle. Vnde Bal. quantum ad propositum no-  
strum in d. l. reos. dicit, q̄ ex parte accusatoris non  
admittitur procurator; & ita dicit tenuisse Butriga.  
in d. l. seruum quoque. §. publicẽ. Bar. verò in l. 1. ff.  
de pub. iud. dicit quãtum ad prædictã quæstionẽ; an  
delictum desinat esse publicum, q̄ contra prædictã  
decisionẽ, quæ vñ velle, q̄ nõ desinat esse publicum,  
est tex. in l. 1. ff. de pub. iud. quæ vult, q̄ publica iudi-  
cia dicatur, quæ descendunt ex legi publicorum iudi-  
ciorum; sed homicidium in prædicto casu, q̄n punit  
ex statuto, non descendit ex l. Cornelia de sicca. sed  
ex illo statuto igitur & c. ¶ Prætereo contra dictã  
decisionem videtur casus, secundum opin. glo. ff. de  
concul. in l. 1. sed secundum intellectum Azo. vide-  
tur casus pro decisione Iaco. Butrig. Vnde Bar. in  
d. l. 1.

d. l. 1. quo ad propositum aliter distinguit. & ideo vi-  
de ipsum. ¶ Sed quo ad propositum nostrum assu-  
mendo distinctionem ipsius, dico, q̄ quandoq; per  
statutum, vel nouam legem efficitur aliquod deli-  
ctum ex iure communi. Exemplum, dicit statutum,  
q̄ si quis iuerit de nocte, puniatur in tantum. Vel  
pone exemplum, dicit statutum, q̄ mulier, quæ por-  
64 tauerit talia iocalia, puniatur in tantum; prout est  
in hac ciuitate, quod statutum est contra decorem,  
& ornamentum ciuitatis. & maximam iudicio meo  
65 sapit iniquitatem, & ingratitude, cum t̄ mulier  
sit socia diuinæ & humanæ dom⁹. vt. l. 1. ff. de rit. nup.  
1. q. 1. §. 1. & ff. rer. amot. l. 1. maxime cum tot one-  
rat, tot labores, & angustias sustineat propter partũ,  
nam filius ante partum onerosus, in partu doloro-  
sus, & post partum laboriosus est, vt in. c. fi. de con-  
uer. infid. vnde nimis indignum, ac reprehensibile vi-  
detur, q̄ homines huiusmodi leges faciant contra  
mulieres, quæ quasi hoc vnicum solatium habent, &  
hac vnica voluptate fruuntur, seipsos autem non  
coarcent. Quid enim vituperabilius esse potest, quã  
equos, & cætera animalia bruta præiosis ornari io-  
calibus, & vestibus, vxores verò non posse? Quid tur-  
pius, q̄ equus tuus præiosus sit instructus, quã  
vxor tua vestita? Mulieribus enim, non magistratus,  
nec sacerdotia, nec triumphi, nec insignia, aut spo-  
lia bellica contingere possunt. Munditię autem, &  
ornatus, & cultus, hæc sceminarum sunt insignia, his  
gaudent, & his gloriantur; & ea ducti ratione maio-  
res nostri perbellẽ hunc mundum muliebrem, non  
virilem appellarunt, ac etiam legum latores, in l. 1.  
& l. peditulis. §. penul. & fin. & in l. vxori. in princ. &  
ff. de aur. & arg. leg. in l. argumento. §. mundus. Ad  
prædictã etiam vide orationem Lucij Valerij tri-  
buni plebis pro abrogãda lege Opia ab Opio tribu-  
no condita Romę tempore Punicĩ belli, quæ pluri-  
ma ornãmẽta prohibebat mulieribus, de qua per Ti-  
tum Liu. in princ. de bello Macedo. licet M. Portius  
Cato consul in contrarium differuerit, præualuit tam-  
en, & meritò oratio Lucij Valerij. & de his satis  
in fauorem mulierum, maxime amasarum vestra-  
rum dictum sit. ¶ Reuertendo igitur ad materiam  
dico, quod in prædictis casibus tale crimen non vi-  
detur publicum, argumen. d. l. 1. ff. de publi. iud. Et  
quamuis competat accusatio publica ex forma sta-  
tuti, non tamen erit publicum, quo ad effectus pu-  
68 blii iudicij, vt tractatur in dicta. l. 1. & per Bald. in  
rub. C. qui accu. non poss. facit, quod dixi supra in  
præcedente, quæstione. ¶ Et hoc casu quantum ad  
potentiam constituendi procuratorem, dicendum  
est, quod aut imponitur pœna corporis afflictiua;  
& dicendum, vt dicam in sequen. quæstio. ¶ Aut im-  
ponitur pecuniaria, & dicendum est, vt statim di-  
cam in vltimo casu. ¶ Quandoque verò statutum  
facit, quod id, quod est delictum de iure communi,  
transseat in nouam speciem delicti, seu nouum no-  
men delicti, & tunc etiam illud nouum delictum  
non est publicum, vt. l. 1. ff. de concul. secundum in-  
tellectum glo. Et si imponitur pœna pecuniaria ex  
tali delicto, quantum ad distinctionem procurato-  
ris dicendum est, vt dicam in sequenti casu. ¶ Quan-  
doque verò, & terriò per statutum, vel legem no-  
uam alteratur solummodo pœna publici iudicij,

remanente nomine delicti, secuncum ius commu-  
ne; vt quia pro homicidio imponitur pœna pecunia-  
ria; & hoc casu tale iudicium dicitur publicum. Et  
ita possunt intelligi iura allegata supra per Butriga.  
Facit ad prædictã quod not. in l. si duo patroni. §. Iu-  
lianus. & §. sequen. ff. de iureiuran. de eo, quod ibi  
dicitur de iuramento formiter, vel informiter præ-  
stito. Et quod in simili dicimus de consuetudine di-  
sponente aliquid formiter, vel informiter; sicut ius  
commune, secundum quod tractatur in l. 2. C. quæ  
sit lon. consuetu. & in. c. 1. de constitut. lib. 6. Facit  
quod not. in l. 1. C. de iure emphyteu. & Instit. de  
locato. §. 1. & latius per Barto. in d. l. 1. ¶ Sed con-  
cludendo quantum ad materiam nostram dico,  
66 quod t̄ licet imponatur pœna pecuniaria; & publi-  
ca competat accusatio, quod cum queritur in ca-  
sibus prædictis, vtrum ex parte accusatoris possit  
interuenire procurator, breuiter possumus distin-  
guere, q̄ aut loquimur post litem contestatam, aut  
ante. ¶ Primo casu dico, quod potest interuenire,  
argumen. l. licet. ff. de procura. & l. si cui. ff. de verbo.  
signifi. nam hoc casu cessant omnes rationes, pro-  
pter quas ex parte accusatoris prohibetur interue-  
nire procurator. de quibus supra in. 2. questio. pri-  
mi membri. ¶ Secundo casu subdistingue, quod aut  
quis prosequitur propriam iniuriam ratione pro-  
prii interesse, & potest constituere procuratorem;  
quia cessat dicta ratio. d. l. licet. & l. si cui. & alia, de  
quibus statim dixi. Aut quis vult accusare, vt quili-  
bet de populo, vt ex publica causa; & hoc casu non  
admittitur procurator, non ex eo, quod iudicium  
possit esse delusorium; sed propter primam ratio-  
nem, quam assignaui supra in. 2. quæst. ex parte ac-  
cusatoris. & hoc videtur sensisse Fede. de Sen. in con-  
sil. ccxviii. & Do. Anto. hic, licet paucis verbis. Et ex  
67 prædictis inferitur, t̄ quod valet statutum, per quod  
pro homicidio imponitur pœna pecuniaria. Con-  
trarium tamen tenet Hostien. & Io. And. in. c. fina. de  
consuetu. & Tancre. in sua compendiosa. Vide Io.  
de Imo. in d. l. 1. in fi. ff. de pub. iudi. & quod tradit  
Archid. 2. 4. quest. 3. c. duo ista. Quid autem, præter  
pœnam pecuniariam adijceret statutum, quod im-  
punẽ possit offendi? dic vt dicam. j. in. 1. 2. q. ¶ Sed  
68 quero iuxta prædictã, t̄ quid si ex delicto venit im-  
ponenda pœna priuationis omnium bonorum, an  
admittatur procurator? & videtur dicendum q̄ nõ;  
quia talis causa equiparatur criminali, etiam si sit ci-  
uilis, vt. ff. de excu. tuto. l. propter litem. & Insti. eo.  
§. propter litem. not. Do. Anto. Do. m. & Io. de Imo.  
in. c. verum. de iureiur. & ibi dixi. & glo. in l. 1. C. de  
re. postu. lib. x. not. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur.  
ran. facit. c. Abbas. §. quod met. cau. & c. frequens.  
de restit. spol. lib. 6. Et idem si maioris partis bo-  
norum; & maxime si veniret imponenda pœna ex  
aliquo publico iudicio; & potest poni exemplum in  
l. 1. ff. ad leg. iul. de vi pub. vbi punitur quis in tertia  
parte bonorum; & est delictum publicum, q̄ patet,  
quia ponitur inter publica iudicia, vt dixi. §. in. 1. q.  
& facit qd not. in l. 3. §. septimus. ver. & post hos duo  
terribiles libri. C. de vet. iur. enuc. Sol. ego arbitror,  
q̄ procurator possit interuenire, per. l. 1. ff. an per ali.  
cau. app. vbi tex. simpliciter loquitur, q̄ in causa cri-  
minali, ex qua venit imponenda pecuniaria, etiã cum  
Par. j E infa-



infamia, potest procurator interuenire; si ergo potest interuenire, quando subsequetur infamia ultra pœnam pecuniariam; ergo fortius, quando sola pecuniaria sine infamia. Non obstat argumenta. §. formati; quia respondeo ad primum, quod licet æquiparetur causæ criminali, non tamen æquiparetur causæ criminali, ex qua venit imponenda pœna à relegatione. §. Vnde possumus dicere, quod æquiparetur alicui causæ criminali, sed non in omnibus. quod patet; quia iustus furtum est maior omnibus pœna pecuniaria, ut. l. in seruorum. §. i. ff. de pœn. nec sequitur, est causa criminalis; ergo non potest admitti procurator. Nec obstat, quod esset causa publici iudicij, ut d. l. i. quia vt. §. dixi in prima quæst. huius membri. non sequitur, est publicum iudicium; ergo non admittitur procurator, argumen. à cessantibus rationibus, de quibus dixi in prima, & secunda quæst. primi membri. Et parte autem accusatoris potest esse dubitatio, secundum ea, quæ dixi in præced. q. vnde potes distinguere, ut ibi dixi in fi. ¶ Sed aduertendum est circa prædicta; quia licet communis opin. sit secundum quod. §. dixi, quod quamquam de iure communi ex delicto veniat imponenda pœna corporis afflictiua; tamen si ex forma statutorum ex illo delicto imponitur pecuniaria, videtur quod etiam ex parte rei non possit procurator interuenire. & hoc probat sic; dicit Bar. in. l. i. ff. vi bon. rapt. quod licet per statutum imponatur pœna pecuniaria, vel minor pœna quam de iure communi, tamen non intelligitur recessum esse à pœna legali; immo est in electione iudicis, quam pœnam velit imponere, per. l. quoties. ff. de actio. & obliga. nisi aliud appareat ex mente statuentium; ut puta, quia dicit statutum, quod si non reperitur pœna statuta in statuto, recurratur ad alias penas similes per statutum impositas; & si non reperirentur similes, recurratur ad ius commune; & prædictam opinionem sentit Bar. in. l. sanctio. ff. de pœn. & prædicta opin. fuit originalis Vberti de Bobio in lib. cauillationum. & Io. de Deo, ut refert Io. And. in additio. Spec. in tit. de pen. teme. litigan. in fin. & etiam Guido de Suza. in. l. 3. C. ad leg. aquil. quam refert Io. And. in addi. Spec. in rub. de fur. ad quam allegat. ff. arbor. fur. casa. l. 1. 2. & 3. si ergo iudex secundum prædictam opinionem potest eligere pœnam iuris communis; & illa sit corporis afflictiua; ergo non poterit interuenire procurator, ut dicam in quinta, & sexta quæst. huius primæ quæstio. Sol. retenta ista opin. contrarium videtur difficillimum; & facit pro opi. quam dixi. §. in secundo membro. 2. q. huius membri. vbi posui opin. Guid. de Suza. Sed debes scire, quod contrariam opin. tenuit idem Vber. in. l. si tutori. C. ad leg. iul. de vi pub. vbi dicit hanc. q. de facto fuisse Ianuæ, & habito consilio peritissimorum virorum Docto. diuersarum ciuitatum, fuit obtentum, quod licet per legem municipalem expressè non tolleretur, lex communis; tamen tacitè subla ta intelligeretur. Facit quod not. in lit. de off. iud. in prin. & fertur Alber. Papien. hoc dictum simpliciter tenuisse. Et hoc etiam sequutus fuit Iac. de Belui. in q. quam posuit in tit. de requi. re. in. 3. memb. Spec. in. d. tit. de pœn. te. lit. in fi. recitato opi. Cy. in. l. sepulchra. C. de sepul. vio. Bal. verò vbiq; reprobatur primam opin. vult enim simpliciter, quod intelligatur recessum

C5m. opi.

69

70 à pœna cõi, hoc tenet in. d. l. sepulchra. & l. 2. in fi. C. de iure iur. & melius in repe. l. data opera. C. qui acc. non poss. Mouentur, quia si per spem derogatur gñi, ut in reg. gñi. de reg. iur. lib. 6. Sed si statutum municipale ad ius cõe se habet, ut species ad genus, vt. l. oēs populi. ff. de iust. & iur. nam statutum municipale dicitur continere minus loco; quia est specialissimum in illo loco; & illud habet loco speciei, quod est minus gñale, & illud loco generis, quod est magis gñale, vt not. Dy. in. d. reg. generi. statutum ergo habet loco speciei, quia specialiter prouidet in loco illo, & ideo leges locales dicitur speciales, non generales, vt. C. de epi. & cler. l. priuilegia. & l. generali. & facit ad prædicta quod traditur in. c. 1. de constitu. lib. 6. Ad hoc tamen argum. posset rãderi, quod licet respectu loci dicatur localis, & specialis; respectu tamen contenti dicitur generalis; sed in hoc non insisto, & prædictam opin. tenet etiã D. Flor. in. l. 2. ff. ad leg. aquil. facit. l. qui cum vno. §. qui post. ff. de re mil. Item facit pro dicta opi. l. cum prætor. ff. de indi. & l. hodiè. ff. de pen. & C. de inf. l. & si feuerior. & quod dicimus in simili, quod si vni est data iurisdictio in certum genus personarum, ab inferioribus, vel aequalibus, intelligitur adempta, de quo artic. vi de Bal. in. l. consulta diuina. & l. testamenta. C. de test. & d. l. cum prætor. & l. 1. ff. de off. præse. anno. aliquid tradit Ange. in. l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. x. in repe. & secundum hanc opi. quæ videtur esse communis, \* contrarium patet solutum; sed secundum prædictam opin. contrarium videtur difficillimum, per quod videretur tenenda, & fortificari opin. Guid. de Suza. de qua dixi in secundo casu secundæ quæst. no. stræ. Vel possumus dicere tenendo dictam opin. quod si consuetudo haberet, ut imponeretur sola pecuniaria, res est expedita, ut dicitur in. v. proxima. q. Sed si consuetudo non habet, tunc etiam possemus distinguere, quod si apparet ex modo agendi, quæ pœna veniat imponenda; puta, quia accusator, vel iudex inquirès intentat conditionem statuti; & hoc casu admittitur procurator; aut intentat formam iuris communis; & non videtur admittendus; vnde ex modo libellandi; & procedendi poterit hoc cognosci, ut dicimus in simili, in eo, quod potest procedere vt arbiter, & arbitrator, vt. c. quintauallis. de iure iur. & l. si societate. §. arbitratorum. ff. pro soc. & c. nisi essent. §. de præben. & in eo qui potest procedere summarie, & ordinariè, ut tractatur in cle. sape. de verb. sig. dixi in cle. dispendiosam. de iudi. Si verò non apparet, tunc dico, quod etiam ex processu, quoniam procurator volnerit interuenire, hoc poterit apparere; nam si admittat, vt quod intendat pœnam statutariã imponere, & valebit processus, ut dicam in. 5. q. prin. huius secundi membri. Si verò nollemittere, assignabit cam, & per consequens apparebit, quam pœnam intendat imponere. arg. prædictorum; & vt dixi, prædicta procedunt, retenta opi. prima. Sed retenta secunda, res est clara. Quæ autem prædictarum opin. sit verior, non intendo nunc examinari, quia fortè alias dabit dicendi locus sed, p nunc arbitrator cõem amplectendã; & prædicta not. tanquam nouissima, & peregrina. ¶ Tertio quæro, quid si agatur ex crimine, in quo veniat imponenda pœna corporis afflictiua; puta mortis, fustigationis, vel mutilationis, an admittatur procurator. Solu. dicendũ est. secundũ cõem opi. Doct. quod non, cũ illa censetur maior relegatione,

73

74 tione, vt colligitur ex. l. fi. C. de iniur. & l. capitalium. §. nõ solent. ff. de pœn. Facit. l. in seruorum. in fi. eod. tit. & est tex. quod non possit interuenire in. l. 1. §. & si ea. ff. an per ali. cau. app. & l. fi. C. de iniur. Et hæc arbitrator procedere tam ex parte accusati, quam accusatoris; dummodo accusator ratione calumnie tenetur pœna talionis. Sed si accusatori calumniati veniret imponenda pecuniaria pœna, vt cõmuniter prouident statuta, accusato verò conuicto pœna corporis afflictiua; tunc dicendum arbitrator, vt dixi. §. in. q. præced. in artic. quare ex parte accusatoris non admittatur procurator. ¶ Aduerte tamẽ; quia quod supra dixi, fallit in certis casibus, de quibus dicam infra in 4. q. huius primæ q. prin. in secundo contrario; & quod dicam in. 1. o. q. in fin. in contrario ibi formando. ¶ Quarto quæro, an si in delictis, ex quibus venit imponenda pœna mixta, possit procurator interuenire? Exemplum, dicitur statutum, quod pro tali delicto debeat amputari manus, si condemnatus ex illo non soluerit centum intra mensem, vel quid simile. Sol. D. Ant. hic dicit, quod non admittitur; mouetur quia amputatio manus est in obligatione, & centum sunt in facultate soluendi; quia vbi aliquid debetur sub nomine pœnæ; illud dicitur esse in obligatione, vt. l. 2. ff. de pen. leg. & in. l. 1. §. item si ita. ff. ad leg. falcid. Nec obstat secundum eum. l. 1. ff. de in lit. iur. vbi non attendimus, quod obligatio possit excrecere, seu supercrecere; quia ille tex. loquitur de augmento, quod venit extrinsecus, non ex natura obligationis, sed ex officio iudicis, facit. l. centum Capua. ff. de eo quod cer. loc. Bald. verò in. l. reos. C. de accusa. primo arguit pro dicta opinione; quia cum ista pœna possit esse capitalis, ergo de ea iudicandum est, vt de capitali, etiam quo ad repellendum procuratorem. argum. l. fin. ff. si ex nox. cau. aga. In contrarium tamen allegat; quia dicta pœna corporalis amputationis manus; non videtur esse pœna criminis, sed contumaciæ; ergo non debemus dicere hoc crimen esse capitale; quia illud dicitur crimẽ capitale, cuius pœna est capitalis, vt criminis, seu delicti, non vt contumaciæ; & ideo licet pœna exilij, seu dationis in metallum, & aquæ, & ignis interdictionis sint pœnæ capitalium criminum, vt. l. 2. de pub. iudi. tamen excommunicatus, ratione contumaciæ, ex eo quod aliquid non fecit, non dicitur damnatus propter crimen capitale; nec dicitur pœna criminis capitalis, sed contumaciæ; licet separata sit à communione fidelium, quæ excommunicatio secundum ius canonicum, successit loco pœnæ interdictionis aquæ, & ignis, vt not. gloss. Instit. de capi. diminu. §. media. & tractatur in. c. pastoralis. de appella. & c. illud. de cler. excomm. ministr. & l. 3. C. de aposta. Concludit tandem Bal. quod ad videndum, an si pœna, quæ imponit rationem alterius pœnæ non soluta, sit pœna contumaciæ, vel criminis; debemus considerare, quod aut satisfactione illius pœnæ purgatur crimen, seu punitur; & tunc talis pœna est criminis; aut non; & tunc non est pœna criminis, sed contumaciæ. Et subdit Bald. considerandum esse, quod aut vtraque venit ex eadem causa, dato, quod prima veniat purè, secunda sub aliqua conditione, & vtraque est pœna criminis; vnde in actione quod metus causa, pœna triplici contra non

restituentem est pœna criminis, non contumaciæ, licet veniat ratione contumaciæ. Facit. l. si cum exceptione. §. 1. & fina. ff. quod met. cau. & melius. §. si mō. eadem. l. Aut secunda pœna non venit ex eadem causa, & tunc secunda pœna non est pœna criminis. Exemplum, potest sumi ex. l. 1. ff. de in lit. iuran. Vnde concludit, quod si pœna personalis imponitur in defectum pecuniariæ per eandem legem, talis pœna dicitur criminis; & dicitur capitalis; & per consequens non potest interuenire procurator. Nam absurdum esset dicere in contrarium, quod intelligeretur pœna contumaciæ; quia ratione contumaciæ non debet imponi magna pœna corporalis; & ideo quod proceditur ad annotationem bonorum contra contumacem. Aut talis pœna corporalis non venit per eandem legem, nec est in dispositione, sed venit ex. l. quicumque. C. de ser. fugit. vbi dicitur, quod qui non potest luere in ære, luat in corpus; & tunc talis pœna non faciet dici tale delictum capitale; quia hoc non contingit naturaliter, sed ex accidenti, allegat not. in simili in. l. certi conditio. ff. si cer. pœta. deinde subdit, quod aut lex incepit à præcedenti impositione pœnæ pecuniariæ, & in eius locum subrogauit pœnam personalem in defectum pecuniariæ non soluta, & dicendum, quod videtur corporalis; aut lex imponit simpliciter, & absolute, vel pœnam pecuniariam, vel personalem; & in hoc membra sunt per se clara, & sic refidet Bald. in. d. l. reos. Bart. verò in. d. l. 2. ff. de pub. iud. concludit, quod si pro delicto imponitur pœna pecuniaria; & si illa non soluat, imponitur personalis, quod vno solo casu censetur tale delictum capitale; & per consequens non poterit interuenire procurator, videlicet; quando ex eadem lege, & non officio iudicis ipsa pœna capitalis venit imponenda; quia tunc cum subrogetur loco pœnæ, censetur tunc pœna ipsius delicti argum. l. obligationum ferè. §. si. ff. de actio. & obliga. secus dicit, si statutum dicat, quod si nõ soluat pœna pecuniaria, imponatur capitalis officio iudicis; quia tunc nõ dicitur crimen capitale; & idem si pœna capitalis veniret imponenda ex diuersa lege; vt quia fortè lex communis imponat pœnam pecuniariam, & statutum disponat, quod si illa pœna non soluat, intra certum tempus, amputetur sibi caput, vel manus, quo casu non videtur pœna capitalis. argumen. l. 1. ff. de in lit. iuran. & d. l. quicumque. C. de ser. fugi. & ff. de iniur. l. si quis iniuriam. ¶ Sed Io. de Imol. in. d. l. 2. ff. de pub. iudic. dicit, quod dicta distinctio Barto. videtur imponere legem verbis, & non rebus contra. l. 2. C. commu. de leg. & quia ex quo pœna capitalis subrogatur loco pœnæ pecuniariæ, non debet attendi, quo iure subrogetur, arg. l. Gallus. §. si eius. ff. de lib. & posthu. vnde satis debet esse, quantum ad iudicandum crimen capitale, quod inspecta ordinata dispositione facta sub ipso crimine, possibile sit pœnam capitale imponi posse, argumen. l. sufficit. ff. de condi. in deb. Facit, quod dicam in duabus sequen. qq. Nõ obstat. l. 1. ff. de in lit. iur. quia ibi pœna non subrogatur loco pœnæ, sed augetur condemnatio propter contumaciã. Item non obstat. l. quicumque. & l. si quis iniuriã. quia ibi, secundum regulare ordinatã dispositionem, non veniebat imponenda pœna.

Par. j.

E ij

na cor-

na corporalis, sed extraordinaria, & in subsidium; vt delictum non remaneret impunitum, per. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. cum simi. ideo tunc illud nō sic cōsideratur. Facit. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obl. Nam. d. l. si quis iniuriam. & l. quicumque. volunt illud vulgatum, quōd qui nō potest luere in are, & c. & sic pœna non est ordinata, & regularis; sed in terminis nostris pœna imponitur secundū regularem dispositionem ipsius delicti; vnde etiā si condemnatus sit soluendo; possibile est ipsum incurere in pœnam capitalem, si non soluerit intra statutum tempus, quā pœna in eo, qui non est soluendo, non potest imponi. dic. d. h. hoc, vt latius dixi in. c. ad liberandam. §. de iudg. in. 6. limit. & ibi videbis iura allegata hoc probātia. Et prædicta not. ad ea, quę dixi. §. in contrarijs formatis ad. 2. q. Sed redeundo ad principale propositum, arbitror posse distingui, secundum Io. de Imo. quibusdam additis, quōd aut pœna corporalis est in obligatione; vt quia dicat statutum, propter delictum tale quis puniatur amputatione pedis, si non soluta centum intra mensem; & hoc casu non poterit interuenire procurator, vt. §. dixi in opi. Do. Anto. Ego arbitror, quōd si statutū diceret, si non potest luere in pecunia, luat in corpus; seu puniatur tali pœna corporali, quōd data ido nea fideiussione pro illa pœna pecuniaria, posset interuenire procurator, per ea quę dixi in rub. de dilatio. artic. 2. q. 26. ver. xviii. quæro. ¶ Vtrum tamen hoc casu detur aliquod remedium accusato, vt possit interuenire procurator, potest colligi ex dictis Bar. in. l. 1. ff. de custo. reo. ubi dicit in fi. quōd remediū est, quōd accusatus soluta fisco pœnam pecuniariam, transferendo in eum dominium sub conditione, si condemnatur, vt. l. sub cōditione. ff. de solut. q. tunc non potest euenire, quōd non sit pecunia soluta; nec potest perire soluenti, & maximè cum sit soluta in quantitate; & sic non potest effici non soluendo, quātum ad dictam pœnam, etiam tempore quo condemnabitur, si veniet, condemnandus; seus autē si accusatus vellet facere depositum de illa pecunia, ex qua veniret condemnandus; nam cum pœna corporalis debeat solui, si non soluat pœna pecuniaria, possibile est, quod interim fideiussor efficiatur non soluendo, vel quod pecunia pereat; & sic veniret imponenda pœna corporalis, & per consequens rōne dubij non posset interuenire procurator, vt statim dicā. & ideo in primo casu accusatus esset relaxandus fideiussoribus; in secundo verō non, vt per Bar. in. d. l. 1. & sequitur Ioan. de Imo. in. d. l. pen. §. ad crimen. Nec ob. l. nemo dubitat. ff. de reg. iur. vbi tex. vult, quod ille qui facit depositū, vel dat fideiussores de soluendo, dicitur soluere; & sic videtur, quod etiam in secundo casu possit interuenire procurator, & possit relaxari fideiussoribus; quia videtur, quod licet tūc sit soluendo, cum facit depositum, vel dat fideiussores idoneos; tūc possibile est, quod tpe factæ condemnationis, & fienda solutionis pecunia erit perditā; quia cum deponatur, vt species perire pōt; & licet etiam deponeretur vt genus; depositarius posset effici non soluendo; & ideo non debet admitti procurator, nec relaxari fideiussoribus. Et p. hac snia adduco etiā; quia possibile est, quod etiam si depositum non perierit, vel fideiussores sint soluendo, quod nihilominus non solue-

rit, & p. consequens erit pœna corporalis. ¶ Et prædicta faciunt ad. q. quam pridie habui de facto. Nā cum t. ex forma statuti quidā officialis non haberet p̄tatem cognoscendi de crīe, ex quo veniret imponenda pœna corporis afflictīua; sed solū de delictis, ex quibus veniret imponenda pœna pecuniaria; & ex forma statuti blasphemans Deū, deberet puniri in ducentis; & si nō soluerit intra. x. dies, debeat amputari lingua; nā cum factō deposito cognouisset, videbatur per prædicta, quōd snia ab eo lata nō teneret, tanq̄ a iudice in cōpetēti lata; & ita dicēdum de similibus. qq. ¶ Quando; verō primo loco imponitur pœna pecuniaria; & si nō soluat intra certum terminum, imponitur pœna corporis afflictīua; & hoc casu etiā idem dicendum est; videlicet, quōd non potest interuenire procurator, pp. dubium, quod potest contingere de imponenda pœna corporali, vt not. in. d. l. 2. ff. de pub. iud. & in præleg. l. 1. §. item si ita. ff. ad leg. fal. facit etiam quod not. Bal. in repet. l. data opera. ver. item notandum. C. qui acc. non poss. & quod tradit idem Bal. in. l. transigere. C. de transact. ver. sed pone quōd vna. & quod not. Bal. in. l. 1. C. de hære. in. i. vnde poterit accusatus sibi prouidere de remedio, vt statim dixi in præced. membro. ¶ Sed aduertete; quia v̄ posse dici, quōd et in vtroque casu pos sit prouideri de alio remedio; videlicet vt admittat procurator cum conditione, vt habeatur p. non admisso, in quantum contingeret, quōd pœna corporalis veniret imponēda. arg. eorum quę dicam. j. in. 3. q. princ. huius. 2. memb. de quo dic, vt ibi dicam. Illud autem indubitabile videtur esse secundū cōm\* 78 opin. t. quōd si aliquo modo veniret imponenda pœna corporis afflictīua, ex eo quōd cōdemnat. nō esset soluēdo, quōd hoc nō ob. admittet procurator, vt dixi in. 2. q. & dicam in seq. ex quo videtur subtiliter inferendum, quōd in duobus casibus præceden. si a principio reus esset omninō nō soluendo, quōd deberet admitti procurator; & quōd p̄dicti duo casus, p. cedant, in quātum reus esset soluendo; & nō solueret; quia tunc videtur aggrauari eius delictum rōne contumaciæ nō factæ solutionis. In casu verō quo non pōt, non v̄ imputandum, si non soluit. Sed hoc nō obstante, arbitror idem dicendum esse; quia in prædictis duobus casibus pœna non venit corporis afflictīua extraordinariē, sicuti quā simpliciter imponitur pœna pecuniaria, vide quę dixi in. c. ad liberandam. §. de iud. & quę dicam. j. in. 6. q. ¶ Quandoque verō imponitur pro delicto pœna pecuniaria, & corporis afflictīua; & tunc aut imponitur alternatiuē; vt puta si quis tale quid fecerit, puniatur in cētū, & fustibus castigetur; & hoc casu non est dubiū, quōd non pōt interuenire procurator pp. alterā partē copulatiuā; t. quā attendi debet qualitas, quę nocet, seu qualitas prohibitiua; non autē qualitas, quę prodest, seu pmissiua, cum illa, quę nocet, non destruat p. illam, quę prodest, vt. l. si. §. sed & si quis. ff. nau. cau. stab. not. per Butrig. in. l. 3. §. si quis palam. ff. de iur. fil. & per Bal. in. l. si vir. ff. de vfuca. p. dona. per Dyn. in reg. possessor. de reg. iur. lib. 6. quasi propē fi. dixi §. in fi. i. q. huius secundi artic. vbi habes alia iura ad hoc allegata; & prædicta arbitror procedere tam ex parte accusati, quā accusatoris; nisi fortē ex parte accu-

fatoris

fatoris alteretur pœna, secundū quod dixi. §. in. 2. q. huius membri. quare ex parte accusatoris & c. & in. 2. q. primum membri. ¶ Sed quæro iuxta prædicta; dicit t. statutū, quod pro primo furto quis soluat. 10. pro secundo suspendatur; modo quidam fecit vnum furtum alibi; deinde in loco vbi est statutum, fecit secundum furtum; procedit iudex contra ipsum, quæritur, an admittatur procurator? Bal. in repet. l. seruum quoq. §. publicē. ff. de procur. dicit, quod quæstio stat in hoc; 81 vtrum t. delictum commissum extra territorium, aggrauet pœnam commissi delicti in territorio; & v̄ quod sic, secundū eū; quia infamia sequitur hūc, quocūque vadat, & sic est infamia vbique, vt. l. ex ea. ff. de postul. In contrarium v̄, quod iudex iste de delicto commissio in alieno territorio, nō habeat cognitionem; nec possit punire; immo debet remittere; & pro hoc videtur casus in. l. si cui. §. cum sacrilegum. ff. de accu. & illum tex. singulariter notat Old. ad hoc. & in hoc residet Bald. in auth. sed non iure. C. de ser. fug. 82 ¶ Quinto quæro, t. vtrum in delictis, ex quibus venit imponenda pœna arbitraria, possit procurator interuenire? Sol. Bald. in. d. l. reos. ver. si. quæro quid in pœna arbit. distinguit, quod aut pœna est arbitraria originaliter, aut non originaliter; sed procedendo dispensatiuē, secundū quod tradit in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami. & l. hodie. ff. de pœn. & Bart. in. l. si qua pœna. ff. de verb. sig. Primo casu, quando pœna est arbitraria originaliter, ex eo quod a iure non est expressē determinata, sed per iudicem est determinanda; vel statutum, vel lex expressē disponunt, quod sit arbitraria; & hoc casu vult Bald. quod talis pœna non dicitur capitalis actus, sed ex potentia; quia potest imponi pœna capitalis, vt. l. 1. §. expilatores. ff. de effra. & expil. Facit quod not. Instit. de iniur. §. in summa. vbi glo. vult, quod t. si pœna est arbitraria, potest iudex arbitrari vsq; ad mortē. de quo dixi in. c. tenor. §. de reg. iur. & dicam in. c. inquisitionis. in prin. in. 3. glo. j. eo. Interim tamen est iudicandum de ista pœna, vt de capitali, arg. l. fi. C. de iniur. coniuicta. l. fin. ff. eo. dicit tamen Bal. hoc verum, nisi talis pœna arbitraria per cōsuetudinem esset facta ordinaria; quia tunc de illa iudicarem secundū illam cōsuetudinem, secundū not. in. d. l. quid ergo. §. pœna grauior. & secundum quod dixi in. d. c. inquisitionis. & sic ex dictis Bal. quātum ad propositum nostrum, videtur dicēdum, quōd cessante cōsuetudine interpretatiua, nō possit admitti procurator ratione possibilitatis, & dubij interim existētis circa pœnæ impositionem, quæ posset esse corporis afflictīua; subsistente verō cōsuetudine, esset dicēdum, quōd illa cōsuetudo attendenda esset, an imponeretur pœna pecuniaria, vel corporis afflictīua, vt primo casu admittat, secundo non. Aduerte tamen circa prædicta; quia si esset aliqua naturalis pœna delicti, iudex, cui datum esset arbitrium, vel qui ex qualitate processus haberet arbitrium, vt esset videre in causa inquisitionis, secundū quod trad. in. c. inquisitionis. in prin. j. eod. nō videretur posse arbitrari vltra pœnā naturalē, secundū quod dixi in. d. c. inquisitionis. & adde, quæ dicā in seq. q. in fi. & j. in tertio membro princ. ¶ Secundo casu, quādo loqueremur de pœna arbitraria nō originaliter, sed ex accidenti, dicendum est secundū Bal. quod propter hoc, delictū nō est iudicādum capitale; sed

solum debemus intueri pœnam ordinariam; aliās sequeretur, quōd cum in quolibet crimine iudex hodie habeat arbitriū ex accidenti, per. d. l. hodie. sequeretur vt dixi, quod in nullo crimine posset interuenire procurator, quōd tamen est falsum. Facit, quia licet ista fiant quandoq; vt plurimum tamen non fiunt; & sic nō videtur consideranda, nec ad regulam trahenda, vt. l. Seia. §. medico. ff. de annu. lega. facit. l. nā ad ea. ff. de legib. & hoc videtur tenere Ang. in effectu in. d. §. ad crimen. & prædicta adde ad ea, quę dixi. §. in contrarijs formatis contra decisionem. 2. q. huius membri. dicit tamen Io. de Imo. in. d. §. ad crimē. quod Richar. & Bar. de Sal. in. l. reos. C. de accus. videntur sentire contrarium, dicētes, quōd illud quod dicitur in. §. pœna grauior. quōd debet inspici cōsuetudo quātum ad arbitrandam pœnam, procedit quo ad hoc, vt intelligatur dispensatum super infamia, si pœna grauior imponitur, non autem quātum ad materiam nostram. Sed dicit Io. de Imo. quōd fortē verius est primum dictum, quōd etiam videtur fuisse de mēte Bar. in. d. §. ad crimē. nā ex quo de cōsuetudine pœna est determinata, nō debet iudex illam excedere sine causa; sicut nec debet excedere pœnā maiorem determinata, vt. d. §. pœna grauior. arg. l. minime. ff. de legi. aliās autem si excederet sine cā, pars tanquam grauata posset iuste appellare, de qua materia latius dicam in. c. super his. in glo. fi. j. eo. & dixi in cle. i. de iur. pat. & hæc opin. plus mihi placet. 83 ¶ Sexto quæro, t. quid si ex delicto venit imponēda pœna alternatiua, & vna sit pecuniaria, & altera corporis afflictīua, vtrum possit procurator interuenire? Bar. in. l. 2. ff. de pub. iud. dicit, quōd si duæ imponuntur pœnæ alternatiuæ, vna pecuniaria, & alia corporis afflictīua, quōd crimen dicitur capitale, propter vnam partem alternatiuæ, quæ hoc continet. Facit, quia t. legatum dicitur conditionale, quādo vna pars alternatiua est pura, & alia conditionalis, vt. l. cum ita. & l. cum illud. ff. quando di. leg. ced. Facit. l. si ex toto. in fi. ff. de leg. 1. & sic sequitur secundū Bar. quōd nō debeat admitti procurator; & idem etiam potest colligi ex dictis Bal. in. d. l. reos. C. de accus. vbi similiter vult, quōd si vna pœna sit capitalis, & alia pecuniaria, iudicium dicatur capitale; quia in dispositione alternatiuæ vtrunque est in obligatione, vt Instit. de actio. §. huic autem. & l. Stichum aut Pamphilum. ff. de solu. Facit, quia si in vna parte alternatiuæ continetur res diuidua, & in alia indiuidua, obligatio dicitur indiuidua, vt tractatur in. l. 2. & in. l. in executione. ff. de verb. obligat. Sed dicit Ioan. de Imo. in. d. §. ad crimen. quōd in hoc articulo debemus ita distinguere, quōd aut electio est iudicis; & tunc propter dubium non poterit procurator interuenire. Facit quōd statim dixi secundum opinionem Barto. & Bald. Aut electio est rei, quōd tamen rarō contingit secundum eum; & hoc casu antequam reus eligat, non potest procurator interuenire; sed si reus eligeret pœnam pecuniariam, posset procurator interuenire; quia vna electio non potest ad aliam transire, vt dixi latius de hoc articulo alternatiuæ. & cuius debeat esse electio, in. c. sicut iudai. §. de iud. Et ideo accusat. debet esse cautus, si vult posse respondere per procuratorem, vt ante omnia eligat pœnam pecuniariam, in quantum contingat Par. j. E iij eum



eum debere condemnari. Et idem per prædicta arbitraretur dicendum, si iudex à principio eligeret pecuniariam, in quantum accusatus veniret condemnatus; & hoc vbi sibi daretur electio; nam & hoc casu posset procurator interuenire, & forte si iudex admitteret procuratorem, videretur tacite elegisse penam pecuniariam, hoc tamen venit examinandum in xv. q. princ. huius membri. Si verò electio esset accusatoris, tunc debet inspicere, quæ pœna sit electa in libello accusatorio. Facit quod not. in l. vbi autem.

86 § qui illud ff. de verb. oblig. Aduerte tamen, quod si accusator ageret ad pœnam alternatiuè, non admitteretur procurator; nisi facta declaratione: talis tamen libellus non deberet admitti excipiente aduersario, vt c. Abbate. de re iudi. lib. 6. & in c. causam quæ. & in c. cum contingat. de off. deleg. & c. constitutus. de restitut. in integ. & per Archid. 3. q. 3. § offeratur. per Doct. in l. edita. C. de eden. ¶ Sed tu aduerte; quia hæc quæstio altiore requireret examinationem, eam prosequendo secundum membra quæ feci in d. c. sicut. de iudæ. sed ne phrasies idem repetatur, loquendo compendiosè, breuiter dico, quòd in omnibus casibus, in quibus ibi dixi, quòd non possit eligi pœna corporis afflictiua, siue electio sit partis, siue iudicis, siue statutum simpliciter loquatur; vt puta, condemnatur in centum, aut in amputationem pedis; & alia exempla prosequere, vt ibi; nam in casu prædicto poterit interuenire procurator; nam si imposita est pœna alternatiuè, vna mortis, & alia pecuniaria; vel vna amputationis membri, & alia pecuniaria, disproportionabilis valdè, cū non possit eligi corporalis, poterit interuenire procurator; nam vt ibi dixi, ad quæcunque pertineat electio, non potest eligi nisi pecuniaria: & idem etiam si manus amputanda esset fetida, & cancrofa incurabilis, vt ibi latius dixi; & ratio est, quia in prædictis casibus sola pecuniaria est in obligatione. In summa ergo, vbi cunque, vel naturali dispositione statuti, aut legis, vel ex aliquo coniuncto, seu incidenti superuenienti accidenti appareret, quod non potest eligi, nisi pecuniaria, potest interuenire procurator; aliàs dicendum esset, vt dixi in distinctione Io. de Imo. Sed

87 hic insurgit notabile dubium, ponet quod statutum dicat, quòd amputetur sibi manus dextra, aut sinistra; & accusatus nullam habeat, vnde successit pœna arbitraria, vt dixi in d. c. sicut. vbi allegauit iura hoc probantia, an hoc casu admittatur procurator? & secundum ea quæ dixi in q. præced. videtur, quòd sic; quia ista pœna non est arbitraria originaliter, & ideo videtur admittendus procurator. In contrarium facit, quia quæcunque pœna fuisse electa originaliter, non debuisset admitti procurator, ad quemcunque pertinet electio; & hoc arbitrari verius. ¶ Moueor primo; quia originalis erat omninò talis pœna, propter quam procurator non debeat admitti. Secundo; quia iudex debet arbitrari similem pœnam, nõ inæqualem, arg. eorum quæ statim dicam in q. quam statim subdam ad hanc. 6. q. & hanc limitationem potes addere ad ea, quæ dixi in prox. præced. q. Sed si statutum diceret de pœna pecuniaria, vel corporali alternatiuè; & accusatus esset incapax vtriusque; quia omnino esset pauper, & careret potentia imponendæ illius pœnæ, hoc casu videretur admittendus procura-

rator; quia hæc arbitraria non haberet eandem rationem, quam præcedens; & cum non sit originalis videretur dicendum, vt dixi in q. præced. Calus tamen, non videtur de facili posse contingere; quia posito, quòd ipse non sit soluendo; tamen posset alter pro eo soluere. Præterea non videtur, quòd hoc casu succedat pœna arbitraria: sed duntaxat fit in obligatione pecuniaria, cum pœnæ corporalis in vna parte alternatiuè contempta, talis sit incapax, & maxime quia pendente iudicio posset iste ditari, vel per legatum, vel per donationem. facit. l. si defunctus. C. arbitr. tute. ¶ Sed iuxta hæc querro, quid si statutum dicat, puniatur tali pœna, vel alia, nec specificetur qualis sit. Sol. dic. quòd si expressa est corporalis; vt puta, puniatur in amputatione manus, vel alia pœna, non admittatur procurator; quia cum dicat statutum, vel quod alia, intelligitur de simili. vt not. gloss. & ibi Bal. singulariter eam notat. & sequitur Doct. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. Facit quod not. in c. fedes. §. de rescri. & l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. & quod not. Barto. in l. i. ff. si fami. fur. fec. dic. & c. in sacris. §. de sepul. Nam dictio, alius facit positionem, & est repositiua qualitatis præcedentis, vt in dictis iuribus. & dixi in cle. i. de resc. & hoc arbitrari procedere siue ad iudicem, siue ad partem competat electio alternatiuè. Si vero pœna expressa in vna parte alternatiuè, esset pecuniaria; puta, puniatur in centum, vel alia pœna. & hoc casu arbitraretur admittendum procurator; quia non potest eligere iudex, vel pars, ad quam spectaret electio, aliam pœnam, quæ esset dissimilis pecuniariæ. Ad quem articulum adde quæ dixi in d. c. sicut. in prin. in vlti. q. & licet iudex, ad quem spectaret electio, posset causa cognita dissimilem pœnam imponere, quo casu videtur maius dubium, & dubitatio insurgit; an à principio dicatur arbitraria, vel ex accidenti, vt dixi in præced. q. quia cum videatur competere originaliter, dum dixi, vel alia pœna, videtur quòd non possit interuenire procurator; vt dixi in præced. q. Contrarium tamen arbitrari verum; quia arbitraria originalis erat pecuniaria, vt dictum est. Corporalis verò arbitraria ex accidenti, propter aliquam causam; vt puta, cum multis crassantibus opus sit exemplo, vel propter similem causam; & ideo posset interuenire procurator, vt dixi in q. præced. & hoc adde ad ibi dicta. Et prædicta not. quia vt arbitrari, alibi non reperies.

90 ¶ Septimo querro, verum in casibus, in quibus dubitatur, an veniat imponenda pœna corporalis, vel pecuniaria, admittatur procurator? verbi gratia. Accusatur quis de vulnere, & dubitatur, an vulnus sit mortale, vtrum debeat admitti procurator, saltem sub conditione, vt habeatur pro non admisso, si contingat illum mori. Bal. in d. l. penul. §. ad crimen. ff. de pub. ind. videtur tenere quòd sic. Facit quod not. in l. i. eleganter. §. si dolo. ff. de dolo. & dicit tenere Iacob. de Belui. & etiam videtur tenere Iacob. de Are. vt refert Bald. in l. prætor ait. in princip. de damn. infest. per quem text. videtur probari dicta opinio. & secundum prædictam opinionem videtur sequi, quòd in casibus, in quibus est dubium, an possit sequi pœna corporalis, an pecuniaria, quòd debeat admitti sub dicta conditione, quòd adde his, quæ dixi in 4. quæstione, in cautelis, quas dedi

dedi circa admittendum procuratorem. Sed dicit Io. de Imo. in d. §. ad crimen. quòd forte prædicta opinio, non est vera; quia pars semper posset eligere dare procuratorem sub tali conditione; & postea condemnatus pœna corporis afflictiua deluderet iudicium; & sic delictum remaneret impunitum, contra lita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & l. si prætor ait. ff. de dam. infe. ¶ Sed tu aduerte; quia melior videtur ratio præcedens, vel opi. vt admittatur procurator, etiam sine illa cautela. arg. not. per Bal. in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. verfi. tertio querro. vbi dicit, quod talis potest respondere per procuratorem; & ita dicit Dy. cõsuluisse; quia ex illo processu non sequitur condemnatio de occiso; sed ad pœnam statutariam, vt. l. si vulnerato seruo. ff. ad leg. Aquil. quod dicit notabile. Facit etiam, quia non tenentur fideiussores talis processus de occiso, secundum Iac. Bu trig. & Iac. de Belu. & ratio est; quia mutatur tam species criminis, quæ species pœnæ; & requiritur nouus libellus de occiso, vt not. Iac. de Are. in l. damni infest. §. Sabini. ff. de dam. infest. & tenet Bal. in d. l. si vulnerato seruo. Ad quod etiam facit quod ipse Bal. not. in c. i. quib. mo. feu. amit. & c. i. §. iniuria. de pa. iur. fir. in vlt. feu. vbi vide. Pro prædicta opinio. facit quod tradit D. Floria. post Bal. in d. l. si vulnerato. vbi tenet, quod ex processu facto contra vulnerantem de vulnere, non possit sequi condemnatio de occiso; sed debeat fieri nouus processus. & tenet Iaco. de Belui. in quæst. quæ incipit, Regni constituto. cauetur. quam etiam ponit in l. si. C. de duo. re. & ad hoc etiam facit quod not. Do. Floria. in l. ait lex. in prin. ff. ad leg. Aquil. vbi vult, quod si pax facta de vulnere, non oportet ad remissionem pœnæ; si ex vulnere sequuta sit mors, si facta sit simpliciter de vulnere. & Bar. & Io. de Imo. in l. damni infest. §. Sabini. ff. de dam. infe. & Dy. & Bar. in l. fideiussores magistratum. ff. de fideiuss. & per Bar. in l. denunciafse. §. qui tamen. ff. de adul. Spec. in titu. de accusa. §. i. verfi. quid si primo actum. Hoc tamè arbitrari verum, vt dixi. §. nisi esset actum taliter de vulnere, quod sententia posset sequi de occiso; vt puta si esset actum contra vulnerantem, quod animo occidendi vulnerasset, per. l. is qui cum telo. C. ad leg. cor. de fca. & Insti. de pub. iudi. §. item lex cornelia. vel quod telum in vulneratum animo occidendi iniecerit, vt. l. i. in prin. §. diuus. ff. ad leg. corn. de fic. quia tunc non posset interuenire procurator, quod probatur per not. singulariter per Io. And. in similibus terminis in addi. Spec. in rub. de inquisit. vbi omninò vide, & perpetuò notabis. Nec arbitrari hunc admittendum sub conditione, secundum quòd dictum fuit in prima opinio. Bal. quia dicta cautela mihi non placet; ne iudicium possit reddi delusorium, contra quod debet iudex totis viribus laborare; & ideo licet debeat ferre sententiam pro eo, qui distulit opponere exceptionem reddentem iudicium retro nullum, si ipsam opposuit, & probauit; tamen ipsum debet condemnare in expensis, vt not. glo. magna singulariter circa medium. in c. i. de rescri. & probatur in c. exceptionem. & ibi dixi. §. de except. Item aduerte; quia prædictam limitationem arbitrari procedere, si ageretur de iure communi; sed si ageretur ex forma statuti imponentis pœnam illi, qui occiderit, quo casu non sufficit vulnerasse, etiam animo occi-

dendi, vt not. Bar. & sequuntur Doct. in l. is qui cum telo. ff. ad leg. Aquil. & alijs iuribus. §. allegatis. arbitrari, quòd esset attendenda conclusio; an esset talis, pro quam ex petitione, seu libello accusatorio, vel inquisitorio posset sequi condemnatio de morte, demum sequuta, quo casu dicerem, procurator non admittendum; secus si simpliciter actum esset de vulnere, licet adiecta esset qualitas, quòd animo occidendi, arg. not. per Io. And. in d. addi. & prædicta not. & iterum not. ¶ Octauo querro, quid si est tale delictum, in quo non venit imponenda pœna corporis afflictiua, nec relegationis, sed infamiae; vel alia pœna minor relegatione coniuncta infamiae; an admittatur procurator? & videtur dicendum quod non; quia infamia æquiparatur morti, vt not. in l. transigere. C. de transac. qua ergo ratione si ex crimine venit imponenda pœna mortis, non admittitur procurator; eadem ratione nec in casu nostro. In contrarium videtur text. apertus in l. i. ff. an per ali. cau. app. vbi text. vult, quod si pecuniaria sit causa, ex qua ignominia sequitur, potest per procuratorem agi; & tenet ibi glo. pro qua glo. est tex. in l. furti. §. qui alieno. ff. de his qui not. infra. vbi in iudicio furti potest procurator interuenire, quod iudicium est criminale, vt. l. i. ff. de fur. & Insti. de ob. quæ ex deli. in prin. & ff. de act. & obl. lex maleficijs, & infamat. vt. l. i. ff. de infra. nec ex tali delicto iure digestor. imponebatur pœna corporis afflictiua; licet hodiè quandoque imponeretur, vt in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & communiter\* ex forma statutorum furca suspenduntur. Sol. potest dici, vt singu. dicit glo. in l. non solum. §. fi. in glo. pen. ff. de procur. quæ distinguit, quòd aut non agitur principaliter ad infamandum; sed ad pœnam pecuniariam, vel simi. & infamia venit in consequentiam; & hoc casu admittitur procurator, vt in iuribus secundo loco alleg. Aut agitur principaliter ad infamandum; & non potest interuenire procurator. Facit; quia infamia iudicatur maior relegatione, vt traditur in d. l. transigere. C. de transac. & de necessitate probatur hoc casu ratione repugnantia; quia si aliud diceremus; videlicet, quòd posset interuenire procurator de necessitate, sequeretur, quòd effectus intétatus ad infamandum sequi nõ posset; nam procurator nõ infamaretur; quia alieno nomine interuenit in iudicio, vt. d. §. qui alieno. Itè nec dñs, cū ipse non fuerit condemnatus, sed procurator, vt in d. §. q. alieno. ¶ Nonno querro, quid an procurator possit interuenire, quòd venit imponenda pœna reuocationis in seruitutè. Exemplum in dño accusante libertum de re capitali, vt reuocet eum in seruitutè; & ita figurat casum Ang. in l. sed & hæ. §. i. ff. de procu. Tu dic, secundum Io. de Imo. & melius, quòd ibi text. non videtur propriè loqui, quando libertus accusatur de crimine capitali; sed quando accusatur vt ingratus erga suum patronum, vt patet ibi in text. Et hoc casu Ang. in d. l. penul. §. ad crimen. dicit, quòd licet ex parte accusatoris possit interuenire procurator; tamen ex parte rei nõ credit, quòd possit interuenire, cõsiderato, quod feruitus morti comparetur; & sic est merè capitalis, hoc tamen non ponit pro constanti; sed dicit cogitandum. Io. de Imo. & sentit Bar. in d. §. ad crimen. & Do. Ant. hic, melius dicunt, quòd etiam ex parte rei admittitur procurator. & ratio est; quia illa cautela.

Par. j. E iij sa prin-

Com. opin.

in quo in causa capitali vltimi supplicij potest ferri sententia contra absentem, & hic solus casus de iure digestorum reperitur, vt dixi; ergo non est verisimile qd ex vno casu speciali legislator in. l. reos. fecerit illi regulam; quinimò & iste casus procedit secundum vnum intellectum, de quo in. d. ver. sed in seruos. se. secundum intellectum secundum alium gl. tex. ille intelligitur, quando venit imponenda poena vsq; ad relegationem, quo casu potest procedi contra absentem. Item non obstat qd alius casus reperitur, de quo in. l. ne diu. C. de pen. quia de illo non potuit considerare regula. l. reos. quia. d. l. reos. fuit Alexandri Imperatoris, qui Maneas, seu Manicas fuit cognominatus a matre Manea, quæ fuit Christiana auditrice Origenis, quam ob causam eã filius iussit interfici. Hic enim Alexander fuit vigesimus Imperator Romæ creatus anno Dñi 224. & hic habuit assessorũ Vulpianũ Romæ clarissimũ Iurisconsultũ, vnde fuisse eo tempore duo viri clarissimi Vulpianus scilicet, & Origenes, qui Origenes fuit Christianus, & vt scribit Hieronymus septè millia volumina librorum composuit exceptis epistolis quas scripsit. Et idem dicit Isidorus; & habebat, vt fertur, quatuordecim scriptores continuos, septem viros, & septem puellas, quæ ex ore ipsius diuersorum librorum materias conferebat; nunquam iacuit supra lectum; nunquam calceos portauit; carnes nunquam comedit, vinũ nunquam bibit; vt legitur in lib. ecclesiasticæ historiæ & l. ne diu. fuit Gratiani, & Valentini, qui fuerunt longo tempore post Alexandrum; fuerunt enim anno Domini. 381. Est tamen & hodiè tertius casus, in quo potest sententia ferri in causa capitali contra absentem; videlicet in crimine læsæ maiestatis, vt in extrauag. Henrici Imperatoris, quam promulgauit Pisis, quæ incipit, ad reprimendum. & prædicti casus adhibendi sunt ad id quod. d. glo. 3. q. 9. in summa. Præterea, qd dicit Bar. non est in se verum; quia licet sumus in casibus, in quibus potest procedi ad poenam capitale contra absentem, quod potest hodiè contingere de iure ciuili in dictis tribus casibus; tamen non videtur posse admitti procurator per tex. in dicto. §. ad crimẽ. qui loquitur indistinctè. ergo sic indistinctè videtur intelligendus. 19. distin. si Romano. Item, quia quando quis est carceratus, & præfens, nõ videtur posse interuenire procurator in crimine capitali, arg. l. 1. si. an per ali. cau. ap. de quo articulo dicendum, vt dicam in. 17. q. Item quia videtur inconueniens, quod in causa tanti præiudicij dictum, factum, vel neglectum procuratoris noceat domino; & ideo videtur, qd non debeat admitti procurator. Et pro hac etiam sententia allegat etiã Io. de Imo. quia accusator, & accusatus debent esse presentis in iudicio; & quando crimen est graue, ambo debent stare in vinculis, seu in carcere, vt. l. 1. 2. & 3. ff. de custo. reo. & l. pen. & fi. C. de accusa. Vnde cum Iurisconsultus sciret hoc esse de iure: & tã in. d. §. ad crimen. dicit, qd ad crimẽ publici iudicij profectum frustra interuenit procurator, videtur consequenter intelligisse, qd etiam quando ambo sunt in vinculis, nõ admittitur procurator; ergo multo minus, quando reus est absens. Nec obstat secundum Bar. l. seruum quoque. §. publicè. ver. vbi cunq; qui vult, qd vbi cunq; absens potest damnari, qd tunc debeat

beat admitti veniens ad plenam defensionem; quia respondet, quod ibi non veniebat ut procurator; quia tunc non debuisset admitti per illam rationem, ne in causa tanti praedicti dictum, factum, aut neglectum per procuratorem noceat domino, secundum quod alias in simili dicitur in l. non solum. in prin. ff. de procu. & in c. 2. de confes. lib. 6. Sed debet intelligi dictus verus vbiq; quod debeat, seu poterit admitti ut defensor absentiae, instructor, seu informator iurium absentium competentium, & per consequens poterit prodesse absentibus, & non nocere. Facit qd not. in d. l. non solum. §. fina. nec est de hoc mirandum secundum Bar. si taliter debeat audiri; quia vbiq; iudex processurus contra absentem est, requirere debet veritatem omnibus modis, & per consequens debeat audire tales instructores, seu defensores causae absentium; ut not. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. & l. ampliore. C. da appella. & licet glo. ibi dicat qd speciale est in causa appellationis; tamen Inno. hic tenet contrarium; & Bar. ibi. Facit etiam, qd ipse Barto. not. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. & quod not. in l. & si non defendatur. ff. de poenis. & l. 1. §. fin. ff. de quaestio. & l. qui cum maior. §. si libertur. & §. sequen. ff. de bon. liber. 3. o. quaest. 5. iudicantem. 2. q. 8. c. occidit. Facit. l. penul. ff. de interroga. actio. & hanc eandem opinio. ponit Barto. in d. l. feruum. quoq; §. publicè. & in d. extrauagan. ad reprimendum in ver. legitime. pro qua Bar. ibi allegata; quia in causa appellationis parte absente, lite non contestata; potest perueniri ad diffinitiuam, ut C. de tempo. appella. l. fin. §. illud. & tamen tunc non admittitur procurator, ut d. l. 1. §. pri. ff. an per ali. cau. appel. Item mouetur; quia procurator rei debet satisficere iudicium solui; nisi fuerit releuatus a domino pro eo satisficere, ut Institut. de satisfida. §. si verò aliquis. sed in casu nostro, nec procurato satisficere potest, nec dominus potest eum releuare a satisficendo. ergo, &c.

134 Vnde Barto. ibi dicit, qd si si statuto cauetur, qd accusatus, aut inquisitus de crimine capitali, habeatur pro confesso, si sit contumax, prout est communiter in Italia, & condemnetur, qd talis non poterit comparere per procuratorem, de quo tamen, dic, ut statim dicam in seq. q. ¶ Et pro hac sententia etiam adducunt quidam, qd in casu praedicto; ideò per procuratorem non potest causa criminalis agitari; quia iudex ex inspectione in faciem, & personam rei multa recognoscere poterit; videlicet, qua trepidatione, quo colore, quo pallore, &c. vt. l. de minore. §. tormenta. ff. de quaestio. Facit. l. 3. ff. de test. & maxime ex verbis rei respondentis, ut in dictis iuribus. quae comprehendere ex verbis procuratoris non potest, cum ipse innocens sit, nec inspicitur rei praesentia, ex quo non respondet, arg. l. in lege. ff. de contrahent. empt. & ff. de peti. hered. l. nec vllam. §. quod si quis. & ff. de iure codic. l. 2. §. furiosus. ¶ Et praedictam opi. videtur sequi. D. Ant. hic. per. l. inter accusatorem. ff. de pub. iud. vbi inter accusatorem, & reum admittitur excusatio pro absente, ne reus citatus absens damnetur; vnde vult D. Ant. quod admittantur tantum excusatores in casu, in quo etiam absens posset damnari. Ad quod etià alleg. tex. nostrum & c. super his. j. eo. in quibus probat, qd in cau-

sa, in qua potest procedi ad diffinitiuam contra absentem, ut ad poenam depositionis, non potest interuenire procurator; nisi responderet, quod iura praedicta restringuntur, quando vellet interuenire procurator ante litem contestatam, per. c. veritatis. de dol. & contu. Sed in hoc intellectu, & de alijs intellectibus quantum ad tex. nostrum, dic, ut dixi. §. in. 1. & 8. q. huius. 1. q. princ. Et hanc opi. tenet D. Ricar. de Salice. in d. §. publicè. & Bartho. de Salice. in d. l. reos. C. de accusato. ¶ Contrariam tamen sententiam tenet Dyn. in d. §. ad crimen. qui voluit, quod in omnibus casibus, in quibus potest procedi contra absentem ad poenam capitalem, possit interuenire procurator; & sic si ex forma statuti posset contra absentem procedi, voluit, qd admitteretur, de quo dicam in seq. q. Et hanc sententiam Dyn. tenet Io. Aud. in addi. Spec. in tit. de procu. §. 1. in vers. item qd causa est criminalis, quasi in fi. vbi dicit, quod in d. §. publicè. aperte innuitur, qd etiam in capitalibus admittitur procurator ad defendendum innocentiam, si absens potest damnari; & dicit tenuisse Iac. de Are. & refert Dyn. sic consuluisset in quadam causa Regina; vnde concludit ibi Io. Aud. quod ad excludendum defensorem duo requiruntur. Primum, qd poena veniat imponenda supra relegationem, ut dixi in. 1. & 10. q. Secundum, qd absens non possit diffinitiuè condemnari. Et hac opi. plus vbi placere Ioan. de Imo. in d. §. ad crimen. mouetur per tex. in d. §. publicè. nā secundū eū, non violando literam in quantum ille tex. dicit quemlibet admittendum. vbi per consequens velle, qd admittatur et procurator, arg. l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & maxime; quia litera dicit ibi, quemlibet debere admitti. vnde videtur esse mens, quod si veniat quis cum mandato, & ut procurator admittatur; quia tex. non dicit quemlibet, tanq̄ quemlibet; sed quemlibet simpliciter; si autem non habeat mandatum, admittatur, ut defensor. Et sic videtur intelligere Inno. hic, si bene ponderetur. Pro hoc etiam facit; quia in crimine laesae maiestatis potest procedi contra absentem, ut patet in d. extrauag. ad reprimendum. & tamen vbi ibi sufficere, qd possit comparere per procuratorem p. tex. ibi dū dicit, personaliter, & legitime non comparuerit. & non dixit personaliter tantū; licet Bar. ibi conetur respondere, dicens, qd legitime dicitur comparere, qn̄ personaliter comparet, si est singularis persona; vel per procuratorem, si est vniuersitas, per not. in l. 2. de accu. dicam. j. in 6. princ. huius. 2. q. princ. secundi membri. ¶ Sed hac responsio vbi quaedam cauillatio; nam facile fuisset Imperatori exprimere ibi, si voluisset; & ideò cum illud non expresserit, vbi voluisse, qd vtroq; casu sufficiat per procuratorem comparere, arg. l. 1. §. fin. aut a deficientis. C. de cad. tol. iuncta. l. 1. & d. §. publicè. ff. de procu. & maxime attentò, qd illa verba personaliter, vel legitime videntur pariformiter referri ad singularem personam, & ad vniuersitatem; & sic debet vtrunq; pariformiter determinare, arg. l. iā hoc iure ff. de vul. & pu. Nec ob. rō, quae allegatur in oppositū per Bar. videlicet, qd non est conueniens, qd in causa tanti praedicti fiat praedictum domino per dictum, factum, vel neglectum procuratoris; quia respondet Io. de Imo. qd per eius dictum, factum, vel neglectum procedatur dno; nisi super illo habuerit specialissimum manda-

com. opin.

136 mādatum, ut videmus in simili in matrimonio, in quo requiritur specialissimum mandatum. c. fina. de procura. lib. 6. de quo artic. dicam in d. 6. q. & hanc doctrinam posuit Bar. in l. filius. ff. de dona. & sic licet nō possit respondere sine specialissimo mandato positionibus, tamen poterit alia prosequi, sicut in simili videmus, qd procurator potest causam agitare, & tamē nō potest iurare de calumnia, nisi habeat speciale mandatum, vt. c. fi. de procu. lib. 6. in auth. principales. C. de iura. cal. Facit etiam; quia factum procuratoris declinās in delictū, nūquam nocet domino, secundum not. in l. non solum. §. 1. ff. de procur. Facit. l. si procurator. ff. de condi. inde. nec est etiam verum, quod negligentia procuratoris nō debeat nocere domino in casu praedicto; quia immo debet posse nocere; nam minus malum est absentem, qd in aliqua particula causae negligentia committatur per procuratorem, quam qd defensio causae negligatur, & nullus compareat; & ideò melius, & vtilius est sibi talē procuratorem admitti, licet possit committere aliquam negligentiam; nam melius est taliter admittere, quā ex toto repellere, arg. l. tutor. C. de neg. ge. & hac ratione considerata, tex. in l. non solum. §. fin. ff. de procu. dicit, quod eo casu, quo iudex deliberat omnino procedere contra absentem in causa suspecti, qd debet admittere procuratorem, etiā sine speciali mandato; quia tunc minus malum est, qd aliquis admittatur, quam quod nullo admisso procedatur. Nā verisimiliter veritas melius patebit; & hac rōne attempta, etiam tex. in d. §. publicè. qui voluit quemlibet admittendum, videtur intelligendus, quando iudex deliberat omnino procedere contra absentem; nam primo loco debet procurare quātum potest, ut reus principalis compareat, & si hoc etiā fieri nō potest, debet procurare ut compareat procurator, habens speciale mandatum, & si hoc etiam fieri non potest, admittat sine speciali mandato, & etiam admittat quemlibet defensorem sine aliquo mandato, arg. d. l. non solum. §. fi. Nec obstat si dicatur, quod verisimiliter magis fideliter dominus defendet causam p. se, quam per procuratorem; & sic per hoc non debeat admitti procurator, quia in praedicto casu praedicta ratio nō potest vdicare sibi locum, quādo iudex est omnino processurus contra absentem ad sententiam, ut est tex. apertus in d. l. nō solum. §. fin. Et ratio patet manifesta de se ex his, quae dixi. & sic concludit Io. de Imo. quod vbi contra absentem potest procedi ad sententiam poenae capitalis, debet admitti procurator, quam etiam sententiam tenuit Dyn. & et secundum quod consuluisset, ut dictum est; & tenet etiam Cy. in d. l. reos. & Io. And. vbi. §. & sequitur communiter \* Doct. secundū Io. de Imo. excepto Barth. Rich. Bar. de Sali. & Do. Ant. de But. hic. ¶ Sed aduerte; quia arbitrator, qd dici posset, qd Bar. forte intellexit, qd non admittatur procurator, sed instructor, vel informator; quia dato, qd quis habeat mandatum, tamen melius est, qd admittatur ut instructor, tanquā procurator; quia primo casu satisfactum erit absentibus, & iudici quo ad instructionem sine aliquo praedictio absentibus, quā in secundo casu, in quo pp mandatum posset magis praedictari; si tamen ille, qui habet mandatū nollet admitti ut instructor, aut informator; sed ut procurator, procederet dictum Io. de Imo. ¶ Item

aduerte; quia Io. de Imo. non respondet ad alia duo argumenta, quae §. ultimo loco formaui pro opi. Bart. vnde potes dicere, qd ad vltimū argumentum de satisfidatione praestata potest rñderi, qd praedictum argumentū nō procedit, ut patet ex his, quae dixi in. 1. q. princ. in assignando rationes. ¶ Sed maior difficultas est in respondēdo ad aliud pen. arg. d. l. 1. §. 1. ff. an per ali. cau. ap. sed potest rñderi, vt. §. latius dixi. q. 1. & 10. nam illa lex loquitur in casu, in quo nō poterat procedi contra absentem, qd patet ex eo, qd ibi dicitur causam appellationis esse eiusdem naturae, cuius est causa principalis; si ergo in principali potest procedi contra absentem, ergo & in causa appellationis; & si in cā principali potest interuenire procurator, ergo & in causa appellationis, per rationem ibi assignatam in tex. de quo latius dicendum, ut dixi in. 1. q. huius. 2. q. princ. in ver. nec etiam obstat si diceretur. ¶ Ad aliud autem argumentū §. formatū per alios p. opi. Bar. rñdetur, qd arg. procedit, quando absens posset haberi, & contra absentem procedi non posset, ut est in casu nostro. ¶ Nec etiam obstat si diceretur, qd si procurator admitteretur, iudicium redderetur delusorium, quia ex quo ius noluit contra absentem procedi posse, illud non considerauit. Nec etiam §. ad crimen. in quo nulla fit differentia praesentiae, & absentiae, quia licet ille tex. simpliciter loquatur; sufficit tamē, qd alia lege distinguatur, per not. in l. Seio. ff. de testib. & in c. cum expediat. de elect. lib. 6. & l. nam & posteriores. ff. de legib. & sic residet Ioā. de Imo. ¶ Sed tu aduerte; quia nouissime reperi quādam repet. Ange. quam fecit in d. §. publicè. quae, vt arbitrator, fuit vltima; quia reperio illum §. per eum bis repetitum, licet vtraque repetitio fuerit satis breuis, quia non praeterit decem columnas, in qua ipse dat nouissimum intellectum ad d. §. publicè. dicens, quod licet in iudicando, & consulendo non sit recedendum ab opinio. glo. tamen disputationis causa distinguit, qd quandoq; reus accusatus de crimine capitali est absens ex iusta causa, & potest interuenire procurator ad plenam defensionem; & ita intelligit l. reos. C. de accusa. & ita per consequens potest dici, quod intelligatur. c. reos. 5. q. 3. vbi litera formaliter dicit, reos capitalium criminū absentes, etiam per procuratorem defendi leges publicorum iudiciorum permittunt, nec apparet, qd litera loquitur in defensore, qui solum venit ad allegandas causas absentiae; & ideò intelligit illa iura generaliter. ff. de de lega. praetan. & d. l. de praetio. & ratio est, secundū eum, quia vtile est reipublicae, quod absentes defendantur. Vnde ratione publicae utilitatis illud videtur inductum. Allegat etiam ad praedicta. d. §. publicè. & quod not. in l. 1. ff. de no. ope. nun. ¶ Si verò reus accusatus de crimine capitali non abest ex iusta causa, sed ex iniusta; forte quae latitat, & tunc verum est, qd ad crimen publici iudicij frustra interuenit procurator; ita intelligit. d. §. ad crimen. in. 1. respon. volēs, qd secundum responsum illius §. loquatur in casu, in quo procurator comparuit ad allegandas causas absentiae; & qd per eius comparitionem sententia differatur; & quod debeat intelligi in alijs casibus, vel causis nō capitalibus, in quibus possit ferri sententia contra absentem. Si. n. non potuisset ferri contra absentem propter causam absentiae allegatam, non retardaretur



tur prolatio sententiæ, sed propter ipsam materiam causæ. ¶ Et si diceret ad quid prodest, quod procurator interueniat ad plenam defensionem in casu, in quo in absentem non potest ferri sententiæ? Rñdeo, q̄ prodest, ne fiat annotatio, vel descriptio omnium bonorum, secundum formam l. i. ff. de requir. re. & l. 2. C. eod. titu. Item poterit prodesse quo ad impediendum damnium, secundum q̄ dicam in seq. q. in fi. probatur autem defensio non probato crimine; vnde propter hoc insurgit magna utilitas, tum rōne dictæ annotationis, tum etiam, quia absens ex actis poterit se informare, an debeat comparere, vel non. ¶ Et hic intellectus est valde subtilis, & singularis, tamen, vt ipse dicit, non est recedendum à communi opin. quæ plus mihi placet, intelligendo, & declarando, vt. s. dixi, & maximè, quia si abest ex iusta cā, non videtur latitare, & per consequens v̄ etiam satis esse allegare causas absentia ad impediendū annotationem bonorum. ¶ Insuper aduertendum est, q̄ p̄dicta procedūt respectu rei accusati. Sed vtrum eo casu quo potest procedi contra absentem, & quo potest admitti procurator ex parte accusati, an debeat admitti ex parte accusatoris, Doct. non tangūt, videtur tamen dicendum, q̄ debeat admitti, per regulam, quæ vult æqualitatem in iudicijs seruādā, vt in reg. non debet actori. de reg. iur. lib. 6. & ff. eo. reg. non debet. vnde si reo accusato licet comparere per procuratorem, debet etiam licere accusatori. ¶ Solu. ego arbitror dicendum contrarium, & hoc indubitanter procedit, retenta opin. de qua. s. intelligendo, q̄ talis procurator non possit interuenire ad plenam defensionem, sicut nec procurator rei ad plenam defensionem, secundum opin. Bar. & sequacium, sed bene arbitror, q̄ possit interuenire procurator, vel defensor ad allegandas causas absentia ipsius accusatoris, ad hoc vt effugiat pœnas accusatoris absens per contumaciam. de quo per Spec. in tit. de accusa. §. 5. in tertia parte sui operis. Bart. in l. quæstium. ff. ad fenatuscon. Turpil. dixi latius in c. licet. s. eo. ¶ Sed retenta opin. communi, maius videt esse dubium, an possit venire, vt defensor? arbitror tamen idem dicendum; quia etiam hoc casu militāt rationes, quare ex parte accusatoris non admittatur procurator, de quibus dixi. s. in. 2. q. primæ. q. prin. Nō obstat argumētum. s. in cōtrarium formatum; quia potest responderi, vt dixi in. d. 2. q. nam diuersitatis ratio hoc facit, vt non seruetur æqualitas; & maximè, quia facilius admittitur procurator ex parte conuenti, quàm ex parte accusatoris, vt. l. licet. ff. de procura. cum simi. intellige tamen, vt statim dixi, q̄ potest venire ad allegandas causas absentia. & adde 138 quæ dixi in. d. 2. q. ¶ Sextodecimo quæro, quid si si statuto disponitur, quod accusatus, vel inquisitus de crimine capitali, si sit contumax, habeatur pro confessio, & condemnatur, & ponatur in banno, an hoc casu admittatur procurator. Sol. Bar. in. d. extrauag. ad reprimen. in versic. legitimè. tenet, quod non, ne in aliquo habeat nocere domino, argu. eorum, quæ dixi. s. in p̄ceden. q. in opin. Bart. & quia hoc non reperitur iure cautum; quinimò secundum Bart. hoc videtur esse de mente statuentium, q̄ tunc nō admittatur procurator, vel absens; aliās autem nunq̄ absēs posset cōdemnari vt cōtumax; quia compareret per

procuratorem, & sic nō posset haberi pro cōfesso; & per cōsequens nō posset damnari, aut poni in banno. ¶ Dyn. verò tenet, & consuluit contrarium, vt patet ex his, q̄ dixi. s. in p̄ced. q. in opin. sua voluit ergo, q̄ etiam si ex forma statuti contra cōtumacem posset procedi, tanq̄ contra confessum, quod nihilominus admittetur procurator; & hanc sequitur Io. And. in addi. Spec. in tit. de procu. §. i. versi. item q̄ causa est criminalis. in fi. magna addi. quam dicit tenere Iac. de Are. in l. inter accusatorem. ff. de pub. iudi. & per hanc dicit consuliisse Dyn. & hæc plus mihi placet cum limitatione, de qua statim dicam, & corroboratur ex his, q̄ dixi in p̄ced. q. ¶ Nec obstat primum argumētum Bar. q̄ hoc nō reperitur iure cautum; quia immò reperitur. nam cum dictū sit in p̄ced. q. q̄ vbi cōtra absentem potest procedi in crimine capitali, potest interuenire procurator, retenta opi. communi, poterit interuenire in casu nostro; & sic si interuenit; non dicitur contumax, & per consequens non poterit haberi pro confessio. ¶ Nec obstat aliud argumētum Bart. q̄ statutum nō possit h̄re effectū; quia immò poterit habere effectū, q̄ nō comparet nec p se, nec per procuratorem; vnde satis videtur sufficere, q̄ p̄dictum statutum, quod est adeo exorbitans, & p̄ iudiciale, possit habere effectum in aliquo casu, & restringendum est potius, q̄ relaxandum. arg. not. in. l. 2. ff. de noxa. & in. c. cum dilectus. s. de consuet. & in reg. in penis. de reg. iur. lib. 6. & voluit Io. de Imo. in. d. §. ad crimen. ¶ Aduerte tamen; quia secundum sententiā Ange. de qua in p̄ced. q. esset distinguendum; vtrum absens cōtumaciter abesset, prout videt velle statutum, videlicet; quia latitaret; & hoc casu posset saluari opin. Bar. Et si tu diceres, non dicitur abesse, vel latitare, ex quo comparet per procuratorem. Rñdeo, q̄ si cā absentia sua est iniusta, fortè quia cum possit comparere, non comparet p se, quia fortè sentit se culpabilem; & ideò vult comparere per procuratorem; & tūc merito habet p cōfesso, nec admittitur procurator. ¶ Si verò nō latitaret, sed esset absens ex iusta causa, tunc admittetur procurator etiam ad defensionem innocentia. Et hæc est mea noua consideratio, quæ habuit ortum ex opin. Ang. Ex qua infero, q̄ antequā legitimaretur psona talis procuratoris, necessarium esset, q̄ doceretur de legitima causa absentia; aliās posset iudex eum non admittit. Item fortè posset dici, q̄ iudex intellecta iusta absentia causa posset differre iudiciū, donec ipse posset p se comparere, nisi fortè oporteret ipsum intra certum tps cām expedire, & impedimētum esset futurū longum. cogita. ¶ Et ex p̄dictis infertur, quid dicendum sit in casibus, in quibus de iure cōi cōtumax habetur p confessio, & vt cōfessus, & conuictus, 140 de crimine potest cōdemnari. Exemplum in crimine heresis in quo citatus, vt de fide refideat sub cōiocationis vinculo, innodatus pro eo q̄ comparere subterfugit, & cōtumaciter se absentat, quàm ex cōiocationem pertinaci animo p annum sustinet, ex quo tunc condemnatur vt hæreticus, vt. c. cum contumacia. de heret. lib. 6. dico. n. q̄ hoc casu admittetur procurator, probando, quod ille se no absentat cōtumaciter, sed ex iusta causa, quod voluit ille tex. vt patet ex verbis suis. Faciūt etiam p̄dicta ad ea, quæ traduntur in. c. rursus. & c. quicumque. l. i. q. 3. & hæc

& hæc procedunt ex parte accusati. Ex parte autem accusatoris quid iuris sit, collige ex dictis in fi. p̄ceden. quæst. ¶ Decimo septimo quæro, vtrum in casibus, in quibus dixi procuratorem non admittendum propter naturam causæ, & qualitatem pœnæ, indistinctè procedat, etiam si reus accusatus esset p̄sens. Sol. Bal. in. l. reos. C. de accu. tenet q̄ sic, dicens, q̄ si rusticus, qui nescit dicere facta sua, sit p̄sens, q̄ certe poterit loqui per procuratorem, vt cōmuniter\* dicunt Doct. quia ex quo aliquis eo p̄sente loquitur, videtur ipsemet loqui; & sic non videtur defendere se per procuratorem, sed per seipsum iuris fictione, arg. l. si procurator. ff. de verb. obl. & quod not. in. l. si defensor. ff. de interro. act. & l. cū ostendimus. §. ff. de fideiuss. tutuo. & in hoc dicit concordare omnes Doct.\* Sed cōtra hoc facit, quod dixi. s. in. 1. 5. q. secundum opin. Bar. secundum quā videtur dicendum, q̄ non debet admitti procurator etiam pro p̄sente. Pro quo facit. l. i. ff. an per ali. cau. ap. & d. l. penunl. §. ad crimen. ff. de pub. iud. hoc modo inducendum, Accusator, & accusatus debent esse p̄sentes in iudicio criminali; & quando crimē est graue, debent teneri in custodia, vel carcere, vt. l. pen. & fi. C. de accus. & l. i. 2. & 3. ff. de custo. re o. cū ergo Iurifconsultus hoc sciret esse de iure, & nihilominus in. d. §. ad crimen. dixit, q̄ ad crimen publici iudicij p̄sequendum frustra admittitur procurator, & in. d. l. i. dixerit, q̄ in causa criminali, ex qua venit imponenda pœna supra relegationem, non interuenit pcurator, videtur intellexisse, vt etiam in vterque est p̄sens, seu in vinculis, q̄ non debet admitti procurator. Hoc etiam videtur probari, & fortius in. d. l. i. ff. an per ali. cau. appe. aliter inducendum hoc modo, videlicet; nam si sententia fuerat lata in causa principalis; ergò necessario ibi fuerat p̄sens; aliās nō debuisset damnari, vt. l. absentem. ff. de pen. & consequenter debebat esse in vinculis tam actor, quam reus propter grauitatem pœnæ, vt in dictis iuribus, & tamen ibi non admittitur procurator, si venit imponenda pœna à relegatione supra. Et pro hoc etiam facit, quia subest ratio, quam. s. dixi; vide licet, q̄ ipse principalis melius agitabit causam per se, quàm p procuratorem. arg. l. 2. §. ff. de adult. Ego verò in hoc articulo prius arbitratus sum vtramq; opin. concordari posse hoc modo; videlicet, q̄ aut accusatus est p̄sens, & procurator ipsius formaliter respōdet, habita informatione prius à domino, qualiter debeat respondere in effectu; & hoc casu procedat opi. Bal. aliās procedat alia opin. Sed deum posse sustentari dictam opin. quia videtur expresse contra tex. in. l. non tantum. ff. de appel. vbi non solum quis admittitur ad appellandum pro volente, sed etiam pro contradicente in causa, in qua quis venit capitali pœna puniendus. Vnde decisio huius. q. videtur difficilis; in p̄dicta tamen difficultate arbitror, q̄ prima opin. sit verior; videlicet, q̄ pro p̄sente admittitur procurator, vt sciat melius respondere, habito tamen mandato super speciali responsione, de quo articulo dicam. j. in. 6. q. princip. huius secundæ quæst. princ. vnde hoc casu cum p̄sens per p̄sentem procuratorem respondeat, videtur ipsemet respondere. arg. d. l. si procurator. cum alijs

iuribus. s. alleg. Faciunt ea, q̄ statim dicam in seq. q. Nec obstat argumenta in contrarium formata; quia licet ita debeat esse, vel cōiter sit, q̄ in causa criminali, q̄ crimen est graue tam accusatus, q̄ accusator debeant stare in vinculis, tamen poterit esse, quod non erunt in vinculis. quo casu quærendum erit de procuratore, quod v̄ etiam sentit Iurifconsultus in di 142 ctis iuribus, cum tractat de procuratore, q̄ cōiter quis constituit procuratorem, q̄ non potest interesse rebus suis. Facit. l. i. §. vsus. ff. de procur. Nec obstat rōne. s. alleg. quia in casu nostro non procedit, cum principalis sit p̄sens, & habeat informare ipsum procuratorem; quinimò melius defendet cām per se, & per procuratorem, q̄ per se solum. Et p̄dicta procedunt ex parte accusati. Ex parte accusatoris quid iuris sit, Doct. non tangunt. Ego arbitror, q̄ exordia causæ, hoc est ad accusandum, seu libellum accusatorium pcuratorio noīe concipiendum non admittatur, moueor; quia postq̄ crimē est publicum, & cuiuslibet competit accusatio, postq̄ quis potest accusare noīe prorio, non debet admitti alieno, arg. eorum, quæ dixi in. 2. q. 1. q. prin. in prima ratione assignata; quare ex parte accusatoris non admittatur procurator; & hoc limitari p̄t. arg. eorum quæ dñr in. d. q. In reliquis aut actibus, arbitraret idem dicendum esse ex parte accusatoris, q̄ dictum fuit ex parte accusati; & adde quæ dixi. s. in. 1. 5. q. in fi. ¶ Decimo octauo quæro, vtrum in casibus, in quibus dixi procuratorem non admittendum, rōne qualitatis causæ, procedat qd dictum est, et si reus accusatus sit carceratus. Sol. Odof. quem sequitur Gād. in tract. malefi. & et Rayn. tenent, q̄ non admittatur procurator; & idem Richar. de Sali. in. d. l. seruum quoq; §. publicè. & Bar. de Sali. in. l. reos. C. de accu. & D. Anto. de But. hic mouent, quia talis pcurator non potest p̄stare cautionem, de qua dixi. s. in. 6. rōne. i. q. Allegat etiam ad hoc. l. i. ff. an per ali. cau. ap. inducendum vt. s. dixi in alia. q. Nec obstat secundū D. Ant. l. non tm. ff. de appel. quæ v̄ facere in cōtrariū, quia ridet, quod ibi procurator interuenit rōne proprii interestis insurgentis ratione cuiusdam cognationis, quæ est inter omnes homines, vt. l. vim. ff. de iusti. & iure. & hoc propter periculum sententiæ iam lata, quando notum est illam fore iniustam, & damnatus voluntariè properat mori. Secus vbi dubius est de iure suo, & non constat illum iniuste condemnatum. Facit. d. l. i. ff. an per ali. cau. appel. Item mouetur D. Barto. quia si admittetur ad respondendum positionibus, vel ad testes producendos, eius dictum, vel factum posset nocere domino, quod videtur incōueniens in causa tanti p̄iudicij; videlicet, relegationis, vel minoris. Facit quod not. in. l. fi. C. de iniur. arguendo à specialis, vt. s. sepius fuit inducta. Dicit tamen D. Ant. hic, q̄ quis posset comparere, vt instructor, vel p̄parator, non vt procurator, suscipiendo in se tutelam iudicij; vnde, secundum eum, poterit comparere ad iurandum de calumnia, si ad hoc habet speciale mandatum; quia per hoc non suscipit in se tutelam iudicij. Facit. l. qui autem. §. ff. de cōstit. pec. Bar. verò in. d. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. tenet contrarium, per. l. sciendum. & l. seruus. ff. de pub. iudi. & quia in carcerato videntur cessare omnes rationes, per quas ex parte accusati v̄ pro Par. j. F ij hiberi

hiberi interuentus procuratoris; nam sententia poterit ferri in ipsum presentem, & contra ipsum presentem exequi; & sic iudicium non erit delusorium. Item quia melius, plenius, & vberius defendet ipse reus causam per se, & per procuratorem, quam per se solum, iuxta illud vulgatum. In causa propria aduocatum quare; & quod no. de ludo scacchorum in l. error. C. de iur. & fac. igno. Nec obstat ratio in contrarium facta; videlicet, quod non sit aequum, quod procurator praedictet domino; quia eius dictum, factum, vel neglectum, non poterit praedictare sine specialissimo mandato ad sic respondendum, & si tale mandatum habuerit, non procurator, sed ipsemet principalis praedictum sibi facit, arg. l. licet. & l. qui autem. in fi. ff. de const. pec. nec est verisimile, quod in tam arduo negotio committatur aliqua negligentia, eo maxime, quia cum reus sit carceratus, verisimiliter infor mabit se de gestis per procuratorem; & concludit finaliter, quod pro carcerato procurator admittatur ad omnes actus iudiciales, praeterquam ad sententiam; & sic intelligit quod not. in l. 2. C. de accu. Sed Io. And. in addi. Spec. in tit. de procu. §. 1. vers. sed nunquid ad media. dicit, quod procurator interuenit ad media causae, non ad litis contestationem; quia ille est actus pertinens ad principalem; quod videtur satis rationale, secundum Io. de Imo. ¶ Nec obstat secundum Io. de Imo. l. 1. ff. an per ali. cau. ap. alleg. in contrarium; quia debet intelligi, quando reus post sententiam se absentasset, secundum quod dixi in preced. q. nam hoc est contin gere potest, & a iure considerandum est, arg. l. casti rati. C. de ad. alt. Nec etiam obstat, quod quando crimen est graue, tam accusator, quam accusatus debent teneri in vinculis; quia licet illud sit verum regulariter; tamen quandoque euenit oppositum, ex eo, quod alter se absentat; & hoc casu, quando alter est absens, debet intelligi iura tractantia, an procurator debeat admitti, vel non. Pro quo facit tex. in d. §. ad crimen. in vers. sed excusationem. per quem ver. clare datur intelligi, quod voluit intelligere de absente in principio illius. §. Facit etiam quod habetur in l. inter accusatorem. ff. de publi. iudi. & in d. l. feruum quoque. §. publicè. ff. de procu. vbi tex. refert se ad absentes. & similiter in d. l. reos. C. de accusa. & c. reos. §. q. 3. & ideo vñ dicendum, secundum Io. de Imo. cum. cōi\*opi. quam seruat consuetudo, prout etiam hic dicit D. Ant. quae vult, quod pro carcerato admittatur procurator ad plenam defensionem super crimine, & hanc etiam opi. sequuntur Domini de Rot. decis. 102. & decis. 201. licet aliqui habeant decis. 196. Et per praedicta etiam patet, quod licet secundum D. Ant. & quosdam alios, quando reus est carceratus, videatur sufficere, quod admittatur instructor, preparator, vel assistens; non tamen videtur esse repugnans, quod admittatur quis, ut procurator; in modo videtur esse iuri conforme, vt. d. §. publicè. & per ea, quae s. dicta sunt: pro quibus etiam facit. l. exigen di. C. de procur. & d. l. non tantum. ff. de appel. Nec obstat responsio D. Ant. quam dat hic ad. l. non tantum, de qua statim dixi in opin. sua; videlicet, quod admittatur ad vnum articulum tantum, videlicet, appellationis ratione generalis cognitionis inter hoies existentes, quia si bene ponderetur illa. l. non loquitur etiam de eo, quia admittitur ad prosequendum appellationem, nec etiam est vera ratio praefati D. Ant.

Cōm. opi.

de cognitione, quam tangit etiam glo. in l. non tantum. quia lex illa non considerauit illam generalem cognitionem, vt potest colligi ex not. in l. sed. & ha. ff. de procu. cum not. in l. 3. §. parates. ff. de in ius vo. ¶ Quis ille. §. loquatur in alia ratione, sed propria ratio ad. l. non tantum. fuit, quia ibi damnatus erat in vinculis; & ideo iudicium non poterat esse frustratorium. Et propterea iudex ex pntia personae poterat cōprehendere quo colore, quo pallore, &c. vt. l. de minore. §. tormenta. ff. de quest. & hoc etiam voluit Bar. in d. l. non tantum. licet possint etiam aliae rationes adduci, de quibus ibi per Doct. Et praeterea si ratio cognitionis esset vera, quare non ita dicendum esset, quod admittatur procurator ad alios actus, quod ad solum articulum appellationis, cum vtrique pariformiter vendicet sibi locum? Item si diceremus, quod non tamen haberet locum solum in articulo appellationis, certe non posset adaptari ratio. l. non tamen. quia si reus, praepararet mori, non faceret aliquam defensionem; & renunciare posset appellationi tacite, vel expressè, quod non est dicendum. Bal. verò in repe. d. §. publicè. dicit, quod est distinctio cōis\* glo. & Doct. vtrum accusatus sit absens, an sit carceratus, vt pro detento, & carcerato admittatur procurator, sed non bene probat per. d. l. 2. C. de accu. quia ibi dominus non venit procuratorio nomine, sed tanquam tertia persona veniens ex transfuerso pro suo interesse pecuniario. Facit. l. 1. C. de bo. dam. sicut in simili posset vxor prohibere ne bona mariti destrueretur, vel in praedictum suum publicaretur, vt. l. si quis post. C. de bo. dam. & pater potest prohibere ratione sui interesse, vt. l. si filius. eo. tit. nam quod ad istam tertiam personam venientem ex transfuerso causa non est criminalis; & ideo constituit procuratorem, vt. l. Lucius. ff. de appel. Facit etiam quod not. in l. 2. ff. si ex nox. cau. aga. Concludit ibi tandem Bal. quod cōis\* consuetudo habet, & obseruat, quod pro carcerato admittatur procurator. Idem tamen Bal. in d. l. reos. C. de accu. dicit, quod detentus in carcere pro pena capitali constituit procuratorem ad oia, praeterquam ad tria; non enim constituit ad litis contestationem. Item nec ad torturam subeundam. Item & tertio, non constituit ad audiendam sententiam contra dominum; quia dominus debet esse praesens apud acta, & debet duci in palatio ad audiendam sententiam; quia absens a iudicio non potest damnari capitaliter. l. absentem. ff. de pen. sed ad audiendam sententiam pro ipso accusato bene admittitur procurator, vt. l. quamuis. C. de adul. vbi est casus, secundum vñ lect. subdit tamen, quod ad sententiam formandam in personam dñi sui contra dñm, non admittitur procurator in causa capitali; quia absens nec condemnari, nec absolui potest. l. absentem. ff. de pen. quia principalis ita debet duci ad banchum in causa absolutionis, sicut in casu condemnationis; sed quia sententia venit formanda in personam domini presentis, tunc potest interuenire procurator ad illum actum, vt ipse Bal. concludit. Ang. verò in d. repeti. §. publicè. pro sententia Bar. & cōi\* obseruantia allegat. l. si non defendatur. ff. de pen. vbi tex. expressè dicit, quod ad defensionem ferui indefensi admittitur vnusquisque; & loquitur de carcerato; subdit tamen, quod multum miratur de opi. Bar. nam Bar. dicit, quod ideo in causa capitali non interuenit procurator. quia non potest domino praedictum gnare; vnde si hac ratio est vera, ita videtur

Cōis cōis iudo.

Cōi opi.

Cōi opi.

Cōi opi.

videtur habere locum, quando dominus est carceratus, sicut etiam quando non est carceratus; & sic nullo casu posset interuenire procurator; & pro hoc dicit se allegare casum singularem in l. miles. §. quidam. ff. de adul. vbi litera dicit, quod vtile tempus, quod datur marito ad accusandum de adulterio, non currit ei existenti in carcere; ergo patet, quod non potest constitui procuratorem ad accusandum de adulterio; quia si posset, ei curreret tempus, vt. l. 1. ff. de diuersi. & temp. praescrip. & hoc de cursu temporis tenet Bar. in d. §. quidam. & probatur in l. Papinianus exuli. ff. de mino. vnde consuluit Ang. quod carceratus semper faciat actus per seipsum, & accusator semper dirigat acta in personam accusati; & non in personam procuratoris, quod est menti tenendum Io. de Imo in d. §. ad crimen. dicit, quod cōis\* consuetudo est, quod procurator pro carcerato non contestetur litem, sed custoditus debet praesentari, vt illam contestetur, vt l. 2. ff. de cust. reo. ratio potest esse, ne scilicet videatur effectus dominus litis per contestationem. Item subdit, quod nec ad sententiam audiendam potest constitui procurator; quia carceratus debet duci ad tribunal, vt dictum est; licet enim sit in carcere, tamen videtur abesse, vt. l. 4. §. abesse. ff. de dam. infe. Facit etiam ad praedicta. quod not. in d. l. 2. C. de accusa. & hanc opi. videtur tenere Io. An. in addi. Spec. vt dixi in preced. q. ¶ Quidam verò dixerunt, quod carceratus debet respondere per se, non per procuratorem in omnibus actibus substantialibus, de quibus in l. prolata. C. de senten. Io. de Imo. tandem dicit concludi posse, quod pro carcerato possit interuenire procurator, praeterquam in sententia; vnde vult, quod si procurator habeat mandatum specificum ad contestandum litem, & ad confitendum, vel negandum, quod possit litem contestari, cum non videatur aliqua ratio in contrarium prohibitiua; facit tamen, quod melius facit iudex, praedictum, quod ipse reus personaliter litem contestetur, arg. d. l. de minore. §. tormenta. ff. de questio. pro qua opi. facit; quia vbi ius disponit in hac materia, quod procurator possit interuenire, vñ dispensare quod ad omnes actus, praeterquam ad sententiam, vt. l. fi. C. de iniur. vnde illud, quod ibi operatur dispensatio facta contra communes regulas ratione dignitatis, operetur etiam alia causa, pro quam iudex dispensat; vnde cum ius permittat interuentum procuratoris pro carcerato, & pro absente, eo casu, quo potest procedi contra absentem, verior videtur opi. quod possit interuenire procurator ad omnes actus, praeterquam ad articulum sententiae; licet, vt dixi, prudentius faciat iudex, si compellat principalem per se litem contestari, & positionibus respondere, quibus in criminali causa rñderi debet per verbum veritatis; non autem per verbum credo, vt dicit Bar. in l. marcellus. ff. re. amo. & l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. & haec opi. videtur mihi verior. Praedicta tamen opi. aduersatur dicta opi. Ang. quam arbitratur Io. de Imo. non vidisse, sed ad ipsam, & rationes suas arbitratur posse responderi. Primo ad rationem de praedictum patet responsio, ex his, quae s. dicta sunt pro opi. Bar. Ad tex. verò in l. miles. §. quidam. rñdeo secundum quod sensit Ang. in l. pen. §. ad crimem. quod ibi non currit illa tempora, quia volens alium accusare, accusare non potest per procuratorem; licet pro carcerato admittatur responsio, quod dictum est

notab. secundum Ang. dicit tamen Io. de Imo. quod forte illud intelligi posset, quando carceratus vellet accusare coram alio iudice, non coram illo penes quem est. Facit quod not. idem Ange. in l. 4. ff. de adul. debet etiam intelligi, quando est carceratus ex alia causa, quam ex ea, ex qua esset accusatus; nam tunc recurrendum esset ad illam difficilem materiam, de qua in l. is qui. ff. de pub. iudi. & l. neganda. C. qui accus. non possit in qua tractatur, + in accusatus possit reaccusare accusatorem suum, vel extraneum, siue sit accusatus, & nomen accusati non sit receptum inter reos, siue sit receptum, & sic sit in vinculis, super qua materia non insistit; quia indigeret alia repetitione; sit ergo conclusio in hac questione, quod pro carcerato admittitur procurator cum mandato specifico ad omnes actus, praeterquam ad sententiam contra eum formandam. ¶ Et praedicta procedunt reo existente in carcere pro illo delicto in loco, quo iudicium fit. Sed si reus esset captus pro homicidio Senis, & Perusij ageretur iudicium, quia Perusinus non posset interuenire; secus esset. ita dicit Bal. in l. reos. §. sup. his. C. de appel. Et satis placet per rationes. §. alleg. ¶ Itē praedicta procedunt ex parte accusati; ex parte autē accusatoris potest concludere ex his, quae dixi in fin. ¶ 148 duarum preced. q. ¶ Decimonono quero, quod an in causa sibus, in quibus mortuus potest damnari, + vt est in crimine lese maiestatis, vt. l. fi. C. ad leg. iul. maie. & in crimine heresis, vt in c. cum secundum de heret. lib. 6. & c. si quis eps. §. de heret. 2. q. 2. c. fin. & vide alios casus in glo. summae. & vide glo. & Doct. in l. ad iudiciorum. ff. de accusa. vbi numerantur alij casus. ¶ Et aduerte; quia Bar. in l. si quis defunctum. C. de apostata. fuit in mirabili opin. dicit enim post Richar. quod iura, quae voluit, quod de crimine heresis potest cognoscere post mortem, debet intelligi intra quinquennium, quod dicit singulare, propter inquisitores, qui inquirunt post mortem, vt bona eorum publicentur. Sed hoc dictum non est verum, nec tutum; quia contra tex. in c. 2. §. fi. de praescrip. lib. 6. vbi requiruntur 40. anni, nisi forte diceremus, quod quantum ad publicationem bonorum procedat ille tex. sed quantum ad damnationem memorie procedat dictum Bar. licet Bar. videatur loqui in publicatione bonorum, sed non insistit; quia non est principalis materia nostra. ¶ Redeundo igitur ad propositum questionis, quaeritur, vtrum in casibus praedictis admittatur procurator. Sol. Bald. in d. l. reos. C. de accusa. quasi in fi. tenet quod sic, quod probat aperte; quia cum aliis defunctus non possit loqui, si aliud diceremus excludere defensionem, quod esse non debet. Facit quod not. in simili. nam + vt non violetur sepultura, quilibet potest interuenire, vt. l. questum. ff. de sepul. vio. Facit etiam, quia mortuo tali accusato, extinguitur pena inferenda quod ad personam, & solum remanet questio bonorum, vt. l. 3. C. si penden. appel. & l. fin. C. si reus vel accu. mor. fue. sed in questione bonorum admittitur procurator, vt dixi. §. in. 2. q. ergo & c. & posito, quod veniret damnanda eius memoria; tamen idem dicendum est propter rationem praedictam, ne tollatur defensio. Et quia nisi in consequentiam ex delicto venit imponenda, seu irroganda infamia, admittitur procurator, vt dixi. §. in. 8. q. ¶ 152 Et ex praedictis etiam inferitur, quod + heredes potest Par. j. F iij runt



runt defendere bona, & memoriam defuncti per procuratorem. ¶ Et ex prædictis Deo, duce, latè, & clare est expedita prima q. princ. prædicti secundi membri princip. Nunc igitur iuxta præmissum ordinem transeundum est ad secundam princip. q. huius. 2. membri princ.

- 153 Secundo igitur principaliter quæro, ¶ vtrum in casibus, in quibus procurator non potest interuenire in causa criminali ad plenam defensionem, possit saltem interuenire ad aliquem actum iudicalem?
- ¶ Circa quam quæstionem quidam dicunt, qd sic; quia cessat ratio, propter quam prorsus repellitur, quando interuenit ad plenam defensionem, ergo admittitur, & hoc tenet glo. in l. penult. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. & glo. secundum vnam lecturam. in l. quamuis indubitati. C. de adulte. Sed glo. in l. 2. C. de accusa. tenet, qd potest interuenire, præterquam ad sententiam; loquitur tamè in casu illius. l. de quo latius. j. dicam. & tenet Inno. in c. dilectus. §. de testi. cog. & Spec. in titu. de procur. §. 1. vers. sed nunquid media. Alij tenent contrarium, quia à quo remouetur genus, remouetur & qualibet eius species. l. causa cognita. C. de recusa. Sed in causis capitalibus remouetur genus, in quibus ratione pœnæ non admittitur procurator in tota causa; ergo & à qualibet eius parte; & sic concludunt, quòd ad nullum articulum plenæ defensionis admittatur in dictis causis, & hoc tenet Iac. de Cano. & Cy. in d. l. 2. Nos autem per ordinem examinabimus infrascriptas qq.
- ¶ Prima erit, vtrum ex parte actoris in causa capitali possit libellus offerri per procuratorem. ¶ Secunda erit, quia oblato libello iudex committit citationem, & reus non comparet, quandoq; propter impedimentum facti, quandoq; propter aliam causam, vtrum procurator admittatur ad allegandas causas absentie. Et hæc subdividitur in plures casus, seu qq. vt ibi videbimus. ¶ Tertia, an admittatur ad litis contestationem. ¶ Quarta, an admittatur ad iurandum de calumnia. ¶ Quinta, an admittatur ad respondendum positionibus. ¶ Sexta, an admittatur ad concludendum in causa. ¶ Septima, an admittatur post conclusionem in causa. ¶ Octava, an admittatur ad sententiam. ¶ Nona, an admittatur ad appellandum, seu ad dicendum de nullitate. ¶ Decima, an admittatur ad pœnalem executionem. ¶ Undecima, & vltima, vtrum admittatur ad petendum, qd bannitus, vel condemnatus à relegatione supra cancellari debeat. ¶ Primo igitur quæro, ¶ vtrum ex parte actoris in causa capitali possit libellus offerri per procuratorem; & vtrum dicendum qd sic, per l. denunciasse. in prin. ver. sed & si per procuratorem. ff. de adul. per quem tex. videtur hoc voluisse vber. de Bob. & Io. de Deo, vt dicit Spec. in tit. de procu. §. 1. ver. tertio decimo quæro. Sed Io. And. ibi i addi. Spec. dicit, quòd præfati Doct. hoc non asseruerunt, sed dixerunt quidam dicunt. ¶ Secundo pro dicta opi. vtrum expressus in l. eum qui. ff. ad l. iul. de vi pub. ibi, dum tex. dicit, libelli dati mihi à Domitio Saluiano nomine Domitij Saluiani, pro qua etiam facit; nam libellus pertinet ad præparatoria causa, & sola eius oblatio nõ desiderat causæ cognitionem, vt l. miles. ff. de adul. Bal. tamen in d. l. seruum quoq; §. publicè. ff. de procu. tenet contrarium; quia in causis capi-

- talibus libellus debet offerri in personam dñi; ergo non potest offerri per procuratorem; quia tunc formaretur in personam procuratoris, pcuratorio nomine. hoc etiam probatur, quia necessaria est inscripcio, vt l. libellorum. ff. de accus. & 2. q. 7. c. libellorum. quæ alieno nomine fieri nõ potest. l. 2. C. de accus. Et per hanc rōnem Spec. in d. ver. tertio decimo. tenet prædictam opi. ¶ Tertio pbatur, ¶ quia libellus est de substantia iudicij, vt l. accusaturus. ff. de adult. sed iudicium capitale non potest substitui in personam procuratoris; quia non est capax, vt. §. sepius dictum est; ergo non admittitur procurator ad producendum libellum, & presertim si libellus haberet aliam vim annexam, vt puta; si ex forma statuti haberet vim lit. contestat. quo casu die feriata offerri non posset, & tenet Inno. in c. dilectus. §. de testi. cog. & Spec. in titu. de procur. §. 1. vers. sed nunquid media. Alij tenent contrarium, quia à quo remouetur genus, remouetur & qualibet eius species. l. causa cognita. C. de recusa. Sed in causis capitalibus remouetur genus, in quibus ratione pœnæ non admittitur procurator in tota causa; ergo & à qualibet eius parte; & sic concludunt, quòd ad nullum articulum plenæ defensionis admittatur in dictis causis, & hoc tenet Iac. de Cano. & Cy. in d. l. 2. Nos autem per ordinem examinabimus infrascriptas qq.
tas. s. in. 1. & 2. q. prima. q. seu primi membri princ. & adde quæ dixi in. d. q. 17. & 18. ¶ Quarto quæro, quia post lit. contesta. exigendum est sacramentum, 208 vt patet. s. ex continuatione rub. de iura. calū. ¶ vñ ad hoc iuramentum præstandum admittatur procurator? Sol. Doct. hoc non tangunt specialiter, quod repeterim, sed magis latè, & amplè tractant hanc. q. per quam patet decisio præsentis q. Querunt. n. vñ 209 media causæ criminalis possunt exerceri per procuratorem, & Spec. in tit. de procu. §. 1. vers. sed nunquid media. dicit, quod multi dicunt quod sic; & hoc etiam feruant, sed ipse hoc non approbat; quia talia sint de prosecutione negotij, quæ pertinent ad media causæ, vt. s. de off. delega. c. super quaestionum. §. intentionis. & §. porro. ad quam prosecutionem non admittitur procurator; unde si non admittitur ad ipsam causam criminalè simpliciter; ergo non admittitur ad eius partem; quia idem iuris debet esse de parte, quo ad partem, quod est de toto, quod ad totum, vt. l. quæ de tota. ff. de rei ven. & s. dixi in prin. istius 2. q. princ. allegat etiam Spec. aliàs rones, quæ non multum faciunt ad propositum. Sed Io. And. in addi. dicit, quod Ross. in libello iuris canonici, in tit. qualiter in accusa. proce. neu. contu. dicit, quod quidam tenuerunt, vt Tanc. secundum opin. per. l. 1. in. fi. C. vt om. tam ciui. q. cri. per quam. l. hoc etiam tenuit Alber. Gale. quia vt dixi. s. in prin. istius. 2. q. a quo re mouetur genus, remouetur & qualibet eius species. Item quia si speciale est in quibusdam, quod dent procuratores ad media causæ tantum, non tamen ad sententiam, vt. l. fi. C. de iniur. ergò in alijs ius commune est in cōtrarum, vt. l. 1. ff. ad munic. & l. 2. C. de accusa. quæ mouentur tenentes contrarium; & prædicta. l. 2. non loquitur in procuratore, sed in domino, quod defendendo seruam causam suam profequitur. Accur. in. l. penul. §. ad crimen. tenet, quod possit admitti procurator. Idem etiam tenuit Guid. de Suza. in. q. statutorum. & Gandi. in tracta. malef. in rub. 2. r. dicens Odo. rectè tenuisse; ponit tamen casum in carcere propter crimen; & ratio eorum est; quia ad certam speciem dari potest procurator, vt. ff. de pro. cura. l. 1. nec hoc reperitur prohibitum in criminalibus ergo intelligitur permissum, vt. l. ab ea parte. & ibi traditur. ff. de proba. & ad l. 2. de custo. reo. quæ dicit, quod reus debet in vinculis causam agere, dicunt, quod loquitur in lit. contestata ad quam fiendam reus debet se præsentare. In alijs autem non sic est. Nam certum est, quod medium causæ præsupponit principium. Si ergo causa principiata est per contestationem litis, & reus detinetur taliter, quod si expedit, de facili potest ab eo veritas haberi, etiam per tormenta, non videt secundum eos, quare per procuratorem non possint nominari, & produci testes pro reo, & impugnari testes accusatoris, & his similia agere, cum dum reus manet in vinculis, cessent omnes rationes, quæ videntur obstat, & cum in procuratorem non sit ferenda sententia. Ita dicit Io. And. in. d. addi. ¶ Sed tu aduerte, quia p carcerato, quid iuris sit, satis dictum fuit. s. 212 in. 18. q. Ang. verò in. d. §. ad crimen. dicit, quod ad media causæ nullo modo admittitur procurator; & hoc dicit tenere glo. in. d. §. ad crimen. nisi pro carcerato. Bal. in. d. l. reos. C. de accu. ver. quæro primo. dicit, quod videtur admittendus ad vnum articulum

etiam de medijs causæ; quia cessat ratio, quare repellitur; ergo admittitur; & hoc dicit tenere glo. in. d. §. ad crimen. & glo. secundum vñ leat. in. l. quamuis indubitati. C. de adulte. & finaliter ponit, quod dixi. s. in prin. istius. 2. q. prin. an ad vnum articulum & c. Ego verò arbitror dicendum, quod aut nos loquimur in casu, in quo potest procedi contra absentem, & admittitur procurator ad hunc actum, secundum quod plenius dixi in. 15. q. pro presente verò, & carcerato dicendum est, vt dixi in. 17. & 18. q. Sed quando non potest procedi contra absentem, secundum quod traditur in. l. absentem. ff. de pœn. arbitror, quod ad nullum actum intermedium admittatur procurator; quia vt sapius dictum est a quo remouetur genus & c. quod intelligi eo casu, quo eadem ratio in vno articulo, quare nò admittatur procurator, quæ est in ipsa simpliciter defensione. ¶ Quinto quæro, vtrum ad respondendum positionibus admittatur procurator? Sol. Bal. in. d. l. seruum quoq. §. publicè. ff. de procur. tenet quod nò; unde cōcludit, quod procurator non potest constitui ad constituendum; sed quod reus debet cōfiteri per seipsum, vt. l. 2. ff. de custo. reo. nam ista cōfessio æquiparatur sententiæ, ad quam non admittitur procurator, vt statim dicam in. 8. q. Facit quod not. in. l. iustus fustium. ff. de infami. Item allegat, quod not. Cy. in. l. clarum. C. de autho. præstan. & hanc eandem sententiam tenet D. Bar. de Sali. in. d. l. reos. & mihi placet; distinguendo tamen, & declarando secundum limitata, & declarata de absente, presente, & in carcerato, secundum quod dixi in pced. qq. Ex prædictis et infertur decisio ad. q. ¶ vñ admittatur procurator ad producendum testes probatorios, vel preprobatorios? & vñ quod nò. glo. tamen in. d. §. ad crimen. sentit, quod admittatur, ex eo, quod talis procurator nò est damnandus. Alij verò tenent contrariū; quia totum pondus causæ refidet in hoc articulo; & quia est de prosecutione negotij; & hoc tenet Spec. in tit. de procu. §. 1. vers. sed nunquid media. eius opin. recitauit. s. in. 4. q. proxima. & hoc etiam tenet Andr. de Pisis, & quidam alij per illam rationem sapius allegatam, a quo remouetur genus & c. Et has opin. refert Bal. in. d. §. publicè. Refert tamen & alios dicere contrarium; quia cum reus sit detentus ex cā capitali, pro detento admittitur procurator, per. l. 2. C. de accu. & per id quod not. Gul. in. l. reos. C. de app. pel. Sed dicit Bal. quod ista distinctio de detento nò bene probatur per illam. l. quia ibi dominus non venit procuratorio nomine; sed tanquam veniens ex transuerso pro suo pecuniario interesse. Facit. l. 1. C. de bo. dam. sicut si vxor vellet, posset contradicere ratione dotis suæ, de quo articulo latius dicam in proxima. 3. quaest. princip. huius secundi membri. Tu verò potes dicere, vt. s. dixi in pceden. quaest. quod pro carcerato, & presente, & quando potest procedi contra absentem, admittitur procurator; aliàs autem arbitror, quod hoc casu non admittatur. 215 ¶ Sexto quæro, quod vtrum admittatur procurator ad concludendum in causa? Sol. Bal. in. d. §. publicè. dicit, quod videtur dicendum, quod sic, per. l. quamuis indubitati. C. de adulte. nam ¶ conclusio dicitur de actis iudicij, non de actis litis, sicut sunt probationis. In contrarium tamen allegat; quia conclusio fit renuntiando, quia vtraque pars renuntiat probatio-





bationibus, & allegationibus, vt traditur. in. c. pasto-  
 ralis. de cau. poss. & proprie. de quo latius dixi in tra-  
 cta. de renun. & conclu. iudicia. in. §. fin. ¶ Sed aduer-  
 217 tes; quia videtur, quod dicitur in criminali non valeat renun-  
 ciatio, p. not. in. l. pactum inter heredem. ff. de pact.  
 tamen concludit, quod admittatur procurator, & q.  
 valeat renuntiatio, quando non constat, quod par-  
 tes habeant aliam defensionem, vel offensionem; vn-  
 de dicit, quod si iudex vult, q. renuntiatio indubi-  
 tanter teneat, faciat confiteri partem, quod non ha-  
 beat aliam defensionem, nisi prout in actis apparet;  
 & pro hac opin. dicit esse glo. not. in. l. i. ff. de furt.  
 quæ conclusio videtur mihi clarissima pro carcera-  
 to, vel quando potest procedi ad diffinitiuam, vel  
 contra absentem; alias multum dubito. Et ex deci-  
 sione præcedentium. qq. & maxime quinq; proximè  
 præceden. videtur tenendum cōtrarium. cogitabis.  
 Et aduerte; quia arbitror, q. allegatio de dicta gl. in  
 d. l. i. ff. de furt. sit incorrepta, quia illam non habeo  
 in meo; nec reperi in quibusdam alijs. ¶ Septimo  
 218 quæro, ¶ vtrum post conclusionem in causa admit-  
 tatur procurator? Sol. patet ex prædictis. Bal. in. d. l.  
 quamuis indubitati. C. de adul. videtur tenere, quod  
 admittatur, quod arbitror verum, si modo non at-  
 tentaretur aliquid, quod posset esse multum præiudi-  
 ciale principali, ita quod haberent obstare aliqua ex  
 rationibus. §. positus in primo membro. ¶ Octauo  
 219 quæro, ¶ an ad sententiam admittatur procurator?  
 Sol. glo. & Bal. in. d. §. publicè. tenet quod nō; & idem  
 tenet in. d. l. reos. C. de accu. & Ioan. de Imo. in. d. §.  
 ad crimen. & est communis\* opin. Docto. quæ & mi-  
 hi placet. vide quæ dixi in. xvij. q. ¶ Nono quæro,  
 220 vtrum ¶ procurator admittatur ad appellandum? So-  
 lu. D. Ant. hic videtur velle, q. sic, per. l. non tatum. ff.  
 de appel. dicit tamen, quod non admitteretur ad to-  
 tam causam appellationis; & sic ad illam prosequen-  
 dam, sed ad solum actum appellationis interponen-  
 da. Et subdit, quod dici posset, q. in. l. non tantum.  
 admittitur procurator ratione proprii interessè re-  
 spectu cognationis, quæ est inter hominem, & ho-  
 minem. ¶ Tu verò dic, vt dixi. §. in. xvij. q. q. vera  
 ratio est, q. admittitur in. d. l. non tantum. quia dam-  
 natus erat in vinculis, & dic vt ibi dixi. Et finaliter  
 conclude, q. pro carcerato, vel quando potest pro-  
 cedi contra absentem, sicut admittitur ad causam  
 principalem, ita ad causam appellationis, quæ est  
 eiusdem naturæ cum principali, vt dixi. §. in. xi. q. pri-  
 mæ. q. secundi membri. Et sic patet, q. nō solum ad-  
 mittitur ad actum appellationis, sed etiam ad totā  
 causam. Si verò quærimus, vtrum admittatur ad ap-  
 pellandum pro non carcerato, vel quando potest p-  
 cedi contra absentem, tex. videtur expressus quod  
 non, in. l. i. ff. an per ali. cau. app. de cuius. l. intel-  
 l. vide quod. §. sepius tactum est. & maxime in. 2.  
 quæst. primæ quæst. princ. primi membri princip.  
 221 ¶ Decimo quæro, ¶ vtrum admittatur procurator  
 ad pœnalem executionem? & de ista quæst. secundū  
 Bal. in. d. §. publicè. non est dubium, quod talis exe-  
 cutio non cadit in procuratorem; quia non deliquit?  
 222 pœna ¶ enim suos debent tenere authores, vt. l. fan-  
 ctius. C. de pen. & c. quæst. de his quæ fi. a ma. par.  
 capi. & melius probatur, quantum ad casum nostrū.  
 223 23. q. 5. cum homo, vbi probatur, q. fideiusor non

Cōm.  
opin.

224 potest puniri pro principali, pœna corporali. ¶ Quæ  
 autem pro crimine possit interuenire fideiusor, vi-  
 de Bal. in. l. 3. C. quia accu. non poss. ratio autem præ-  
 225 dictorum est; quia ¶ nemo est dominus membrorum  
 suorum. l. liber homo. ff. ad leg. aquil. 23. q. 5. c. si non  
 226 licet. ¶ Et aduerte; quia etiam ¶ si per statutum ciui-  
 tatis proditor, vel alius delinquens ipso iure intelli-  
 gatur damnatus; si deinde ipsius peritur executio;  
 etiam hoc casu, in isto iudicio executionis non arbi-  
 tror, quod possit interuenire procurator ad defen-  
 sionem; nam posito, q. non reperitur alia sententia,  
 scilicet condemnatoria, tamen requiritur sententia  
 declaratoria commissi delicti, vt dicit Ioan. And. in  
 c. i. de homi. lib. 6. & c. commissa. eo. titu. lib. 6. & c.  
 si de præscrip. cum simi. cum ergo requiratur disputa-  
 tio super causa, sequitur, q. non potest interuenire  
 procurator; & hoc tenet Bal. in. d. l. reos. C. de accus.  
 227 & mihi placet. ¶ Vndecimo, & vltimo quæro, ¶ vtrum  
 admittatur procurator ad petendum, q. banniti, &  
 condemnati ad mortem, bannum, & condemnatio  
 cancellari debeat? Bal. in. d. l. reos. arguit, q. sic, quia  
 non disputatur de crimine, sed solum de processu; &  
 colligitur ex nota. per Inno. in. c. dudum. de elect. In  
 contrarium arguit; quia in causa appellationis venit  
 etiam causa nullitatis; & tamen illa causa nullitatis  
 non potest per procuratorem agitari, vt. d. l. i. ff. an  
 per ali. cau. app. & statim in. q. proximè seq. dicam.  
 Concludit tandem contrariam sententiam fore ve-  
 ram; quia nec directè, nec indirectè hoc casu pro-  
 nunciandum est super crimine; sed in appellatione  
 non admittitur, quia cognoscitur de crimine, & pro-  
 nunciatur saltem tacitè super eo; vnde dicit, q. vti-  
 mur, quod bannum, & condemnatio possunt peti can-  
 cellari per procuratorem, & sequitur D. Nellus de  
 sancto Gemin. in tracta. de banni. in tertia parte se-  
 cundi temporis, quæstio. 68. & hoc satis mihi placet.  
 228 Et ex hoc infero, quod ¶ si de nullitate sententiæ  
 condemnatoriæ ageretur principaliter, q. deberet  
 admitti procurator, arg. prædictorum. Sed quando  
 ageretur de nullitate per viam appellationis; quia  
 talis nullitas venit accessoriè ad appellationem; &  
 per consequens videtur sequi eius naturam, arg. re-  
 gu. accessorium. de reg. iur. lib. 6. videtur, quod non  
 admittatur procurator; & hoc firmavit Bal. vt di-  
 ctum est. Ego tamen in hoc satis dubito propter di-  
 uersitatem rationis; nam per viam appellationis dis-  
 putatur de crimine, & sic non potest interuenire  
 procurator, quæ ratio cessat, si prosequatur quis vi-  
 am nullitatis; vnde si interposita appellatione per  
 principalem, quæ trahit secum etiam nullitatem,  
 compareret procurator ad nullitatem constitutus,  
 & vellet prosequi dantaxat viam nullitatis, dicem<sup>s</sup>  
 istum admittendum; quia non disputatur de crimi-  
 ne, aut de iustitia, vel iniustitia sententiæ; sed de  
 nullitate, vel de validitate ipsius. Et per hæc expe-  
 dita sit hæc. 2. q. princ. secundi membri principalis.  
 229 Tertio principaliter quæro, ¶ vtrum in casibus, in  
 quibus non admittitur procurator ad plenam defen-  
 sionem propter qualitatem causæ, admittatur  
 quis ad defensionem ratione proprii interessè? Sol.  
 glo. hic in vers. idem dominus. tenet quod sic. vnde  
 conclude, q. dominus potest venire ad defendendum  
 seruum pro interessè suo; & hoc casu venit ipse, vt  
 ipse,

ipse, non vt procurator serui, vt. l. seruus. & l. scier-  
 dum. ff. de pub. iudi. & l. Lucius. ff. de appella. & hoc  
 tenent D. Ant. & Doct. & per hoc dicunt Doct. hic, &  
 in. d. §. ad crimen. quod ¶ pater ratione sui interessè  
 potest interuenire pro filio, maxime si ex forma statuti  
 propter delictum filij deberet fieri executio aliqua  
 in bonis patris. Facit quod habetur in. l. cum filius.  
 ff. de verb. obl. Et eadem ratione Abbas pro suo mo-  
 nacho, Episcopus pro clerico, Dns pro vafallo, Ciui-  
 tas pro ciue, & simi. argu. l. i. ff. de lib. ho. exhi. & ff.  
 ad municip. in. l. de iure. & quod nota. in. c. dilectus.  
 de appel. & c. autoritate. de priuileg. lib. 6. & c. ad  
 Apostolicæ. de re iud. lib. 6. ¶ Et etiam eadem rōne  
 videtur, q. vxor possit comparere pro marito, & ecō-  
 tra. Facit quod not. in. c. non est vobis. §. de spon. & l.  
 1. §. per hanc. ff. de rei ven. & quod not. Innocen. in. c.  
 inter quatuor. §. de maio. & obedi. & tenet hoc ex-  
 pressè Do. de Ro. decif. 253. alias decif. 198. allegant  
 not. in. c. nonnulli. de rescrip. & eo. titu. c. ex parte de-  
 cani. & de testi. c. de cetero. & §. eod. tit. c. cum P. &  
 sequitur hic Do. Anto. Bald. verò in. l. reus. C. de ac-  
 cu. dicit, quod pater pro filio, dominus pro seruo vi-  
 dentur indistinctè admittendi ad plenam defensio-  
 nem in causa criminali. C. eod. l. si cuiusdam. & ff. de  
 pœn. l. si non defendantur. a contrario sensu. gloss. in  
 d. §. ad crimen. videtur dicere hoc modo, Aut pa-  
 ter, vel dominus volunt venire, vt domini pro eorum  
 interessè, & debent admitti. In domino planum est,  
 per d. l. si cuiusdam. quia eius potest pecunialiter in-  
 teresse, quia seruus pecunia estimatur, vt. ff. de adul.  
 l. si postulerit. §. iubet. ff. de condi. ob. cau. l. penul.  
 De patre etiam videtur constare; nam videtur sua  
 interessè propter operas, vt. l. i. ff. de his qui deie. vel  
 efful. Item potest sua interessè, si ex forma statuti pa-  
 ter compellitur soluere condemnationem pro filio;  
 & dico ex forma statuti, quia licet de iure communi  
 filio condemnato in ciuili iudicio pater teneatur de  
 peculio, etiam si filius esset de crimine condemna-  
 230 tus. ff. de noxa. l. & si condemnatus. quia ¶ in iudicio  
 nūquam contrahitur obligatio ex delicto crimina-  
 liter moto, nec vnquam cadunt in quasi cōtractum;  
 231 quia ¶ quasi cōtractus impossibile est, q. sit crimi-  
 nalis. arg. ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. vers. sed si pa-  
 ctum. Istud. dicit Bald. quia quidam dicunt filio con-  
 demnato criminaliter ad pecuniam, quod pater te-  
 neatur de peculio, vt Gand. refert istam opin. quam  
 tenet ipse, & malè; quia peculium a condemnatio-  
 ne criminali separatur, nec venit in ea, vt. l. 3. §. si. ver.  
 sed vtrum. in. l. ff. de minor. & facit. l. si filius. de bo-  
 dam. Aut pater, vel dominus non veniunt pro pecu-  
 niario interessè, sed vt defensores alieno nomine; &  
 tunc glo. d. §. ad crimen. dicit, q. ad omnia possunt  
 venire, præterquam ad sententiam, ita not. gl. in. d. l.  
 si cuiusdam. Breuiter vt habeas veritatem, secūdum  
 232 Bal. dic, q. ¶ siue pater, & dominus veniant defen-  
 sio nomine filij, vel serui, ipsi ad tria venire non pos-  
 sunt, ad reliqua possunt. Sunt autem hæc tria, litis  
 contestatio, per tormenta examinatio, & sententiæ  
 auditio. Ad reliqua verò possunt venire, verum si fi-  
 lius est litè contestatus, & in carcere detinetur; quia  
 pœna futura est corporalis, vel est relaxatus fideius-  
 foribus, quia pœna non est futura corporalis, pater  
 poterit interuenire, & causæ assistere. Refert tamen,

an veniat proprio interessè, an veniat defensorio no-  
 mine, quando venit proprio nomine, potest consti-  
 tuere procuratorem, vt. l. Lucius. ff. de appel. sed quā-  
 do venit defensorio nomine, nō potest constitui p-  
 curatorem; quia in criminalibus defensor, vel procu-  
 rator nō efficitur domini. Hinc est, quod ipsi nunq̄  
 cōdemnantur, sed verba condemnatoria diriguntur  
 in dominum, vt. C. de iniur. l. fin. vnde credit, q. siue  
 sit pater, siue sit procurator; tunc si lis sit contestata  
 in crimine, nō possit procuratorem substituere; quia  
 vt dictum est, non efficitur domini. Et dicit cogi-  
 tandum esse; quia non video, q. si esset talis causa cri-  
 minalis, in qua posset simpliciter constitui procura-  
 tor, maxime si esset pecuniaria, vel similis, q. per litis  
 contestationem non efficitur procurator dominus  
 litis, nisi dicatur, q. procedat dictum Bal. in casibus,  
 in quibus regulariter non potest interuenire procu-  
 rator, scilicet; quia potest procedi cōtra absentem,  
 vel in similibus casibus, de quibus dictum est, in qui-  
 bus procurator litem cōtestatus, non efficitur domi-  
 nus litis; sed non insisto; quia non est materia nostra.  
 Sed prosequendo dicta Bal. dicit Bald. q. ex prædi-  
 ctis patet, q. procurator, vel quicumque tertius com-  
 parens, non potest cogi confiteri; quia vt dixi, iste  
 actus coactionis, & torturæ non cadit, nisi in princi-  
 233 pali. ¶ Et ideò dicunt Doct. q. ¶ vbiunque est lo-  
 cus torturæ, q. procurator, & defensor debent exhi-  
 bere principalem, vt subijciatur tormentis, non au-  
 tem potest torqueri procurator, vel fideiusor; quia  
 alius pro alio torqueri non potest, vt. C. de pen. l. fan-  
 234 cimus. & l. pen. ff. de condi. ob. cau. Idem est ¶ in tu-  
 tore; quia debet spontè authorari, non autem debet  
 per vim cogi, vt. l. i. ff. de autho. tut. Si ergo est locus  
 torturæ in pupillo, vel in adulto, ipse pupillus, vel  
 adultus torquetur, vt not. Doct. C. de autho. præstan.  
 l. clarum. Iuxta hoc debes tamen scire, quod Guliel.  
 235 tenuit, q. ¶ pater admitteretur ad plenam defensio-  
 nem filij, ita q. posset excusare filium, & litem con-  
 testari, & cetera facere, dummodo satisfaret de cō-  
 demnatione soluenda, si futura esset pecuniaria, vel  
 de filio representando, si condemnatio futura esset  
 capitalis. Breuiter secundum Bal. bene dicit in iu-  
 dicio pecuniario; sed in causa capitali non bene, sed  
 pessimè dicit; quia illa satisfactio de filio represen-  
 tando nihil operatur, cum filius representatus non  
 haberet necesse stare actitatis per patrē, & illa acti-  
 tata esset frustratoria. Præterea in causa criminali  
 debet dicius ex vinculis, nec ante debent admitti  
 excusationes, quàm accusatus ad iudicium venerit.  
 Iste est casus. l. 2. C. de exhi. re. debet ergo in præsen-  
 tia iudicis, & accusati hoc fieri, vt. l. i. ff. an per ali.  
 cau. ap. ¶ Tu aduerte; quia in quantum pater, vel do-  
 minus, vel similes personæ venient non pro suo pro-  
 prio interessè, sed defensorio nomine, non est mate-  
 ria. q. nostræ, sed fuit dictum. §. in præceden. qq. ma-  
 236 ximè in secunda præcedē. princ. q. sed ¶ in quantum  
 veniunt pro suo interessè communis\* omnium opin.  
 est, q. admittatur pro filio pater, & dominus pro ser-  
 uo, abbas pro monacho, episcopus pro clerico, & ci-  
 uitas pro ciue. ¶ Et ratio potest etiam assignari, quā  
 237 tangit Bal. quia ¶ tales possunt agere pro iniuria fa-  
 cta prædictis personis, in patre tractatur in. l. sed & si  
 vniuersa. §. filio. ff. de iniur. de dno tractatur. 16. q. 1.  
 c. reuer-

Cōm.  
opin.

om.  
opi.

c.reuertimini. de abbate tractatur de sentē. excom.  
c. parochianos. vbi etiam tractatur de patre, & quid  
de epō. ¶ Si ergo pradi. & personæ pnt agere pro in-  
iuria facta, ergo pnt asistere ne fiat, arg. l. vt vim. ff.  
de iusti. & iu. quia melius est ante tempus occurre-  
re. l. fi. C. in quib. cau. in integ. rest. nō est nec. & in. c. i.  
de in integ. rest. & c. quemadmodum. de iureiur. hęc  
tñ ratio est multum gñalis. Communis \* tamē sentē  
tia est omnium Doct. quam etiam tenet. D. m. in. c.  
3. §. eo. & D. Ant. hic. ¶ Et aduerte; quia vt. §. pradixi  
pradicti nō interueniūt tāquam procuratores, aut  
defensores, sed pro suo interesse, & debent admitti.  
Et ideò etiam omnes alij, quorum quomodolibet  
interesse. Ex quibus patet, quòd confors pro confor-  
te admittitur, ratione proprii interesse, quod habet,  
ratione saltem aliqualis pradiudicij propter senten-  
tiam latam cōtra cōsortem, de quo articu. dicā. j. in  
7. q. prin. huius. 2. membri, in. 27. fallētia. Et pradi-  
cta faciūt, secundum Doct. ad cautelam sumēdam cōtra  
238 ¶ statutum, disponens, quòd si accusatus, vel inquisi-  
tus declinarēt iurisdictionē Potestatis, quòd sit ex-  
tra protectionem communis, & possit impunē offen-  
di; prout est in hac excelsa ciuitate Senarum. Nam  
cautela erit, quòd si filius est clericus, pater pro filio  
declinet, & Abbas pro monacho. Hęc tamē cautela  
nō videtur esse sufficiens, si statutum indistinctē dice-  
ret, quòd quicūque declinauerit iurisdictionem po-  
testatis, sit extra protectionem communis, & possit  
impunē offendi. de ista tamē materia; quia nō perti-  
net principaliter ad materiam nostram, dic vt p. Ioā.  
de Imo. post Docto. in. d. §. ad crimen. & per Docto.  
hic, per Bal. in. d. l. reos. per Bald. Ang. & Ioā. de Imo.  
in. l. 4. ff. de acqui. hared. per Pet. de Ancha. in repen-  
c. ea quæ fiunt a iudice. de reg. iur. lib. 6. in. q. 15. per  
D. m. in. c. si diligēti. de fo. competē. & aliquid in. c. fi.  
de vit. & honest. cleri. ¶ Sed quæritur secundum Bal.  
239 Pone, ¶ filius est cōfessus in iudicio, pater vult inter-  
pretari illā cōfessionem, an possit respōdeo, quòd  
240 ¶ interpretatio in iudicij debet esse talis, quæ expo-  
nat, nō quæ perimat, vt. j. eo. c. cum dilectus. hoc pre-  
missio, certum est, quòd pater nō poterit interpretari  
exponēdo; quia interpretatio expositiua nō cadit su-  
per ignotis, & ideò nō cadit super facto alieno, vt. ff.  
de rei vend. l. Pomponius scribit si frumētum. §. fina.  
¶ Iuxta pradicta item quærit Bald. in. d. l. reos. Po-  
241 ne. ¶ quòd pater vult cōfessionem filij reuocare, an  
poterit? & videtur, quòd sic, si pater vult probare er-  
rorem, vt not. in. l. 2. ff. si ex noxa. cau. aga. In contra-  
rium videtur, quòd alia ratione nō admittitur pater  
ad litis cōtestationem in capitali causa filij, eo quòd  
tale iudicium nō debet fundari cum patre; & eadem  
ratione non debet admitti ad reuocandum id, quod  
actitatum est in ipsa litis cōtestatione. Nō obstat. l.  
2. si ex nox. cau. aga. quia loquitur in ciuili, vbi pater  
habet ius iniustitiæ, vt. l. tā ex cōtractibus. ff. de iud.  
sed hic loquimur in criminali, & capitali. Credo pa-  
242 trem admitti debere, quoniam ¶ iudex omnem de-  
fensionem debet habere, seu admittit in omni tem-  
pore. ff. de quæstio. l. vnus. §. cogniturum. & l. 1. §. si  
quis vltra. ff. de ali. præstā. ff. de appell. l. nō tatum. & l.  
1. cum. l. sequi. de lib. cau. Quæ dicta sunt de patre, &  
243 domino, eadem intelliguntur ¶ de prælatis veniēti-  
bus ad defensionem sui monachi, vel cōuersi, vt not.

per Doct. in. l. si cuiusdam. per Iac. de Are. i. auth. cau-  
sa que fit cum monacho. C. de episc. & cler. per Bald.  
in. l. reos. C. de accusa. Sed circa pradictas duas que-  
stiones vltius non insisto; quia non est principa-  
244 lis materia nostra. Sed ¶ de reuocatione confessio-  
nis tanquam erronee, & quis possit illam reuocare,  
& propter quam causam, vide quod traditur in. l. er-  
ror. & ibi per Doct. C. de iure. & fac. igno. & in reg.  
quod semel. de reg. iur. lib. 6. & l. 1. & l. non fateatur. ff.  
de cōfess. l. 1. §. vnus. ff. de appell. c. ex parte. de cōfess.  
29. distinet. c. 1. per Archid. in. c. 1. de accusatio. lib.  
6. vbi traditur de cōfessione facta in causa crimina-  
li. gloss. & Docto. in. c. ex literis. de diuor. Archid. ac.  
2. q. 1. in summa. Ioā. Andr. in. c. attestations. de de-  
sponsa. impube. aliquid in. l. generaliter. C. de nō nu-  
me. pecu. cum alijs similibus. ¶ Quarto principaliter  
245 ter quero, ¶ vtrum in casibus, in quibus regulariter  
nō admittitur procurator, de quibus. §. dictum  
est, admittatur saltem quis ratione administrationis  
sibi competentis; vt quia est tutor, curator, vel simi-  
li. Sol. Bald. in. d. l. reos. dicit, quòd aut pradicti veni-  
unt defendendo. & dicendum est, prout habetur in  
246 l. clarum. C. de autho. præstan. quia ¶ non debet tu-  
tor solus, vel curator solus in causa capitali venire in  
iudicio; sed debet venire principalis persona, & tu-  
tor, & curator, debent sibi authorari. Sed tunc est  
247 quæstio, secundum Bald. ¶ quid si de facto accuse-  
tur infans, vel furiosus, vel demens, vel alius similis,  
vt furdus, & mutus a natiuitate, qui non possint esse  
in iudicio? & videtur de necessitate dicendum so-  
lum tutorem, vel curatorem admitti, argum. l. 1. §.  
sufficit. ff. de admini. tuto. dicit tamē Bald. quòd bo-  
nus assessor in tali causa viso infante, debet pronū-  
ciare ex officio suo vltius nō esse procedendum cō-  
tra infantem; in furioso tamen, demente, & simili-  
bus hoc non posset facere; quia non potest apparere  
de defectu, quia quis posset fingere furorem, & de-  
mentiam, & non esset furiosus, neq; demens; dic  
de hac materia, vt latius traditur in. l. 2. C. qui accu. nō  
poss. in. l. Polla. de his quib. vt indig. & d. l. clarum.  
C. de auth. præstan. & quæ latissimē dixi de pupillo  
248 in. c. 1. §. eod. tit. ¶ Sed quæro, iuxta pradicta, ¶ quid  
de syndico vniuersitatis? Solu. Docto. dicunt, quòd  
pro vniuersitate admittitur syndicus; quia aliā vni-  
uersitas non posset se defendere, cum sit corpus fi-  
ctum, & inanimatum, & cōtinet in se infantes, & fu-  
riosos, mente captos, & similes, qui nō possunt esse in  
iudicio, vt dictum est; & ideò non mirum, si nomi-  
ne vniuersitatis defendendo, syndicus admittatur,  
hoc tenet Specu. in titu. de procurato. §. 1. vers. item  
si causa est criminalis. ibi, ¶ quartodecimo si vniuersi-  
tas. per. l. tam collatores. C. de re milita. lib. 12. &  
C. de episc. & cler. l. cum clericis. Est et ratio; quia  
249 vt dixi, ¶ vniuersitas cum sit corpus fictum, non ha-  
bet caput, & ideò non potest damnari in causa ca-  
pitali, vide Bald. de pac. constan. vers. vniuersitatem.  
& intellige pradicta accusando, & defendendo, de  
quo dic, vt latius dixi in. c. dilectus. 2. j. de simonia.  
vbi omninō vide fin. quæst. Et hęc procedunt in his,  
qui non possunt propter defectum ætatis, aut intel-  
lectus, vel quia non habent verum corpus, sed fi-  
ctum, & representatum per se causam agere. ¶ Sed  
250 quæro, ¶ quid de his, qui non possunt causam agere

per

re per se, quales sunt moniales? Sol. Debes animad-  
uertere, quòd in accusatione non videtur posse pro-  
251 cedere quæstio, tum quia ¶ regulariter mulier repelli-  
tur ab accusatione publica, vt. l. de crimine. C. qui  
accu. non poss. canonizata. 26. q. 3. c. de crimen. Et  
est in populari crimine, vt. l. mulieri. ff. de popu. acu-  
252 sat. r. et; quia ¶ monachus, & monialis regulariter  
accusare non possunt extraneum, nisi duobus cōcur-  
rentibus; videlicet, vtilitate monasterij, & licentia  
Abbatis, vt. 16. q. 1. c. monachi. Circa quæ vide, quæ  
dixi in. c. ex parte. §. eo. multò ergo minus si est mo-  
nialis. Quare etiā dixi, quòd regulariter mulier re-  
pellitur ab accusando; & quòd dixi de monacho cō-  
tra extraneum, patet ex his, quæ no. in dictis iurib.  
Ceterum siue in casib., in quibus regulariter mulier  
admittitur, vel monialis admitteretur ad accusan-  
253 dum, vel in casibus, in quibus accusaretur, videtur  
dicendū quòd procurator admittatur ex eo; quia ¶  
moniales pro nulla causa possunt exire monasteriū;  
vt. c. 1. de statu regu. lib. 6. ergò videtur de necessita-  
te eis concedi, vt tales causas possint agere per pro-  
curatorem; vel posset fortē dici, quòd aut iudex po-  
test ad locum monasterij accedere, & ibi causā exa-  
minare, & tunc procurator non admittitur, nisi in  
casibus, in quibus alias admitteretur, p. not. in. c. 2.  
de iudi. lib. 6. & per id quod traditur in. d. c. 1. de sta-  
254 tu regu. ¶ Quinto principaliter quero, ¶ vtrum in  
casibus, in quibus nō potest procurator interuenire  
si interuenit, nec fuit opposita exceptio impotētiæ,  
respectu qualitatis causæ, debet admitti? Solu. In  
hac quæstione variæ maiorum nostrorum reperiun-  
tur sententiæ. Glo. in. l. quamuis indubitati. C. de  
adult. tenet, quòd pcessus teneat; quia talis excep-  
tio, tanquam dilatoria, debet opponi ante litem cō-  
testatam, p. qua facit ille tex. idem tenet glo. in ver.  
criminalis. in fin. in. c. 1. de iud. lib. 6. pro qua facit. l.  
ita demum. C. de procur. & l. filius. §. veterani. ff. de  
255 procurato. Item quia ¶ agitata cum falso procurato-  
re valent per confessum habitum. ff. de iudi. l. licet. &  
fi. rē ratā haberi. l. 3. §. falsus. Eandem sententiam fuit se-  
quutus Bernar. vt refert ibi gl. & sequitur ibi Inno. &  
Host. Io. Mona. & Archi. in. c. qui generaliter. de pro-  
cur. lib. 6. & Archi. 5. q. 3. c. reos. & Spec. in tit. de pro-  
cur. §. 1. vers. sed pone in casu. & Oldra. in consilio.  
129. & hanc eandem sententiam notat Bar. in. l. post  
mortem. §. si. ff. de adopri. allegando glo. pro singu-  
lari in authen. quib. modis natur. efficit. §. si quis  
ergò. vers. sic incipit, Quòd qualiter fiat. ¶ Contra-  
riam sententiam tenet Franc. Accur. vt refert Cyn.  
in. d. l. quamuis indubitati. Mouetur; quia verba sen-  
tentię sunt referenda ad personam domini. l. fina.  
C. de iureiur. & absens damnari non potest. l. absen-  
tem. ff. de pœnis. & in procuratore sententia est  
ferenda. l. 1. C. de sente. & interlocu. omni. iudi. ergò  
semper poterit opponi hęc exceptio. l. licet. C. de  
procura. ¶ Et pro hac opinione facit tex. in. d. l. pe-  
nul. §. ad crimen. ff. de publicis iud. vbi tex. dicit fru-  
stra admittitur procurator; sed si teneret processus,  
non diceretur frustra; ergò, & c. Ioan. And. in. c. 1. de  
iudi. lib. 6. in nouel. ex dicta sententia Franci. tenet,  
q. quò ad fienda, seu agenda procurator repellitur;  
gesta tamen antequam opponatur, valebunt, arg. di-  
ctorum iurium. & hanc tenet Bal. in. d. l. seruū quoq;

§. publicē. Nec ob. l. ita demum. & §. veterani. quia  
loquuntur in exceptione competente ratione perso-  
næ; sed nos loquimur in exceptione competente,  
ratione causæ. Domini de Rota decisio. 544. q. inci-  
Item si citatus, tenent opin. primam, & dicunt, q. li-  
cet Io. And. concludat, quòd processus teneat quo ad  
præterita; non tamen quò ad futura; quia quò ad fu-  
tura potest opponi; non tamen potest opponi post  
conclusionem in causa, quin possit ferri sententia ab  
solutoria pro reo. ¶ Bar. in. d. §. ad crimen. in fin. q.  
dicit se dubitare; dicit tamen se consueuisse dicere,  
quòd aut procurator fuit admissus ex parte accusa-  
toris, aut ex parte rei; si ex parte accusatoris, valet  
256 processus, ratio est; quia ¶ pars, & iudex possunt remit-  
tere accusatori pœnam calumniæ, & solum propter  
pœnam calumniæ erat, quòd non debebat admitti.  
Aut ex parte rei, & non potest interuenire, nisi post  
conclusionem, per. d. l. quamuis. ¶ Et subdit, quòd  
de hoc dubitat; quia vna ex rationibus quare in cau-  
sa criminali non admittatur procurator est; quia di-  
ligentius principalis aget causam suam per se, quā  
per alium. ¶ Item mouetur per tex. ibi, qui dicit  
frustra, vt. §. dixi. & dicit verius esse, nisi vellet admit-  
ti post conclusionem in causa; & hanc opin. sequitur  
Ioan. de Fantucijs. in. c. 1. de iudi. lib. 6. ¶ D. Ant.  
hic distinguit, quòd aut sumus in casibus, in quibus  
absens potest damnari; & tunc tenet iudicium; quia  
ibi est defectus in solennitate; quia non potuit præ-  
stare cautionem de iudicato soluendo, quæ cautio  
non potest peti post litem contestatam. l. pomponi-  
us. §. rati habitationis. l. filius. §. veterani. ff. de pro-  
curato. Aut sumus in casibus, in quibus absens po-  
test damnari, & tunc non valet iudicium; quia non  
est tunc defectus solennitatis, sed cum absens non  
poterat damnari, conclusio videtur nulla. ¶ D. m.  
tenet hic indistinctē opinionem secundam Franci.  
quia aut interuenit procurator ex parte actoris, &  
reus fuit absolutus; q. fortē non euenisset, si princi-  
palis fuisset p̄sens; quia diligentius tractasset causam suā.  
Aut interuenit ex parte rei, & fortē ex negligentia  
procuratoris fuit condemnatus, cū esset innocens, &  
257 ¶ interest Reipublicæ ne nocēs absoluat; & ne inno-  
cens damnet. ¶ Vnde cum hoc statutum fuerit in fa-  
uorem publicum, non pōt pars renunciare. Facit  
l. ius publicum. ff. de pactis. ¶ Item mouetur per  
258 tex. in. d. §. ad crimen. qui dicit ¶ frustra, vt dixi. §. &  
sic denotat act. nullitatē, per. c. quia frustra. de vsur.  
quia illud est verum improprie, sed impropriatio-  
nes non sunt trahende in consequentiam, vt. c. intel-  
ligentia. de verbo. signi. Io. de Imo. in. d. c. 1. de iud.  
lib. 6. dicit, q. aut procurator interuenit ex parte a-  
ctoris, aut ex parte rei. Primo casu, aut interuenit  
post conclusionem causæ tantū, & pōt, vt. d. l. quāuis.  
C. de adul. Aut ante cōclusionē in cā; & tunc, aut ne-  
gotium est liquidatū cōtra reum, & potest interue-  
nire; quia cessant rationes, propter quas prohibe-  
tur interuenire. Facit. 24. q. 3. §. ecce. ¶ Si verò non  
est liquidatum contra reum; & sic reus est in causa  
absolutus; & tunc non debet admitti; quia tunc non  
vendicat sibi locum ratio diligentioris agitationis,  
& sufficit vnam de causis finalibus. a defse. l. libero-  
rum. §. notatur. ff. de his qui nota. infam. ¶ Secun-  
do casu, quando procurator interuenit post con-  
clusio-

Par. j.

G

clusio-



clufionem in causa, vel ante, & liquidatum est delictum pro reo; tenet processus; quia cessant rationes prædictæ. Si verò est liquidatum contra reum, non tenet processus per rationem diligentioris agitationis. D. Domin. de sancto Gem. in d. c. 1. de iud. lib. 6. dicit, quod decisio huius dubij consistit solum in rone; quare procurator non admittitur in causa criminali, in qua finalis ratio secundum. D. Ant. videtur esse; quia sententia careret executione; quia pœna debet tenere suos auctores, de his, quæ fiunt à maio. parte capi. c. quæsiuit. de elect. c. si. compromissarius. lib. 6. Sed si constat de delicto ex parte rei, erit inefficax sententia; quia procurator non debet puniri; si non constat, debet puniri accusator, & non procurator. Et ideò lex dicit frustra interuenit procurator; scilicet, quantum ad sententiam exequendam; quia in effectu frustra reperitur agitatum iudicium, ex quo sententia non habebit executionem. Vnde concludit, quod prima sententia est vera, quòd processus teneat. Nec obstat tex. in d. §. ad crimen. dum dicit  
 259 frustra. quia ¶ debet intelligi in effectu; scilicet, opposita exceptione, pro quò facit. c. quia frustra. de vsuris. vbi dicitur, quod frustra vsurarius impetrat auxilium legis; & ideò dicit, quod nullatenus audiatur. Et vt ibi tenet Inno. illa exceptio est dilatoria, quod nullatenus audiatur; & sic patet, quod ¶ licet lex dicat, frustra agit; vel nullatenus audiatur; intellige scilicet opposita exceptione; quia aliàs tenet processus, vnde. d. §. ad crimen. debet intelligi frustra admittitur; scilicet, si opponatur, vel frustra. scilicet, quòd ad executionem sententia, quæ in pœna corporali non poterit ferri in procuratorem. ¶ Et pro hoc dicto, ego adduco tex. in l. 1. C. de non numer. pecu. coniu. his quæ ibi dicit Bal. & tradunt Docto. vbi dicitur,  
 261 quod ¶ illud intelligitur fieri frustra, quod in effectu potest tolli, vel elidi exceptione, quod tamen non opposita exceptione teneret. Ad idem facit, quod not. in  
 262 Clem. constitutionem. de electio. vbi patet, quod ¶ licet lex prohibeat quem admitti ad iudicium; tamè si de facto admittatur, tenet processus. ¶ Et ad rationes Legistarum dicit D. Dom. posse responderi, quod de iure canonico possunt verba sententiæ concipi in persona domini; licet causa fuerit per procuratorem agitata, vt not. in c. quare lã. §. de electo. de quo latius. §. dixi in prima q. princip. primi membri princip. Ad aliud, quod sententia in causa criminali non potest ferri in absentem, dic, quod secus est de iure canonico, vt patet in c. veritatis. de dolo & contu. cum ibi no. Tu verò dic, de intellectu illius. c. vt supra latius dixi. Et aduerte; quia, si bene ponderentur verba D. Domini. conclusio sua videtur contraria rationibus primo assignatis. Sed D. Io. de Imo. latius complectitur hunc articulum in d. §. ad crimè, prope finem. vbi dicit, quòd passus est valde dubius propter tantorum Doctorum opiniones; dicit tamen in hac ambiguitate distinguendos duos casus. Primus est, quando procurator perseverauit vsque ad conclusionem in causa, & vsque ad sententiam. Secundus est, quando interuenit solum ante conclusionem in causa. Primo casu subdistinguit, quòd aut venit ex parte accusati, aut ex parte accusatoris; si interuenit ex parte accusatoris; & tunc aut liquidatum erat negotium, & conclusum est con-

tra reum præsentem, & carceratum, & tunc videtur, quod possit interuenire; nec vitietur sententia, quæ ferretur; quia cessare videntur omnes rationes prohibitiuæ. Nam iudicium non erit delusorium; quia reus præsens condemnabitur, & consequenter punietur, & sic maleficium non erit impunitum; cessat etiam ratio fidelioris defensionis; ex quo negotium est iam examinatum, nec accusator venit puniendus de calumnia, ex quo probatum est crimen, & iste videtur casus secundum vnum intellectum. d. l. quamuis indubitati. licet alij dicant, quod aliud operatur etiam ibi fauor absentia causa Reipublicæ ipsius procuratoris. Sed communiter videtur teneri quòd idem esset, etiam si se absentasset causa Reipublicæ; quia cessant rationes prohibitiuæ, de quibus supra dixi; videntur sentire etiam Butrig. & etiam Bart. in d. §. ad crimè. Si verò negotium erat conclusum pro reo, tunc non est dubium, quòd ex parte accusatoris non potest admitti procurator, cum ipse de calumnia venit puniendus, quam calumniam præsumitur commisisse eo ipso, quod non probauit, vt. l. 1. C. de calum. An autem si se absentauerit post dictam cõclusionem in causa factam pro reo, possit reus absolui, videntur sentire Domini de Rota per illud quòd supra dixi, quòd licet tunc non possit condemnari absens de calumnia, si est pœna, quæ non cadebat in absentem; & pro hac parte etiam bene facit. l. si accusatoribus. ff. de accusatio. & hoc sequitur Bar. ibi. ¶ Sed aduerte; quia contra istam opinionem facit; quia ibi sumus in causa, in qua per sententiam fit alijs præiudicium. Ita demum videtur alijs fieri præiudicium, si actor sit præsens tempore sententiæ. l. qui repudiantis. §. fin. & ibi not. ff. de inoffi. testam. & l. si ideò. ff. de euictio. Sed talis est huiusmodi causa; quæ absoluta de crimine publico non poterit postea ab alio accusari, nisi doceatur de præuaricatione primi accusatoris, vt. d. l. 2. §. si. ff. eo. & l. 3. ff. de præuaric. & c. de his. §. eod. & ibi latius dixi; ergò videtur, quòd non possit ferri absolutoria pro reo absente accusatore, quod habet præiudicare alijs, nisi dicas, quod illud contingit ex eo; quia iam erat conclusum in causa pro ipso reo; secus si ipse accusator ante causam cõclusam se absentasset; & sic possent procedere contraria. Contra hoc tñ aliquo modo facit, quod not. Bar. in d. l. qui repudiantis. §. si. & ff. de inoffi. testa. l. sepè. & in l. si superatus. ff. de pigno. Aut vult interuenire, procurator ex parte accusati post cõclusionem in cã; & tunc si erat conclusum contra reum, non potest interuenire; ne aliàs iudicium esset delusorium, cum accusatus sit damnandus, & non procurator; & damnandus debet esse p̄sens; vt dictum est. Aut erat conclusum pro ipso reo; & tunc velle videntur ipsi Do. de Rota. per illud quòd. §. dixi, quod possit interuenire; & possit absolui in absentia. Sed hoc fortè non est verum, per regulam, quæ vult, quod illo casu possit fieri absolutio; quo posset fieri condemnatio; nisi reperiat expressè oppositum, vt not. in l. 3. ff. de re iudic. & l. 3. C. vbi senat. vel clariss. per argumentum à speciali, & in c. inferior. 2. i. dist. Cum ergò non posset dånari si esset absens; nō potest etiam absens absolui. Aduerte etiam; quia quod supra dixi, quod postquã est conclusum in causa pro præsentem, si interuenit procurator ex parte accusatoris; licet nō debet interuenire, possit reus

reus absolui. Aliqui tamen tenuerunt contra illam rationem; quia cum reus absoluitur, accusator debet de calumnia puniri, vt. l. 1. C. de calum. quod hoc casu fieri non possit, ex quo est absens; & hanc opinionem tenet Cyn. in d. l. quamuis. Sed non placet Bart. quia licet non possit nunc damnari de calumnia, alias si representet se poterit damnari, vel poterit procedi ad annotationem bonorum, iuxta. l. 1. ff. de requir. reis; & ideò non debet hic impedire executionem; scilicet absolutionis rei; & hoc de primo casu principali, quã vult procurator interuenire post conclusionem in cã. ¶ Secundo casu principali, quãdo interuenit ante conclusionem concludere, quod ante conclusionem in cã, in qualibet parte litis poterit opponi, & post litem contestatam. arg. d. §. ad crimen. & per illud, quod dixi. §. post Bar. & D. Barth. de Salic. ¶ Aut interuenit procurator, & perseverauit in causa vsque ad conclusionem in cã inclusiuè; & nihil fuit oppositum; & hic est casus dubius, an tñ valeat processus; & potes dicere, quod aut interuenit ex parte accusatoris; aut ex parte accusati; si ex parte accusatoris; & tunc, aut negotium est liquidatum contra reum; & valet processus; & possit reus præsens condemnari; & iste est casus, secundum vnum intellectum d. l. quamuis indubitati. pro quo optimè facit. l. posthuius. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testa. & quòd not. Inno. in c. in nostra. de procura. & in c. causam quæ. 2. qui filij sint legit. & facit, quia cessant tunc omnes rationes prohibitiuæ; quia iudicium non erit delusorium, cum reus præsens possit damnari; & punietur, & sic maleficium non remanebit impunitum. Item nec est curandum, an alius causam melius agisset, ex quo crimen ad lucem peruenit. 2. q. 3. c. ecce inquitur. vnde cunq; enima crimina claruerint, puniendæ sunt. ¶ Aut negotium est liquidatum pro reo; & tunc processus videtur nullus. Primo per tex. in d. §. ad crimen. Item, quia stat ratio fidelioris agitationis; & ideò non videtur posse ferri sententia pro reo absolutoria in præiudicium aliorum; quasi causa sit agitata cum illegitimo contradicatore. l. si cū non iusto. ff. de collu. deteg. Nec hoc casu possit accusator absens puniri de calumnia, saltem quando pœna est talis, quæ non caderet in absentem. Facit ad prædicta quod not. Inno. in d. c. in nostra. & d. c. causam quæ. & Bar. in d. §. si quis ex his. ¶ Secundo casu. quando interuenit procurator ex parte rei, vsque ad conclusionem in causa inclusiuè; & tunc si ex conclusum contra reum absentem, processus est nullus; quia sunt omnes rationes prohibitiuæ interuentus procuratoris in causa criminali, de quibus supra dixi. ¶ Aut est conclusum pro reo absente; & tunc videntur sentire Do. de Rota per illud quòd supra dixi, quod possit reus absolui; & accusator præsens de calumnia condemnari; & hoc videtur satis æquum fauore libertatis, & absolutionis, arg. l. Arriannus. ff. de actio. & obliga. Et facit quod not. Cyn. in d. l. quamuis. Contra hoc tamen facit; quia sicut non posset ferri condemnatoria, ita nec absolutoria deberet posse, arg. l. 3. ff. de re iudi. Nisi excusando dicas, quod illa regula procedit quã est eadem ratio, vt. §. dixi; secus si diuersa, prout est in casu proposito, nam quando est conclusum contra reum absentem stant omnes rationes prohibitiuæ, vt dixi; sed quando est conclusum pro reo, cessant omnes prædictæ rationes prohibitiuæ; ideò se-

263 cus sit; cum ¶ cessante ratione legis, cessare debeat dispositio legis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. & c. cum cessante. §. de appella. Et hæc pars videtur benignior, & sic amplectenda, vt. l. benignius. ff. de leg. Ego arbitror concludendum esse, quod siue loquatur post conclusionem in cã, siue ante, siue ex parte accusatoris, siue ex parte rei, vbi cunq; cessant rationes, vel ante liquidatū negotiū, vel post, per quas prohibeatur interuentus procuratoris, quod processus teneat; quanquam à principio ante liquidatū negotium non potuisset procurator interuenire. Et ideò si ex parte accusatoris interuenit, vbi non poterat interuenire; & reus non excipit; & pro accusatore liquidatum est negotiū, processus tenebit; quia cessant rationes prohibitiuæ, cõcludentes quare ex parte accusatoris non possit interuenire procurator, & maximè quia postquã deuentū est ad finem, debet cessare oia, que sunt ad finem, vt dixi in c. euidentia. §. eod. & reus vñ potuisse præiudicare sibi non opponendo; & quia vnde cunq; criã claruerint, sunt puniendæ. Et ideò vide  
 264 mus, quod ¶ etiam ex inepto processu per cõfessionem rei accusati, potest reus condemnari, si ad id agebatur, vt per Inno. in c. qualiter & quã. 2. §. eo. & Bar. in l. si confessus. ff. de custo. reo. per glo. in l. si filium. C. de libe. cau. Et quia iura euitant circuitum tanquam actum frustratoriū. l. dominus testamento. ff. de conditio. indebi. Et vide quæ dixi in clem. auditor. de rescrip. & quia interest Reipublicæ ne delicta remaneant impunita. l. illud. ff. ad. l. Aquil. cum alijs iuribus vulgaris. vnde cū cessent rationes, debet & cessare effectus, vt. §. dictum fuit. Sed si pro reo conclusum est, tunc secus; quia non cessant dictæ rationes. ¶ Et idem dicendum est, quando interuenit ex parte accusatoris, singula singulis referendo. ¶ Et ex prædictis ego infero, quod antequam sit liquidatum negotiū, semper poterit opponi exceptio ista, quòd non possit interuenire procurator; tam ex parte accusatoris, quam ex parte accusati; si rationes prædictæ impeditiuæ interuentus procuratoris habet obstata. Et idem etiam arbitror, si liquidatum esset negotiū; & in causa conclusum esset, sed ipsa liquidatio reduceretur in dubium, ita quod propter aliquam causam, aliæ probationes essent fiendæ, & admittendæ; & nō cessarent prædictæ rationes impeditiuæ. Et secundū prædicta intellige, & declara quæ dixi. §. in. 7. q. 2. q. princip. 2. membri princip. ¶ Sexto principaliter quæro, ¶ vtrum in casibus, in quibus in causa criminali admittitur procurator, regatur speciale mandatum? Sol. Specu. in tit. de procura. §. 1. verfi.  
 266 sed nunquid media dicit quod non; vnde dicit, quod ¶ licet quis constituatur gñaliter ad omnes causas; tamen de ciuilibus tantum intelligitur. C. de epefc. &  
 267 cler. l. cum clerici. & auth. clericus. quini mo. ¶ siue generalis, siue specialis sit procurator ad causam, non potest proponere crimina, vel defectus, etiam excipiendo contra personam eius, qui litigat de sua electione, vel prouisione, vel de alio; nisi specialiter fuerit sibi de mandatum, quod excipiat de crimine. §. de  
 268 resti. in integ. c. coram. & est ratio. Nam ¶ grauiter punitur crimina, vel defectus obijciens, si deficiat in probando. c. 1. de elect. lib. 6. quodammodo enim eius status diminuitur. quia suspenditur ab omnibus be  
 Par. j. G. ij. nefficijs

neficijs suis per triennium; & si se illis ingesserit, p-  
petuò priuatur, vt ibi; & sic punit circa statù digni-  
tatis suæ, manente libertate. Cum ergo hoc diminu-  
tionē status inducat, vt. l. i. ff. de varijs & extra ordi-  
crimi. non debet admitti procurator, nisi sibi spe-  
cialiter demandetur. l. non solum. §. fin. ff. de procura-  
ra. & arg. ff. de mino. l. illud. Præterea, cum dñs puni-  
atur, & in penā cadere pōt; vt patet, ergo per man-  
datū gñrale, vel speciale non debet posse propone-  
re criminales defectus, ne dñs penam huiusmodi  
patiatur; ista sunt verba quasi formalia Spec. deinde  
allegat quædam in contrarium; quæ non multum fa-  
ciunt ad nostram q. princ. ¶ Tu aduerte; quia de  
quæstione generali profectur Spe. magis quæstio-  
nem specialem, ¶ vtrum habens mandatum gene-  
rale, vel speciale ad cām, pōsit pponere cña contra  
electum, q̄ hodiè est expeditum in cle. 2. de pcurat.  
vbi plus dicitur, q̄ etiam si in pcuratorio essente ex-  
pressā quædam requirētia speciale mandatum, se-  
cundum formam. c. qui ad agendum. de procurat.  
le iudicio meo. Bal. in. l. si. C. eo. tenet, quōd talis inscriptio nō sit de esse formali libelli accusatorij, sed q̄ sit de ordine, & ideo p̄cessus nō vitiat, licet in eo subscriptio omittatur; nec tñ p̄pter omisā subscriptionē remanebit impunita calumnia, quia talis subscriptio tacitè subintelligitur, vt. l. pen. C. eo. titu. & l. 3. C. qui accu. nō pos. & hæc opi. mihi placet, & eam fueram imaginatus, antequam viderem Bal. ex qua infero, q̄ si pars opponeret de omisā subscriptione. nō procedit iudicium. Ita intellige omnia iura, quæ videntur velle inscriptionem fore necessariam. Si verò pars nō opponit, procedit iudicium, & nihilominus punitur accusator. Ita intellige alia iura, quæ volunt accusatorem puniri simili p̄nā, licet se non inscribat. Nam aliās videretur mihi absurdū, quōd si libellus esset nullus, & nullum iudicium propter omisā inscriptionem, quōd accusator deberet puniri p̄na talionis, argu. c. non præstat. de reg. iur. lib. 6. & quod not. gloss. Inst. de oblig. in princ. Et si diceret, si hoc tacitè subintelligitur, nō est necesse, quōd etiam ad petitionē accusati, se inscribat accusator, cum ¶ tantum operetur tacitum, quantum expressum. l. cū quid. ff. si certum pet. & l. 3. ff. de leg. 1. Respondeo secundum Bald. in. l. 3. & qui accu. non pos. quōd fieri debet ad maiorem terrorem accusatoris, vt maturi? cōsideret, quo pacto accuset, & vt facilius a calumnia distrahatur, cum expressam videat ante se p̄nam propositam, si calumniet, vide quod nota. in cle. 1. de atate & qualit. & quōd ibi dixi. & 23. dist. in. c. quāquam. & c. aduersus. j. de hære. & est text. expressus in inscriptione. 4. q. 4. §. itē si quis in fin. ibi, vt alterutram partem digna legum terrere possit 35 autoritas. Secūdo quæro iuxta prædicta vtrum ¶ in criminibus, in quibus defunctus potest accusari, quæ habes notata p̄ gl. in. l. ex iudiciorū. ff. eo. & l. si. ff. ad. l. Iul. pecul. necessaria sit inscriptio. Solu. gloss. in hoc singularis, quam non memini alibi legisse, in. §. si forte. 2. q. 2. dicit, q̄ est necessaria. & eā sequitur Bald. in. l. qui crimen. C. qui accusa. non pos. Et ad quam p̄nam debeat accusator eo casu se inscribere, dicit 36 ibi glo. q̄ ad illam, ad quam supponeretur mortuus, si viueret, & de tali crimine esset conuictus, non autem ad illam, ad quam nunc defunctus supponeretur, & ratio est; quia ¶ grauius est peccatum in mortuum, quam in viuum. l. qui sepulchra. C. de sepul. viola. Gloss. in versic. accusatione. sentit duas. qq. prima, vtrum quis repellatur ab accusatione prætextu criminis. Secunda, vtrum repellatur ab exceptione. In eadem, ibi, criminofus accusare non debet, dic, de hoc artic. vt plenè dixi in. c. 1. 3. eo. in glo. 1. in prima. q. ¶ In eadem, in fi. dic, sentit ergo gloss. nostra, quōd ¶ cōtra electum, seu confirmatum potest quis excipere, licet sit criminofus, etiam si solum prosequatur publicum interesse, aliās enim glo. in hac secunda parte nō aduersaretur primæ parti, prout videtur aduersari. Nā & in prima parte nō repelleretur criminofus ab accusatione, si prosequeretur proprium interesse, vt dixi. 3. eod. c. 1. Inn. in hoc articulo multum instat. Primo dicit, q̄ regulariter nō admittitur, si solum excipiens prosequitur publicum interesse, mouetur; quia hæc exceptio voluntaria habet vim accusationis, vt hic, & c. super eo. & in auth. de sanctiss. epi. §. 1. & per Inno. in. c. 1. & 2. 3. de elec. vnde

vnde sicut accusator repellitur prae-textu criminis, nisi proprium prosequatur interesse, & sic solum dicitur voluntarius accusator, vt. c. i. s. eo. ita & excipiens, & per hoc etiam allegat. tex. 23. dist. c. illud. vbi textus vult, discutiendum fore ante omnia de personis contradicentium, & sic an sint criminosi, vel nō. Secus vult Inn. si excipiens exciperet propter priuatum interesse; puta, quia est parochianus, vel patronus; quoniam, ¶ nemini ius suum prosequenti obstat criminis exceptio. 4. q. 6. omnibus. 16. q. 1. c. constitutum. 2. q. 7. filijs ac nepotibus, nam talis non dicitur excipiens voluntarius, cum stimulatus ad hoc veniat, arg. not. per D. m. in. c. cum inter. & c. dilecti. s. de except. tetigi. s. eod. c. meminimus, in 7. notab.

38 quod tamen est verum, secundum Inno. nisi ¶ ex aliqua causa esset suspectus; quia talis in criminalibus, vel ecclesiasticis non est admittendus. 3. q. 1. o. c. fin. & ad hoc etiam allegat. l. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de doli exceptio. subdit tamen, quod iste. §. videtur facere in contrarium; nam indistincte videtur vel le, q̄ excipiens admittatur; nec contra excipientem de crimine admittatur criminis replicatio. Soluit tamen ipse Inno. quod iste rex. procedit, quando alius agit contra excipientem; quia non potest replicare de crimine ipsius excipientis. Sed hic petens confirmationem, vel consecrationem non agit contra excipientem, sed duntaxat implorat iudicis officium; ideo potest replicare de crimine excipientis, si non prosequitur suum proprium interesse. Refert secundo Inno. alios tenere contrarium, & melius secundum eum, videlicet, q̄ criminosi simpliciter admittantur ad excipiendum; quia iste, qui petit confirmationem, vel consecrationem, si habet aduersarium, debet dare libellum, in quo debet exprimere causam, qualiter fuit electus a toto capitulo, vel maiori parte, aut ab alio ad quem fuerat deuolutum ius eligendi, vt c. ex parte de concess. praben. Item fiet litis contestatio; nisi dicatur, q̄ ¶ hæc duo specialiter non requirantur, ex eo, q̄ causa sit spiritualis, vel beneficialis, & sine scripto proceditur. 1. q. 1. c. si quis cum clerico. & c. 1. s. de do. & contum. Sed hoc est hodie expeditum in clem. dispendiosam. de iudi. Sequitur ergo ex prædictis, quod contra talem de crimine excipientem non debet admitti replicatio, vt. d. l. apud Celsum. §. Marcellus. & c. dilectus. de except. Ad. c. illud. 23. dist. respondit, q̄ quantum ille text. dicit, discutiendas fore ante omnia personas contradicentium, q̄ ¶ debeat intelligi, q̄ debent discuti, & examinari in hoc, videlicet; an habeant probationes in promptu, ne diu differatur vacatio ecclesiarum; vnde si non haberent probationes in promptu, non admittentur propter periculum vacationis, per. c. quam sit. de electio. lib. 6. & sic non differtur propter talem accusationem confirmatio, vel consecratio. 2. q. 7. pleriq; & s. de probat. latè. Vel exponitur secundo modo, vt debeant examinari personæ; an scilicet veniant bono, vel malo zelo, vel odio; vel vanagloria. 2. q. 7. c. querendum, & c. si qui sunt. Archid. verò in. d. c. illud. latè tractat hunc articulum, & finaliter concludit, q̄ criminosus non admittitur ad excipiendum, nisi prosequatur proprium interesse; imo plus dicit, q̄ si canonici sunt conspiratores, excommunicati, vel criminosi, procurator eorum non admittitur ad

huiusmodi exceptionem, per. c. fin. de pcurat. quod intelligo, nisi proprium prosequeretur interesse, & hoc tenet hic D. Anto. & D. m. Est ergo conclusio, vt distinguamus, an prosequatur publicum interesse, & non admittatur; an priuatum, & admittatur; nam primo casu talis excipiens dicitur voluntarius, & sic quasi actor, vel accusator, ideo non debet admitti. In secundo verò casu, talis excipiens dicitur quasi reus necessarius, & sic nō p̄priè actor, vel accusator, vide D. Ant. in. c. dilecti. & c. cum inter. & c. significauerunt. s. de except. & Doct. in. c. exhibita, de iudi. ¶ Ex prædictis deciditur alia notabilis questio, quam tangit hic Innoc. videlicet; ¶ vtrum princeps, vel dominus loci, aut ciuitas admittatur ad excipiendum contra electum, de crimine symonia, periurij, adulterij, & simi. & concludit, q̄ non; quia timendum est, ne faciant causa extorquendi pecuniam, facit. c. significante. s. qui ma. accus. poss. secus ergo si cessaret ista suspicio; quia tunc admittentur præ alijs. 16. q. 1. c. constitutum. ¶ Et dicit hic Hostien. quod hoc poterit index arbitrari ex diuersis coniecturis, nam si incontinenti offerunt probationes paratas, videtur admittendus, arg. c. literas. de restit. spolia. vel si is, contra quem exciperet, esset infamatus de alio delicto; & sic vult hoc esse summarie examinandum p̄ prælatum, ex quo deuenit ad eius aures, imo plus dicit, q̄ si pars deficeret, vel desisteret, non debet iudicis officium conquirere, quin de obiectis summarie per viam inquisitionis cognoscat, per. c. crimina. s. de collusio. detegend. & c. omnipotens. s. eod. & plus dicit singulariter Inn. quod si princeps haberet iustam causam suspicionis contra electum; puta, de prodicione, rebellionem, coniurationem; aut reuelatione secretorum, & simi. & hoc contingat ratione patriæ suæ, vel familiæ, a qua electus est, vel traxit originem, quæ habeat capitalem inimicitiam cum ipso principe, & hoc casu erit admittendus; quia satis diceretur prosequi proprium interesse, allegat de iureiur. c. petitio. & q̄ ipse notat in. c. nobis. s. de iure patro, & ibi Io. And. in vers. nescius, & quod notat. Inn. in. c. sacrosancta. de electio. pro quo dicto facit glo. in. c. nullus. 61. dist. & 63. dist. in. si fortè. Tu vide etiam Oldra. consil. 101. vbi vult, quod ¶ vallet admittatur, cum ipse teneatur ecclesiam defendere, & eius interfit illam a noxa conseruare, vt. c. 1. de forma fidelita. in vrbibus feudorum. Item quia interest ipsius habere bonum prælatum, & bonum dominum cum sit etiam futurus suus index in causa feudi, vt. c. ceterum. s. de iudi. & c. verum de foro comp. ¶ Sed quero iuxta prædicta magis generaliter, ¶ qui admittantur ad excipiendum de crimine contra electos petentes confirmationem, consecrationem, vel ordinationem. Innoc. in hoc fuit varius; & videtur super hoc plurimum dubitasse, primo enim dicit, quod sicut quilibet admittitur ad defendendum, vt. l. feruum quoque. §. publicè. ff. de procur. ita debet admitti quilibet ad huiusmodi exceptiones, cum eo modo dicatur etiam se defendere; vnde etiā laicus admittitur; quia cuiuslibet catholici Christiani interest, vt ecclesia habeat nedum bonos prælatos, sed etiam bonos, & honestos clericos, vt authen. de sanc. epi. §. si quis coll. 9. & in auth. quomodo opor. episc. §. si quis coll. 1. & s. de testi. c. quoniam, & c. ex parte, & c. vnico.

vnico. s. de obli. ad ratio. 23. distinctio. c. qui episcopus. in fi. & c. illud. 62. dist. c. 1. 63. distinct. c. plebs. & not. 81. c. Maximianus. 8. q. 7. c. licet. nam & ¶ ius publicum consistit in factis, & in sacerdotibus. 1. distinct. c. ius publicum. ff. de iusti. & iur. l. 1. in fin. & hanc opinio. fuit secu. Bonagui. qui dicit Clementē Papam ita dixisse, non tamen determinando; & ¶ fu it ille Bonagui. Aretinus vt dicit Archid. in. c. 1. de electio. lib. 6. Refert secundo Inn. alios dicere, quod regulariter nullus admittitur, nec rōne publici interesse, nec rōne priuati; nisi in criminib; a iurē exprefsis, vt. d. c. vnico de obli. ad ratio. Et est ratio secundum istos, licet talis electus promoueat; nihilominus parti remanet suum ius saluū, vt. c. post elect. in fin. s. de concess. praben. Hostien. tamen respondit huic arg. q̄ quauis non perimatur actio; tamen deterior sit petentis conditio, & ideo debet admitti quis propter priuatum interesse. Facit. c. fin. s. de alie. mut. iud. Item facit; quia melius est ante tē pus occurrere, & c. Item, quod dicimus de iure ciuili in appellatione ab interlocutoria, q̄ licet grauius veniat reparandum in appellatione a diffinitiuā; nihilominus si venit durius reparandum, potest appellari ab interlocutoria; licet alias regulariter appellari non possit, vt not. Bar. in. l. 1. §. quæ situm. ff. de appel. & per eum in. l. 2. ff. de ap. reci. finaliter Inn. videtur residere in sententia, q̄ ad opponendum crimen nō admittat, nisi is, cuius specialiter interest, ratione priuati interesse. Nec ob. secundum eum. l. feruum, quoq; §. publicè. s. alleg. quia loquitur, quando defensor agit nomine alterius, & satisfat; sed iste excipiens videtur nomine suo excipere. Subdit tamen Inno. quod contra formam electionis non videtur admittēdi; nisi solum illi, quorum interest ratione suæ electionis, vel collationis, & hic solum canonici, qui haberent eligere, vel alius, qui haberet conferre, vt c. 2. s. de elect. & hanc videtur sequi Lap. Ab. & Math. in. c. 1. de elec. li. 6. & dicit Lap. ibi. q̄ hæc opi. probatur per tex. in cle. constitutionem. de elect. vbi text. vult, q̄ admittantur illi solum, quorum interest; ergo si non interest, non debet admitti. Ego hunc articulum satis plenè examinaui in. d. cle. constitutionem, propè si. sed non sicut hic, vnde aduerte; quia idem Inno. in. c. 1. de elec. lib. 6. sentit, q̄ etiam contra formam electionis admittentur quilibet, qui admittentur ad excipiendum, quod dictum sequitur hic Archid. & satis videtur probari ex generalitate d. c. 1. loquitur enim ibi tex. per ¶ verbum, si quis, quod est vniuersale. Itē probat, per tex. in. c. vt circa. de elect. lib. 6. qui loquitur per verbum, aliqui, & ad idem. c. is qui. & c. procurator. eod. tit. & lib. qui tex. videtur loqui indistinctè, & sic sunt intelligendi indistinctè; siue exceptio fiat contra formam, siue contra personam. Ad quod etiam facit, quia ¶ defectus formæ vitiat electionem. c. quia propter. s. de elec. ergo inter est vniuscuiusq; castari dictā vitiosam formā. ¶ Garzias verò, vt refert gloss. in versic. aliqui. in. d. c. vt circa. de elec. lib. 6. dicit, q̄ curia Ro. admittit quomolibet clericum contra electum in episcopum, siue sit ibi beneficiatus, siue inde oriūsus; & hoc in quantum obijceret contra personā electi. In quantum verò obijceret contra formam electionis, admittit solum canonicos de ecclesia, vel alios habentes vocem

ad talem electionem, & in hoc videtur residere Io. And. in d. gloss. Ipse tamen ibi in nouella videtur potius adherere opinioni, quam ponit Inn. in. d. c. 1. de elect. lib. 6. quod scilicet, quilibet admittatur ad excipiendum contra formam, qui admittentur contra personā, & hoc etiam videtur sequi gloss. in. c. cupientes. §. si verò. versic. vnico. de elect. lib. 6. Io. And. hic post recitatas opinio. Inno. videtur inclinare in opinio. quam tetigi. s. in præced. q. secundum Hostien. videlicet, q̄ hoc sit arbitrarium; vt etiam quandoq; quilibet laicus admittatur. ¶ Quod si obijciens offert se incontinenti probaturum, certè audiendus erit, arg. c. literas. de rest. spoliato. & ideo si is, contra quem obijceret, esset infamatus de illo crimine; quia certè videretur admittendus, arg. c. omnipotens. s. eo. & c. accedēs. j. eod. vnde debet iudex hoc sum mariè cognoscere, & examinare, vt dixi in præcedenti q. D. Ant. hic non facit differentiam, vtrum obijciatur contra formam, vel contra personam; sed solum distinguit gradus dignitatis. Dicit enim, quod contra electum in episcopum, in personam, vel contra formam admittitur subditus; contra promouendum verò ad ecclesiam curatam, dicit admittēdū quemlibet parochianum. Si verò quis promoueretur ad dignitatem, vel magistratum, post episcopū, dicit admittēdum quemlibet de diocesi; quia quodammodo est eius superior. Contra canonicos verò, & alios electos ad particularia beneficia, admittuntur omnes de ecclesia, & etiam illi, quorum specialiter interest. Et sic non facit differentiam, an obijciatur contra formam, vel contra personam. D. m. aliter distinguit, dicit enim, quod aut ille, qui excipit, est laicus, & nullo modo admittitur, maxime de crimine contra electum, nisi sua interfit ratione priuati interesse; vt quia patronus, vel parochianus, vel ex alia simili causa, arg. c. illa præpositorum. s. eo. & ibi tetigi in quinto not. mouetur etiam; quia hæc exceptio habet vim cuiusdam accusationis, vt. s. dictum fuit; sed laicus ab hac accusatione repellitur, nisi suū prosequatur interesse, vt. d. c. illa. & not. in. c. ex parte s. de testi. & quod dixi in. c. cum. P. s. eo. Aut iste qui excipit est clericus, & dicit hunc admittēdū, si alia causa rationabilis non obstat. Interest enim cuiuslibet clerici ne malus præficiatur in ecclesia. Præterea, si clericus potest accusare alium clericum prosequēdum ad ius publicum, vt dixi in. c. cum. P. s. eo. fortius debet admitti ad excipiendum, vt. c. ad agendum. de reg. iur. lib. 6. Nam ¶ turpius eijcitur, quam non admittitur hospes, vt. c. quemadmodum. s. de iureiur. Et pro hoc etiam adducit; quia talis clericus non videtur prohibitus; imo potius admissus, cum hoc. c. loquatur generaliter, & sic etiam loquitur generaliter. c. 1. c. vt circa. c. procurator, & c. is qui de elect. lib. 6. & s. dixi. D. m. in. d. c. vt circa. de elect. lib. 6. post D. Ant. aliter nititur concordare prædictas opinio. distinguit enim, q̄ aut obijcitur in formam electionis defendendo ecclesiam; & hoc casu admittitur quilibet, qui aliàs admittentur ad obijciendum crimen contra personā; & ita procedit opinio Inno. posita in. d. c. 1. de elec. lib. 6. p̄ quo allegat. D. Dom. dictum Host. in. c. cum Bertoldus. s. de re iudic. vbi dicit, q̄ quilibet de ecclesia, etiam parochianus admittitur ad defensionem ecclesiarum, licet non veniat ad



ad iudicium pro defensione sui iuris particulariter, allegat. c. si quis presbyterorum. de rebus ecclie. non alie. Aut quis non venit ad iudicium per modum defensionis ecclesie; & hoc casu repellitur volens obijcere contra formam, ex quo non interest sua; & ita procedat prima opinio. Inn. & Mathei. Lap. & Abb. Si vero obijcitur contra personam, & tunc; aut loquimur de electo ad beneficium simplex nullam habens curam animarum, & tunc non admittitur nisi is cuius specialiter interest, ratione privati interesse, vt. c. vt circa. de elect. lib. 6. Aut est electus ad beneficium curatum, vel collegiatum; & tunc distinguit inter criminofum, & non criminofum; quia aut opponens etiam est criminofus, & sibi obstat crimine, si sua aliam non interest, nec ratione proprii interesse; vel publici; vt quia non est clericus illius ecclesie, vel patronus, vel parochianus, & talis repellitur, quia personam talium repelluntur. 23. dist. c. illud. ¶ Aut sua interest; quia clericus, patronus, vel parochianus, & tunc aut venit ad iudicium pro interesse communi, aut privato; si pro communi, aut is venit tanquam specialiter stimulatus; vt quia vocatur per iudicem ad iudicium, & ad instantiam electi, & tunc admittitur. Nec ob. exceptio criminis, vt not. voluit gloss. in. c. exhibita de iudic. Aut ipse non venit stimulatus specialiter; sed voluntarie se opponit vocando electum ad iudicium; & tunc repellitur exceptione criminis; quia cum iste non veniat pro suo privato interesse, sed communi repellendus est; sicut potest intelligi. c. illud 22. dist. & not. gloss. in. d. c. exhibita. de iudic. Nec ob. c. cum inter. §. de except. quia ¶ loquitur in excipiente, qui stimulatus venit, & ideo cum detur contra ipsum impugnatione; non debet denegari defensionis; sed si venit voluntarie ad iudicium, cum electus nihil petat ab opponente; ista sua exceptio habet vim accusationis; & actionis; & not. Inno. in. c. super eo. de elec. & in tex. nostro; sicut ergo accusator repellitur propter crimen, sic & iste voluntarie excipiens. Aut iste venit ad iudicium pro interesse suo privato; & tunc venit specificè in formam actionis principaliter vocando dictum electum ad iudicium, & tunc non repelleretur exceptione criminis; quia ¶ nullum crimen regulariter repellit quem a prosecutione iuris sui 4. q. 6. omnibus. Fallit tamen in exceptione excommunicationis, quæ repellit actorem ab agendo, vt. §. de iudi. c. intelleximus. & sic posset alio modo intelligi gloss. in. d. c. exhibita. Aut iste venit in forma rei, & tunc non repellitur etiam exceptione excommunicationis, quæ non repellit a defendendo, vt. §. de except. cum inter. Vnum tamen aduerte circa predictam materiam de privato interesse; quia non dicitur priuatum interesse in casu nostro interesse burfale; & quia diceret quis ecclesiam sibi obligatam, & hoc tenet Inn. & sequitur Mathe. in clemen. constitutionem. de electio. & ibi dixi quasi in fi. Tertio quæro, ¶ vtrum plures admittantur ad excipiendum contra eundem electum petentem confirmationem. Sol. Inno. hic dicit, ¶ si illi obijciant diuersos defectus, vel diuersa crimina, quæ admittentur, arg. c. veniens. §. de test. & c. fin. §. qui matrim. accus. poss. auth. si omnes. C. si se ab heredi. abst. Si vero de eodem delicto omnes exciperent, tunc iudex eligit magis idoneum, vt. l. 3. de popula. actio, & nota. in. l. si plures. ff. eo. & subdit Inn. quæ quando vnus excipit,

omnes alij, qui volunt excipere, eodem tempore debent excipere, & si tunc non exciperent, non sunt potestati audiendi, arg. ff. de liber causa. l. si pariter. & nisi ex iusta causa deberet admitti, vt not. in. d. c. si. §. qui matrim. accus. poss. Facit, quæ statim dicam in q. seq. & hoc sequitur hic Io. And. & D. Ant. Nec ob. secundu Io. And. quæ not. in. c. pen. §. de purg. can. per Inn. in gl. quæ incipit. forsan. quia ibi tractatur de accusatione, seu inquisitione fida de illo crimine, de quo fuit exceptum, & iudicatum; hic vero de exceptione admittenda post exceptionem, & vide latius Io. And. in. d. c. pen. in glo. super verb. incellus. quæ incipit forsan, & adde quæ dicam in seq. q. Quarto quæro vtrum si non opposuit crimen in confirmatione, possit postea opponere in consecratione. Sol. quidam, quos hic refert Inn. & Io. And. dicunt quod non, nisi ex causis, de quibus in. c. si. §. de qui matrim. accus. poss. Refert tamen alios tenere contrarium, & melius; quia nunc noniter aliquid peti, quod primo non fuit petitum. & idem Io. And. in. c. q. sicut. post Cõpost. §. de electio. in sua magna. vbi dicit idem per text. nostrum. & per §. si quis autem. in auth. quomodo oportet. Ego vero ex mente Doct. D. Ant. & D. m. hic, & in d. c. q. sicut. distinguo, quæ aut quis post confirmationem vult excipere de forma electionis; aut de crimine, & de persona electi. Primo casu dic, vt Io. And. in. d. c. quod sicut. Secundo casu sub distingue, quæ aut electus fuit confirmatus causa cognitione, aut non; primo casu dic, quæ aut opponitur crimen idem in consecratione, quod fuit oppositum in confirmatione, & de quo fuit plenè discussum, & non poterit ulterius de illo excipi. c. c. dilecti. de electio. & l. 3. ff. de popul. actio. quoniam ¶ de delicto eiusdem hominis, non est sepius querendum. vt l. licet. in. ff. nau. cau. stabu. & in. c. de hinc. 25. dist. Et ratio huius est; quia exceptio quæ obijcitur ad impediendam confirmationem videtur obijci ad publicam vindictam, & sic videtur habere vim accusationis; vt hic & §. plurjes dixi. Ergo non mirum si non potest amplius opponi ad consecrationem, quia etiam tunc tenderet ad publicam vindictam; & sic secus esset, si prius opposita fuisset exceptio ad alium finem; & vt dixi in. c. de his. §. eo. in tertio membro, vel si prius fuisset opposita ad vindictam publicam, & nunc opponeretur ad alium finem. Nec obstat, quæ ista exceptio nunc opponitur ad alium finem quam prima; cum prima fuerit opposita ad confirmationem, hic vero ad consecrationem; quia respondeo, quod immo in effectu opponitur ad tollendum illud idem, quod fuit oppositum in prima, vt hic in textu nostro. in versicu. post confirmationem. ergo obstat exceptio rei iudicata, vt in. l. egi. ff. de except. rei iud. l. harum. ff. si seruit. vend. Et predicta arbitrator procedere siue esset ille idem, qui vellet obijceret talem exceptionem, qui prius obiecit; siue alius tertius; siue iste tertius fuerit sciens, siue ignorans; & ratio est in præputo, nam ex quo iste fuit confirmatus, non obstat exceptio obiecta; quia videtur iudicatum ipsum non esse criminofum, & sic videtur, quæ sententia faciat ius quo ad alios scientes. Aduerte tamen; quia hoc membrum videtur limitandum, secundum limitationes, & declarationes, quas posui in. c. de his. in fi. membro. §. eo. videlicet; nisi iste tertius non veniret ratione proprii interesse, & diceret se ignorasse. Item nisi doceretur de col-

de collusionione, seu preiudicatione primi excipientis; & de his latius dic, vt dixi in. d. c. de his. ¶ Aut quis vult obijcere diuersam exceptionem ab ea, quæ primo opposuit, & hoc casu dicendum arbitror, quod si est ille idem, qui obiecit contra confirmationem, quod nunc non admittatur; nisi diceret crimen commissum post confirmationem, vel ipsius criminis notitia peruenisse ad eum postea, arg. nota. in. d. c. fin. qui matrim. accus. poss. & not. in. c. pastoralis, & c. exceptione. de exceptio. & vide quæ dixi in. c. 1. §. eod. in. 2. notabili. Idem dicendum arbitror de quolibet alio tertio, qui tamen fuerit presens, vel sciens cum ageretur negocium confirmationis, vt not. in. d. c. fin. Facit quod §. dixi. de eo qui malitiose distulit oppositionem vsq; ad consecrationem, vt illum impediret; secus autem si probabiliter ignorasset causam illam agi; quia tunc, secundum D. m. in. d. c. quod sicut. distinguendum est, quod aut restat aliquid iuris conferendi ipsi confirmato, vt puta, consecratio, & tunc admittitur exceptio per text. nostrum. Aut non restat aliquid iuris, vt puta; quia erat consecratus, vel erat talis prelat, qui non indigebat consecratione, sed benedictione; & tunc aut confirmatus est in petitione prelaturæ, & non debet admitti aliqua exceptio; quia non potest operari naturam suam propriam, vel impropiam; nec respectu accusationis, nec respectu intentionis, cum iste confirmatus nil petat, nec sit intentionis petendi. ¶ Exceptio autem propria est actionis exclusio, vel saltem intentionis exclusio, vt dixi. §. in prima oppo. post notabi. poterit tamen iste per viam accusationis, vel denuntiationis ipsum crimen intentare, secundum not. in. d. c. si. §. qui matrim. accus. poss. & de hoc plenè per Federic. consilio. 103. Aut confirmatus non est in petitione beneficii, sed agit petitorius adipiscenda, & dic, vt dicam in. c. accedens. §. eod. Secundo casu, quando ¶ confirmatio esset facta sine causa cognitione; licet olim essent varie opiniones, de quibus in. d. c. q. sicut. tamen hodie est expeditum, quæ talis confirmatio non tenet, in. c. fin. de elect. lib. 6. ¶ Quinto quæro, ¶ vtrum contra eligendum possit opponi exceptio criminis occulti? Sol. Inno. hic, quem sequuntur D. Ant. & Io. And. dicit, quæ sic, dummodo id crimen probari possit, vt. c. super eo. & c. inter. & c. cum Vintoniensis. §. de elect. & c. constitutus. de appellatio. vnde admittitur talis exceptio contra electum, ne confirmetur, & confirmatum ne ordinetur, & ordinatum ne consecratur, & consecratur ne possessionem adipiscatur, dummodo opponatur crimen cum infamia, vt. c. accedens. §. eod. & ibi dicam. Ita ¶ debet intelligi. c. si quis episcopus. 83. dist. & c. cum in cunctis. de elect. Et subdit, quæ nullo predictorum casuum excipiens calumniose transibit sine poena. ¶ Calumniosum autem intelligit, qui non probat. C. de aduoc. diuersorum iudiciorum. l. 1. & 2. & 3. q. 4. c. qui non probauerit. & si propter aliquem predictorum excipientes appellasset, & succumbat, debet in expensis condemnari, vt. c. vt debitus. §. de appellatio. Idem etiam si non fuit oppositum, sed aliàs fuit prosecutus in iudicio propositam exceptionem, in qua succubatur; nã & tunc debet in expensis condemnari, vt. d. c. accedens. ¶ Est enim hoc regulare in malè impetrante rescriptum, vt. c. ceterum. §. de rescript. Item in malè

excipiente, vt. c. finem. §. de dolo & contum. & in temerè ad iudicium prouocante, vt. c. calumniam. §. de poenis. & l. eum quem. ff. de iud. ¶ Sexto quæro, dictum fuit. §. secundum vniam opinionem, quæ sunt quidam casus, in quibus quis non admittitur ad excipiendum, nisi sua interest; quæro ergo contra quæ excipientem debeat opponi hæc replicatio, tua non interest; & vtrum possit opponi post litem contestatam? Sol. dicit Inno. quod secundum aliquos, talis exceptio potest opponi etiam post litem contestationem; nam ex quo sua non interest, nullam habet prosequi actionem, ergo prosequi non potest. fatetur tamen de ista replicatione, tua non interest, quæ si non opponeretur vsq; ad sententiam, & sententia firmaretur contra petentem confirmationem, quæ sententia valeret, & præiudicaret sibi quo ad omnes alios. ff. de inoff. test. l. posthumus. §. si. & l. cum putarem. ff. fam. il. ercisc. quamuis si sententia pro eo ferretur confirmatus electionis, non præiudicaret alijs, si fuissent absentes, vel ignari quominus possent ad hoc excipere contra electum, vt dixi. §. & probatur in. l. etiam. ff. de minori. & in simi. in. c. in nostra. de procurat. Nec obstat secundum eum, quod not. in. d. c. in nostra. & l. licet. C. de procurat. in quibus dicitur, quæ ¶ exceptio falsi procuratoris potest opponi, etiam post sententiam; quia ibi sententia non facit ius inter partes, cum procurator ibi non esset pars; cum non suo, sed alieno nomine ageret, nec dominus erat in iudicio; vt in casu nostro excipiens, licet eius non interest, tamen pars est, ex quo eius nomine contestatus est litem, arg. d. l. cum putarem. Item non obstat secundum Inn. quæ dixi, quæ exceptio inhabilitatis contra eius personam, non potest opponi post litem contestationem, vt. l. ita demum. C. de procurat. nã, secundum eum miles potest habere actionem nomine alterius; licet contra eum possit excipi de inhabilitate. Sed hic, ille cuius interest nullam habet actionem, vt dixi, ideo hæc exceptio admittitur etiam post litem contestatam, quoniam ius ipsius excipientis non suppletur per litem contestatam, si sua interest, quod tamen suppletur in milite cum per litem contestatam efficiatur dominus litem; vt traditur in. d. l. ita demum. l. qui stipendia. C. de procurat. Finaliter Inno. tenet contrariam sententiam; videlicet, quæ talis exceptio sit personalis, & declinatoria, quæ debet opponi ante litem contestatam, vt. l. si. C. de except. & in Instit. de except. §. fin. & in hoc residet hic Ioan. Andr. & hanc eandem tenet Bar. in. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & in. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoff. test. & tangit D. m. in. c. 1. §. eo. & ibi dixi in secundo notabi. Aduerte tamen; quia Inno. in articulo de quo statim dicam in seq. q. videtur tenere primam sententiam, dū dicit, quæ est diuersus effectus, an talis exceptio tua non interest, opponatur ante litem contestatam, vel post, de quo statim dicam in seq. q. D. Ant. hic concordat predictas opin. per dist. in actionem, dices, quæ aut ius excipienti fundatur supra priuato interesse, & vera sit prima opinio; videlicet, quæ est post litem contestatam possit opponi, sicut qualibet alia peremptoria; quia deficiente interesse deficit ipsum ius principale agendi, vel excipiendi, quod in iudicio deductum est. Aut ius excipienti fundatur super alio; tamen persona habilitatur ex interesse; & tunc procedat secunda opinio; quia talis exceptio

ceptio videtur habere vim dilatoria, & hanc distinctionem scripsit Do. Ant. ex dictis Bald. in d.l. posthumus. §. si quis ex his. vbi Bal. limitat dictum Inno. hic. Dicit enim, quod prædicta secunda opinio. Inno. procedit, quando ista exceptio, tua non interest, veniret incidenter, hoc est, vt dicit D. Ant. si ius agendi, vel excipiendi fundaretur super alio; scilicet vult, vbi talis exceptio veniret directo ad perimendum ipsum principale negotium; quasi velit dicere, quod tunc tanquam peremptoria possit quicumque opponi ante sententiam, vt. l. peremptorias. C. sen. rel. nō poss. Septimo quaro, ¶ contra excipientem secundum formam textus nostri replicatur, quod sua non interest, vtrū excipiens contra confirmandum, vel consecrandum habeat probare, quod sua interest? Inno. distinguit, quod aut hic exceptio proponitur ante lit. contest. & tenetur probare is, qui contra electionem, seu confirmationem, quod sua interest, vt. c. venies. 2. §. de test. Aut post litem contestatam, & tunc tenetur probare qui obijcit, quod ipse excipientis non interest, quam probationem, vel per ipsius confessionem, vel alio modo faciet; alias autem peruenietur ad sententiam; sicut dicimus in exceptione contra procuratorem, in l. pōponius. §. rati habitionem. ff. de procur. notat glo. super versic. absentia. in. c. 1. de electio. lib. 6. & quod trad. per Cyn. & Iacob. in l. optimam. C. de contrah. & committ. stipula. & per Bar. in l. licet. C. eo. post sententiam verò, non dicitur sententia nulla; quia facit ius, vt. §. dixi in. 4. q. Et. prædicta no. ad limitationem præced. q. Octauo quero, ¶ opponit quis contra electum petentē confirmationē, vel consecrationē, de seculo criminis, vel formæ; electus verò contradicit, queritur quis habeat probare? Inno. hic dicit, quod si opponitur defectus criminis, opponens habebit probare; quia ¶ quilibet præsumitur bonus; nisi probetur contrarium vt. c. 1. de scrut. & l. meritō. ff. pro socio. Si verò opponitur defectus formæ. Compo. in. d. c. q. si cut. de elect. distinguit, quod aut huiusmodi oppositio fit ante confirmationem, & electus tenetur probare formam debitam interuenisse, vt. c. bonæ. & c. in Genesi. §. de elect. Facit. c. eum. olim. de dolo & contumaci. in versic. canonicè. Post confirmationem verò tenetur probare excipiens formam non interuenisse. Inno. verò hic, quem finaliter seq. Compo. in. d. c. q. sicut dicit, quod negans formam interuenisse, & sic excipiens, tenet ipsam negationem probare; quia, secundum Compo. ibi. ex quo confirmatus non cogitur dicere titulum suæ professionis; quia ex quo fuit confirmatus, & non fuit appellatum, & in facto constat confirmatio, præsumitur electionem debita forma celebratam fuisse, arg. not. in. l. 1. C. de contrah. & committ. stipul. & l. sciendum. ff. de verbo. obliga. dum modo serutinium, vota canonicorum, & decretum capituli ostendatur in publico instrumēto, vel alia authentica scriptura; secus autem si non appareret publicum, aut authenticum instrumentum; quia tunc succederet regula, quæ vult, quod ¶ ille quia allegat solennitatē, debet illam probare, vt. l. quæcunq. ff. de publici. & l. 2. ff. de probat. Item facit; quia in iudicio nihil creditur, nisi quatenus per acta probetur, vt not. in. c. quoniam contra. §. de proba. Si verò opponeretur defectus contra electum; vt quia non erat sub iactatione, vel quia, cum esset alienigena nō habebat

litteras cōmendatitias demissorias; dicit Inno. quod electus debet probare se ordinatum, & se cum literis dimissum; quoniam iura dicunt, in his casibus necesse farias litteras commendatitias. 71. dist. in. c. per totū. Subdit tamen, quod posset esse tanta presumpcio per ordinato, quod non esset necessaria alia probatio, & onus probandi incumberet aduersario; videlicet, si longo tempore seruisset in ordine subdiaconali, argu. c. h. j. de eo qui furt. ordi. susce. vel quia certū esset eum fuisse dimissum ab episcopo suo; & cum hac opin. pertransit hic D. Ant. Nono quaro, ¶ quid si contra electum opponitur periurium; an sufficiat ad probandum hanc exceptionem, probare, quod ille iurauit soluere intra mensem, & lapsus est mensis; an quod etiam necesse probare, quod nō soluit? Inno. hic dicit, fit debet probare eum non soluisse; quia licet probet iuramentum, & terminum lapsum, non tamen necesse fariō per hoc probat periurium. ¶ Excipiens verò, debet suam exceptionem probare, sicut actor intentionē suā, vt. c. in p̄sentia. §. de proba. & c. ea nofcitur. ff. de proba. & l. 1. r. C. de probat. vnde licet intentio, seu exceptio sua contineat negatiuam; tamē illā tenetur probare, vt. c. 3. §. de proba. & c. ea nofcitur. §. de his quæ fi. a. præla. mouetur; quia si per solū terminū lapsū probaretur periurium, plures, vel multi probarentur periuri, qui in faciēdis solutionibus nō sunt multū cauti, nec curant de illis publica, aut authentica instrumenta facere; vnde ¶ cum agatur de bona fide, non congruit de apicibus iuris disputare, vt. l. si fideiusor. §. quædam. ff. mandati. & notat. glo. in. l. si dictum. §. si compromifero. ff. de iudi. Item quia iurans præsumi non debet immemor suæ salutis; & quoniam tunc exceptio odiosa est. 2. q. 7. c. si quis episc. ergo eius probatio non est amplianda, sed coarctanda, vt. c. dilectorum. §. de testib. cog. Idem etiam dicit Inno. ¶ in eo qui esset excommunicatus, si intra mensem non soluisset, vel quid non fecisset; quia per solum termini lapsum non probaretur excommunicatio, vt. c. præterea. §. de appell. de quo remittit se ad no. in. c. proposuit. j. de cle. excomm. m. ni. ¶ Non ob. secundum eum, quod ¶ probatio negatiuæ non coarctata loco, & tempore sit impossibilis; quia dicit ipse, quod imo poterit probari per confessionē illius, qui debebat recipere, & si aliter probare nō potest, imputet sibi qui excipit, arg. l. fin. C. de probat. & §. q. 6. c. Epiphaniū. Nec obstat, quod eo ipso, quod ¶ quis proponit negatiuam dicitur illā probare, si nō probatur contrarium; vt. c. quia verisimile §. de præsump. & l. asseueratio. & l. si ex cautione. C. de non numer. pec. quoniam secundum Inno. illa iura vendicant sibi locum in casibus a iure expressis. In alijs verò, probat excipiens siue excipiat affirmatiuē, siue negatiuē. Vel secundum eum, illa iura habēt locum in causa ciuili, vbi non agitur de crimine; scilicet vbi ageretur de crimine etiam ciuilitate; vt in casu nostro. Hoc tamen dicit verum Inno. si exceptio hæc opponatur a tertio, si verò opponeretur ab eo, cui quis erat obligatus soluere, tunc nō ipse creditor, sed debitor deberet probare solutionem; ipse autem creditor solum tenetur probare promissionē sibi factā, vel ostendere sententiā, in qua ille fuit cōdemnatus ad soluendum intra certum terminum; & est ratio

tio differentia, secundum eum; quia difficilius conceditur hæc opponendi potestas tertio, qui vult probare periurium per non factam solutionem, cum omnino non sit de hoc certus, arg. l. Marcellus. ff. rerum amot. quā ipsi creditor, qui est certus de facto suo. Facit. c. ab excommunicato. §. de rescript. & qd̄ ibi not. Item, quia quando a tertio obijcitur exceptio periurij, obijcitur vt crimen; & ideò arctatur magis probandi potestas. vt. §. dixi; quando verò obijcitur a creditore, videtur solum obijci ad finē ciuili obligationis, qua est alitrius debitor ad satisfaciendum creditor, vt Institut. de oblig. in princ. nisi forte opponeretur exceptio non numeratæ pecunia; vt. d. l. asseueratio. & d. l. si ex cautione, vel alia similis. & hoc idem sequitur. Inno. & Io. And. hic. D. Ant. hic dicit, quod aut opponens periurium fundat intentionem suam super non facta solutione, ex qua causatur periurium immediatē, & illam debet probare. Si verò quis agit ex obligatione, vel promissione iurata, & fundat intentionem suam super obligatione iurata; sufficit, quod illam probet. Bar. in. l. in illa. ff. de verb. oblig. vbi latē tractat hunc articulum, & quem refert hic D. Ant. sequitur opi. Inno. hic positam, dicens, quod ¶ vbi negatiua est cā immediata intentionis alicuius debet illam probare, siue talis negatiua sit cā actionis ipsius, vt. d. l. hoc iure. & l. ita stipulatus vers. quod si ab initio. ff. de verb. oblig. siue sit causa exercitij actionis, vt in auth. hoc si debito. C. de pigno. & in auth. præfenti. C. de fideiusso. vel si est causa officij iudicis, vt. l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorum. & l. si quis cōsortium. C. de fabricen. lib. 1. r. qui tex. hoc not. probat, secundum Bar. Prædicta tñ dicit Cyn. vera; nisi reus conuentus sit obligatus ei, qui negat; siue negatio veniat ad infringendā exceptionem, quæ opponitur, siue veniat ad confirmationē iuris ipsius conuenti; verbi gratia, ¶ promissisti mihi sistere. T. tali die in iudicio sub certa pena, peto penam, & proba promissionē, & lapsum diei; dicit Cyn. quem sequitur Bar. quod debeo obtinere, nisi probes illum stetitisse, vel te iusta cā impeditum fuisse, arg. l. 2. ff. si quis cautio. & ff. de re milita. l. 3. §. si ad diē. & l. qui commeatus. ff. de re milita. nam cum hoc mihi debeat, vt priuato, vel vt officiali, eo ipso quod nego te stetitisse; probata est intentio mea; nisi per aduersarium probetur silentia; & prædicta secundum eum, faciunt ad decisionem multarum qq. ¶ Pone, ¶ oppono tibi exceptionem, quæ non debes audiri; quia non soluissti collectas ex forma statuti; nam cum soluere collectas sit debitum communi, & non mihi; si hoc oppono ad mei vtilitatem, debeo illud probare. Si verò peterem te puniri; quia non soluissti collectas; quia te accuso ad vtilitatem communis, deberes probare te soluisse, vt in. d. l. 3. §. si ad diē. & l. qui commeatus. Bal. verò in. l. cum mulier. ff. sol. matrim. tenet contrarium, mouetur; quia cum hæc negatiua, Tu non soluissti collectas, non sit coarctata loco, & tempore, & per consequens sit impossibilis, seu improbabilis per se rerum naturā, ideò succedit regula, quod ¶ affirmanti, non neganti incumbit onus probandi, & hæc sniam tenet Pet. in. l. 2. C. de iure emphy. Et ad dictum Inno. hic potest responderi, quod loquitur, quā quis intendit se iuuare ex sententia, seu conuentione hominis, quæ cum sit facti iuris non dicitur

tur alij nocere, vel prodesse, quam ei cum quo actū est per tit. res inter alios ac. & per tex. in. l. si vnus. §. ante omnia. & §. in summa. ff. de pact. Sed quæstio Bar. procedit, quando quis vellet se defendere ex beneficio statuti, quod omnibus debet prodesse, tanquā generale. sed plus placet opi. Bar. per ea quæ §. dixi, & j. dicam; & probatur; quia sicut quando quis fundat intentionem suam super negatiua, debet illam probare, vt. d. l. ita stipulatus. vers. quod si ab initio. & d. l. si quis consortium. ita & excipiens debet probare negatiuam, super qua fundat intentionem suam; maxime; quia ¶ quod ad probationem, non debet esse melioris conditionis reus, quam actor, vt in regula non debet. de reg. iur. lib. 6. & in regula, cum sint iura partium. de reg. iur. lib. 6. & c. cum inter. §. de excep. cum si. Nec ob. quod talis negatiua sit im. probabilis; quia possum respondere, vt. §. dixi, secundum Inno. quod sibi imputet, qui illam proponit; & hoc idem tenet Bal. approbans opi. Bar. & Inno. in. l. 2. C. de iur. emphy. vers. quaritur an dominus. & seq. dicit enim ibi Bar. quod si aliquis videt se nō posse probare, quod vult opponere, quod non debet opponere, per tex. in l. nostris. C. de calum. vbi tex. not. dicit, non licere in eo, quod non possit ostendi iudicium animos commouere; & ad idem. c. vt circa, de elec. lib. 6. ibi dñ tex. dicit, quod credunt ea, quæ sic expriment vera esse, & se posse probare. Item videtur, secundum Bar. quod imo ¶ talis negatiua probari possit per inspectionem librorum fiscalium, arg. l. 2. iuncta glo. C. de erro. aduoc. & l. Semproniam libellos. ff. de furt. & l. Titia; textores. ff. de lega. 1. & est etiam bon. tex. in. l. matriculā. C. de agen. in reb. lib. 1. 2. posset etiam probari, secundum alium modum de quo statim dicā secundum Bar. Sed reuertēdo ad dicta Bar. & D. Anto. hic, dicunt enim ipsi, quod idē est ¶ in accusatione suspecti tutoris, ex eo quod non confecerit inuentarium, vt. l. 3. §. tutores. ff. de suspec. tu. & l. tutor qui repertoriū. ff. de adm. tu. dñ modo tutor accusetur ad publicam vtilitatem. Si verò non accusaretur ad publicam vtilitatem; sed contra tutorem agentem contra me, opponerem, quod non debet audiri; quia non confecit inuentarium; dicit Bar. quod forte opponēs deberet probare; & si tu diceres, quod imo hoc non videtur verū, cum enim fecisse inuentarium sit cā intentionis tutoris agentis; & sic exercitij actionis tutoris cum non possit agere inuentario nō cōfecto, vt. l. si. C. arbi. tut. ergo debet probare tutor. Respondit. Bart. quod ideò non tenetur probare; quia potest esse, quod excusatur ab inuentarij confessione, secundum not. in. l. tutor. q. §. alleg. Ad tollēdā tñ oēm dubitationē, dicit ipse, quod tutus est, quod excipiens dicat, dico te non confecisse inuentarium; & inquitum confeceris, peto copiam; vnde cum copia sit danda, repellitur indubitanter, si non fecit. An aut de eo, quod non confecit inuentariū, incumbat mihi probatio, vel sibi si oppono quod non confecerit? dicit Bar. hoc esse sibi dubiū. Sed D. Ant. hic dicit, eū fore repellendū, si non probat se fecisse; quia confessio inuentarij requiritur ad legitimandam personam suam, eo quod tutor est, & vt tutor venit; & ita est intentio sua; & mihi placet opi. D. Ant. quia vt. §. dixi, ¶ confessio inuentarij est ius tribuēs administrationē, & per cōsequens exercitij actionis regulariter alijs necessarijs concurrentibus. Idē etiam dicit



85 Bar. de eo qui agit, vel excipit contra heredem, dicitur eum priuatum pro non adimpletam voluntate testatoris defuncti, secundum formam authentice hoc amplius. C. de fideicommissis, vult enim Bar. & sequitur D. Ant. quod si ille, cui tale legatum debebat ageret dicens sibi non esse solutum, secundum formam d. ath. esset fundata intentio sua; vnde heres teneret probare se soluisse; alias autem qui agit debet probare heredem non soluisse, quod tamen dicit verum Ang. in l. in illa. ff. de ver. ob. quoniam quis ageret ad priuationem, ex eo, quod legatum non esset sibi solutum; & quia hereditas pro negligentia heredis non soluetis debet ad eum peruenire; quia tunc ipsi heredi debitori incumbit probatio, quod soluerit debito tempore, p. l. i. C. de pba. & l. 2. C. de iure emphy. in gl. magna. Secundo si ageret contra eum ad priuationem, quia non esset facta solutio alteri; & eo casu, quo sibi non venit applicanda hereditas, posset iste repelli exceptione illa, tua non interest; & quod ad te liberam eides habes, vt. l. loci corpus. §. copetit. ff. si seruitus vend. & pro hoc dicto Ang. allegat Petr. de Ancha. rationem; quia si ius tertij non potest obijci contra agentem in fauore ipsius excipientis per viam exceptionis, vt. l. is cosequenter. §. i. ff. famil. ercisc. & l. 2. ff. si ager. vec. vel emphy. pet. & quod not. in c. inter dilectos. §. de dona. fortius vero non debet posse induci per viam actionis. Tu dic, quod et idem in rei veritate voluit Bar. licet multum copiosius loquitur.

86 fuerit. Subdit tamen Bar. & sequitur D. Ant. hic, quod tunc demum negans tenetur probare negatiua suam, si illa est fundamentum sue intentionis; quia presumptio non facit pro ipso negante; alias secus; quia tunc in aduersariu transferretur onus probandi. Hec enim est natura presumptionis, vt quod quis alias teneretur probare, transferatur in aduersarium, si presumptio pro eo facit, vt est tex. cum glo. in c. vt nostrum. vt eccle. benefic. & c. si iudex laicus. de sen. excum. lib. 6. & not. gl. in l. si tutor. C. de peri. tu. verbi gratia, dico me non deliquisse, vel non commississe causam ingratitudinis, per l. of modo. C. de inoff. testa. in auth. de appel. cog. §. illud quoque; & l. cum pater. §. rogo. ff. de lega. 2. & predicta procedunt, siue sit negatiua facti, siue qualitatibus, de qua. j. dicam. Et ita et tenent Cyn. & Iac. de Are. in l. actor. C. de proba. & sequuntur Archid. Io. And. Ioan. Mon. & Pau. in c. i. de confes. lib. 6. Et ad predicta vide et, quod tradit Io. And. in reg. sine possessione. & in regula infamibus, eo. tit. & libro in Mercur. per tex. & glo. in c. fin. de succes. ab intest. & per Doct. in c. pterea. §. de appel. & p. D. Ant. in c. fin. §. de presum. Et ex predictis concludit Lapus de Castell. alleg.

88 132. quod si quis opponit, dicens aliquem religiosum excorcatum ex eo, quod administravit sacramenta in parrochia aliena sine licentia, per clem. 1. de priuile. quod non sufficit probare, quod ministravit, & quod sit religiosus; nisi etiam probauerit, quod sine licentia ministravit. Idem et dicit, & fortius, quod quotiescunque vna pars habet fundatam intentionem suam, tunc aduersario negati, & fortius asserenti, incumbit onus probandi, vt j. dicam. Subdit tamen hic D. Ant. referendo Bal. in d. l. in illa. quod tamen hac negatiua, & similes possunt probari, licet non sit coarctata loco, & tempore; hoc modo; videlicet, per implorationem officij iudicis, vt faciat iudex inuestigare, & explorare per nuntios suos, an talis soluerit, vel non; an talis venerit, vel non. ad tale locum; sicut dicimus in fienda discussione, per. d. l.

- 148 Inquisitio si esset delegata contra prelatum de certis criminibus, & cum esset aliquo processum super inquisitione, tandem causa fuit remissa ad superiorem, coram quo inquisitus comparens impugnat processum; & offert se paratum subire inquisitionem coram inquisitoribus per superiorem dandis, demum commissā inquisitione sub forma petita; & inquisitoribus diem inquisitione assignantibus, ipse comparet, & negat se infamatum; & petit, quod antequam procedatur supra veritate criminis, inquiratur super infamia; an sit audiendus.
- 149 Verba in obligatione posita debent aliquid operari.
- 150 Accusatus si offert se paratum subire inquisitionem, & adueniente die propozita accusationis, dicat in illa non esse procedendum sine inscriptione, an sit audiendus. Et quid in denunciato, qui ait monitionem non præcessisse. ibidem.
- 151 Compendium leue, quod dicatur.
- 152 Inquisitio fit nemine petente, & ex mero iudicis officio expeditur.
- 153 Litera apostolica tota; nedum clausula vna sola, quādoq; nihil operatur.
- 154 Inquisitor datus de consensu partium, recusari nō potest.
- 155 Ordo iuris peruertere non debet.
- 156 Papa si precise scribat in inquisitione testes recipiendos, nisi dicat prelatum apud se fore infamatum, semper crit inquirendum de infamia, qualitercunq; verba rescripti hoc improbarent.



*Et quid si expresse mandaretur inquiri contra non infamatum, an rescriptum subreptitium presumetur. nu. seq.*  
 158 *Debitor suspectus ut capi possit, quando ex literis dimisso rursus aliquis iudex requiritur, quae requirantur.*  
 159 *Iudex si de facto debitorem carcerasset, non adhibita cognitione, de facto etiam potest eum relaxare. Nec tenetur in syndacatu propter dictam relaxationem. ibidem.*

## Qualiter & quando.

† Generales inquisitores si debitum ordinem non seruauerunt in inquisitione, debent illum prudenter, & cautè corrigere. hoc primo, Secundo ponit formam iuramenti, quae exigunt inquisitores ab inquisitis. Secunda. ibi, formam verò. Prima non sub diuiditur; quia primo commendat inquisitores; & in fine informat eos, cum bene processerunt. In medio verò; vide licet in vers. si verò qualibet. vsq; ad alium vers. si verò praescriptum. Intrauit ipsos inquisitores, si male processerunt. Et dicit hic Io. And. quod ista decretalis est pars illius decre. qualiter & quando. §. de iud. & a fine istius fuit illa decisa. Et hoc dicit patere in hac compilatione decretalium. Et subdit hic, quod subest hic, quod sub ista decisa, & §. posita hic in tex. erat olim quod habetur in c. qualiter & quando. §. eo. vsq; ad §. debet igitur. ¶ Noto primo principiu, quod in inquisitione habet etiam suum ordinem, qui in illa seruandus est; nec mirum, secundum Io. And. quia etiam notoria habet aliquem ordinem, vt. c. ad nostrā. 2. §. de iureiur. qualis autē sit iste ordo, videbimus. §. eo. c. qualiter & quando. 2. ¶ Secundū not. tex. notabilē ibi, quod quotidie allegatur, quod ne inde nascantur iniuriae, vnde iura nascuntur. & concordantia iura ponuntur hic in gl. super ver. iniuria. ¶ Tertio no. ibi. non pudeat vos, quod non debet quem pudere corrigere errorem suum; mio potius debet velle se ipsum corrigere, quam in eo perseverare, vel expectare alterius correctionē. ¶ Humanum enim est peccare, vt hic in tex. dum dicit, tanquam homines excessistis. Angelicum emendare, penitere, & corrigere. Diabolicum perseverare, vt text. in auth. vt fra. filij. in princ. coll. 9. & est bonus tex. in auth. de nupt. §. 1. coll. 4. Magna enim est sapientia se corrigere in eo, quod quis male loquutus sit, vt tex. in c. magna. 2. q. 4. & text. in c. cum cessante. de ap. ibi sano vsus consilio. & c. Aristo. 2. Eth. Cicero. 2. Tuscul. in prin. ibi. Magis pudendum est, si in sententia falsa permaneres. Et ideo est, quia correctio est actus charitatis, secū dum B. Tho. 2. 2. q. 1. & probatur. 45. dist. c. & qui emendat. & c. tua. & seq. sed et omnis charitas debet incipere a seipso, si ordinata est. c. 3. de supple. negli. pra. 2. q. 5. si non licet. debet tamen cautè, & prudenter errorem suum corrigere; ne scilicet vilescat eius autoritas. Vnde no. tu scholaris, quando eris valens scholaris, vel famosus Doctor, quod si disputando, vel conferendo, vel allegando in errorem incidere, singas potius lapsu quodam linguae, & ex tempore, quam consideratè illud dixisse, nec velis illud pertinaciter defendere; quoniam eo modo possent plura alia inconuenientia incurrere, vide ad praedicta

8 tex. in c. 2. §. de auto. & vsu pal. ¶ Quarto no. quod iudex debet laborare, quantum potest, ne eius vilescat autoritas, vide tex. bo. in l. obseruandum. in fi. ff. de offi. praes. vbi dicitur, quod iudex debet operari, vt auctoritatem dignitatis augeat ingenio suo. ¶ Quinto no. ex ver. quoniam. quod ex inordinato principio, non potest sequi ordinatus finis; dicit enim not. tex. difficile, id est impossibile, est igitur ordinatè procedendum. Nam vt Hieronymi. super Hieremiam. c. 20. ibi, Non potest esse maturitas consilij, vbi nullus est iudicij ordo. Et B. Bernar. contra Caluniacenses inquit. Nullus quidem ordo quidpiam recipit. & c. vt referant hic Host. & Io. and. ¶ Sexto not. quod iudex iudicando debet praeculiam viam regiam habere, & in ea incedere, hoc est iusticia seruare, vt hic dicit gl. & forte hoc dicit propter ea, quae habentur 23. q. 5. c. Regum. vbi dicitur, Regum est officiu proprium, facere iudicium, atque iustitiam, & ibi vide tex. no. c. rex debet. & vide prouerb. c. 20. vbi dicitur, Dissipat impios rex sapiens. Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius, & c. 2. 2. dicitur. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam laborum suorum, habebit amicum regem. Et Aristo. Polit. c. 7. Oportet principem habere moralem virtutem. Et Seneca in trag. Vbi non est pudor, nec cura iuris, sanctitas, pietas, si desit, instabile regnum. Vide & Nasonē, Regia, crede mihi res est succurrere legis. & post hoc audi. Vir. Tu regere imperio populos Romane memento. Haec tibi erunt artes, pacique imponere morem. Parcere subiectis, & debellare superbo. Nec debet esse apud regem iudicantem acceptio personarum. Vnde scriptum est Exodi. c. 23. Non declinabis in iudicio pauperis. & in Levitico. c. 24. Aequum iudicium sit inter vos, siue peregrinus, siue cuius peccauerit, vt Ecclesiastes, cap. 5. Iustitiam pusillam, & magnum similiter; vide de misericordia in c. nouit. §. de iudi. ¶ Septimo not. ex secunda parte principali in ver. formam. ¶ Practicam recipiendi iuramentū ab inquisitis, vel a testibus recipiendis super inquisitionis processu, scilicet; vt iurent dicere plenam, & liberam veritatem acceptis criminibus occultis. Aliam formam videmus in c. pen. §. eo. Ex quo inferitur, quod non solum arctatur testis ad non dicendum falsum, sed etiam ad dicendum plenam veritatem. Vtrum autē et teneantur non interrogati, dicam in c. seq. Vltimo not. vnam differentiam inter inquisitionem, & accusationem. Nam licet et accusatio possit etiam fieri de occultis criminibus, dummodo probari possint, vt. c. plerique. 2. q. 7. Inquisitio verò non fit de occultis criminibus, nec in ea discutitur super ipsis occultis criminibus; & ratio in promptu est, quia inquisitio non debet fieri nisi praecedente infamia, vt. c. qualiter. §. eod. sed de occultis non est infamia; igitur & c. ¶ Sed opponitur contra text. videt enim, quod Papa non fecerit rationem remittendo processum eisdem iudicibus, qui semel grauauerant non seruando debitum ordinem, arg. c. peruenit. & c. interposita. §. de app. Sol. secundum Inn. ideo Papa remittit hic ad eosdem; quia forte ex causa ipsi praetermiserunt debitum ordinem; puta, propter magnā infamiam episcopi, vel ex maximo zelo iustitiae, non propter aliquod occultum odium; secus si ex odio pro-

processissent; nam tunc Papa non remississet ad eos propter causatā suspicionem. 3. q. 5. c. quia suspecti, secundum verò Host. Papa remississet; quia partes voluerunt. Glo. 1. colligit argumentum ad text. demū opponit, quod iudex non possit corrigere errorem suum; quia siue bene, siue male iudicauerit, semel est functus officio suo. glo. dat. duas solutiones ad contractum. Et in fi. glo. dic. vult ergo glo. ista faciendo primam solutionem, quod licet delegatus ad vnam causam non possit corrigere errorem suum, quia definit esse iudex, vt. c. in literis. §. de offic. deleg. tamen delegatus ad vniuersitatem causarum potest; quia est quasi quidam ordinarius. l. cum praetor. §. i. ff. de iudic. & l. 1. ff. quis & a quo ap. & vide glo. §. de appell. c. cum causam. ¶ Secundo no. ex secunda solutione glo. quod licet alius non possit corrigere errorem suum si diffinitiuè pronuntiauit qualiscumque sit iudex, siue delegatus, siue ordinarius; tamen secus est respectu processus; quādo non pronuntiauit diffinitiuè; quia tunc potest corrigere errorem suum. Et quia articulus iste principaliter tractatur hic per Moderniores, & etiam per antiquos Doct. & in se est utilis, & quotidianus, ideo ad eius plenissimam examinationem, 18 ¶ an, & quando quis possit corrigere errorem suum collectis hinc inde traditis a Doctoribus nostris, qui in hac materia varias ponunt opinio. Ego sic distinguo; videlicet, quod aut quartimus de errore commisso extra iudicium, aut de errore commisso in iudicio. Primo casu, quia non est materia nostra, dic. quod vt traditur in c. si quis praebitorum. de reb. eccle. non alie. & per D. m. in c. diuersis fallacijs. §. de cleri. coniug. & l. serui electione. ff. de lega. 1. & l. 2. in princip. & l. apud Aufidium. in fi. de optio. lega. l. is cui. ff. de leg. 3. & per Bar. in l. absentis. ff. de donat. & dixi in clem. 1. de renun. & de quod correctione, seu variatione circa electionem praetati, seu rectoris, vel officialis, vide in c. cum terra. & c. cum inter. R. §. de elect. & per Pau. in clem. ne Romani. de elec. & Arch. 13. dist. c. 1. ¶ De 21 ¶ confessione autem testatoris, quam facit in testamento, an possit testator illum corrigere si dicit se errasse, vide Doc. in c. si de suc. ab intesta. per Cy. in l. rones. C. de proba. & l. generaliter. C. de non nu. pec. & l. 1. & ibi per Doct. per Cy. & Bar. C. de confes. d. Iac. de Belui. in auth. de iureiur. a maiori. praestito. coll. 5. Et per Angel. in disputa, quae incipit, Astenfis miles. vers. satis visum. per Pet. de Bella Pertic. in l. 1. §. Iulianus. ff. de lib. agno. & trad. in l. cum quis. §. codicil 22 lis. & l. Lucius. §. Sempronius. ff. de lega. 3. ¶ De errore autem commisso in contractu, quem pars vult corrigere, vide aliquid in dd. iuribus & in tit. de non nu. pec. C. Et. l. 1. C. de confes. & c. si. §. de confes. & quae dixi in clem. 1. de proba. ¶ De errore autem notarij commisso in instrumento per illum confecto, qualiter possit corrigi, vide plenè Ioan. And. in data. 6. lib. in Mer. & aliquid per Lapum in c. abbate. de re iud. lib. 6. & per D. Ant. in c. 3. §. de fide instr. per Archi. 35. q. 9. §. 1. per Specul. in tit. de instru. edi. §. instrumentum. ver. sed nunquid, & ibi Ioan. And. in addi. in ver. aliquid ergo. & §. ostenso. ver. quid de contractu. & §. postremo. ver. sed nunquid confecto. & per Guliel. in l. Imperator. ff. de statu homi. per Barto. in si librarius. ff. de regu. iur. & per Bal. de pace Constanz in verbo. pacto. ¶ De arbitro autem, & arbitro-

tratore qualiter possit corrigere laudum, vel corrigere dictum suum, seu declarare si dicit se errasse, vide Inno. in c. veniens. de iureiur. & gl. & Doc. in c. cū I. & A. §. de re iud. & D. Ant. & D. m. & Io. de Imo. in c. Quintauallis de iureiur. & Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de arbitro. §. fi. vers. licet autem per gloss. & Doct. in l. si societatem. §. arbitratorum. ff. per socio. & Bar. & Bald. in l. diē proferre. ff. de arbi. vbi est tex. principalior in materia. & Cy. in l. si. de contrah. emptio. aliquid per Butrig. & Bar. in l. petens. C. de patris. ¶ Secundo vero membro principali de corrigendo errores, quos dicit se in iudicio commisisse; subdistingue, quod aut loquimur de errore commisso ab aduocato, vel procuratore. Aut de errore commisso per partem. Aut loquimur de errore commisso per testem. Aut loquimur de errore commisso per iudicem; de primis tribus membris non est principalis materia nostra, & ideo sufficiant tibi remissiones. 25 ¶ De primo igitur membro, dic. vt Do. me. in c. cum causam. de ap. & ibi per Doct. 35. q. 9. §. his ita. c. loci nostri. & ibi per gl. & Archi. & per Domin. 2. q. 1. c. nos in quēquam. & per Spec. in tit. de confes. §. potest. ver. sed quod per aduocatum. & l. fin. C. de errore aduoc. C. de iur. & fact. igno. l. error. ¶ De secundo membro; videlicet, quod de errore commisso per partem qualiter possit illum reuocare; puta, ponendo, confitendo, & respondendo articulis, vel producendo instrumenta, vel quid simile faciendo; dic. vt traditur in c. si. §. de confes. & c. si. de iureiur. lib. 6. & d. c. cum causam de appell. & per Ioan. And. in c. cū olim de cens. super glo. fi. & vide glo. in c. ex parte. de verb. sig. Doct. in c. ex literis. de diuor. & Ioan. And. in c. scriptum. de elec. & in c. attestaciones. §. de dispo. impub. Archid. in c. 1. de accus. lib. 6. Inno. in c. mulieri. §. de iureiur. & in c. cū venerabiles. §. de except. & aliquid per eum in c. seq. & in c. ex literis. §. de restitu. in integ. per Dyn. in reg. quod semel. de regu. iur. lib. 6. Specul. in tit. de deposition. §. 9. vers. veruntamen vidi dubitari per glo. Iaco. de Aret. Cy. & Bar. & Bal. in d. l. error. C. de iur. & facti igno. & in l. non fatetur. ff. de confes. & in l. 1. C. de confes. & ibi per Cy. & Bal. ¶ De tertio membro; videlicet, quod de errore commisso per testem, qualiter possit ipsum corrigere, dic. vt per gl. & Doc. in c. cum causam. §. de testi. per gl. D. Ant. & Io. de Imo. in c. cum in tua. & c. praeterea. de test. cogen. per Spe. in tit. de teste. §. satis vtiliter. ver. sed nunquid. per Iac. de Are. in l. 2. C. de iura. calum. & in auth. de test. §. quia iud. Barto. in l. eos qui. ff. de fal. & l. quidquid astringenda. ff. de ver. ob. & cōsil. 133. incipit, elemosina. & per Bal. in c. 1. de cōtrouer. inuest. & in c. 1. §. si domino, quid sit inuest. & in tit. de notis feudorū vers. notandū. & in l. nullū. C. de test. cū sim. ¶ De quarto, & vltimo membro; videlicet, quod de reuocatione erroris commisi per iudicem, quae est proprie materia nostra, sic distinguo, quod aut iudex errauit in processu, hoc est in interlocutorijs, aut in diffinitiuā. Circa primum membrum premitte, 28 quod quaedam est interlocutoria, quae tedit ad litis ordinationē; videlicet, quando iudex iubet aliquē adesse, vel comparere tali die. Quaedam est interlocutoria, quae decidit incidentem quaestionem, quod dicitur autem incidens quaestio illa, quae respicit merita causae, & cōpensationis pacti de non petēdo, & simil. not. in c.

in.c. 1. de ordi. cogni. & aliquid per Ioan. Andr. in.c. nulli. de elec. lib. 6. & per Inno. in.c. 2. de offic. iud. & per glo. in ver. postulat. c. suscitata. de rest. in integ. & l. 1. C. de ordi. iudi. & Ioan. de Imol. in.c. cum cessante. §. de appell. & per eundem post Bar. in.l. quod iusit. ff. de re iud. Quædam est interlocutoria, q̄ dicit emergentē questionem, vel exceptionē. † Emergens autem quæstio est, quæ processum respicit, vt p. gl. & Doct. in.d.c. 1. de ordi. cogni. & in.d.l. q̄ iusit. de re iudi. & in.d.c. cum cessante. per Ioan. de Imo. vt puta testem admittendo, vel non admittendo, procuratorem admittendo, vel non admittendo. Quædam verò est interlocutoria, quæ continet aliquid dari, vel restitui, vel æquipollens, vel præceptum de soluendo in confessum, interlocutoria expensarum, vel similis, vel secundum quosdam; sicut feratur super possessione; sed illa non videtur propriè interlocutoria, sed diffinitiuâ, de qua materia per D. in. in.c. 1. §. de iudi. & Bal. in.l. post sententiâ. C. de sen. & Bart. in.d.l. quod iusit. In prima specie † interlocutoria, q̄ tendit circa litem ordinationē, Doct. omnes tenent, q̄ iudex possit illam contrario imperio reuocare, vt d.l. quod iusit. In alijs verò interlocutorijs, de quibus supra, fuerunt opin. Azo. tenuit, q̄ † quælibet interlocutoria possit reuocari, dummodo non continet aliquid dari, vel fieri. Alij verò contra, vt Vgolinus, de quibus per glo. & Doct. in.d.l. quod iusit. & per Ioan. Andr. in.d.c. cum cessante. Tertia alia fuit opin. principalis, quod quælibet interlocutoria possit reuocari, hanc tenet gl. in.l. 1. C. quæ sen. rescin. nō possit. Quarta fuit principalis opi. Inno. & Abba. in.d.c. cum cessante. distinguendum, quod aut sententia interlocutoria transit in rem iudicatam; quia non fuit appellatum; vel si fuit appellatum, deserta est appellatio; & tunc talis interlocutoria non potest reuocari inuita parte, pro qua lata fuit; licet adhuc duret iudicis officium, & iurisdicatio; quia principalis causa nondum est finita. Aut interlocutoria non transit in rem iudicatam; puta, quia in stat tempus ad appellandum, vel pendet appellatio interposita; & hoc casu tenent, quod iudex possit illam reuocare, dummodo adhuc non desinat esse iudex; vel quia nō fuit sibi adhuc facta inhibitio per iudicem ad quæ, secundum formam. c. non solum. & c. Romana. & c. si a iudice. de appell. lib. 6. † debet tamen iudex reuocans refarciri facere expensas appellanti, si quas fecisset. Host. in.d.c. cum cessante. tenet tertiâ opi. videlicet, q̄ iudex indifferenter possit quamlibet interlocutoriam reuocare, siue illa transierit in rem iudicatam; siue non; mouetur, quia licet, quo ad partis præiudicium, interlocutoria transeat in rem iudicatam, tamen quo ad iudicem non transit, vt traditur in.c. cū dilecti. §. de elec. & c. cum clamor. §. de test. & per glo. in. §. quia verò, in authen. de test. coll. 7. Io. Andr. in.d.c. cum cessante. dicit, ante omnia inspiciendam fore consuetudinem, & illam tenendam; quia † est optima legum interpretis, vt. c. cum dilectus. de consue. & l. de quibus. ff. de ll. Cessante autem consuetudine, dicit iudicem posse reuocare quamlibet interlocutoriam ex causa, per.d.l. quod iusit. ff. de re iudi. & per id quod not. in.l. 1. in fin. ff. de præto. stipula. sine causa tamen non posset, per not. in.c. sacro. §. de senten. ex com. per Inno. in ver. reuocari. vbi tenet,

Com. opin.

37 q̄ † licet iudex reuocet interlocutoriam sine causa, quod tenet reuocatio, quia tamen grauat partē, potest appellari. Et dicit Barto. in.d.l. quod iusit. q̄ facit litem suam, per. l. sanctius. in fi. C. de iudi. & tenet in eadem. l. quod quælibet interlocutoria possit reuocari; nisi sit talis per quam expiret iudicis officium; nam si expiraret, idem dicendum esset, quod in diffinitiuâ. ¶ Ego verò in hac materia facio quinque; membra principalia, primum, vtrum, iudex possit indifferenter suam interlocutoriam reuocare. Secundum, vsq; ad quod tempus. Tertium, vtrum in ea reuocanda requiratur causa; & cognitio, vel consensus aduersæ partis. Quartum, vtrum possit pluries reuocari, & quoties. Quintum, vtrum iudex possit cogi corrigere, de quibus quinque; membris nunc per ordinem videbimus. Et primo, quod ad primum dico, q̄ † regulariter quælibet interlocutoria potest reuocari, siue illa concernat processum, siue emergentem, siue incidente questionem decidat, per. d.l. quod iusit. & arg. l. dicere autē. ff. de arbi. & l. diem proferre. in prin. eo. ti. facit. c. fi. de appell. lib. 6. & siue contineat aliquid dari, siue fieri, vt. l. 1. in fi. & l. pen. ff. de præto. stipul. & in.l. si opus. ff. de no. ope. nunt. tamen potest reuocari causa cognita, vt. l. pen. ff. de ope. no. nunt. In noc. in.c. quod ad consultationem. §. de re iud. & idē tenet Pet. & Cy. in.d.l. pen. C. quæ sen. rescin. nō possit. & Bal. in.l. si debitori. ff. de iudic. vbi dicit, q̄ † præceptum de soluendo, quod facit iudex in confessum, si sit lite non contestata, est sententia interlocutoria; & idēo contrario imperio reuocari potest, allegat d.l. 1. in fi. ff. de præto. stipu. Huius autem regulæ ratio est in promptu; quia cum per ipsam interlocutoriam iudex non sit functus officio suo, vt. c. significatibus. & c. quærenti. §. de offi. deleg. non est mirum si iudex potest illam reuocare. Hac autem regula habet locum, siue loquamur in iudicio ordinario, siue in delegato, vt probatur in iuribus statim allegatis, & hoc etiam tenet Barto. in.d.l. quod iusit. pro quo etiam facit; quia etiam † arbiter potest talem interlocutoriam reuocare, vt. d.l. diem proferre. in princ. & l. dicere. Hac tamen regula fallit in pluribus casibus. Primo, † in interlocutoria habente vim diffinitiuam; quia de tali interlocutoria iudicamus, vt de diffinitiuâ respectu reuocationis, vt dicit Bar. in.d.l. q̄ iusit. & hoc communiter \* sequuntur Doct. in.d.c. cum cessante. & Bald. in.l. 1. C. quæ sen. rescin. non possit. Prædictam tamen fallentiam arbitror limitandam, si modo nō sit talis interlocutoria, habens vim diffinitiuam, quæ iudicis officio mercenario expediat; quia tunc cum per talem interlocutoriam habentem vim diffinitiuam iudex sit functus officio suo, non potest illam reuocare, vt. d.l. dicere. & in.d.c. iudex. in fi. de offi. deleg. & d.c. significantibus. §. de offi. de lega. secus si ad eam processisset officio iudicis nobili; vt puta, in interpositione decreti super alienatione rerum immobilium minoris; Nam tale decretum potest causa cognita reuocare, licet habeat vim diffinitiuam, vt. l. quamuis. ff. de reb. eor. & l. si præses. C. de prædi. mino. & quod no. in.c. 2. de purg. vulga. & authen. ei qui. C. de bo. author. iud. pos. Facit etiā quod dicam in secundo membro principali de reuocatione diffinitiuâ. Secundo casu fallit, quando esset talis interlocutoria, quæ finiret officium iudicis, exemplum

Com. opin.

Com. opin.

Com. opin.

plum; si iudex pronuntiavit se iudicem incompetentem, vel non esse procedendum ulterius, vel si absolutum conuentum ab obseruatione iudicij, vt probatur in.d.c. significantibus. & d.c. iudex. Hoc tamen dicit verum Bal. in.l. si præses deserta. C. quomodo & quādo iudex. si modo talis sententia esset lata a delegato, vt. d.c. significantibus. secus si esset lata ab ordinario; quia tunc posset illam reuocare secundum eum, vt. d.l. præses. Sed tunc aduerte; quia tex. ille loquitur quando sententia esset nulla; sed si sententia non esset nulla, non arbitror procedere dictum Bal. quia eadem ratio militat in ordinario, quæ in delegato. Secundo limitatur hæc fallentia, secundum Doct. nisi a tali interlocutoria esset appellatum; quia tunc poterit iudex talem interlocutoriam reuocare; mouentur; quia per ipsam appellationem suspensa est sententia interlocutoria; vnde cum propter suspensionem non possit dici finita iurisdicatio sua, merito debet posse illam reuocare. Hoc no. tenet D. de Ro. decisione. 71. aliqui habent decisione. 83. Ego verò habeo decis. 484. & vide Io. Mon. in.c. in generali. de reg. iur. lib. 6. & vide not. glo. quæ de iure ciuili reputatur singularis in authen. habita. C. ne filius pro pat. quæ vult, q̄ etiam de iure ciuili possit appellari. a iudice pronuntiante super iurisdicitione, & eam sequuntur Doct. \* excepto Nicolao. de Mat. Sed tunc aduerte; quia contra hoc videtur, quod dicitur in. 7. fallenlia. Item secundo aduerte; & ex prædictis not. limitationem, seu impugnationem eorum, quæ dicitur quidam Doct. vt D. m. & quidam alij in.c. peruenit. 42 2. §. de appell. vbi volunt, q̄ † quando appellatur a sententia interlocutoria habent vim diffinitiuam, q̄ per eam finiatur iurisdicatio iudicis; puta appellatio nis deserta; vel se nō esse iudicem competentem, vel perempta instantia; vel quid simile, q̄ non sit necessaria expressio causarum in ipsa appellatione; nam expressio causarum fit, vt debitus honor deferatur iudicibus; videlicet, vt ab eis non discedatur sine causa; nam si appellans exprimeret causam legitimam grauaminis; tunc poterit iudex illam interlocutoriam reuocare. Vnde dicunt ipsi, cum in casu prædicto cesset potentia reuocationis, debet cessare causa, propter quam causæ exprimerendæ sunt. Nam hoc non videtur verum in casibus prædictis; nam cum per ipsam appellationem, vt dictum est, potestas reuocandi in interlocutoriam tollatur, videtur, quod debeat fieri in ipsa appellatione expressio causarum, & hoc videtur argumentum inconuincibile, per quod necesse sit alterum dicere, scilicet; vel q̄ sententia posita in.d.c. peruenit. non sit vera, vel hæc determinatio. Dom. i. de Rot. sit falsa; nisi diceret, quod ea q̄ dicunt in.d.c. præuenit. habent locum in alijs sententijs interlocutorijs habentibus vim diffinitiuam; præterquam in istis, per quas finitur iudicis iurisdicatio. Hac verò theorica habeat locum in prædictis exemplis. §. positus. Hac tamē solutio mihi multum non placet. Vnde fortè melius esset dicere, q̄ † prædicta opi. Dom. de Rot. non sit vera; licet Doc. hic communiter \* eam sequatur; quia si ratio eorum concluderet, q̄ propter suspensionem iudex a quo interlocutoriam reuocaret prædictam, pariformiter videretur dicendū, quod lata sententia diffinitiuâ, si ab ea appellatū esset, posset iudex a quo interlocutoriam iam latam reuoca-

re. Nam cum appellatio a diffinitiuâ suspendat ipsam diffinitiuam, & reducat statum causæ quasi ad effectum lit. conte. exclusiue quo ad ipsum iudicem; videretur dicendum, quod interlocutoriam præcedentem ipsam diffinitiuam posset reuocare, consequens autem in vtroq; casu est falsum; nam post diffinitiuam non potest interlocutoriam reuocare, vt dicam. §. in secundo membro secundi membri princ. Item nec ipsam diffinitiuam potest reuocare; ergo & antecedens est falsum. Nec ob. si diceret, quod per sententiam diffinitiuam præcedens interlocutoria lata trāsit in rem iudicatam quo ad partem, & quo ad iudicem, vt dicam in secundo membro huius secundi membri, quia illud videretur dicendum, nisi esset appellatum; & ipsa diffinitiuâ sententia esset suspensa per appellationem. Cogitabis; quia ratio, quæ est in diffinitiuâ valet; quia ipse iudex causa sit functus officio suo, & ob id non possit sententiam diffinitiuam reuocare, procedit in dictis duabus fallentijs. Tertio limitantur prædictæ duæ fallentiæ; & etiā sequi in omnibus casibus, in quibus sententia diffinitiuâ potest reuocari, limitari, vel declarari; nam & multo fortius in dictis casibus debebunt posse corrigi, declarari, & limitari sententiæ interlocutorie. Tertio fallit, si ab interlocutoria fuit bis appellatum, & semper sit confirmata, hoc not. tenet gl. & sequitur Pau. in clē. fi. de appell. Facit quod no. Bar. in.l. a diuo Pio. ff. de re iudi. & d.l. quod iusit. Bertram. tñ tenet contrarium, vt refert D. m. & fortè fuit motus; quia licet a sententia interlocutoria non sit appellatum, & trāfacta sint tempora ad appellandum, & sic transiit in rem iudicatam; tamen quod ad iudicem non transiit, vt. d.c. cum dilecti. §. de elec. & per consequens debet posse illam reuocare. Sed primâ opi. glo. & Pau. sequitur D. m. pro qua facit; quia postquam fuit bis appellatum, & appellans semper succubuit; & sic approbata est ipsa interlocutoria, cum tanta causæ cognitione, non debet fieri posse reuocatio, cum ipsa reuocatio habeat in se notoriam iniustitiā, quæ redderet nullam ipsam reuocationem, vt. c. inter cetera. §. de iudi. vnde hoc casu sententia interlocutoria transit in rem iudicatam, etiam quo ad iudicem. Faciunt not. in.c. fraternitatis. §. de frigi. & fin. maleficia, & vide quod dixi in clē. fi. de appell. & ex prædictis videtur inferendum, quod secus esset dicendū si in secunda appellatione ab interlocutoria non esset lata sententia; sed esset deserta appellatio propter cessantem rationem quandam, & eorum quæ dixi in.d. clem. fi. Item aduerte; quia hanc fallentiam arbitror limitandam; videlicet, quod nō possit reuocari quo ad vtilitatem ipsi, contra quem lata fuit dicta interlocutoria bis confirmata; secus autem quo ad vtilitatem tertij, qui nunc appellaret pro suo interesse, nec antea sciuisset prædictam causam agi per eum, qui appellauit; nam cum in casu prædicto non obstante diffinitiuâ bis confirmata possit tertius, q̄ fuit ignorans appellare propter suum interesse; ita debet posse, & fortius appellare ab interlocutoria, si sibi præiudicet; vnde propter appellationem interpositam licebit iudici dictam interlocutoriam reuocare, & vide ad prædicta quod no. in.c. cum super. §. de re. iu. Bal. in.l. a sententia. ff. de app. Cogita; quia noua consideratio est, & adde quæ dixi in. 16. fallenlia.

¶ Quarto



¶ Quarto fallit, in interlocutoria lata de consensu partium; nam tunc ad reuocationem ipsius non sufficit alterius partis consensus, vt not. in c. significante. §. de appell. ¶ Quinto fallit, si iudex detulit appellationi; quia tunc tota eius iurisdicção translata est in superiorem, vt. c. cum appellationibus. de appell. lib. 6. q. videtur procedere, si ad hoc accederet partium consensus; quia ex quo iudex detulit, non possunt partes renuntiare aliquo modo, & hoc expresse tenet. D. An. D. m. & Io. de Imo. §. cui? anima requiescat in pace, tanquam famosissimi, & excellentissimi iuris viri usq; Doctoris, qui vt hesternò vespere accepi, diè suū clausit extremum. 18. die presentis mēsis Februarij Millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, in. c. in terposita. §. ille deniq; §. de appell. nisi iudex ad quē cōsentiat, & remittat causam ad iudicē a quo, vt. d. c. cum appellationibus. & tenent D. de Rot. deci. 360. Quod no. menti; tene. Glo. tamen de hoc videtur dubitasse in. d. c. cum appellationibus. de quo vide latius p. D. Domin. ibi; quia nolo insistere, & hoc anno habui de facto. ¶ Sexto fallit, rōne prædicta in omnibus casibus, in quibus ipse iudex priuatus esset iurisdicçãoe, quæ deuoluta esset ad superiorem; puta, ppter traditos apostolos intra legitima tempora, vt. c. sup. & c. ab eo. de appell. lib. 6. nā prædicto casu, saltem exercitio iurisdicçãois priuaretur ipse iudex, ergo nō debet posse reuocare, & hoc casus dicit. D. m. satis rōnabiliter tenēdos, & practicandos. ¶ Septimo fallit, & hāc septimam fallentiam addo ego, quæ est iudicio meo tenenda est; videlicet, in iudice appellationū. q. pronuntiauit super interlocutoria, pronuntiaudo malè appellatū, & cām remittendo ad priorē; nā si ab illas sententiā eēt secūda vice appellatum, nō posset iste iudex secūdas a quo, q. sētentiā interlocutoriā cōfirmari, reuocare ipsā interlocutoriā; & repone partes in pristino statu; & hoc tenet D. de Rot. deci. 350. in antiqs, q. incipit, vtrū si appeller. mouentur; quia eo ipso, q. pronuntiauit super articulo appellationis, functus est officio suo; & ideō sicut iudex post diffinitiuam ex eo quia functus est officio suo, nō potest illam reuocare, vt. l. iudex. postea. ff. de re iudica. ita nec istam. Item quia iudex ad quē, pronuntiaudo, & remittēdo cām ad priorē iudicem, definit, esse iudex, vt no. Archi. in. c. pia. de except. lib. 6. sup. ver. cōdemnās. Item, quia talis iudex cognoscens de appell. ab interlocutoria, & equiparatur coniudici pronuntianti diffinitiuē; vt probatur in. d. c. cum appellationibus. ibi, dum dicit, ea die cōdemnationem facient. & c. coniuicta. l. Paulus. l. 1. ff. de re iud. vbi dicitur, de pronuntiante diffinitiuē, iunctis not. per Archi. in. d. c. pia. & hoc idē tenet D. Domin. in. c. si a iudice. de appell. lib. 6. in. fi. q. Aduerte tā; quia vt. §. dixi. in. 2. limit. 2. fallentiā, ex prædictis videtur de strui illa opi. Do. de Rot. nam si per appellationem suspēditur sententiā; ergo videtur, q. possit reuocari tale grauamen; sed potes dicere, q. propter talem pronuntiationem istius iudicis ad quem, adeō in totum expirat eius iurisdicção, q. ipse illam non potest aliquo modo reassumere, per appellationem maximē; quia ¶ appellatio refertur ad effectum primæ sententiæ postquam confirmata est, sed in prædicto casu secundæ fallentiæ, quando a primo iudice sententiā interlocutoria fuit lata, non videtur hoc procedere si

est appellatum propter suspensionem prædictam, q. fit per appellationem; vel dic, vt in dicta secunda limitatione, q. illa theoricā. D. de Rot. non est vera; vel dic, q. est limitanda, & restringenda, secundum istam septimam fallentiam; videlicet, q. illa procedat in casu, quando esset appellatum a pronuntiatione iudicis ad quem. Aduerte etiam; quia sunt & alię fallentię, sed magis dubitabiles. ¶ Octaua igitur est fallentiā; videlicet, post factam inhibitionem iudici a quo per iudicem ad quem, ne procederet in causa. Hoc voluit Host. in. d. c. cum cessante. allegat. c. Romana. §. si verò. de appell. lib. 6. Sed D. m. in. d. c. cum cessante. dicit, se de hoc satis dubitare; mouetur, quia licet iudex post inhibitionem non possit procedere in causa principali, vt. c. non solum. §. fi. de appell. lib. 6. tamen debet posse illatum grauamē reuocare. Inhibitio enim principaliter fit in fauorem ipsius appellantis, ne interim grauetur; ergo non debet in eip. odium retorqueri, videlicet; vt non possit releuari grauamen per iudicem a quo, reuocantē ipsum grauamen; probat per simile. ¶ Appellatio legitima suspendit iurisdicçãoem iudicis in principali; tamen non suspendit respectu reuocationis grauaminis, vt. c. si a iudice. eo. tit. lib. 6. nisi diceret, saluando Hosti. q. hoc fit ne iudex ad quem illudatur, sicut in simili dicimus, q. presentantes, vel postulantes nō possunt præsentationem, vel postulationem seclatam reuocare, ne superior illudatur, vt. c. bona. 2. §. de postula. præla. ¶ Nonno fallit, quādo iudex ad quem commisit causam appellationis, hoc ponit Spe. in tit. de excep. §. visō. ver. sed pone. sed mihi nō placet; quia nō debet posse plus iuris in alium transferre, quam ipse habeat; si coram eo causa ageretur, posset iudex a quo sententiā interlocutoriā reuocare; nisi detulisset. appellationi, vel facta esset inhibitio, vt. §. dixi, & hoc probatur, per. c. si a iudice. de appell. lib. 6. ergo & c. dicit tñ Io. de Imol. q. hoc posset saluari secundum tradita per Garziam in. c. cupietes. §. fin. in. gl. super ver. gratia. in. fi. de elec. lib. 6. ¶ Decimo fallit secundum Spe. in præallegato ver. sed pone. quando citatio facta est in causa appellationis; quia tūc nō potest reuocare secundum eum; quia iurisdicção tūc est abdicata ab eo, & trāsmissa in superiorem; sed hoc non videtur verū, nec iure probatur, quod abdicata sit ab eo iurisdicção. Itē hæc duę fallentię non placent. D. m. in. d. c. cum cessante. quia dicit ipse, nō probatur iure. Itē, quia rationes, quæ concludunt, quod iudex possit reuocare, postea in. d. c. cum cessante. in. princi. & in. fi. militat etiam in istis duobus casibus. Item, quia. d. c. cū cessante. loquitur generaliter. Itē, quia in istis duobus casibus militat rō. d. c. si a iudice. nec aliqua videtur sufficiens ratio potestatis, reuocandę. ¶ Undecimo fallit, secundum aliquos, per ea, quæ habentur in. c. fi. de appell. lib. 6. videlicet; vbi ab interlocutoria non est appellatum, & fortius si est appellatū, & cōfirmata ipsa interlocutoria; & est talis interlocutoria, quæ nō præiudicat negotio principali, nec cū eo connexa est, nec reddit iudiciū retrō nullū. Nā eō casu, cū talis interlocutoria videatur pfectē trāsmissa in re iudicatā, cū de ipsa nō possit amplius cognosci in appellatione a diffinitiuā. videt, q. nō possit reuocari. Sed tu aduerte; quia Io. And. in. d. c. cū cessante. sentit oppositum; videlicet; q. iudex principalis

principalis causa possit ex officio reuocare ipsam interlocutoriam causa subsistente; licet hoc non posset iudex appellationis a diffinitiuā; mouetur per generalitatem tex. in. d. c. cum cessante. & per no. per Inno. in. d. c. quod ad consultationem. §. de re iud. vbi tenet, quod licet interlocutoria transeat in rem iudicatam quo ad partem; non tamen quo ad iudicem, sed hoc videtur durum. Ioan. de Imo. tenet, quod iudex causa principalis possit; & tamen non possit iudex appellationis a diffinitiuā, considerato, q. ¶ appellatio suspendit, seu extinguit, & reducit sententiā ad terminos litis contestatæ, iuxta no. in. lita demū. C. de procur. & sic videtur, quod eadem ratione deberet posse iudex appellationis. Vnde subdit, quod vterq; deberet posse, vel neuter. Ego arbitror dicendū, quod si sententiā diffinitiuā adhuc non est lata, quod ipse iudex possit reuocare, nisi alia causa impediatur; lata tñ sententiā diffinitiuā, videt, quod non possit, arg. eorum quæ dicam in sequenti membro, & ita procedat arg. Io. de Imo. nā sententiā diffinitiuā lata, etiam quo ad iudicem sententiā interlocutoriā tranfit in rem iudicatam, vt dicam in secundo membro. ¶ Duodecimo fallit in interlocutoria expensarum, lata prætextu iuramenti iudicialis, alleg. no. p. Inn. in. c. sacro. §. de sen. excomm. in ver. reuocare. & quod haberetur in. l. sancimus. C. de iudi. cum auth. ibi posita. Sed tu aduerte; quia Inn. in. d. c. sacro, hoc nō dicit, imo dicit cōtrarium, in. c. fina. §. quod me. cau. circa fi. vbi expresse sentit, iudicem posse reuocare taxationem expensarum, si modo videt illam minus legitime factam. ¶ Tertiodecimo fallit, si sententiā interlocutoria executioni esset missa; quia tunc non potest reuocari, nisi causa cognita de consensu partium, in quarum fauorem lata fuit; hoc tenet glo. in. l. 1. in. fi. ff. de prætor. stipul. per. l. penul. eo. tit. & seq. Bar. in. d. l. quod ius sit, quod tamen non placet Io. de Imol. dicit enim esse tex. in contrariū in. d. l. pen. ff. de prætor. stipul. vbi sententiā erat iam mandata executioni; quia stipulatio erat iam interposita ad certum diem, quod patet, ibi, dum dicit, quod propter secundum præceptum obstat exceptio primæ stipulationis. & tamen ibi inuita parte fuit mutata, q. patet, ibi, dum tex. dicit, quod iudex præcepit cauere in longius tempus. vnde no. ¶ verbū, pcepit, quod regulariter importat necessitatem, per. l. 1. ff. quod ius sit. & satis probatur per tex. in. l. pen. §. allegata. & fuit hæc originalis opi. Dyni. vt refert Ioan. And. in. d. c. cū cessante. vbi tenet, quod in. d. l. pen. fuit facta reuocatio inuita parte, nec apparet ibi, quod fecerit illud causa cognita. Et sic videtur concludendum, q. siue sit facta executio, siue non, possit reuocari etiā parte inuita. Et not. q. fatetur Ioan. de Imol. q. si reuocatio fieret sine causa, postquam interlocutoria tranfuit in rem iudicatam, quod posset pars tanquā grauata appellare. ¶ Quartodecimo fallit in sententiā, quæ licet aliās de sui natura esset interlocutoria, tamen quia lata est seruato iudiciario ordine cū ad id principaliter ageretur oblato libello, & lite contest. posset reuocari. potes ponere exemplum, in iudice, qui pronuntiare aliquam sententiā, vel processum causandum, vel nullum; nam licet aliās de se talis sententiā esset interlocutoria, tamen cum principaliter ad id coram iudice ageretur oblato libello

& c. potest dici quasi diffinitiuā, arg. l. fin. §. illud. C. de temp. appell. quia, licet (vt dixi) dicatur interlocutoria, quæ ex toto non diffinit principale negotiū; tamen dicitur diffinitiuā; quia diffinit illud de quo principaliter queritur in hoc iudicio, sicut in simili dicimus de sententiā lata super possessorio, de qua. §. dixi, & ideō non potest reuocari. Quæ autem dicatur sententiā interlocutoria, & quæ diffinitiuā, vide glo. in versi. diffinitiuā. & ibi latissime dixi in cle. vnica de seq. pos. & fruc. & in cle. fi. de appell. & p. gl. & Archi. 2. q. 1. in summa. & per Doct. in. c. examinata. de iudi. & gl. 2. q. 6. §. diffinitiuā. & per D. Ant. in. c. sape. §. de appell. Oldra. consi. 18. & traditur in. c. in his. §. de ver. sign. p. Inn. in. d. c. quod ad consultationem. & latissime dixi in rubri. de re iudi. Quæ autē dicatur interlocutoria habens vim diffinitiuā, tradit Io. An. in. c. peruenit. de appell. Oldra. consi. 276. gl. 2. in. c. fi. de appell. D. de Rot. deci. 281. & trad. in. l. intra vtile. ff. de mino. & p. Bar. in. d. l. qd ius sit. & in. l. 2. ff. de appell. reci. & dixi plenē in ead. rub. de re iud. Et ex his habes not. expeditum hoc primū membrū. ¶ Quindecimo fallit in interlocutoria, quæ fuit per principem confirmata; nam tunc non potest reuocari, hoc tenet Ang. in. l. Paulus. 1. ff. de re iud. pro qua fallentia possunt adduci rationes, de quibus. §. in. 3. fallentia. tenent Spec. & Ioan. And. ibi in addit. in tit. de senten. §. vt autem. ver. quid si Papa. & in. c. 4. §. de institu. & Goffre. in summa de confir. vtili vel inuti. ¶ Nec ob. quod ¶ statutum factum ab inferioribus potest reuocari, vt not. gl. in. c. 3. de insti. quia ratio differentiæ est, quod statutum etiam sine confirmatio ne intelligitur approbatum, vt. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Et sic illa confirmatio videtur fieri ad cautelam, nec debet plus operari, quam illa, quæ fit par legem mortuam, quæ ratio cessat in sententiā. Idē tenet Io. de Imol. in. d. l. Paulus. ¶ Decimosexto fallit in interlocutoria; quia iudex declarat sententiā suam; quia illa non potest reuocari, ita tenet Ang. in. d. l. quod ius sit. de re iud. per no. in. l. quidquid astringendū. ff. de verb. ob. Dicit tamen Io. de Imo. quod Ang. in. d. l. quidquid. tenet contrarium; & q. ille text loquitur in iure declarandi competenti parti; secus si competat iudici, vt. d. l. quod ius sit. Sed tamen in Angelo meo ego non habeo dictam reprobationem in. d. l. quidquid. ¶ Circa secundum membrum videlicet; ¶ ad quantum tempus possit iudex sententiā interlocutoriā reuocare, & dico, quod pro maiori parte patet de cōsilio ex his, quæ dixi in precedentiē membro, nam secundum aliquos potest reuocare vsq; ad 10. dies, q. datur ad appellandū, & secundū alios vsq; ad quatuor mēses, q. dantur iudicatis, & secundum alios quo. ad sententiā fuerit missa executioni. Tu vero dic, q. in his casibus, in quibus conceditur reuocatio interlocutoriæ, ipsa reuocatio ad partis petitionem potest fieri duntaxat vsq; ad 10. dies, vt not. gl. in. d. c. cum cessante. & probatur in. c. cum dilecti. §. de elec. & no. Inno. in. d. c. quod ad consultationem. de re iudi. Ex officio verò iudex potest illam reuocare vsq; ad sententiā diffinitiuā exclusiue; quoniā tanto tempore durat instantia, & eius iurisdicção. ¶ Nam ¶ per prolationem diffinitiuā finitur instantia, & iudex dicitur functus officio suo, vt. l. iudex postea. ff. de re iud. & hoc tenet Bar. in. d. l. q. ius sit. & D. m.

D.m.in.d.c. cum cessante, & facit, quod not. in.c. fi. de appell. lib. 6. Ego tamen arbitror hoc limitandum, si modo talis sententia diffinitiva, fuit aliqua, licet forte iniusta; secus si fuisset nulla; quia per talem sententiam nullam, non finitur iurisdictione iudicis ordinarij, vt. l. si praeses quasi desertam. C. quomodo & quando iud. & ideo possit interlocutoria reuocare; & aliam diffinitiuam proferre, vt ibi trad. Hac tñ limitatio procedit, vt dixi, in iudice ordinario; secus in delegato;

56 quia ¶ iurisdictione delegati expirat etiam per sententiam nullam, vt. l. si vt proponis. i. C. quomodo & quando iud. de quo tamen dicendum est, vt in.c. qren ti. & ibi per Io. And. de offic. deleg. Spec. in tit. de iudi. dele. §. restat. in prin. ¶ lata autem sententia diffinitiva non potest interlocutoria reuocari; scilicet per iudicē a quo, si est interlocutoria, quae respiciat, vel sit cōnexa cum causa principali; aliās secus, vt trad. in.d.c. fin. de appell. lib. 6. & adde q̄ dixi in praecedenti membro in 7. fallentia. Aduerte etiam; quia quod dixi, q̄ post latam sententiam diffinitiuam non potest interlocutoria reuocari, p̄cedit et̄ si lata nō esset diffinitiva, sed perempta esset instantia; vt puta, de iure ciuili, quo iure datur instātia. ¶ Circa tertium membrum in quo quaeritur, ¶ vt in reuocatione requiratur causa cognitio, & partiuū consensus, varia sunt opi. Inn. quē seq. Abb. tenet, q̄ intra 10. dies. qui datur ad appellandum non exigitur partiuū consensus, nec causae cognitio; sed post 10. dies exigitur cū sententia transierit in rē iudicatā. Contrariū tñ sentit ipse Inn. in.c. sacro. de sen. excomm. Quidam vtrūq; dictum concordant, videlicet; vt intra. 10. dies possit reuocari, nec pars possit appellare, sed post. 10. dies non potest recusari, quominus appellari possit. Sed tu vide aliam opi. Inn. in.c. auditis. & c. querelam. §. de procura. vbi tenet, q̄ iudex potest interlocutoria reuocare etiam parte absente, & videntur tenere D. de Rot. in nouis decisi. 422. illi tamen dicunt, hoc verum, nisi esset interlocutoria habens vim diffinitiuam; vt est illa, quae fertur super defertione appellationis. Sed tu aduerte; quia opi. ista non videtur vera in interlocutoria requirente ad eius probationem causae cognitionem, cum illa debeat ferri parte praesente; aut contumaciter absente, per not. in. l. a procedēte. C. de dila. & in. l. in causa. §. causa autē cognita. ff. de mino. Bar. in. l. si opus. ff. de ope. no. nunt. Io. And. dicit, q̄ ex causa semper iudex potest reuocare; sine causa, non; si tamen reuocabit sine causa, valebit reuocatio; nisi appellet. Sed in addi. Spe. in tit. de sentē. prola. §. species. ver. est quoq; tenet cōtrariū, dicens, q̄ potest interlocutoria reuocare sine causae cognitione, secundum q̄ etiam voluit Inn. & sentit Bart. in. d. l. q̄ iusfit. D. m. concludit, q̄ interlocutoria non potest reuocari sine causa, propter metū appellationis. Si vero subesset causa, cum illa non possit cognosci

59 parte nō vocata; quia ¶ merita causarū partiuū asseritione panduntur, vt. l. fi. C. si per vim vel alio modo. Ideo debent partes vocari, maximē si fuit lata cum causae cognitione, arg. c. 1. de reg. iur. & l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & maximē dicit Bar. hoc procedere, si sententia erat missa executioni; & hoc sentit gl. in. d. c. cum cessante. Et ad praedicta vide Bal. in. c. 1. de mili. vas. qui cōm. est in vñ. feu. vbi dicit, q̄ ¶ quādo iudex inuenit se deceptū in interpositione de

creti, potest illud reuocare proprio motu ex mero officio, per. c. consultationibus. §. de offi. deleg. q̄ tñ ego limitarem, secundum praecedentem doctrinam.

61 ¶ Circa quartum membrum, ¶ an possit pluries interlocutoria reuocari? breuiter dicit Bar. quē cōmuniter sequuntur Doct. & Io. de Imol. in. d. c. cū cessante. q̄ reuocatio potest fieri bis, & non ultra; allegat not. in. l. fideicomissi. §. si quis alicui decem. ff. de leg. 3. & q̄ traditur per tex. & glo. in clē. cum a repulsione. de app. not. in. c. fraternitatis. de frigi. & malefi. ¶ Postremò circa quintum, & vltimum membrum,

62 ¶ vt iudex possit compelli reuocare interlocutoriam. Dy. quem sequitur Bar. in. d. l. q̄ iusfit. tenet, q̄ nō, per. l. non quicquid. ff. de iud. & l. 1. C. quomodo & quando in. nam tex. dicit in. d. l. quod iusfit. cōtrario imperio reuocari potest; ergo non necessitate, vt probatur in dictis iurib; hoc tamē verum est, nō de necessitate praecisa; sed causatiuē, ne faciat litē suā; vel aliās ne laedatur conscientia sua, compellitur reuocare, si interlocutoria per eū lata fuit iniusta, arg. eorum quae dixi. §. in notabilibus, & eorum, quae no. gl. hic super ver. corrigere. Et sic habes expeditū primum membrum principale reuocationis interlocutoriae. Assumo igitur ex ordine secundum membrū principale de reuocatione diffinitiuē, in quo ego tra-

63 do, primò hanc regulam; videlicet, q̄ ¶ iudex sententiam diffinitiuā a se latam non potest cōtrario imperio reuocare, vt est tex. in. l. iudex postea. ff. de re iudi. etiam si eadem die perperam a se factum vellet corrigere, vt. l. cum quaerebatur. e. o. tit. & ratio est in promptu; quia ¶ per sententiam diffinitiuam, siue bene, siue male latā, functus est iudex officio suo, vt. d. l. iudex. hanc autē regulam procedit, siue loquamur in ordinario, siue in delegato, nā tex. in. d. l. iudex. loquitur generaliter. Ad q̄ et̄ facit. l. Paul. 1. coniuuncta. d. l. iudex. Hac autem regula fallit in pluribus casibus.

¶ Primo fallit respectu declarationis, seu interpretationis, ¶ accipiēdo interpretationē, seu declarationē nē stricte, & pprie pro cōgrua verborū expositione, talē enim potest facere iudex, etiā post latā sniam diffinitiuā, vt probatur in. d. l. 1. in fi. ff. de praeto. stipula. vbi praetor interpretatur sniam, & hoc idē tenet. glo.

64 35. q. 9. his ita. & probatur in simili ¶ de notario, qui nō potest minuire cōtractū, & potest declarare verba ambigua, vt. l. a G. orū. ff. de re iud. sed melius tradit in. l. ab executore. ff. de appell. & ibi tenet hoc gl. & sequitur Bar. si modo sit iudex habēs merū imperiū, per illum tex. & sequit̄ D. m. hic; & placet mihi. Moueor; q̄ ¶ ille, qui declarat nil dē de nouo facere, vt. c. pastoralis. §. 1. j. de sen. excō. & l. heredes palā. §. si. ver. si tamē. de testa. & q̄ no. in p̄mio. 6. in prin. si tamē iudex male declareret posset ab eius snia appellari, vt est tex. in. d. l. ab executore. Hac tamē fallentia nō habet locū in delegato; quia, vt. §. dixi hoc solū cōpetit maioribus magistratibus; hoc tamē fortē fallit in delegato principis, arg. l. a iudice. C. de iud. & eorū q̄ infra dicā. Sed tu aduerte; q̄ iura, & rationes. §. allegata, vidētur cōcludere idē in minorib; magistratibus. Glo. tñ in. d. §. his ita. & tex. dicit cōtrariū in. d. l. ab executore. ff. de appell. ¶ Secūdo fallit, vbi snia diffinitiuā esset nulla. Nā cū tūc cesset ratio, q̄ ¶ p se tētiā nullā non finit iurisdictione, seu officiu, et̄ si illud sit mercenariū, vt. l. si praeses quasi desertā. C. quomodo &

do & quando iud. cessat etiā regula, & per cōsequens potest reuocare, vt. d. l. si praeses. & l. 3. C. de acc. vnde quandoq; ex eisdem actis poterit pronūtiare; & hoc idem sentit Inno. in. c. de cetero. ad fi. §. de re iud. vbi dicit, q̄ ipse idem iudex qui sententiā, vel successor; debet adiri, per viā nullitatis, nā superior potest solū adiri per viā appellationis, vt trad. in. d. l. 4. Gl. tamen ibi dicit, q̄ est in electione partis, an velit adire eundē iudicē, vel successorē, vel superiorē per. l. absēte. C. de accu. Bart. in. d. l. iudex. vult, q̄ solū sit in electione partis, si petatur pronūtiari sententiā nullā, sed si petatur nō solū pronūtiari sententiā nullā, sed etiā sententiā ferri super principali non poterit per hoc adiri superior; nisi sententia fuisset nulla per dō lū iudicis, & ita intelligit, & limitat Barto. l. absentē.

69 C. de accu. quae vult, q̄ ¶ superior possit reformare sententiā nullā. Idem vero Bar. in. l. si vt proponis. C. quō & quando iud. tenet indistinctē, q̄ hoc sit in electione partis, dicens q̄ ¶ causa nullitatis trahit ad se causam principalem. allegat no. per Inn. in. c. cū con tingat. de officio deleg. & q̄ no. in. d. l. absentē. & dicit se simile verbum aliās nō dixisse. Sed tu aduerte; quia idem dixit ipse Bar. in. l. si expressum. ad fi. ff. de appell. sed fortē tunc quando fuit commentatus. d. l. si vt proponis, non fuerat cōmentatus. ff. noui secundam partē. Et habes ex praedictis notabilē limitationem ad ea, quae §. dixi in hac fallentia, q̄ ordinarius potest sententiā reformare, seu corrigere; quia hoc est verū si modo nō sit lata per dō lū, secus si esset lata per dō lū, vt. d. l. absentē. Facit q̄. j. dicā; dicit tñ Ioā. de Imo. q̄ licet praedicta opi. gl. Inno. & Bart. in. d. l. si vt proponis. seruanda sit in practica propter eorū auctoritatē; fortē tamē verior videtur opin. quam tenet Bar. in. d. l. iudex. Mouetur; quia non reperitur iure cautū, quod ¶ superior qui aditur per viam nullitatis possit pronūciare super principali, nisi in casu. d. l. absentem. quae videtur loqui in casu specialij; quando propter iniuriam, & dō lū iudicis lata fuit, vnde aliās debem; remanere in casu. d. l. 4. C. de accu. quae vult, quod adeat idē iudex, vel eius successor. Imo fortius dicit Ioan. de Imol. attentari posse, q̄ superior nullo modo possit adiri per viam nullitatis, nisi vt dixi, in casu. d. l. absentē. q̄ etiā videtur sentire Innoc. in. d. c. de cetero. Nec ob. s̄m eū, quod habetur in. l. quādam mulier. ff. fam. erc. & l. Cornelia pia. ff. de iure patr. quia illa iura loquuntur, quando superior fuit aditus per viā appellationis, quo casu incidenter venit examinanda nullitas; secus si simpliciter vellet adire per viam nullitatis, & vide Bal. in. d. l. absentem. Sed aduerte; quia maius est dubium, ¶ an delegatus super causa nullitatis; possit reformare sententiā nullā, si hoc a parte petatur; & videtur, quod sic, per. d. l. absētem, iunctis notatis per Bart. in. d. l. si vt proponis. In

70 cōtrarium facit; quia ¶ iurisdictione delegati est stricti iuris, vt. c. P. & G. de offic. deleg. & sic vidēt, quod possit se solū intromittere in eo, quod est sibi cōmissum, & hoc tenet D. Bart. de Salic. in. d. l. si vt pponis. Ad cōtrarium verò respondet, quod loquitur in ordinario; sed quia hic nō est principalis articulus noster, dic de eo, vt per Inn. Hofst. Io. And. & Doct. in. c. vt de bitus. §. de appell. & latius p Io. de Imo. in. d. l. iudex postea. Sed aduerte; quia cōtrā dictam fallentiam, & praedicta opponitur fortiter; videtur enim, quod

licet ordinarius ferat sententiam nullam, ipse tamen nō possit eam reuocare, sed superior. Vnde opponitur. d. l. moris. §. iste. ff. de p̄enis. vbi text. vult, quod ¶ si decurio, vel similis persona damnatur ad bestias, vel ad aliam p̄enam, ad quam de iure non poterat damnari, quod non ipse, qui sententiam tulit, sed superior debet illam reuocare, & tamē sententia videtur nulla; quia ¶ lata contra ius scriptū, vt. c. fin. de re iud. & l. si expressim. ff. de appel. & not. in. c. inter ceteros. §. de sent. & re iud. Sol. dicit gl. in. d. §. iste, q̄ ibi sententia non est nulla. Sed contra istam sol. fortiter ob. text. in. l. si quis filio exheredato. §. quid si quis fuerit. ff. de iniust. test. qui tex. vult, quod sententia sit nulla si decurio fuit damnatus ad bestias. Sed potes respondere, quod dum text. ibi dicit, quod sententia non tenuit, debet intelligi scilicet cum effectu, hoc est, irreuocabiliter; quia potest per superiorem reuocari; ita dicit gl. in. d. §. quid si quis. & glo. in. l. incredibile. C. de p̄en. vel melius dic, secundum Oldra. & Tac. de Are. q̄ ideo in. d. §. ista. sententia tenuit; quia in ea nō fuit expressus error; secus si fuisset expressus; puta, si dixisset, damnamus talem decurionē ad bestias; nam si tūc talis sententia esset nulla, posset ipse met iudex, vel eius successor illam reuocare. Ita ¶ loquitur. d. §. quid si quis. & Barto. ibi. & ita debet intelligi. d. l. incredibile, videlicet, quod ille fuit dānatus ad perpetua vincula, non exprimēdo feruum, vel liberum, secus si expressisset liberum; quia tunc sententia non tenuisset. Item aduerte; quia hac secunda fallentia procedit in ordinario; non autem in delegato; quia ¶ delegatus, etiam sententiam a se latam non potest corrigere; & ratio est in promptu, quia ¶ eius iurisdictione expirat etiam per sententiam nullam. Hac probantur in. d. l. si vt proponis. & ibi Bart. & Bal. in prealleg. l. si praeses. & d. l. iudex postea. Bar. & Doct. in. c. in literis. §. de offi. delega. Nec ob. dictum. c. in literis. quia immo delegatus per prolationem sententiae diffinitiuam, etiam valida non est functus officio suo, seu expirat eius iurisdictione; sed demum post executionem sententiae; quia illud est solum respectu executionis; sed eo respectu, vt nō possit amplius se impedire de cognitione causae, dicitur functus officio suo etiam per sententiam nullam; vt ibi per Doct. Hoc tamē quod dixi ¶ de delegato fallit in pluribus casibus. Primo enim fallit in delegato principis; quia ille poterit iterato iudicare, sicut ordinarius, hoc tenet Angel. in. d. l. iudex postea per. l. a iudice. C. de iud. Sed Ioā. de Imol. dicit, quod hoc non procedit sine dubio, neq; praedicta fallentia probatur in. d. l. a iudice. quia licet ibi dicatur, quod ¶ delegatus a principe, habet hoc speciale, quod potest subdelegare, & habet etiam alia specialia; tamē iure cautum non reperitur, quod habeat hoc speciale, quod sententiam nullam possit corrigere, vnde debemus stare praedictae regulae. Pro hoc dicto facit; quia eadem est ratio in delegato principis, quo ad hoc, vt expiret iurisdictione per sententiam, quae est in alio delegato; ergo & c. Secundus casus in quo fallit, est in delegato generali; seu ad vniuersitatē causarū, hoc sentit gl. nostra hic & sequitur D. m. & Angel. in. d. l. iudex postea. etiā si sit ¶ delegatus ab inferiore a principe. Mouetur; quia talis equiparatur ordinario, per not. in. l. 1. ff. quis & a quo. & quod traditur in. l. Par. j. I cum



82 cum prator. §. i. ff. de iudic. vnde potest ipsemet corrigere, & aliter pronuntiare, vt. d. l. si prafes. nisi nullitas surrexisset ex turpitudine iudicis; quia tunc non posset ipsemet corrigere, vt. d. l. absentem. ff. de pœnis. sicut etiam dixi supra, in ordinario. Sed aduerte; quia. d. l. i. ff. quis & a quo, & alia similia iura non loquuntur in casu nostro, sed solum quo ad potestatem subdelegandi, & ideò secunda ista fallentia est valdè dubia, secundum Io. de Imol. & bene, nec auctoritas gloss. nostre hic astringit; quia potest intelligi de reuocatione interlocutorie. Quid autem in delegato cum potestate exequendi? videtur enim dicendum, quòd in duabus precedentibus fallentijs; quia talis videtur æquiparari quasi ordinario, vt. l. a diuo Pio. in prin. ff. de re iud. facit quòd not. in. d. l. a iudice. In contrarium tamen facit, qd dixi. §. in. dd. duab' fallentijs, & vide quæ dicā. j. in. 15. fallent. in fi. ¶ Tertius casus in quo fallit, est, si delegatus, licet ad vnam causam, vel speciem, etiam ab inferiore a principe, sententiam tulit contra formam rescripti; & sic sententia fuit nulla, nam tunc cum cesset ratio, quia non dicitur functus officio suo, potest iterum pronuntiare sicut arbiter, vt. l. quòd tamen in princ. ff. de arbit. Et fuit hæc originalis opi. Lamber. de Sali. quem sequuntur la. de Are. & Oldra. & etiam Bal. in. d. l. dicere. §. nam videndum. ff. de arbit. & Angel. in. d. l. index postea. & Barth. de Salic. in. d. l. sicut proponis. vbi hoc sentit etiam Bart. & etiam sequitur Io. de Imo. in. d. l. index postea. Ex quibus infertur, quòd iura quæ dicunt, quòd delegati, qui ferunt sententiã nullam, non possunt iterum sententiarum, debent intelligi; quando sententia fuerunt seruata forma delegationis; & ratio est in promptu; quia si delegatus extra formam delegationis sententiã tulit, vt priuatus censetur; & per consequens ad eã non habetur aliquis respectus; secus si sententia esset nulla; propter aliquod aliud accidens, puta; quia sententiã tulit die feriata, vel absente parte non contumaciter. ¶ Quarto casus fallentia est, secundum Bart. in. d. l. index. si delegatus tulisset sententiã nullam per errorem facti; quia tunc potest iterum pronuntiare, allegat dictum Inno. in. c. 1. de re iudi. & sequitur D. m. Sed tu aduerte; quia Inno. hoc non dicit, si bene ponderentur eius verba, loquitur enim in facto extraiudiciali; puta, j mandatur alicui, quòd prouideat de præbenda vacante; nam prouidendo per errorem de præbenda, tanquam vacante, quæ non vacabat, poterit iterum prouidere; & ita intelligit Innoc. c. in literis. de offi. delega. vbi tenet simpliciter, quòd delegatus non possit corrigere sententiã nullam; quia per eam definit esse iudex, & subdit, secus autem in omnibus alijs præterquam in sententijs; nam in alijs factis, & alijs similibus præter sententiã, si non tenet, quòd fecit per errorem, vel non bene factum est, vel non habuit effectum de iure, potest iterum facere, siue sit ordinarius, siue delegatus; de ordinario allegat. c. cum terra. §. de elect. de delegato verò, allegat. c. significasti. de offic. dele. Et ponit exemplum Inno. in delegato ad prouidendum alicui de beneficio. Nam in illo fit plenior interpretatio, ad hoc vt beneficium principis debitum fortiat officium, not. in. c. cum dilecti. de dona. & in. l. si. de consi. princip. ff. & per hoc dicit Host. in. c. 1. de reg. iur. quòd etiam si prouiso non tenuisset p-

pter iuris errorem, potest nihilominus iterum prouidere. Sed de hoc dic latius, vt per. D. Anto. & D. m. in dictis iuribus. Sed quæro iuxta prædicta pro complemento huius. 2. principalis fallentia; vtrum si sententia fuit nulla ipso iure in casibus, in quibus ordinarius, vel delegatus potest iterum sententiarum, an possit sententiarum ex eisdem actis? Hec quæstio tangitur hic per Docto. & per gloss. in. c. ad probandum. §. de re iudic. & ibi dixi not. per D. Ant. in. d. c. in literis. per Paul. & Ioan. de Imol. & ibi etiam tetigi in clem. 1. de re iud. 3. q. 5. c. quia suspecti. 3. q. 6. c. hoc quippe. per Bar. in. l. 2. ff. iud. sol. & l. absentem. C. de accu. & l. is apud quem. C. de eden. & l. si expressim. ff. de appell. gl. in. l. conuarebatur. ff. de re iud. & l. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex. Veritas est, quòd si vitium, seu nullitas sententia concludit, seu respicit etiã acta, & illis non potest iterum iudicari. Exemplum potest poni, in. c. 1. de rescrip. lib. 6. Si vero nullitas non concludit etiam ad acta; quia fortè sententia fuit lata die feriata, vel prolata parte non citata; alia tamen acta sunt legitime facta, & tunc ex eisdem actis debet etiam iudicari. ¶ Tertio fallit principaliter prædicta regula, j in his, quæ iudicis officio nobili expediuntur, quia potest sententiã a se lata corrigere, vel mitigare multã impositã, vt. l. illicitas. §. pen. ff. de offic. præsi. & probatur in. l. diuus. ff. de resti. in inte. & sequitur hic D. m. & communiter \* Doct. in. l. iudex postea. ¶ Quarto fallit, secundum quosdã, in perfecto pratorio, & sentatu, qui propter eorum prerogatiuam possunt sententiã diffinitiuam propriam corrigere; quamuis validam, per. l. 2. in fi. C. de sent. ex breuic. recitan. hæc tamen fallentiam communiter \* reprobat; quia illa. l. 2. non loquitur in casu nostro; sed loquitur quo ad sententiã recitatione, nã licet iudex debeat per se sententiã recitare; tñ fallit in præfecto pretorio, & sentatu; tñ de retractione, vel correctione nihil dicit, vnde debet statari regulæ supradictæ. ¶ Quinto fallit in j principe, nam j princeps solutus est legibus, vt. c. proposuit supra de concess. præben. & l. princeps. ff. de leg. licet digna vox sit, eũ velle viuere legibus, vt. l. digna vox. C. de legi. & hanc fallentiam sequitur hic Do. me. & Communiter \* Doct. & placet mihi. Moueor; quia omnia iura requirentia aliquam solennitatem, vel formam circa processum, vel sententiã degenerat in sententiã principis, vt. c. in nostra. supra. de sepul. & c. 1. §. vt lite non contest. Facit. §. sed quòd principi. Instit. de iur. nat. gen. & ci. quòd dicit hic Do. me. etiam procedere si sententia transisset in rem iudicatam, quòd tamen ego arbitror limitandum, si ex causa vellet retractare; aliã incidere in aliud dubium, j vtrum priuare aliquem iure iam quæsto possit, de quo per Docto. in. c. quæ in ecclesiarum. §. de consi. per Doct. in. l. quoties. C. de præc. imp. offe. & l. rescripta. & ibi Bald. eo. tit. j In dubio tamen in principe præsumitur causa, per Innoc. Do. Anton. & Docto. & maximè. Do. m. in. d. c. quæ in ecclesiarum. Cy. in. d. l. quoties. j ante autem quam sententia trãfuit in rem iudicatam, non est dubium, quòd potest reuocare. ¶ Sexto fallit respectu latinitatis sententia; quia potest illam corrigere, vt est text. in. l. actorum. ff. de re iudi. & sequitur hic Dom. m. & gloss. 35. q. 9. §. is ita, & Docto. in. d. l. iudex postea. & Iac. But.

But. in. d. l. dicere. ff. de arbit. Nec obstat. d. l. actorum. quia loquitur de actis, non de sententijs; quia actorum appellatione venit etiam sententia diffinitiuã, secundum Io. And. in addit. Spec. in tit. de sent. §. 1. in princ. Io. Cald. in. d. c. cum dilectus. §. de cau. poss. & proprie. & D. m. in. c. quoniam contra. §. de proba. not. tex. cum glo. in. l. in fraudem. C. vt lit. pen. & hoc communiter \* tenet Docto. in. d. l. actor. ¶ Septimo fallit, secundum D. m. hic, j quando iudex reuasseret sibi potestatem iterum pronuntiandi, per tex. & quòd ibi not. glo. in. l. item Labeo. §. familia. in fi. in glo. super ver. purè. ff. fami. ercif. & l. quid tamen. ff. de arbit. Sed Bal. in. d. l. item Labeo. dicit, qd ista reuatiõ nihil operatur sup principali; sed bene quo ad accessoria; vnde etiam in accessorijs esset idem dicendum, quòd dicã. j in vlti. fallent. ¶ Monetur Bal. quia j super principali non potest ferri incerta sententia, sed super accessorijs sic, alleg. not. per Doct. & Dy. in. l. triticum. ff. de verb. obl. per Cy. in. l. si testamentum. C. de insti. & substi. sub cond. fac. & hæc opin. plus mihi placet. Non obstat. tex. in. d. §. familia. quia loquitur respectu accessorijs, non principalis. de quo dicam in vlti. fallentia. Et ex prædictis infertur decisio ad illam notabilem, & vulgatam quæst. vide licet; j an valeat sententia illa, quam communiter ferunt iudices maleficiorum sub ista forma; videlicet, condemnamus T. in centum, & si condemnatio est facta in plus, vel in min, quam debeat ex forma statutorum, illam reducimus ad debitam quantitatem in statutorum; nã secundum opi. D. m. dicta sententia videtur valere; sed secundum opi. Bal. non valeret. Bart. in. d. l. iudex postea. concludit post Iacob. de Are. quòd aut dicta clausula ponit post verbum, cõdēnamus. & tunc nihil operatur; quia post illud verbum emissum non potest corrigere, vt. d. l. iudex postea. & l. actorum. ff. de re iudi. vide Pet. de Ancha. in repe. c. ea quæ. de reg. iur. lib. 6. vbi tenet opi. Bar. & Iaco. de Bel. qui disputant istam. q. Item, quia dicta verba non faciunt sententiã conditionalem, sed resoluendam sub cõditione, vt. l. 2. ff. de in diē addi. sed ista resolutio non potest fieri p iudicē, vt. d. l. iudex postea. igitur, & c. Præterea illa cognitio, seu additio est incerta; ergo non tenet, vt. C. de sen. quæ sine cer. quant. & idem per hanc. q. tenet Bar. in. l. moris. §. ista ferè. ff. de pen. Si verò talia verba proferuntur conditionaliter in ipsa sententia; vt quia dicit, quia j nobis cõstat delictum per te commissum esse, ideò si ex tali delicto tanta pœna tibi debet imponi, secundum formam statuti, eam tibi imponimus; nam tunc sententia valet, sicut valeret, si nulla pœna esset imposita, vt. l. 1. §. i. ff. ad Turpil. Sufficit. n. declaratum esse delictum commissum, & in executione declarabitur pœna. Dicit tamen Bar. hoc non esse faciendum, nisi magna ex causa, quoniam talis forma demonstrat turpitudinem, & ignorantiam assessoris, pro qua opi. Bar. facit quòd not. Io. And. post. Pe. & Abb. in. c. fi. in fi. §. de rescrip. vbi dicit, qd cautè faciunt delegati, si primo condemnant in expensis, & postea pronuntiant rescriptum non valere; quia si primo id pronuntiant, iam videntur iudices non esse, & sic in expensis condemnare non posse, quòd etiam tenet Spec. in titu. de expen. §. iuxta. vers. nono. & seq. Facit etiam pro sententiã Bar. illud vulgatum. Euolat emis-

sum semel irreuocabile verbum. 43. dist. §. fin. Ang. verò in. d. l. iudex postea. circa primum membrum Bar. dicit, quòd sibi non placet dicta opin. ex eo; quia tatum operantur dicta verba posita post verbum, cõdemno, quantum si essent posita ante. Mouetur primo, per glo. ordi. in. d. l. item Labeo. §. penul. ver. sed si purè. ff. fami. ercif. quæ dicit, quia non dixit, salvo quod. j. dicam. & per glo. in. l. obligationum ferè. §. conditio. ff. de actio. & oblig. vbi probatur, quòd iudex in euetum conditionis potest resolueri. Et hoc idem videtur tenere Spec. & Io. And. ibi in addi. in tit. de sen. §. species. ver. quid si iudex vbi dicit, quòd j iudex potest condemnare ad soluendum, nisi quis probauerit se soluisse intra certum tempus; dicit tamen, quòd tutius est expectare, an solutio probetur, antequam feratur talis sententia, sicut factum fuit, in. c. suborta. de re iudi. Et dicit Io. And. quòd non est dubium, quòd interlocutoria potest taliter ferri, per. c. cum venisset. vers. nos igitur. §. de insti. & per not. per glo. fina. in fi. in. c. ex parte. j. de verb. signific. Allegat etiam; j quia pacta, & clausula. que apponuntur in eodem contextu orationis, siue apponantur in principio, siue in medio. siue in fine videtur inesse dispositioni, sicut si essent postea in principio, vt. l. si testamentum. C. de insti. & substi. sub condi. fac. & l. lecta. vers. dicebam. ff. si cer. peta. Nec obstat. secundum eum. d. l. iudex postea. per quam mouetur Bar. quia dicit, quòd. d. l. procedit postquam iudex condemnauit, & ipsam sententiã condemnatoriam habuit pro absoluta, & perfecta. Nam tunc verum est, quòd non potest mutare, aut corrigere. ¶ Quòd non contingit in quæstione proposita; j iudex enim non videtur habere actum pro expedito, & per factu, nisi prolatis omnibus verbis sententiæ. Facit l. contra. C. de fide instrum. & ideò per verba eodem contextu prolata, non potest dici, quòd corrigat sententiã absolutam; & pro dicta sententia Ang. allegat Ioan. de Imo. glo. in vers. immò verò. ¶ 16. q. 1. c. pradicator. quæ vult, qd j si iudex dicit isto modo. Titium condemnno, immò absoluo T. quòd talis sententia valeat, per nota. in. l. Stichus immo Paphilus. ff. de manu. testa. & l. si ita scriptum. ff. de hære. insti. & eandem glo. sequitur ibi Archidia. per prædicta iura. 16. q. 1. c. pradicator. & glo. 11. q. 3. c. si is qui præest. Facit etiam. l. 1. §. fina. ff. de stipula. seruo. coniuncta. l. contra iuris. §. fina. ff. de pact. in quibus probatur, j quòd licet seruus non possit præiudicare domino post actionem quæsitam, vt. d. l. contra iuris. & l. seruus. C. de pact. Illud tamen debet intelligi, nisi incontinenti vellet præiudicare, vt. d. l. 1. §. fina. ff. de stipu. seruo. Facit etiam pro dicta opi. Ang. quòd not. Spec. in tit. de arbitr. §. fina. vers. licet autem. vbi etiam videtur velle, quòd j post actum sententiæ perfectum, & consumatum, quòd plus est, quòd iudex possit se corrigere, dummodo illud faciat incontinenti, arg. eius, qd dicimus in simili de 101 j teste, qui incontinenti potest dictum suum corrigere, vt. c. pterea. §. de testi. cog. & arg. d. l. lecta. vers. dicebã. Et hanc eandem sententiã tenet Ang. conf. xl. Nec obstat dictum Io. And. in. d. c. fi. de rescript. & Spec. in tit. de expen. §. iuxta. ver. nono. & sequen. quia dicta opinio non probatur iure. Et videtur potius probari contrarium, in. c. vt debitus. §. de appellatio. Par. j. I ij vbi

103 vbi ex ordine literæ apparet, q̄ iudex appellatio- nis ab interlocutoria, remittit partem ad iudicē, q̄n est malè appellatum, & postea condemnat in expen- sis; & sic postq̄ non habet se ulterius intrmittere, p̄  
104 quo etiam v̄ casus in clē. 1. de rescrip. vbi iudex, q̄ pronuntiat se incompetentem p̄ impetrationē mi- nus canonicè factam, potest pronuntiare super ex- pensis, & pro hoc facit; quia licet per talem p̄nun- tiationem appareat eum nō esse iudicem in cā prin- cipali; non tñ apparet eum non esse iudicem super articulo competentia, vel incompetencia; immō po- tius oppositum, q̄ patet, quia de illa cognoscit, & pronuntiat. Et ideo non mirum si super articulo ex- pensarum factarum occasione dicti articuli incom- petencia, poterit, sicut & iudex principalis causæ lata snia pronuntiare sup expensis factis occasione ipsi, &  
105 arguendo de toto ad partem, arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. ¶ Sed aduerte; quia si quis vellet tenere opin. Bar. posset respondere ad iura. s. alleg. in con- trarium; & primo ad glo. allegatam per Ang. in d. l. item Labeo. p̄t responderi, q̄ illa glo. non probatur per illum tex. nam dum dicit, q̄ purè adiudicare po- test. debet intelligi, i. non facta mēione, q̄ velit al- teri parti seruire; & ita intellexit Cyn. reprobando illam gl. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. Secun- do potest responderi, q̄ illa glo. loquitur, q̄ iudex li- mitat suum dictum in eodem orationis contextu; nā hoc videtur posse facere, sic etiam potest conditio- nem adijcere, vt. l. 2. §. biduum. ff. quan. appel. fit. Sed questio p̄dicta, & dictū Bar. loquuntur vbi in diuer- sis orationibus fit additio, inter quæ longa est diffe- rentia, vt patet ex notatis in simili. in l. si quidem. C. de except. & l. exceptionem. C. de proba. & quod di- citur in c. cum venerabili. de excep. Tertio potest re- sponderi, q̄ illa glo. loquitur quando iudex intendit modificare sniam per clausulam adhibitam, nō au- tem corrigere in totum, sed in partem; secus est in q̄. proposita; nā ibi iudex adiudicauerat certam rē; & per clausulam modificat, q̄ deberet seruitutem alteri; & ideo dicitur ibi, q̄ potest illud facere in cō- tinenti. Vel quarto potest solui contrarium, secun- dum Bal. ibi, q̄ illa glo. debet intelligi, q̄ non solum specificat non decisa, sed etiam specificat non decla-  
106 rata; quia duæ snia super eodem non tenent, vt. l. 1. C. quan. prono. non est nec. Item non obstat glo. in d. l. obligationum ferē. §. conditio. quia illa loquit, &  
107 quando apponitur dictio, nisi, quæ reddit orationē conditionalem de se; nō autem resolutiuam in euen- tum conditionis, sicut in vltimis voluntatibus, ut in l. quib' diebus. §. qui citō. ff. de cond. & demon. Nec obstat, q̄ in contractibus illa verba habeant vim re-  
108 solutiua; quia i in sententia, sicut in vltimis volun- tatibus fit benignior interpretatio, quā in contracti-  
109 bus; nam in illa magis fauemus reo, q̄ actori, arg. l. Arrianus. ff. de act. & obl. Facit q̄d not. Bar. in l. cen- tesimis. §. si. ff. de verb. obl. Item potest dici, q̄ illa gl. loquitur in sententia interlocutoria excōicationis, quæ facilius potest reuocari, seu mutari, q̄ diffinitiu- na, vt ex p̄dictis apparet, & ex. j. dicēdis; & sentit Io. And. in addi. ad Spec. in d. ver. quid si iudex. & eodē modo potest rīderi ad dictum Spec. & Io. And. ibi;  
110 videlicet, q̄ loquuntur in snia p̄cepti de soluendo, quæ de se est interlocutoria, licet quo ad aliquid ha-

beat vim diffinitiuę, & posito q̄ loqueretur in diffini-  
111 tiua; potest rīderi, q̄ dictio, nisi, facit conditionē, sicut in vltimis voluntatibus; non autem resoluti, si- cut in contractibus, vt. §. dixi. & ita etiā potest rīde- ri ad id, quod dixi, & not. in c. ex parte. de verb. sig. Ad l. lecta. ver. dicebam. cum si. potest rīderi dupli- citer. Primo, quod clausula ibi non fuit apposita in eodem orationis contextu, sed in diuersis. Secundo, quia illa. & l. contractus. C. de si. instru. & si. loquuntur quando actus fuit gestus à partibus habentibus po- testatem eandem actum de nouo faciendi, resoluendi, & qualificandi. Vnde ex quo incontinenti aliqd de nouo adijcitur, dicitur inesse; sed nos loquimur in iudice, qui post prolatam condemnationem, vel absolutionem non potest corrigere, vel mutare, aut abijcere, & adijcere. In quo habet locum illud vulga-  
112 re, euolat emissum, & c. maxime, considerato, q̄ fen- tētia cum pramatura, certa, magna, & rigorosa so- lemmitate debeat ferri, vt. c. fi. de re iud. lib. 6. & l. 1. & 2. C. de sen. ex breui. reci. Item non obstat quod habetur in d. l. 1. §. si. ff. de stip. ser. quia illa loquitur in contractibus, in quibus non sic rigorosè procedi- tur, vt patet ex supradictis; & probatur in l. pactum quod bona fide. coniuncta. l. 1. C. de pact. Item non obstat glo. in d. c. p̄dicator. quia potest rīderi mul- tipliciter. Primo, quod ibi fuerunt verba prolata in eod. orationis cōtextu. Et aduerte; quia dicit Io. de  
113 Imo. quod tunc i verba dicuntur prolata in eodem orōnis contextu, quando sunt prolata in eadem vni- ca oratione; vel saltem taliter concipiuntur, quod ex eod. contextu apparet sequentia venire ad determi- nationem p̄cedētium; & intellige etiam, siue hoc pateat exp̄sē, siue ex iuris interpretatione, vt q̄n dicit condemnō, saluo quod. j. dicam; nam licet pos- tea adijciatur in alia oratione, intelligitur ex iuris dispositione, seu interpretatione, dictum in eadem oratione, arg. l. Modestinus. ff. de solu. Secundo mo- do potest rīderi, quod ibi verba successiue, & incōti- nenti prolata detegunt iudicem errasse ex lapsu lin- guæ, & nullo modo p̄cedentibus verbis mentali- ter consensisse. Vnde non mirum, si statim vltimo ip- sius dicto. Facit quod not. Io. And. in c. 2. j. de purg. vul. & ideo i si est iudex ordinarius, videtur, quod ste-  
114 tur vltimo dicto, cum ex errore videatur primū ema- nasse; & sic videatur sententia nulla, quæ non facit iurisdictionem, vt dixi supra in quarto casu secundæ fallentia. In delegato tamen est maior dubitatio; si quis tamen idem vellet tenere in delegato, potest respondere, secundum Ioan. de Imo. quod talis sen- tentia non finiat iurisdictionem iudicis delegati, quia detegitur emanasse ex lapsu linguæ, ex his, quæ immediatè dicta sunt; secus quando dicit, quod noluit, putans se bene dixisse, cum tamen erraret, putauit enim legem, vel statutum aliquid dispone- re, quod tamen non disponebat, allegat quod in si- mili dicimus in l. 1. & per totum titu. de cōdi. indeb. & quod not. in l. eleganter. ff. de dolo. Facit quod dixi. §. in quarto, & quinto casu. 2. fallen. principa. Potest & tertio responderi ad dictum glo. in d. c. p̄- dicator. quod debet intelligi in sententia interlocu- toria expensarum, vel simili. Item non obstat dictū Spec. in d. §. vi. verfi. licet. quia non probatur iure, nec videtur bonum simile; quia testis deponit ver-  
bum

Chm. opin.

bum suum, seu dictum verbotenus, licet eius attestatio- nes in scripturis redigantur, nec in eius deposti- tione requiritur tanta solemnitas, quanta in prola- tione sententia, vt dictum est. D. Ioā. de Imo. in d. l. iudex postea dicit, q̄ questio p̄dicta est satis dubi- tabilis, & finaliter concludit, quod pro cōcordia di-  
115 ctarum opin. posset ita distingui, quod aut iudex ex intervallo vult adijcere aliquam clausulam, & tunc nō potest, secundum cōm. opin. siue velit corrige- re sentētia, siue mutare, vt tradit in d. l. iudex postea, nisi quo ad declarationem, quia tunc seruanda esset dispositio. l. Paulus. ff. de re iudi. de quo dicam. j. in 15. fallen. Aut iudex vult incontinenti adijcere ali- quam clausulam ad correctionem, vel mutationem sententia, & tunc aut vult illam addere post senten- tiam habitam pro perfecta, & absoluta, & non po- test, vt. d. l. iudex postea. & videntur voluisse Bart. & Ang. licet Spec. voluerit contrarium in d. §. si. verfi. li- cet autem in tit. de arbi. & minus bene, quia dictum suum nullo iure probatur, nec iura, quæ ipse allegat, probant intentionem suam, & cōtrarium probatur in d. l. iudex postea. Aut iudex vult aliquam clausu- lam adijcere antequam sententia sit habita pro p̄- fecta, & absoluta, & tūc aut talis clausula venit ad mo- dificationem, vel qualificationē sententia. Aut venit ad mutationē, vel correctionem in totum, vel in par- tē. Primo casu, videtur, q̄ possit dictam clausulā adij- cere; & hoc clarum est, quādo adijceret in contextu eiusdem orationis, vel interpretatiue; vt quia in iudicio cōi diuidendo dicit, adiudico talem fundū tali; ita tamen, q̄ debeat seruitutem via fundo tali; vel quia dicit, adiudico talem fundum Titio, saluo eo quod. j. dicā. Nam si etiā in alia oratione postea adijciat, vt dictum est de seruitute, valebit, per text. in d. l. item Labeo. Si autem hoc vellet facere in di- uersa oratione, tunc maius dubium esset; & glo. in d. l. item Labeo. videtur sentire, quod non possit à con- trario illi gloss. & Cy. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. Dicit tamen Ioā. de Imo. q̄ fortè de iure con- traria snia esset verior, nam ex quo talis snia fit incō- tinenti, antequam sententia sit habita pro perfecta, & absoluta, videtur quod cōseatur inesse, & perinde ha-  
116 beat, ac si ab initio esset posita, ex quo venit solum ad qualificationem sententię, arg. d. l. lecta. ver. dice- bam. ff. si cer. pet. Facit quod habetur in l. si binarū. ff. de ser. vrb. p̄d. & sic i intelligatur. d. l. item La- beo. quando ex intervallo vellet adijcere purè adiu- dicationi prius factę. Nam tunc hoc nō poterit, quo casu potest saluari opin. Si autem clausula, quæ adij- citur, venit ad correctionem sentētia, tunc dicit for- tē dici posse, quod aut opponitur in eodem cōtextu orationis, aut non. Primo casu valeat correctio. Secun- do non, arg. nota. in simili. in l. exceptionem. C. de proba. & l. si quidē. C. de except. dicit tñ, q̄ sibi plus placet, vt distinguamus, q̄ si ex contextu orationis apparet iudicem errasse ex lapsu linguæ, & sic in eo, q̄ p̄cesit nullatenus cōsensisse, & tunc valet dicta adiectio, saltem in ordinario, per gl. in d. c. p̄dicator. In delegato esset maius dubium, secundum eum per ea, quæ. §. dixi. & quod not. Ioā. And. in c. 2. j. de purg. vulg. Aut non detegitur ex verbis, q̄ ipse erra- uerit, & tunc aut ex verbis clausulæ additæ, sententia redditur conditionalis, & suspensua, & potest fieri

talis additio, nec est curandum, an iudex dicat, Si ex forma statuti talis venit condemnandus in centum ex tali causa, ipsum condemnō in centum, an verò di- cat, Titium condemnō in centum, si ex forma statuti venit in dicta quantitate condemnandus; & sic in ca- su p̄dicto non est curandum, vtrum verbum con- demno, p̄cedat, vel sequatur, ex quo vtroque casu sententia redditur conditionalis; quin immō fortius dicit posse dici, idem dicendum esse, si iudex ita di- cat. Condemno Titium in centum, & hoc si in tanta quantitate ex forma statuti venit condemnandus, ex quo ita incontinenti adijcitur conditio, per d. §. bi-  
117 duum. Ex quo infert, quod i iudex dicat, cōdemno T. in centum, nisi probauerit se soluisse, q̄ valet dicta  
118 sententia, tenendo, q̄ dicta i dictio, nisi, faciat cōdi- tionē, suspensionem, seu conditionem suspensiuam, & non resolutiuam, sū quod. §. dixi. Aut verba clausulę additæ non reddunt sententiam conditionalem, seu suspensiuam, sed tendūt ad resolutionem sententia, & sic faciunt conditionem resolutiuam, vt in exemplo Bar. quando iudex dicit, condemnō T. in centum, & si ex forma statuti in plus, vel minus venit condem- nandus, reduco dictam sniam ad dictam cōdemna- tionem; nam tunc constat, q̄ consentit in cētum, li- cet ex causa putatiua putans statutum sic velle, & in effectu ex vi clausulæ intendit sententiam resoluere; & hoc casu potest saluari opi. Bart. sed in interlocu- toria videtur, q̄ facilius possit addi clausula, arg. eo- rum quæ. §. dicta sunt. Mihi videtur, quod si sentētia non sit habita pro absoluta, & perfecta, quod iudex possit illam mutare, & corrigere, & resoluere; dum- modo clausulę additę, per quas sententia sit qualifi- canda, mutanda, corrigenda, aut resoluenda aliud nō obstant, vt puta, incertitudo; vel quid simile. Video  
119 enim, q̄ valet sententia, absoluo T. a petitis saluo iu- re iterū agendi, & maxime, q̄n hoc appareret, q̄ iu- dex ex aliqua causa ad hoc moueretur. Et ad d. l. iu- dex postea. respondeo, q̄ loquitur, q̄ iudex vult ali- quid addere, postquam sententia est habita pro per- fecta, & absoluta. & hęc nota; quia quotidiana sunt.  
120 ¶ Octauo fallit in causa beneficii; nā cū in ipso collatione debeat adesse oīs paritas, & abesse omnis subreptio, fraus, & dolus, vt. c. cum olim. §. de re iud. & c. cum dilecti. §. de elect. videtur q̄ pari ratione, quasi iniultitia reddat sententiā nullā, & possit reuo- cari, & retractari. Præterea, sicut i causa matrimonij carnalis non transit in rē iudicatā, vt. c. lator. & c. cō- sanguinei. §. de re iud. Ita nec causa matrimonij spiri- tualis, & ex hoc idē videtur dicendū in causa matri- monij carnalis, de quo vide gl. 3. 5. q. 9. in summa, & idem q̄. §. dixi, tenet Inn. in d. c. cum olim. §. de dolo & contum. Hęc tamen fallentia non videtur bona; q̄  
121 i in p̄iudicium succumbentis sententia in causa beneficii transit in rē iudicatā, vt probatur in d. c. cum dilecti. & gl. in c. 1. de concess. p̄ben. & de hoc intellectu dic, vt latius traditur per Io. And. & per D. m. & Do. Anto. in c. cum Bertholdus. §. de re iud. vbi Inn. tenuit dictam fallētiā secundum primum intel- lectum ad istū text. Vide etiā D. Ant. & D. m. in d. c. cum olim. de dol. & contum. & tangit Innocen. in c. fraternitatis. in versic. nouimus. §. de frigi. & male. Nono fallit secundum Innoc. in d. c. cum Bertholdus per illum text. secundum alium intellectum, quan-  
Par. j. I iij do



Cōm. opin.

do ex tenore sententiæ deprehenditur ipsius euidēs iniquitas. Hæc fallentia mihi placet, licet iste intellectus, quo ad istum tex. communiter \*reprobetur, de  
 123 quo ibi. Moueor; quia ꝑ propter notorietatem iniustitiæ sententia fuisse nulla, vt. c. inter ceteras. 3. de re iudi. Facit quod not. Bart. in l. 1. c. de erro. calc. & sic ista fallentia reincident in idem cum secūda prin. ¶ Decimo fallit, si etiam constaret de iniustitia per probationes factas per partem petētem reuocationem sententiæ tanq̄ iniustæ, altera parte non opponente de impotentia reuocationis; sed in dicente, i. & contradicente sententiam reuocandam non esse. Nā si appareret sententiam non bene latam, poterit illā reuocare, quia ex quo cognoscit de dicta causa, debet de illa pronuntiare, vt. c. super. 3. de cau. poss. & propriet. & l. de qua re. ff. de iudi. Facit. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid. i. q. 3. in. c. illa. & c. tunc vera. & 30. q. 5. c. iudicantem. & c. cum Bertholdus. 3. de re iudi. vbi est tex. de hac fallentia, secundum sextum intellectum, quem ponit ibi Innoc. & idem tenet Innocen. in. c. cum dilecta. 3. de rescript. & vide quod habetur in l. duobus. ff. de excep. rei iud. & hæc fallentiam ppetuò nota; quia notabilis est. ¶ Undecimo fallit, quando iudex sententiando fuit circumuentus dolo aduersarij, hoc tenet Innocē. in. d. c. cum Bertholdus. per illum tex. secundum alium intellectum. ¶ Hæc fallentia mihi non placet; quia ꝑ si sententia fuit lata contra præsentem, ad eius retractationem necessaria est in interuallo restitutio, licet dolo aduersarij fuerit lata, argu. l. diuus. ff. de resti. in integ. & c. cum venerabilis. de except. & quod not. D. m. in. c. licet. 3. de probatio. & Barto. in. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de re iudi. Innocē. in. d. c. cum dilecta. 3. de rescri. Si verò ex falsis allegationibus dolo factis per præsentem, sententia fuisse lata contra absentem, ipsa esset nulla ipso iure; & sic hoc casu dicendum esset, quod in secunda fallentia, respectu tamen intellectus. d. c. cum Bertholdus. & d. §. Marcellus. dic. vt latius traditur in dictis iuribus per Doctō. Et vide ad prædicta quod no. 35. q. 9. c. veniam. & c. sententiam. & l. a. te. ff. de dolo. ¶ Duodecimo fallit, 125 ꝑ si is, pro quo lata est sententia, cōfiteretur eam iniustam in totum, vel in partem; nam tunc potest retractari, & corrigi per iudicem. Hoc tenet Innocen. in. c. quia plerique. 3. de immu. eccle. iuxta princ. per c. 2. de purg. vulg. & sequitur. D. m. in. d. c. cum Bertholdus, ex eo; quia per confessionem partis cessat præsumptio, quæ erat pro sententia, vt traditur per Legistas in. l. Iulianus. ff. de condi. indebi. immò plus dicit D. Anto. in clem. 1. de re iudi. quem sequitur ibi Io. de Imo. & ibi dixi, q̄ poterit retractari absq; alia noua instantia, per. c. Pisanis. de resti. spolia. & per c. 1. & 2. de accu. lib. 6. & de elect. c. per inquisitionē. & per not. per eundem D. Anto. in clem. constitutio- 126 nem, ad fi. de elect. & ratio est; quia ꝑ confessio non exigit iudicarium ordinem, vt in dictis iuribus. ¶ Tertio decimo fallit, in ea correctione, vel retractatione, quæ fieret indirecte impetrata prius restitutione in integrum, de quo vide Innocen. in. d. c. cum Bertholdus. in. 7. lect. & ibi per. Do. me. & Doctō. in d. l. si prætor. §. Marcellus. & d. l. diuus. de resti. in integ. & Innocē. in. c. 1. de depōsi. Doctō. in. c. ex literis. 3. de resti. in integ. & in pluribus alijs iurib. illius titu.

¶ Quartodecimo fallit, si incontinenti vellet mutare, vel corrigere, ex eo, quia lapsu lingua dicebat illud, quod non intendebat dicere, quia tunc posset corrigere, & mutare; dic tamen de hoc puncto, vt dixi. 3. in. 7. fallen. ¶ Quintodecimo fallit, in accessorijs, seu in his, quæ veniunt, seu pertinent ad confessionem principalium; puta expensarum, fructuum, 127 & simi. quia ꝑ potest si condemnauit in principali, nec aliquid dixit de fructibus, vel expensis, addere condemnationem expensarum, vel fructuum, dummodo id faciat eadem die, text. est in l. Paulus. i. ff. de re iudi. & c. cum appellationibus. de appell. lib. 6. pbatur in. l. item Labeo. §. familiæ. secundum not. in tellectum Bal. ibi. ff. fami. herci. hoc tū est verum, vt dixi, supplendo. Nam si nō condemnauit in expēsis, potest de nouo condemnare, si fecus si pronuntiauit, vel taxauit expensas in diffinitiuam; nam tūc & eadem die nō posset mutare, augēdo, vel minūdo, secundū Bar. & Ang. in. d. l. Paulus. alleg. not. p. Inno. in. c. auditis. de procu. sed Innoc. ibi hoc expressē nō dicit; sed gl. hoc expressē dicit in. l. 2. C. de sen. ex bre. recit. Itē si de expēsis, vel fructibus non pronuntiauit ea die, 128 nō posset altera die pronuntiare, ꝑ quo facit; quia ꝑ lata sententia diffinitiuam expirat iudicis officium super accessorijs, vt. l. 4. C. de depōsi. & ideò nō videt posse supplere, nisi ex quodam fauore, eadem die, quod tamē limitat D. Goff. nisi dicat iudex in ipsa diffinitiuam, Differo de fructibus iudicare; quia tūc, secundum eum, poterit etiam ex interuallo iudicare de fructibus, qui veniunt etiam iudicis officio mercenario; & idem etiā dicit, si nihil dixit de fructibus, dummodo sint tales, qui debeantur iure actionis principalis, vel per officium iudicis, quod succedit in locum actionis principalis. Mouetur; quia licet instātia sit finita super principali, nō tamē est finita super fructibus, qui æquē principaliter petuntur. Idem etiā tenet Specu. & Io. And. in addi. Spec. in titu. de alle. & dispū. §. satis. vers. quid de fructibus. & sequitur Ang. in fructibus, qui principaliter petuntur iure actionis. Sed vbi venirent iudicis officio mercenario; dicunt hoc esse dubium; quia sopita lite principali nō potest durare tale officium, allegant not. per Innocē. in. c. cum dilecti. 3. de do. & contuma. vbi dicit, ꝑ quod iudex nō potest reseruare condemnationem expensarum; sed si cōdemnat in expēsis, potest reseruare taxationem, quæ est quædam executio cōdemnationis, de quo dic. vt per gloss. Cyn. & Barto. in. l. terminato. C. de fruct. & lit. expē. Sed tu dic. quod Inno. ibi hoc nō dicit, sed hoc dicit in. c. finem. eo. tit. Sed de hac materia dic. vt latius traditur in dictis iurib. vt. c. ex parte. 3. de resc. & d. c. cum appellationibus. de app. lib. 6. & aliquid in. c. 1. de seq. poss. & fruct. & late ꝑ Ioā. de Imo. in. d. l. Paulus. Bald. in. d. l. terminato. & aliquid in. d. l. item Labeo. §. familiæ. Inno. in. c. fina. 3. quod 130 met. cau. ꝑ Vtrum autem iudex teneatur de necessitate supplere in ipsis accessorijs, vt expensis, & fructibus. Specu. & Io. And. in. d. vers. quid de fructibus. dicunt, q̄ sic, per tex. in. d. l. Paulus. qui dicit iudicem debere supplere. Vnde ponderandum est verbum, 131 ꝑ debere, qd̄ de sui natura importat necessitatē, vt not. glo. in clem. 2. de sta. monac. & D. m. in. c. propo. suit. 3. de appel. Barto. & Doctō. in. l. 3. C. de pigio. 132 vbi volunt, quod ꝑ si iudex non supplet, q̄ intellige vbi

vbi debet supplere, facit litem suam, vnde tenetur supplere etiam ex officio proprio motu, non implorato per partem. Facit. l. properandum. §. si autem alterutro. C. de iudi. & hoc idem sequitur Angel. in d. l. Paulus. Dyn. verò. & Bar. in. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. tenent contrarium, per illum tex. Io. de Imo. in. d. l. Paulus. dicit, quod fortē verior est opin. Specu. quia. §. hoc autem iudicium. loquitur in alio casu; sed in practica seruatur opi. Dyn. & 133 Bar. ꝑ quoniam in pœnalibus benignior sententia amplectenda est, vt in reg. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. & l. si de interpretatione. ff. de pœn. Est enim pœna quo ad iudicem, licet respectu partis sit interesse; vt not. in. l. 1. §. 1. ff. si quis ius dicen. Aduerte tamen; quia prædicta. 15. fallentia, videtur habere solum locum in ordinario, vt possit in accessorijs supplere eadem die. In delegato autem videtur secus dicendum; qm̄ 134 ꝑ lata sententia videtur eius officium expirare, etiā si nulla esset, vt. 3. dixi in secunda fallentia. & hoc videtur aliquo modo sentire Bar. in transcurso verborū. in. d. l. iudex postea. ff. de re iudi. In contrarium tamē facit, quod dicit ibi glo. in quantum vult, quod illa. l. iudex postea. habeat locum etiam in delegato, quando sententia tenuit; & tamen ibi glo. vult, quod fallat in casu. d. l. Paulus. ergo sentit, quod. l. Paulus. habeat locum in delegato; & idem dicit gloss. in. l. arbitro. §. 135 & simi. ff. de arbitr. vbi vult, quod ꝑ in accessorijs arbitri possit addere eadem die, & sic vult, quod. d. l. Paulus. habeat locum in arbitro; ergo fortius debet 136 habere locum in delegato, cum ꝑ arbitri habeat solum simplicem notionem; & dicatur potius, quasi quidam delegatus à partibus, quam ordinarius; & hanc opinionem dicit Io. de Imo. veriore; & ita dicit se de facto in practica seruasse, per gloss. in. d. l. arbitro. licet tex. in. d. l. Paulus, loquatur in prætoris; & sic de iudice ordinario. Et subdit Io. de Imo. quod si delegatus haberet potestatem exequendi, hoc esset minus dubium, cum talis quodammodo æquiparetur ordinario, per not. in. l. à iudice. C. de iudi. & in. l. à diuo Pio. in princ. C. de re iudi. Et ex prædictis habes expeditam plenissimè hanc materiam, an, & quando quis possit, & debeat corrigere errorem suum, & maximè respectu iudicis, quam Doct. imperfectè varijs locis tradunt. Habes & ex prædictis expeditam glo. sequentem super verbo corrigere. Sed quarunt hic Doctō. quia text. noster dicit, ꝑ quod iudex debet inuenire aliquam congruentem correctionem in erroris occasionem, ne vilescat eius autoritas, qualiter hoc possit facere. Solu. dicit Io. Andr. quod delegatus vocabit notarium, & assessorem, & percunctabitur acta, & reperto errore, dicit erratum esse, quoniam hoc facere debuistis, vel non debuistis, nescio si occupatio vos excuset; & præcipiet illum errorem emēdari, vel poterit supersedere super negotio, & ad velandum magis errorem, poterit de nouo procedere, quasi acta sint deperdita, arg. c. fin. 3. de probat. Et hoc est, quod fortē voluit tex. dum dicit, tempore opportuno & c. & est simi. in. c. nisi. 3. de vsu pal. secundum Host. In glo. super versic. via regia. in fi. dic. adde quæ. 3. dixi in sexto not. & vide tex. morale. 23. q. 5. c. regum. & c. rex debet. ¶ Gloss. penul. quarit de ratione tex. & soluit. In fi. dic. idem tenet Goffr. Vincen. & Io. And. in. c.

de testibus. 3. de testi. ¶ Sed quæro circa hanc gloss. 138 ꝑ vtrum super occultis circumstantijs criminum sint testes interrogandi. Inno. & Hostien. concludunt hic, quod sic, dummodo crimina non sint occulta, sed super eis præcesserit infamia; & sequitur hic Io. And. & subdit, quod si is, contra quem fit inquisitio de fornicatione esset infamatus de fornicatione in genere, mulier tamen esset incerta, quod testis non debet reuelare hanc fornicationem, quia est occulta, quod est notabile. Si verò mulier esset infamata, tunc testis debet super hoc deponere, etiam si prius iurasset non reuelare; quia, aut quod iurauit, intellexit non reuelare etiam vt testis iuratus, & tale iuramentum fuit temerarium, vt. c. 1. de cri. fal. & c. constitutus. de 139 testi. Aut hunc casum non cogitauit; & ꝑ tunc iuramentum ad hoc non extenditur, vt. c. ad nostram. 2. & c. quemadmodum. 3. de iure iur. & idem si iurauit non reuelare, nisi ex iusta causa; prædicta tamē procedunt, nisi illud sciret in foro penitentiali; tanquam 140 ꝑ sacerdos, quia tunc non debet illud reuelare, vt testis; & ratio est, quia sacerdos in foro penitentiali audiuit, vt Deus; sed testis examinatur vt homo priuatus; & vide quod no. in. c. dilectus. j. de exce. præla. & c. si sacerdos. 3. de off. ordin. & quod tradit Io. And. in. c. 1. de postu. prala. vers. requisitus. Sed aduerte; quia vt dicit Innoc. in. c. vtriusque. j. de pœnit. 141 & remiss. & sequitur hic. D. m. ꝑ non dicitur peccatum reuelatum in confessione, ex eo, quod quis dicit amico suo, Tibi hoc dico vt sacerdoti in confessione, vel simi. sed est necesse, quod illud dixerit in confessione penitentiali, quæ fit ad exonerandum conscientiam. ¶ Extra-glo. opponitur, & videtur, quod hoc iuramentum, de quo in fi. nō debebat præstari, nisi si essent exhibita capitula, & crimina specificata in inquisitione, super quibus testes essent examinandi, 142 vt. c. qualiter. j. eod. Solu. dic. q̄ ꝑ illud. c. loquitur in inquisitione speciali, de qua ibi videbimus; sed hoc fit in generali; puta, si fiat inquisitio cōtra episcopū, & canonicos alicuius ciuitatis generaliter, quo casu testes generaliter iurant dicere veritatem, quæ scit, vel credūt, ꝑ illa ecclesia reformāda, tam in capite, 143 quam in membris, exceptis occultis criminibus; ꝑ de occultis. n. nō fit inquisitio, cum deficiat infamia; & sic fictus accusator. Sed quarit hic Hostiē. in quo isti 144 prætermiserūt ordinem. Sol. dicit ipse, q̄ ꝑ fortē inquisiuerūt super veritate criminis, anteq̄ cōstaret de infamia, q̄ fieri nō debet, vt. c. cum oporteat. & c. qualiter. j. eod. quia, vt statim dixi, nō præcedete infamia 145 deficit verus, & fictus accusator; ꝑ sine quo nullus debet dānari, vt. c. 1. 3. vt eccl. bene. & plus dicit Hostiē. 146 q̄ ꝑ licet superfedeatur super primo processu, & fiat noua inquisitio super infamia, q̄ licet infamia repariatur, nō tamē validabitur dicta testium receptorū super veritate criminum propter inordinatum processum; nam dato, q̄ inquisitus esset præsens, & non opponeret de inordinato processu, & q̄ infamia præcedere debeat, & q̄ potuerit huic ordini expresse renuntiare, vt. l. fi. C. de fideiuf. & l. 1. §. post operis. ff. de no. ope. nun. maximè cum hoc fit inductum in fauorem suum, tamē nō præsumitur renuntiare huic fauori. Sed Io. And. hic dicit, q̄ hoc dictum nō videtur verum; quia est expressē cōtra tex. in. c. 2. eod. tit. lib. 6. 147 vbi probat, q̄ ꝑ si inquisitus non opponit, q̄ infamia Par. j. I iij non

non præcesit contra eum, & patiatu procedi super veritate criminis, quod amplius non potest opponi, quod infamia non præceserit. Vnde ponit alia exempla; videlicet, quod forte inordinatè processerint, ex eo, quod non vocauerunt inquisitum, vel nõ tradiderunt illi capitula, super quibus erat facta inquisitio, vel quid simile. ¶ Quærit hic etiam Io. And. de notabili 148 quæstione. Pone, ¶ delegata erat inquisitio contra prælatum de certis criminibus, cum verò processum esset aequaliter super inquisitione, tãdem causa fuit remissa ad superiorè, coram quo inquisitus comparet, & incipit impugnare processum. Superior verò dicit, cur queris fugam? Dicit inquisitus, domine nõ quero fugam, sed vt sciatis, quia confido de innocèntia mea, si vultis hunc processum dimittere, offero me paratum subire inquisitionem coram inquisitoribus per vos dandis, demum committitur inquisitio sub dicta forma, quam obtulit inquisitus, & tandem inquisitoribus diem assignantibus inquisito, comparet inquisitus, & negat se infamatum, & quod antequam procedatur super veritate criminis, inquiratur super infamia. Quærit, an sit audiendus? Hosti. primò arguit, quod non; quia hoc modo inquisitus veniret contra suam obligationem, per quam promissit subire inquisitionem; sed prædicto modo videtur 149 tur declinare, ergo &c. Secundo; quia prædicta verba obligationis prædictæ debent aliquid operari, vt c. si papa. de priuile. lib. 6. cum simi. & prædicto modo nihil operarentur. Cum sine aliqua obligatione superior hoc facere potuisset, ergo &c. Adducit etiã Hosti. quia per prædicta verba videtur inquisitus voluisse, quod contra eum posset inquiri solum de veritate criminis. Contrarium tamen determinat Hosti. vt dicit Io. And. Mouetur; quia sicut remanet saluum ius, quod expressè non reuocatur, sic & iuris ordo, nisi illi expressè fuerit renuntiatum. Non obstant allegata in contrarium; quia non est verum, quod inquisitus veniat contra obligationem suam; nec est verum, quod eo modo dicatur declinare inquisitionem, immò dicitur subire. Pone enim, quod ¶ accusatus offert se paratum subire inquisitionem, demum adueniente die propositæ accusationis, dicat, non esse in illa procedendum sine inscriptione, & simile in denuntiatore, si postea dicat, in illa non esse procedendum, nisi præcesserit monitio, certè dicit Hosti. talem admittendam, licet prima fronte videatur potius declinare, quam subire accusationem. Facit. c. super his. §. cod. & c. qualiter. §. cod. fortius ergo, secundum eum, idem dicendum est in inquisitione; nam per illa verba non intelligitur quis renuntiasse substantialia, & solennia accusationis, denuntiationis, & inquisitionis; & hoc est, quod fortè sentit tex. in. c. qualiter. §. eod. ibi, dum dicit, ne fortè per leue compendium ad graue dispendium veniatur; nam 151 ¶ potest dici leue compendium, quando iudex in inquisitione breuitatis causa omittit inquisitionem infamiam, vel in accusatione inscriptionem, vel in denuntiatione monitionem, quoniam his prætermisissis facillimè ad graue dispendium perueniri potest, cum eo modo reo subtrahatur defensio, & aperiatur via calumniosæ accusationi, vt. c. licet hely. §. de simo. immò fortius secundum Hosti. maior ratio viget, vt post 152 sit opponi in inquisitione, cum ¶ illa fiat nemine p-

sequente, & mero iudicis officio expediatur; vnde talem exceptionem non præcedentis infamie, tanquã peremptoriam semper poterit opponere, etiam post testium receptionem, nisi expressè renuntiauerit. Sed tu dic idem, si tacitè renuntiauerit, secundum Io. And. vt dixi. §. in. q. præced. per. c. 2. eod. tit. lib. 6. Ad aliud argumentum, quod verba debent aliquid operari, respondet, quod non est propterea absurdum, si nihil 153 operentur, cum ¶ quandoq; ne dū vna clausula apostolica, sed etiam tota litera parum, aut nihil operetur, vt. c. quia in causis. §. de procu. & c. et si Christus. §. de iur. iur. an. Præterea dicit ipse, quod multum dicta obligatio operatur. Primo, quia tali offerenti subtrahitur fuga, dilatando processum, & quia abbreviabitur dies administrationis. Secundo, quia seruabitur cōscientia superioris, quia fortè reputabat inquisitum miserum peccatorem. Tertio, quia ¶ si cōsentiret in certos inquisitores, non posset illos amplius recusare, & eo modo negotiū dilaretur, vt. c. super quæstionum. §. verum. §. de off. deleg. Quarto, quia si fortè aliqui prosequerentur inquisitionem, quos dicebat sibi maleuolos, nõ poterit de hoc amplius opponere. Concludit igitur Hosti. quod postq; dicta obligatio operatur, vt dictū est, quod debet fieri 154 inquisitio infamiam, ¶ ne iuris ordo peruertatur, vt. l. iuris ordinem. C. de iur. om. ind. p. prædictam nãq; obligationem non vñ renunciasse, nec concessisse, quod inquiratur de occultis criminibus, contra not. in. c. tua nos. §. de simo. Præterea dicta obligatio potest habere triplicem intellectum, videlicet; quia aut se obtulit subire inquisitionem duntaxat sup infamia. Aut super veritate criminum, Aut super vtroq;. Primus intellectus est ridiculus. Secundus iniuriosus, subuertens requisitum ordinem ad inquisitionem. Tertius verò rationalis, & secundum iura; ergo in dubio illi adherendum est. Plus èt dicit Hosti. & sequit 156 Io. And. & D. Ant. ¶ si Papa præcisè scribat in inquisitione testes recipiendos, nisi expressè dicat platum apud se fore infamatum, quod semper erit inquirendum de infamia, vt. c. cum oporteat. §. eod. etiã qualitercunque verba rescripti per reuolutionem clausularum possent hoc improbare, quod de fama primitus inquiratur; cum hoc concordet iuri cōi, sicut quod debemus interpretari, vt. c. causam quæ. §. de rescrip. & c. cum dilectus. §. de consuet. & ff. de confirm. tuto. l. in 157 confirmando. & ¶ si expressè mandaretur recipi testes contra non infamatum super veritate criminis, non præmissa inquisitione super infamia, rescriptū prima facie videretur, & præsumeretur subreptitiū, arg. c. ex parte. §. de off. deleg. vnde cōsultus esset princeps, & anteq; procederetur, esset expectanda secunda iusio, vt auth. de man. princ. §. deinde, coll. 3. & in auth. vt nulli iud. §. hec verò iubemus. coll. 9. Ex his enim hesternò die in allegatione in. q. 158 de facto dicebam, quod ¶ cum per Potestatem ciuitatis Senarum essent directè literè Potestati Montis Ilcini ad petitionem cuiusdam Ioannis, vt cogeret, & compelleret realiter, & personaliter omnes, & singulos debitores dicti Ioan. quod vigore dictarū literarum Potestas Montis Ilcini nõ posset pcedere ad capturam, nisi præcedentibus substantialibus requisitis, vt probatione debiti, contumacia, excusatione bonorū mobiliū, & immobiliū, iurium, & actio-

num, suspicionis fuga; & simi. & quod suspitio superuenit de nouo, quod diu permanerit in suspicionem, vt traditur per Doct. Bar. & Bald. in. l. contemporaneum. C. quomo. & quando iud. Bar. in. l. ait prætor. §. si debitorum. ff. de his quæ in frau. credi. & l. nemo carcerem. C. de exa. tribu. lib. 1. o. & ibi per Ange. in reperi. & in. l. fi. C. de spons. glo. in. l. 3. §. tutores. ff. de susp. tuto. Ange. in. l. ab arbitrio. ff. qui satisd. cogan. cum simi. nam dictum mandatum iudicis debebat iurilater intelligi, vt. §. dixi. Ad quod etiam inducebam, quod nota. in. l. gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posth. & l. fidei commissum. in princ. ff. de vsu. cum simi. & est bonus tex. in. c. causam quæ. §. de rescrip. & 159 c. super eo. de off. deleg. Vnde dicebam, quod ¶ cū de facto carcerasset non adhibita cognitione, quod de facto poterat relaxare, per glo. not. in. l. minor. in princ. ff. de euit. Bal. in. l. dies festos. C. de fer. & in. l. si pacto quo pœnã. i. col. C. de pact. & est bonus tex. in. l. fin. §. pen. ff. de lib. ho. exhi. & l. i. §. Offilius. cum. l. seq. ff. de eo per quem fac. erit. nec debebat teneri in syndicatu propter dictam relaxationem; & ita, vt arbitror, iudicabitur. & vide ad prædicta, quæ dicam in. c. cum oporteat. §. eod. in. 2. q. Postremò Io. And. post Goff. ponit plura alia specialia, quæ requiruntur in inquisitione. Ego de illis dicam in. c. qualiter. §. eodem.

C A P. X V I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Monachus potest deputari a sede Apostolica generalis inquisitor.
- 2 Infamia frequens, & clamosa præcedere debet inquisitionem contra prælatum.
- 3 Inquisitor generalis, testibus super infamia non receptis, de veritate criminis quando inquirat. Et quid in delegato ad vnam causam. ibidem. remissiuè.
- 4 Iuramenti præstandi in causa inquisitionis, forma duplex.
- 5 Iuramenti, vt diuersa est forma, ita diuersus infertur effectus.
- 6 Confessio etiam iurata excusationem admittit.
- 7 Testis non archatur dicere circumsantias, nisi interrogetur.
- 8 Confessio etiam iurata, vbi ad bonum, & malum retorqueri potest: in malam partem accipitur, nisi confitens ex ista causa probata excusetur. & nu. seq.
- 9 Scriptura priuata si in parte continet debitum, & obligatio non scribentis, & in parte continet creditum, vel satisfactionem, pro ea parte capitur, quæ continet debitum, & obligationem, & non pro alia.
- 10 Iudices, seu inquisitores possunt deponere de gestis coram se, & an, & qualiter eis adhibeatur fides. ibidem. & latè de materia, quando iudici credi debeat. nu. 25.
- 11 Testes qui deposuerunt in causa, possunt attestari de modo, & forma iuramenti ab eis præstiti in actu testificandi.
- 12 Acta, in modum actorum, & forma, per testes probari possunt.
- 13 Publicatio, & renuntiatio sunt duo extrema præcludentia viam producendi testes.
- 14 Tudor subrogatur quandoq; loco pœnæ, & est condecens pœna delicti, & quando.

- 16 Delicta leuia, leui castigatione digna sunt.
- 17 Actus statuitur, donec contrarium probetur.
- 18 Telles forinsecos non est necesse adhibere in testium, vel parit examinatione, & quare.
- 19 Episcopus quandoq; deponitur, & tamen raro contingit.
- 20 Clemens quartus deposuit simul. i. episcopos, qui ad absentiam Manfredi in occupatione Siciliae, & ipsius coronationi interuenerant.
- 21 Urbanus septem Cardinales suffocari fecit.
- 22 Eugenius quartus priuauit omnes episcopos, & omnes alios prælatos, qui erant in concilio Basiliensi.
- 23 Testis, licet quis esse in aliquo facto non possit, potest tamen quandoq; super eo interrogari.
- 24 Mater de etate filij non interrogatur ad plenam probationem, sed quo ad præsumptionem.
- 26 De malo, non potest præsumi nisi malum, donec aliud appareat.
- 27 Facta in dubio iudicantur secundum causas mouentes.
- 28 Causa, quid significet remissiuè.
- 29 Quis leuanda gratia iactat. res, an sint eius, qui eas coligit, & quando.
- 30 Projiciens rem in mari, an præsumatur eam habuisse pro derelicto.
- 31 Rem alienam reperiens, si non reperit, ad quem pertineat, an possit illam licitè retinere, & quid sibi agendum sit.
- 32 Quando caput dolet, cetera membra dolent.
- 33 Inquisitio non fit super occultis.
- 34 Inquisitio de veritate criminum, propter leuem præsumptionem fieri non debet; licet possit inquiri super fama.
- 35 Bonorum optima est mixtura.
- 36 Confessio potest renouari ante sententiam, propter iustum errorem.
- 37 Negatiua, qualiter probari possit remissiuè.
- 38 Error in proprio facto non est tolerabilis.
- 39 Quæ in animo consistunt, per proprium iuramentum probantur.
- 40 Errans consentire non videtur.

Cum dilecti.

Si is, contra quem inquiratur, iurauit so-

lum respondere ad interrogata, post confessionem auditur, volens excusationem probare, quæ confessionem non perimat, sed exponat; secus si iurauit plenam, & meram dicere veritatem. h. d. Diuiditur in tres partes. Primo. n. ponitur, Legatorum inquisitio. Secundo. ibi, quia verò. ponitur dubium, propter quod fuit facta commissio. Tertio. ibi, mādamus. ponitur bimembris forma relegationis, & secūda forma ponitur ibi, quod si excusationes. & sub isto. j. posito in tex. ibi continebatur casus pro maiori parte. de quo per gl. in verbo, dilapidatione. ¶ Not. primo, ¶ quod monachus potest deputari generalis inquisitor a Sede Apostolica. de quo dic, vt hodiè habetur in. c. statutum. de rescrip. lib. 6. Docto. & D. m. in. c. cū causam. §. de iudi. ¶ Secundo not. ¶ quod ad hoc, vt possit procedi ad inquisitionem contra prælatū, necesse est, quod pcedat infamia, & quod sit frequens, & clamosa, de quo dicam. j. eo. c. qualiter. Not. tamen, ¶ quod generalis inquisitor potest inquirere de veritate criminis, etiam non receptis testibus super infamia, & hoc quando constaret de infamia per frequentem clamorem infamiam, vt hic; secus in delegato ad vnam causam, de quo





contra canonicos; nisi precedere infamia eorum, argu. c. quæ sunt. s. de his quæ fiunt a mai. parte capit. Cū  
 33 † super occultis non fiat inquisitio, vt. c. præced. Nec  
 34 obft. arg. Inn. quia illa est leuis præfumptio; sed † pp leuem præfumptionē nō debet fieri inquisitio de veritate criminum, vt. c. qualiter. j. eod. licet possit fieri inquisitio de fama, vel infamia, quæ facilius fit cū nō fit multū præiudicialis, vt. j. c. prox. & c. licet. s. eod. Vnde Holliē. soluit aliter, q̄ hic non fiebat inquisitio contra canonicos; sed duntaxat contra episcopum; & ad textum dum dicit, super statu ecclesiæ. respondet exponendo, statū ecclesiæ, hoc est ipsius episcopi 7. q. 1. c. scire debes. vel secūdo solue secūdam eū; q̄a canonici erant specialiter infamati. Vel solue tertio sū eūdem, q̄ fit inquisitio cōtra episcopū, tam in capite, quā in mēbris, vt inq̄ratur qualiter se habeat in ciuitate, in castellis, & ecclesijs; & qualiter erga canonicos, clericos, & laicos suę ciuitatis, vel diæcesis. ¶ Secūdo opp. videtur enim, q̄ iuramentū debuerit solum præstari sū secundam formam positam hic in textu, & probatur in. c. præced. Sol. dicit Host. sū aliquos, q̄ vtraq; forma potest misceri, videlicet; vt iure plenam, & merā dicere veritatē, & ad interrogata veraciter respondere. Nam † bonorū optima est mixtura. 12. dist. c. nouit. in fi. Innoc. verō in. d. c. licet Hely. de simo. dicit, q̄ aut inquisitio fit de certis criminibus, & debet obseruari dicta secunda forma, de qua in tex. Aut fit generaliter de criminibus; & tunc quia periculofum est iurare secundum illam formam, cum anceps possit subire periuriū, debet feruare primam formam. Sed hoc vltimū est contra. c. præced. quod loquitur de generali inquisitione. Vnde Innoc. in dicto loco concludit, quod sufficit iurare, secūdam vnā formam qualitercunq; agatur; & hoc communiter \* tenent Doctō. Sed dicit hic D. m. q̄ nō putat hoc verum; quia Papa in. c. præced. dicit, q̄ in simili vult obseruari dictam formam primam. Subdit tamen, quod si iudex nō seruat illam formā, q̄ licet malè faciat; tenet actus, vt hic. Nam nō dicitur hic, q̄ benè fecerit; sed tantū queritur, an admittatur excusatio, & distinguitur sub qua forma fuit præstitum iuramentum. Vltimo opponitur secūdū Doctōres; videtur enim, q̄ sub quacunq; forma fuerit præstitum iuramentum debeat admitti excusatio; quoniam † ante sententiam potest quis reuocare confessionem suam propter iustum errorem, vt. c. fin. s. de confes. & l. error. C. de iudi. Solu. dicit Inno. & sequitur Host. quod aliud est confessionē reuocare, aliud declarare, per quā declarationē se excuset; quia si vult reuocare, debet probare errorem, & contrariū eius, q̄ confessus est. Et ideō hic deberet probare, quod nihil habuisset de naufragio, & quod beneficium non fuisset per simoniā cōcessa, & qd bona ecclesię nō alienasset. Qualiter autem ista † negatiuæ possint probari, collige ex his, quæ dixi in. c. sup. his. s. eod. Si verō vult confessionem declarare, & eo modo se excusare; tunc non reuocat confessionem; nec tenetur probare contrarium, vt. l. ex diuerso. §. fina. ff. de rei vendi. & l. sicuti. §. sed. & si. ff. si seruitus. Solū ergō tenetur probare excusationes suas, remanentibus firmis confessionibus. Sed in casu nostro, non potest hanc excusationem probare, si iurauit secundum formam secūdam; quia hoc modo detegeretur

periurium, si nō plenam dixit veritatem; & si tu diceres, quod iste diceret se errasse circa expressionē excusationis, dico, quod iste † error non est tolerabilis; quia erat de facto proprio, & istud etiam ignorasse, vel errasse circa circumstantias istas † consistet in animo, quod non potest probari, nisi per iuramentum, vt. §. alij. Infit. de actio. vel per circumstantias, vt. c. 2. de renuntiatio. lib. 6. & l. dolum. C. de do nat. vnde cum circumstantiæ sint in contrarium, & iuramentum proprium obstat, ideō non admittitur. ¶ Quidā tamē, vt hic dicit Inn. in glo. si. dicūt, quod si quis iurasset, nō posset reuocare cōfessionem suā, sicut errorem. Facit gl. in vers. qualitatem. in. l. rationes. C. de prob. vide Bar. in. l. ex hac scriptura. ff. de dona. sed tamen mihi non placet; quia † errās non videtur consentire, vt. l. si. per errorem. ff. de iurisdic. omn. iud. vide quod not. in. c. cum positionibus. de iureiur. lib. 6. & quod tradunt Doct. in. c. fi. s. de confes. & dixi in clem. 1. de prob. quasi in fine.

C A P. XIX.

S V M M A R I V M.

- 1 Inquisitio de veritate criminum non est faciendā, nisi primo confit de infamia. Et tunc non inimici, vel periuri, sed viri idonei ad prosecutionem inquisitionem, & ad testimonium admittuntur. & non probatio crimine, infamato purgatio indicitur.
- 2 Superior, delicta inferiorum dissimulare non debet, sed ea debita forma punire.
- 3 Infamia sufficiens ad inquirendum de veritate criminum, non oritur ex sola denuntiatione. Et quid facere habeat tunc superior. ibidem.
- 4 Inquisitio si simpliciter committatur, intelligitur facta commissio, vt fiat inquisitio super fama.
- 5 Consequenti commissio, intelligitur, commissum & antecedens.
- 6 Prohibitum si quid sit, & omnia, per quæ ad illud deuenitur, prohibita censentur.
- 7 Inimici non solum repelluntur ab accusatione, sed etiam a denuntiatione, vel inquisitionis prosecutione. & numero. 27.
- 8 Inimicitia, ex conuersatione cum inimicis, præsumitur.
- 9 Citatus potest comparere ante diem termini.
- 10 Testes, in causa inquisitionis, minus idonei, qui sint. Et nu. 26.
- 11 Purgatio indicitur contra infamatum, licet in inquisitione nihil contra eum probatum sit.
- 12 Patronus, si probat libertum conspirare cum inimicis, damnatur in metallum libertus.
- 13 Accusator non cogitur suscipere legationem ad eum, qui se amicum, vel domesticum dicit eius, qui accusatur.
- 14 Consanguinei non admittuntur in testes in causa criminali consanguineorum. & nu. 21. Quod tamen intellige, vt nu. 17. Quid in actione iniuriarum. nu. 18. Quid si non sint ex eadem familia, vel cognomine. nu. 20. Limita tamen duobus modis principale dictum. numero 23. Et vsque ad quem gradum repellatur. nu. 25.
- 15 Frater, pro fratre, in causa criminali ciuilitate mota, in testem admittitur. Secus si criminaliter.

- 16 Edictum detestibus est prohibitorium.
- 19 Iniuria illata vni ex consanguineis, vel affinis, videtur omnibus de consanguinitate, vel affinitate illata.
- 21 Iniuria facta fratri, non intelligitur facta fratri vterino ex consuetudine ciuitatis Senarum. Quod secus est in vtrinq; coniuincto, vel de eadem familia, & cognomine etiā quocunq; gradu distante. ibidem.
- 22 Bar. in. l. qui in testamento. ff. de testa. declaratur.
- 24 Probatio per iuramentum quandoq; admittitur, propter difficultatem probationis.
- 28 Impetrans inquisitores si repellatur, an possit alius subrogari. Et ibi quæ sit communis opinio. Quid autem in impetrante excōcato. remissiuè.
- 30 Papa si mandat inquiri de fama, licet impetrans repellatur, nihilominus potest procedi ad vteriora per idoneos.
- 31 Complices, qui dicantur.
- 32 Inquisitor, cui simpliciter est delegata inquisitio, an necessitetur prius inquirere super fama, quā super veritate criminis. Et distinguit nu. 34. Et si vellet prius inquirere super veritate, quā super fama, an possit appellari. nu. 33.
- 35 Verborum narratiuorum materia, vbi tractetur. remissiuè.
- 36 Papa quando narratiuè, & q̄ assertiuè loqui dicatur.
- 37 Infamia qualis esse debeat, vt ad inquisitionem procedi possit.
- 38 Frequentiam, quot vices inducant.
- 39 Processus habitus super veritate criminum, non precedente inquisitione super infamia, an valeat.
- 40 Exceptio, non precedente inquisitione super infamia, est dilatoria, & in fauorem inquisiti inducta.
- 41 Contumax inobediens in facultate opponendarum exceptionum, non debet esse melioris conditionis, quā præfens, & obediens.
- 42 Cap. 2. de accus. in. 6. limitatur.
- 43 Rector cautus, quid facere habeat, ne teneatur ostendere famam inquisiti.
- 44 Advocatus cautus debet ante omnia petere dari sibi copiam diffamationis, & obijcere si aliquid deerit.
- 45 Iudex super infamia qualiter se informabit.
- 46 Infamatus, infamia probata per testes, an admittatur ad probationem bonæ famæ, vt excludat inquisitionem, vsque ad si. cap.
- 47 Familiares, cubicularij, & domestici admittuntur ad probationem innocentie infamati.
- 48 Bona fama si probetur per mille testes, centum verò deponant de mala fama quod ad indicendam purgationem, & faciendam inquisitionem, præualeat dictum paucorū, Et quæ probatio præualeat, distinguitur. nu. 51.
- 49 Infamia propter paucorum dicta non inducitur.
- 50 Testimonium plurium in probando bonā famā, præfertur, dummodo probent bonam famam; sicut alij testes malā. & distinguit nu. seq.
- 52 Infamato apud legales, & bonos viros indicitur purgatio.
- 53 Probationes, quando sunt omnino contrarię, habito respectu ad locum, & ad tempus; standum est testibus magis idoneis.
- 54 Testium, attendenda est dignitas, & fama. Item qui aptiora, & magis verisimilia negotio, de quo queritur, deponunt. nu. 55. Item numerus. nu. 56. & 60. Et an qualitas actoris, & rei attendatur. d. nu. 56.
- 57 Probationis magis verisimilis qualitas, præfertur alteri qualitati, etiam respectu numeri.

- 58 In infamie probatione debet attendi verisimilitudo. Et testes debent reddere causam, ex aliqua præfumptione. nu. 60.
- 59 Vanæ voces populi non sunt audiendæ.
- 62 Probatio bonæ famæ, consumit probationem malæ famæ, si omnia sunt paria.
- 63 Bonus, quilibet præsumitur.
- 64 Probatio bonæ famæ sequens, licet tollat potestatem inquirendi super veritate criminum, non tollit tamen purgationis indicationem.

Cum oporteat. † De veritate

non inquiritur, nisi primo constet de infamia, & tunc non inimici, vel periuri, sed viri idonei ad prosecutionem inquisitionem, & ad testimonium admittuntur, & non probatio crimine, infamato indicitur purgatio. h. d. Diuiditur principaliter in tres partes. In prima, ponitur denuntiatio epi, & datio inquisitorum. In secunda, ibi, verum, ponitur comparitio, & allegatio epi contra denuntiatores, & testes. In tertia, ibi, discretioni, ponitur triplex instructio inquisitorum. secunda. ibi, qd si tertia, ibi, & si nihil. ¶ Not. primo, quod † superior nō debet dissimulare delicta inferiorū, vel denuntiationem delictorū, sed debet illa debita forma punire, aut sup infamia inquirere, vel inquisitionem committere. ¶ Secundo no. † quod ex sola denuntiatione criminum facta contra aliquē, non oritur sufficiens infamia ad inquirendum de veritate criminum; sed debet superior inquirere super infamia. ¶ Tertio no. quod † commissio simpliciter inquisitione super crimine, intelligitur facta commissio, vt fiat inquisitio sup fama; nam cum istud sit quoddam substantiale preambulum, & antecedens, † per commissionem consequentis, intelligitur commissum ipsum antecedens, vt not. in. l. imperialis. §. similes. C. de nup. & l. ad rem mobilem. & l. in rem allegatū. ff. de procu. Facit etiam, quia † cum quid prohibet, omnia vtr̄ prohibita, per quæ deuenitur ad illud, vt in. c. cum quid. de reg. iu. lib. 6. de hoc latius. j. in 2. quæst. ¶ Quarto not. quod † inimici repelluntur nō solum ab accusatione, vt dixi in. c. repellantur. s. eod. sed etiam a denuntiatione, vel prosecutione inquisitionis. ¶ Quinto not. quod † inimicitia psumitur ex conuersatione cum inimicis, vt. d. c. repellatur. s. eo. ¶ Sexto not. secūdū D. Ant. quod † citat⁹ potest cō parere ante diem termini; hoc tñ non potest colligi hic, quia iste epi non comparuit ante diem termini coram iudice citante, hoc est, coram inquisitorib⁹, sed coram summo Pontifice. Vtrum tamen notabile sit verum in se, dic, vt per Spec. in tit. de dila. §. dilationum. vers. quid si iudex. Bart. in. l. eum qui. ff. de verb. obl. Io. And. in. c. fi. de fer. dixi in cle. 2. de appel. ¶ Septimo not. † quod consanguineus denuntiatoris, vel psequentis inquisitionem, periurus, & cōfusus, & similes non sunt idonei testes. ¶ Vltimo not. † quod licet in inquisitione nihil sit probatum contra infamatū, non debet simpliciter absolui, sed sibi indicit purgatio, vt. c. 2. j. de purg. ca. & c. 2. q. 5. i. c. p̄sbyter. ¶ Glo. 1. infert. ex tex. & allegat iura concordantia; deinde allegat duo iura in contrarium, & tandē colligit argm. in eadem, ibi. §. cum patronus. dic, vt ibi dicitur,

Cōm. opia.





idem dicit si erat absens per contumaciam. Ad idem allegat tex. in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. opor. Si vero inquisitus erat praesens & excepit, vt prius inquireretur super fama; & quia no fuit admiffa exceptio appellauit; & hoc casu processus habitus super processu criminu, non tenet, cum appellatio fuerit legitima; nam eo ipso, quod opponitur, talis exceptio criminum iudici, si est index delegatus, debet prius recipere testes super infamia, q sup veritate, vt. d. c. 2. nec sufficit. q index dicat sibi coflare de infamia, facit dictu. c. 2. & sequit hic Hostie. Et praedicta, vt dixi, procedit in delegato, sm eum, quod arbitrator ego procedere, in delegato ad vnam causam tantu, seu ad vnam speciem; secus in delegato generali, seu inquisitore generali, argu. c. praecedetis; & quod dixi. s. in secundo notabili. Facit, quod not. glo. & ibi dixi, in. c. qualiter. s. eod. nam in eo arbitrator dicendum, quod dicam in ordinario. ¶ Si vero effet ordinarius, distingue, quod aut procedit alio principaliter promouente inquisitionem; & dicendum est, vt dixi in pced. membro. Aut procedit ex mero suo officio; & tunc, si vult, pot recipere testes super infamia. Si vero non vult, qa dicit sibi constare de infamia per inuestigationem extraiudicialiter factam, vel per frequentem clamorem, & tuc potest procedere super veritate criminum etiam parte cotradicente, arg. c. qualiter. j. eo. qm satis est, quod ad eum frequens, & clamosa criminum relatio peruenerit, vt probat ibi, & c. praeced. de qua non tenetur alii cui facere fidem; si tn inquisitus appellaret, ex eo qd assereret se non esse infamatum; tunc oportet iudice ordinarium facere fidem de diffamatione, vt not. in d. c. qualiter. & ad pdicta vide notabilia dicta Ang. in repet. l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. 10. in ver. & p hoc cauti rectores. Vbi dicit, qd cautus rector ne habeat offendere famam, ponit inquisitionem ex mero eius officio. Aliud ponit, ibi in versi. Sit igitur cautus aduocatus. vbi dicit, quod cautus aduocatus ante omnia debet petere dari sibi copia diffamationis, & si viderit aliquid deesse debet obijcere. Et pdicta not. perpetuo circa hac materiam. ¶ Quinto quero, t qualiter iudex se in formabit super infamia? Solu. Inno. dicit, quod dupliciter, vno modo recipiedo testes, qui probent infamiam. Alio modo extraiudicialiter de plano per rumorem, seu fama viciniu apud bonos, & graues, per. c. cum in tua. de sponsa. & sequitur hic, D. Ant. ¶ Sexto quero, t vtrum probata infamia per testes, infamatus admittatur, volens probare bonam famam ad finem excludendi inquisitionem? Hac quaestio est notabilis, & quotidiana; & variae in ea reperiuntur opi. Io. And. hic, dicit quosdam tenere, quod sic, qui dicunt, t ad hac probatione innocentia admittendos etiam familiares, cubicularios, & domesticos. 2. q. 7. c. cum pastoris. 1. 2. q. 1. sint manifeste. 1. 8. q. 2. in decima. 2. q. 5. omnibus. in fin. 81. dist. c. clerici. & in auth. de monach. S. cogitandu. In contrariu arguit, q hoc non videat prodesse; nam t si mille testes dicerent eum bonae famae, cetum vero diceret eum malae famae, prauelet dictum paucorum; qm quantum ad indicendam purgatione, & faciendam inquisitione vr hoc sufficere; quia satis est, quod remaneat infamatus apud alios, quoru respectu indicenda est purgatio; licet t pp paucorum dicta

non inducat infamia, vt. c. inquisitionis. j. eo. Et hoc dicit tenere Io. & Philip. ad quod adducit, quod ipse not. in. c. sup hoc. s. de renu. sup gl. 1. ¶ Tac. & Vinc. tenent contrarium, dicentes t testimoniu plurimorum esse pferendum, dumodo probent bona famae; sicut alij testes mala. ¶ Idem tenet Spec. in tit. de inquisitione. S. nuc tractemus. ver. quod si plures. Host. dicit, quod pbatio debet admitti. Sed jan p iudicet, pbationi cotraria debet attedi, qd habeat, & teneat cois vox exterior; & et quantitas testium, & personaru; & sic sn diuersas qualitates arbitrabit iudex, q probatio preualeat. Inno. in. c. inquisitionis. j. eod. tetigit hunc articulum, & vix comprehendit pot, qd ipse velit. Io. And. hic dicit, quod vbi primi, & secundi testes deponunt de infamia viciniu, putat veru dictu Tanc. p. c. cu in tua. s. de testi. in gl. fi. Sed si primi licet pauci deponunt de fama viciniu, & alij licet multi deponunt de fama alterius loci, procedat opi. Io. & Phi. Idem tn Io. And. in. c. inquisitionis. j. eo. dicit, quod si testes deponunt de infamia, & cois vox est in cotrariu, de qua pot iudex se informare, pprijs auri bus; tunc ad dictum illorum testium non fiet inquisitio, arg. c. inquisitionis. j. eo. Aut iudex non potest se informare pdicto modo, sed recipit testes vtriusq; sup bona fama. Et tunc aut testes vtriusq; partis ponunt super fama habito respectu ad coem opi. & habet locum op. Tanc. ¶ Aut habito respectu ad se; qa testes vnus partis dicunt eum infamatum apud se. 52 Alij vero dicunt contrarium, & tunc t indicetur purgatio, ex quo apud legales, & bonos viros est infamatus. 2. q. 5. in. c. osibus. ¶ D. m. hic post Bart. in. l. de minore. S. tormenta. ff. de questu. distingue, quod aut testes vtriusq; partis deponunt sup fama eius loci, & eiusdem teporis. Aut sup fama diuersi teporis. Aut sup fama diuersi loci. ¶ Primo casu, ex quo t probationes sunt omnino cotrariae habito respectu ad locu, & ad tempus, standum est testibus magis idoneis; Ad hoc quod not. in. l. ob carmen. & in. l. 3. ff. de testi. & latius in. c. in nostris. s. de testi. & in. c. cum in tua. s. de spon. ¶ T Est enim primo dignitas, & fama testiu pderanda. t It q aptiora, & magis verisimilia deponunt negotio, de quo quaerit. t It numeru, & sm Host. et attendit qualitas actoris, & reus; sed hoc vltimum non est ponderandu. Et dicit D. m. se putare, quod t qualitas pbationis magis verisimilis, pferat alteri qualitati, et respectu numeri. ¶ Nam licet pro vna parte sit maioritas numeri, tn praefertur pbatio magis verisimilis; moueor per not. in. d. l. ob carmen. & 4. q. 3. si testes, & quod not. Inno. in. c. auditis. de pcrip. & per glo. in. c. 1. eo. titu. lib. 6. & maxime, hoc dicit procedere t in infamia, in qua debet attendi verisimilitudo; qa vt dicit Bart. in. d. S. tormenta. non sufficit dicere tale infamatum apud populum; quia t vanae voces populi non sunt audiendae, vt in cap. osius. s. de elec. Vnde t debet testes reddere causam, ex aliqua verisimili psumptione, vt et sentit hic Inn. Bar. tn in. d. S. tormenta. videt velle ante omnia attendendum numerum. Omisiss opin. Doct. & collectis hincinde quae veriora sunt. Ego hoc dico t esse relinquendum arbitrio iudicis. p. l. 3. S. tu magis. ff. de testi. habebit enim iudex considerare qualitatem testium, qualitates depositionu, & quantitatem numeri; & hoc etiam innicem commiscere; & hincinde ponderare.

ponderare. ¶ Secundo casu, qn testes vtriusq; partis deponunt de diuerso tempore, vt puta; quia quidam testes probant Titium malae famae tempore comisss delicti. Alij vero testes deponunt eundem Titiu praesenti tempore bonae famae. Et tunc pferenda est ista secunda probatio, pp mutata opi. q non psumitur mutata, sine ca, vt in. l. 2. ff. quis ord. in bo. pos. serue. & in. c. non debet. de confan. & aff. & in. c. certu. 1. 2. q. 1. q ego arbitrator limitandum, si modo isti testes deponerent de eode loco, sed si deponeret de diuerso loco cum diuersitate temporis, ide dicendu arbitrator, q dicat in tertio mebro. ¶ Tertio casu; qn testes concludunt sup diuersitate loci, vt puta; quia testes vni partis dicunt eu infamatu in tali castro. Alij dicunt, eu bonae famae in ciuitate, & in hoc, quae pbatio sit pferenda, dicunt considerari alia circumstantia. Na si in loco a ciuitate remoto fuit comissum delictum, & ibi sit infamatus, licet in ciuitate sit bonae famae, pualebit probatio male famae. Et ita debet limitari, q dixi. s. secundu Io. And. si vero locus comisss delicti pariter distaret a ciuitate, & castro, attendenda est causa, pp qua testes mouentur. Item et tempus vt dixi in praecedent. ¶ Et t si oia sunt paria, probatio bonae famae confundit pbatione male famae, vt not. in simili in. l. admonendi. ff. de iureiuran. & in. c. fi. & qd ibi latissime dixi. s. de iureiur. Na si pbationes adinnicem se confundunt, remanet psumptio iuris, q habet, qd quilibet presumat bonus, arg. reg. q femel malus. de reg. iur. lib. 6. & in. l. merito. ff. pro socio. Ego tn arbitrator, pdicta distinctione D. m. pcedere, quod t ad potestatem inquirendi super veritate criminu; sed qm ad indicendam purgationem, probatio sequens bonae fame non releuat, quominus indicenda sit purgatio, si apud aliquos infamatus est; ita q ex infamia generetur aliqua suspitio. 2. q. 5. omnibus, & voluit. s. Io. And. & sequitur hic D. Ant. licet. n. non sit infamatus quoad tota viciniam, vel quod ad testes deponentes de bona fama; tn potest esse infamatus poenes aliquos, q sufficit ad indicendam purgationem, licet non sufficiat quod ad inquisitionem; & ita dicit D. Ant. intelligendum dictum Inn. in. c. inquisitionis. s. alleg. in glo. infamatus. in fine. ¶ Postremo tangit hic D. Ant. aliquas alias quaestiones, de quibus ego dicam. j. in. c. qualiter.

C A P. XX. S V M M A R I U M.

- 1 Denuntiare non potest publicus concubiniarius, excocicatus conspirator, & is qui non praemonet. Et an accusare, & quando. nume. 11.
- 2 In alternatiuis sufficit vnum esse verum.
- 3 Accusatio non potest fieri per alium, nec per scripturam.
- 4 Denuntiatio per alium fieri potest.
- 5 Tempus datae inspicitur ad validitatem rescripti, quo ad impetrandum.
- 6 Concubinatus solus no reddit que inhabilem ad denuntiandu.
- 7 Appellatione pendente nihil est inuocandum. Quod tamen intellige, vt ibidem. Et nu. 13.
- 8 Superior denuntiat, non debet post denuntiatione cotra eu factam, procedere contra subditum in aliqua causa.
- 9 Inferior denuntians superiorem, non tenetur ei obedire in his, que impedirent suam denuntiationem.
- 10 Ex denuntiatione solent graues inimicitiae nasci.

12 Denuntiatio ad vindictam propriae iniuriae non fit, sed ad correctionis finem.

1 Cum dilectus. ¶ A denuntiatione repellit publicus concubiniarius, excocicatus, conspirator, & is qui no praemonet h. d. diuidit in duas partes. Primo, instruit iudice super declaratorijs; & eis deficietibus, super principali. Secundo, mandat fieri inhibitione, ibi, eidem. ¶ Notu primo summariu, ex quo patet, q ad repellendu denuntiatoru, sufficit alteru praedictorum; videlicet, q non praemoneat, vel quia conspirauit, vel quia sit publicus concubiniarius; & pp hac excommunicatus; nam rescriptu alternatiue conceptu erat. & sic t sufficiebat vnu esse verum, vt. c. inter ceteras. s. de rescriptis. ¶ Secundo not. ibi, quorum nomine, q t licet accusatio non possit fieri per aliu, seu per scripturam, vt probat. 2. q. 8. c. per scripta. tn secus est in denuntiatione, t quae per alium fieri pot, vt hic; & de hoc aliquid dixi in. c. licet. s. eod. ¶ Tertio not. ibi, tum fuisse, qd ad considerandum validitatem rescripti, respectu impetrantis inspicitur tempus datae, de quo in. c. eam te. s. de rescript. & c. dilectus. s. de praeben. ¶ Quarto not. q t solus concubinatus non reddit quem inhabilem ad potentia denuntians; na hic considerat non solu concubinatus, sed excocicatio pp concubinatum. Hoc tamen no placet D. m. hic, per not. s. c. proximo. & in. c. si peccauerit. 2. q. 1. & in. c. nouit. s. de iud. Et ad tex. nostru respondet, q hic fit mentio de excocicatione ad maiorem aggrauationem dilecti. Tu dic, q idem voluit hic Io. And. qui dicit, q hoc non erat necessarium; sed solu fuit allegatu, & quod hic duo coniunguntur, quorum alteru sufficeret. ¶ Quinto no. ex secunda parte, qd appellacione pedete, nihil est inuocandu, vt in rubro, & nigro. ff. nil not. ap. inter. q est veru in his, q pertinet ad cam, quae agit, vt hic in tex. du dicit super his. ergo a cotrario. secus est sup alijs. ff. apud eu a quo. l. vni. & c. Romana. s. si vero. de ap. lib. 6. dixi in. c. sup eod. 1. de app. nisi recusaret vt suspectus. vt. c. accepta. & in. c. ad hoc. s. de app. licet gl. fi. hic, assignat alia rationem, sed dic, vt dicat in ea; quia illa no procedit, nisi qn vellet procedere in alijs, ¶ Vltimo, colligit hic D. m. arg. ex fine literae. q t per denuntiatione cotra superiorem non debet superior denuntiatu pcedere contra subditu in aliqua ca, hoc tn dictu, licet sit veru in se, secundu distinctione qua. j. ponat post eu; tn non colligitur ex litera. In eo eut articulo ita distinguit; & bene; qa aut ca denotiationis impediret aliquo modo p processum ferendu p superiorem contra denunciantem, & non tenet ei obedire, nec cam sub eo agere; imo debet superior cessare, vt. c. olim. j. eo. quonia t inferior denuntians superioru, no tenet, vt dixi, obedire superiori in his, q haberet impedire cam denuntiationis suae. 8. q. 4. nonne. & c. olim. j. eo. in quibus pbatur, qd si per pcessum, vel pceptu superioris non impediret denuntiatio inferioris, qd tunc inferior tenetur obedire, & cam sub eo agere. Facit q dixi in. c. ex parte. s. eod. Posset tamen inferior recusare ipsum superiorem vt suspectu, ppter denuntiationem, t ex qua solent graues inimicitiae nasci, arg. l. 1. ff. de his quib. vt ind. facit q dixi in. c. repellantur. s. eodem. facit etiam. e. proposuit. & c. ad hac. de appellat.





tio probata fuit. dic. idē videtur velle glo. & sequitur ibi Lau. & Archid. 2. q. 7. c. accusatio. & dicit hic Io. And. q. rō est, quare habeat locum monitio, quā monitus ēt extra iudicium posset sponte dimittere beneficium. arg. dicti. c. licet. Hely. & hoc credit verius esse; & de hoc vide ēt. 1. q. 3. c. ex multis. & 12. q. 2. c. indignē. & ibi glo. In eadē, ibi, quantū ad depositionē. dic. hęc gl. vidēt velle, q. hęc differant. l. q. deponatur simpliciter, vel deponat ab officio, & administratione; sed non vidēt benē dicere; quia depositus ab officio est depositus ab ordine, q. idem est, q. esse simpliciter depositus ab ordine. Sed dicunt Doct. q. dum glo. dicit depositū ab officio, & administratione, debet intelligi ab officio administrationis. Facit q. not. s. in rub. de vita & ho. cle. & l. 1. ff. de tutel. & l. 1. ff. de pac. In eadem gl. in fi. dic. vult glo. q. debeat fieri differētia iter platos seculares, & in illis habeat locū tex. n. s. & regulares, & in illis habeat locū. c. cum dilectus. allegatū in contrarium. & hoc videtur sequi hic Hof. & D. Ant. Sed contra hanc sol. facit gl. seq. q. 25 vult, q. t. facilius remouentur regulares, quā seculares. Vnde aduerte; quia Hof. v. velle, q. licet t. beneficiū sit simoniacē receptū, tamē non debet fieri pp hoc depositio ab ordine, nisi in duob. casib. Primus in. c. 2. j. de simo. Secundus, q. beneficiū habet certum ordinē annexum; sed in hoc casu dicit D. m. q. non videt efficacē rōnem, quare debeat fieri depositio ab ordine si est processum per viā inquisitionis, licet enim bñficiū habeat annexū ordinē, tñ simonia nō est commissā in ordine, vnde licet aliquis habeat ordinem det pecuniā pro beneficio, simonia est commissā in beneficio. Vnde D. m. hic, dat alium intellectū ad tex. nostrū, quem fueram profectō imagnat, ante q. ipsum viderē; & vt clarius loquar q. ipse, dico, q. tale crimē est, quod impedit ordinis executionē; & bñficiū retentionem, ēt post peractā penitentiam; & in istis si agat per viā inquisitionis, iudex nō habet arbitriū, vt possit arbitrari dimittēdo sibi ordinē, vel bñficiū; imo necesse est, q. deponat ab officio, vel bñficio, sicut si ageret per viā accusationis, in qua arbitraria potestas non est cōcessa iudici. Si igit esset commissā simonia solū in beneficio, nō debet deponi ab ordine; quia t. in eo quo quis delinquit puniendus est, vt. c. 1. de transla. pla. & c. si cōpromissarius de elec. lib. 6. Et rō est; quia licet simonia sit commissā in bñficio, non tñ impeditur ordinis executio post peractā penitentia; q. fuit ratio, quare in istis, in quibus post peractā penitentia quis non pōt habere ordinis executionē, vel retinere bñficiū ēt si procederet per viā inquisitionis; & sic iudex non habet arbitriū alterandī penā. Vnde ad. c. dilectus. allegatum in cōtrariū, respondēt nunc facilliter, q. ideo nō remouetur ab ordine, sed retento ordine detrudit in monasteriū; quia simonia nō fuerat commissā in ordine; sed duntaxat in acquisitione monachatus, & sic non eramus in casu, in quo post peractā penitentiam impeditur ordinis executio. ¶ Glo. 3. in princ. exponit literam; deindē ponit inquātum poterit iudex arbitrari, & sol. In eadē, ibi, nō puniatur in plus. dic. 27 Nota perpetuō hanc glo. q. t. vbi penā relinquit arbitrio iudicis, pōt arbitrari vsq; ad quantitātē penę ordinarię statuendę per viā accusationis, cuius loco arbitraria est subrogata; sed non debet illam eandē,

vel maiorē imponere, & si eandē imponeret, vel maiorē, posset appellari sñ Hof. & Io. And. facit verbū t. moderari. positum in tex. q. diminutionem continet, nō augmentum; vt. c. fi. j. de verbo. signi. & not. gl. super ver. moderationem. in clem. 1. de iure patr. & est tex. in. c. statutum. de pręb. lib. 6. & c. statutum. de hare. lib. 6. t. Et idem dicendum est de verbo, modificare, vt est tex. cū glo. in cle. ne Romani. de elect. in prin. hęc tñ arbitror limitanda, si modō, vt dictū est, statutum, vel lex loqueretur per verbum moderari, aut modificare. secus t. si simpliciter disponeret remittēdo penā in arbitrio iudicis; nam tunc videtur, q. possit etiam vsq; ad mortem arbitrari, vt not. glo. simpliciter Instit. de iniur. s. in summa. & sequit D. m. & ibi dixi in. c. cum te. s. de reg. iur. Facit. l. f. cularij. s. sunt quādam. ff. de var. & extraor. crimi. & traditur per Bal. & Doct. in. l. quid ergō. s. pena grauior. ff. de infamibus. & l. hodiē. ff. de pen. Hęc autem limitatio, fortē limitanda est; quando illud delictum aliās non haberet certam, & determinatam penam a iure; quia tunc non posset nisi maxima subsistente causa transgredere illam penam, vt. d. s. pena grauior. per Bal. & Bar. in. d. l. hodiē. Et sic habes vnū modum probandī, q. iudex transgredere æquum modū arbitrandi. Alium modum habes per glo. singularē in. d. l. hodiē. videlicet, quando iudex transgredere penam solitam communiter imponi ex cōsuetudine, & hoc sequitur hic D. m. quod not. perpetuō. In fin. glo. dic. secundum D. m. q. hęc glo. quā facit differēntiam inter regulares, & seculares non procedit quō ad articulum glo. nostrę; quia in vtrifq; si delictum est graue, imponitur pena priuationis ab administratione, vt. c. qualiter. j. eod. licet iudex possit illam moderari, vt dicam; sed potest saluari, vt in regularibus licet delictum non sit ita graue, puniatur grauius, q. in secularibus, vt. c. per tuas. j. de simo. nā magis est reprehensibile idem delictum in regularibus, q. in secularibus, quōd tamē intellige vt not. Io. And. in. c. accusatus. de hare. lib. 6. in nouel. in ver. grauius. & traditur per Beatum Tho. 2. 2. q. 186. in. c. fi. ¶ Glo. vltimo loco oppo. videtur enim, quod etiā in delictis, quæ non impediūt ordinis executionem post peractā penitentiam, quōd penā non sit arbitraria; sed certa; etiam si procederet per inquisitionem; videlicet, penā remotionis ab administratione, vt. c. qualiter. j. eo. Sol. contrarium multipliciter soluitur. Prima sol. fuit Goff. quōd contrarium loquitur in prælatis, istud. c. loquitur. in habētibus administrationem. Secunda sol. fuit, quōd contrarium loquitur in grauib. delictis. tex. noster verō loquitur in leuib. Tertia sol. quōd contrarium loquitur in inquisitione, quæ fit aliquo promouente, vel denūtiante, petēte illam penā imponi; vnde fertur sentētia conformis libello; sed tex. noster quā iudex procedit ex mero suo officio. Facit quod dicit gl. pcedens. Quarta & vlti. sol. quam tenent Doct. hic, est, q. aliud est quærere, an iudex possit imponere penā remotionis ab administratione, & dr. q. sic. Aliud est quærere, an possit alterare, mitiorem ēt imponēdo secū dum merita personę, & qualitatem excessus, & pōt vt hic, & hanc sol. ponit hic Hof. & eum sequitur Io. And. in tertia glo. & sequitur D. m. & D. Ant. & mihi placet. & vide Spe. in tit. de inquisitione. s. pen. col. 1.

S V M M A R I U M.

- 1 Inquiri non debet contra aliquem de veritate criminum; nisi precedat infamia. & nu. 4.
- 2 Testis dicti sui causam reddere debet.
- 3 Iudex absq; tela iudicij non debet contra aliquem procedere, licet de delicto constet per depositionem aliquorū testium.
- 5 Dicta duorum, vel plurium paucorum, non infamant.
- 6 Testes non iurati, nihil probant.
- 7 Scedularum porrectione clam facta, quis non infamatur.
- 8 Testis licet interrogatur, an sit amicus, vel inimicus. & nume. 16.
- 9 Inimicitie probandę modus vnus. Alios autem modos vt de. nu. 11. remissiuē.
- 10 Naturę quadam cognitione nos coniunxit, qua nos mutuo diligimus.
- 12 Testi afferenti se inimicum creditur, licet causam inimicitie non alleget; Et an semper ei credendum sit.
- 13 Attestanti, de his quę consistunt in animo creditur.
- 14 Peccatum omne mortale, non repellit quem a ferendo testimonio.
- 15 Testi, qui vnum dixit extra iudicium, & aliud in iudicio, an credendum sit. remissiuē.
- 16 Interrogationes, quę fieri debeant a iudice testibus, in causa inquisitionis.
- 17 Testi, an credatur si post depositionem dicit se inimicum.
- 18 Testis non pōt corrigere dictum suū directē, nec indirectē.
- 19 Inimicitie, quęlibet species non sufficit, ad repellendum quem a testimonio. Et quanta fides testi tunc adhibetur, in iudicij arbitrio consistit. nu. 20.
- 22 Testi inimico non creditur.
- 23 Perirrus, non est idoneus testis, & ei non creditur.

s. tertię dubitatio is.

- 1 Contra t. non infamatum super veritate criminum inquiri non debet, etiam si libellus infamatorius clā fuerit oblat, nec super principali creditur testi, qui iuratus deponit se illius inimicum, contra quem inquiritur. h. d. vsq; ad. s. quęsisti. Diuiditur. in. 2. primo triplex consultatio. 2. responsio. 2. ibi, ad hęc respondemus. ¶ Not. primo, ibi, eisdem videntibus.
- 2 q. t. testis debet deponere causam dicti sui, de quo in. c. causam. s. de testi. & l. testium. C. de testi. ¶ Secundo not. q. t. iudex absq; tela iudicij non debet procedere contra aliquem, licet constet de delicto per depositionem aliquorum testium; circa hoc dic. secundū D. m. quōd tex. multipliciter potest intelligi. ¶ Primo, quōd isti testes deposuerunt extra iudicium, vel in iudicio, non præcedente ordine, quibus casibus, licet aliqui deponant istum commississe delictum; tamen iudex non debet moueri ad inquirendum, vel puniendum. Ad inquirendum non; q. t. inquisitio non debet fieri non præcedente famosa infamacione, t. dicta vero duorum, aliās plurimorum, paucorum tamen, non infamant, vt. j. eod. s. fin. Ad puniendum non, quia deficit verus accusator, & fictus; nam pro ficto habetur clamosa, & frequens insinuatō. Item deficit ordo. Secundo modo po-

test intelligi, q. format a tale iudicij super infamia, testes deposuerunt super veritate criminis; vnde ex hoc non potest iudex punire, tum quia t. testes super veritate criminis deposuerunt non iurati; & sic nihil probant, vt. c. de testibus. s. testi. & l. iurifurandi. C. eo. & l. si quis libertatem. in fi. ff. de peti. hered. per Spe. in tit. de testi. s. 1. vers. Item q. deponunt Cyn. in. l. momētanea. C. qui legit. perfo. & per Bart. in. l. si duo patroni. s. idem Iulianus. ff. de iureiur. & sentit hic glo. super verfic. super illis. tum etiam, quia prætermisus est ordo iudicialis; hoc est inquisitio super fama; hoc tamen limita secundum c. 1. & 2. eod. tit. lib. 6. & tetigi in. c. cum oporteat. s. eod. ¶ Tertio not. quōd t. per porrectionem scedularum factam clam, nō dicitur quis infamari; & ideo ad petitionē talium porrectionum scedulas infamatorias non potest formari inquisitio; si alia legitima infamatio non precedit, quōd limita nisi taliter infamatus peccat statui terminum porrectionibus illas scedulas ad probandum ea, quę scripserunt secundum formam l. diffamari. C. de inge. manu. & 5. q. 3. p. tot. ¶ Quarto not. q. t. licet interrogatur testis, an sit amicus, vel inimicus; nec per hoc dicitur interrogari de crimine; quia potest quis effici inimicus alterius propter delictum illius, vt. l. cum in tabulis. ff. de his qui. vt indigni. dixi in. c. repellantur. s. eod. ¶ Quinto not. q. t. ille qui respondet se alium non diligere, videtur indirectē fateri se inimicum illius; & ratio est; quia t. natura inter nos quandam cognitionem coniunxit, per quam debemus mutuo diligere, vt. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. Et sic habes vnum modum probandī quem inimicum; sed contra hoc videtur facere, quōd notatur in regu. qui tacet. de regu. iur. lib. 6. sed dic. vt statim dicam in glo. super ver. inimicos. q. iudex non debet solū stare contentus huic responsioni; & potest solui etiam contrarium argu. d. l. vt vim t. alios verō modos probandę inimicitie collige, vt dixi in. c. repellantur. s. eo. ¶ Sexto not. se cundū aliquos, q. t. creditur testi afferenti se inimicum; licet non allegat causam inimicitie; & ratio est, secundum eos, quia t. attestatur de his, quę consistunt in conscientia; dic vt dicam statim in glo. in verbo inimicos. ¶ Vltimo not. q. t. non omne peccatum mortale repellit quem a testimonio, maximē quā tale peccatum fuit commissum, vt euitaretur on. testificandi, & probatur hic optimē; quia ille, qui fraudulenter dicit se inimicum, vt euitet onus testificandi, agit contra charitatem pximi, & dicit mendacium in causa proximi; & sic peccat mortaliter. 2. 2. q. 2. c. ne quis. & c. 2. j. de cri. fal. quod not. ad limitationem eorum, quę dicuntur in. c. testimoniū. s. de testi. Et prædicta faciunt ad materiam, quam tradit Bar. in. l. eos. ff. de fal. vbi quærit t. an sit credendū testi, qui dixit vnum extra iudicium, & aliud in iudicio, de quo vide D. m. in. c. p. tuas. s. de proba. Glo. super ver. secretō. ibi exemplo Danielis. dic. habetur historia Dani. c. 13. ¶ Glo. super ver. solummodo super illis. In fin. dic. secundū In. & Io. And. q. hęc gl. habet locum, quādo feret generalis inquisitio de omnibus criminibus, vel super statu ecclesie; si vero feret de speciali crimine post receptā inquisitionē, non est quærendū de fama; sed an testes illud sciant, etiā si occultē. ¶ Gl. sup. ver. in occultō. ibi, deterio- Par. j. K iij res.



res, dic, de hoc latius, vt tradit. 6. q. 1. in sum. ¶ Glo. super ver. inimicos se asserunt. ibi, debet interrogare. dic. Ioan. Vinc. Hostien. Inno. & Pet. ponunt hic multas interrogaciones, & quæ fiunt testibus in causa inquisitionis, & plures colligunt hic ex tex. Nā q̄ret index à teste, an inquisitus sit infamatus, an sciat, vel credat, an sit amicus, vel inimicus, an sciat illū commississe crimen. Item colligitur ex fine à quot audierit, & à quib⁹. Itē querit de habilitate ipsius testis, vel inhabilitate, & et de plurimis alijs, vide Doc. in c. cum causam. de testi. & Inno. in. c. dudū. 2. de elec. & in. c. 2. de confes. ¶ Sed circa prædicta aduertet; q̄a opponitur contra tex. nostrum in eo, q̄ vult, q̄ non credatur testi, si post depositionem dixit se inimicum; quia ¶ sicut testis non potest directè corrigere dictū suū, vt. c. p̄terea. de testi. cogen. Ita nec indirectè, vt. c. tuā. de p̄cu. & in reg. cū quid vna via. de re. iur. lib. 6. Sol. distingue, q̄ aut testis dicit se inimicū anteq̄ iuret; nec dicit in fraudem, & assignat capitales inimicitias, & nō debet recipi ad testimoniu; sed si non essent graues inimicitia, vel de hoc dubitat, non debet iudex p̄ hoc repellere; sed debet interrogare quales sint inimicitia; quia ¶ cū non sufficiat qualibet species inimicitia. vt traditur in. l. si quis testibus. & auth. si dicatur. & ibi per Bal. & Bar. C. de test. c. p̄ tuas. j. de simo. & Spe. in tit. de teste. §. 1. in prin. Bar. & Bal. in. l. testij in prin. ff. de test. ibi sequit, q̄ nō sufficit se dicere inimicū, p̄ quo dicto vide tex. singularē cū glo. ver. speciē. in. c. pia. de excep. lib. 6. & ibi vide rōnem; secus si quælibet species cōtenta sub genere sufficeret, vt ibi dicit glo. & ibi vide iura per eā allegata; & si inimicitia non essent capitales, ¶ quanta fides adhibenda sit, arbitrio iudicis relinquitur, vt dicitur iurib⁹; & ¶ sic videt, q̄ iudex non debet esse cōtensus sola responsione testis adherentis se inimicum. Aut testis dicit se inimicū post p̄stitum iuramentū, & tunc secundū Host. & Io. And. nō adhibet sibi fides super principali, et si hoc dicat in fraudē. Quod p̄batur; quia aut dicit verū, q̄ testis inimicus, & non debet ei credi vt inimico; aut dicit falsum, & sic ¶ est piurus, & sic ei non debet credi, vt periuro; & ideo dicit tex. hic in ver. nisi cū misterio, de fraude cōmissa circa hoc, ante p̄stitū iuramentū, Aut testis dicit se inimicum, postq̄ iurauit, & deposuit; & tunc aut incontinenti in fine depositionis dū super generalibus interrogatur, dicit se inimicum, & creditur sibi; q̄a incontinenti videt corrigere. d. suum, ante completū testimoniu; aut ex interuallo, & creditur priori dicto sup̄ principali; iudex tū debet cōsiderare quāta fides ei sit adhibēda, secundū. D. m.

S V M M A R I U M.

- 1 Fama, iuncto testimonio de credulitate, non facit plenam probationem ad imponendam penam.
2 Probationes in criminalibus debent esse luce clariores.
3 Testimonium de credulitate non probat.
4 Testis potest interrogari, an sciat, vel credat, quod deponit. Et quomodo ibidem.
5 Interrogatorium per qd testis esset interrogandus; an sciret ex auditu, vel ex credulitate; est refecandū. ibid. in fin.
6 Duo, vel plures dicuntur pauci.

- ibid. remiss. nē. & nu. 10. & 12. vtilitē.
7 Purgationes sunt arbitrariae.
8 Infamatus dicitur, cuius opinio apud bonos, & graues viuos laesa est.
9 Turpe est, à turpibus laudari.
11 Duo notorium probant.
12 Testes duo probant subscriptionem. 7. testium.
13 Opinio quandoq; praefertur testimonio.
14 Infamia probata alicuius, an infamatus admittatur ad probandum bonam famam. remissiuē.
15 Parochia, si non habet nisi duos, vel tres parochianos, an quis possit infamari.
Et an tunc inspicatur fama vicinarū parochiarum. ibidem.
16 Certus locus ad esse famam non requiritur.

§. Quæsiuisti.

Non puni- tur quis de crimine, de quo cōstat per famā, & testiū credulitatē, indicū tū illi purgatio; nec dicta paucorum infamant, h. d. Diuidit in. 2. partes. in prima ponit duplex q̄stio. in. 2. responsio. 2. ibi, ad qd. ¶ Nota primo, ¶ q̄ quo ad p̄nam imponendā, fama iuncto testimonio de credulitate, non facit plenam p̄bationem. Nam ¶ probationes in criminalibus debēt esse luce clariores, vt. C. de proba. l. sciant. canonizata. 2. q. 8. sciant. Et ex hoc, & ex tex. not. q̄ ¶ testimoniu de crudelitate nō probat, dic, vt dixi in. c. 3. de præsum. & c. causam. & c. quoties. & ibi, per D. m. s. de testi. Bald. in. l. non solum. C. de testi. & in repet. l. data. opera. C. qui accu. non po. Et ex prædictis, & ex tex. tertio infertur, q̄ ¶ testis potest interrogari an sciat, vel credat, q̄ deponit, q̄ dicit Io. And. intelligēdum, si singulariter fiat; secus si fieret in ḡnibus interrogatorijs; nā tale interrogatiō nec debet iudex admittere, nec facere, cū sit captiosus; q̄a testes simplices sepe deciperent, dicētes, se credere q̄ scirent, & sic viderent recedere à priori dicto, de quo vide Spec. in tit. de teste. §. iā de interrogatorijs. & fortius dicit Io. And. q̄ ¶ refecandū est interrogatiū, per quod testis esset interrogandus, an sciret ex auditu, an ex credulitate, vide D. m. in. d. c. quoties, ¶ Serūdo not. q̄ ¶ duo, vel plures, dicunt pauci, & q̄ ¶ dicta paucorum non infamant, qd qualiter intelligat, videbimus in glo. c. qualiter. j. eo. ¶ Tertio no. ibi, secundū arbitriū iudicantis. q̄ ¶ purgationes sunt arbitrariae, vñ stat in arbitrio iudicis qualitas, & numer⁹ purgatorū, q̄ limita, vt dixi in. c. cū. p. in gl. fi. s. eo. ¶ Ultimo no. ¶ q̄ ad hoc vt qs dicat infamatus, debet ei infamia esse apud bonos, & graues; q̄a de infamia prauū hoīs nō debet curari; cū sit ¶ turpe, à turpibus laudari, vt. c. magne. de voto. q̄a quodāmodo videret de cōplicitibus laudantiū, vt dixi et post Io. An. in. c. repellant. s. eo. ¶ Glo. sup̄ ver. depositionis. in. fi. dic, est facta timore contrarij. s. eo. c. in prin. vbi dicit, q̄ est p̄na arbitraria. Sol. dic secū dū In. & Host. q̄ in quantum tex. velit p̄nā depositionis imponi per viā inquisitionis, debet intelligi, q̄ essent alia crimina, quæ post pactam penitentia impedirent ordinis executionem, aliās p̄na esset arbitraria. vt. s. eo. ¶ Gl. fi. colligit, q̄ ¶ paucorū dicta non infamant; demum querit, & sol. in eadem, ibi, inducunt famā. dic, non intelligas, quod gl. velit, q̄ duo, vel plures nō p̄bent famam, vel infamia; quia hoc est

C A P. X X I I.

S V M M A R I U M.

hoc est falsum, vt probatur in. c. tā literis. s. de testi. & not. glo. 4. q. 2. §. item sepe. In glo. super ver. fama. in fi. & gl. 2. q. 1. in fi. §. si que etiam vult, ¶ q̄ duo probent notorium. idem vult Bar. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de q̄tio. de quo dixi. in. c. tertio loco. s. de p̄sum. & not. glo. in. l. 3. §. eiusdē. ff. de testib. Facit. l. 2. C. de bo. posses. sec. tabul. vbi ¶ probatur subscriptio 7. testium per duos testes. Sed dic, q̄ tex. debet intelligi, q̄ testes deponunt de fama, vel infamia existētī apud eos; secus si duo deponerent, q̄ quis esset infamatus apud bonos, & graues. Vnde dicit hic Gof. q̄ regula potest esse duplex. Vna de p̄na imponendā. Alia de inquisitione faciēda, & ad vtranq; respōdetur negatiuē. Nam si testes deponunt de credulitate, istud non sufficit ad probationem, & p̄nā delicti, vt. s. dixi; nec sufficit ad inquisitionem, cum de beat esse infamatus apud bonos, & graues. Non ob. q̄ duo possunt impetrare inquisitionē; q̄a vltra hoc oportet, qd probent infamiam, vt. c. cum oporteat. s. eod. ¶ Quidam tamen intelligunt tex. nostrum, q̄ licet duo, tres, vel plures probent infamiam, ex eo; quia probat aliquē infamatus apud bonos, & graues; tamen si communis vox, & opi. viciniā non habet ipsum pro infamato; ipsa ¶ opinio praefertur testibus, sū Host. Non ob. c. cum in tua. de spon. quia licet probetur infamia per testes; tū vbi probationes non inducuntur, maximē de loco vbi est in certa infamia, tutius, & melius est habere proprijs auribus certitudinē de illa in loco, vbi dicitur infamatus, arg. s. de elec. c. postq̄. & c. scriptum. de purga. cano. c. cū dilectis. vult ergo, q̄ quando per cōmunem vocem constat aliquē esse bonę famæ, licet duo, vel plures pauci dicant illū infamatum, non tū fiat inquisitio, vt hic. Sed si non constat de fama bona, & probata sit infamia, licet quis vellet plures inducere, apud quos esset bona fama, vel per quos vellet probare bonam famam; tū non debet admitti, sed indicenda est purgatio. 2. q. 5. omnibus. Subdit tamen Host. q̄ benē faceret iudex illos recipere, & morem gerere producenti, arg. l. circa. ff. de proba. & 2. q. 7. c. cum pastoris. cum simil. Et hinc sumpta occasione D. Aat. hic tractat, ¶ an probata infamia alicuius, admittat infamatus ad probandam bonā famam, de quo dic, vt dixi. in. c. cum oporteat. s. eo. in. 6. q. In fine glo. dic, secundū Io. And. q̄ quidam tenent, arg. huius glo. q̄ ¶ si parochia non habet nisi duos, vel tres parochianos, nō possit quis infamari. Refert tamen Abb. dicere contrarium; cum etiam inspicatur fama vicinarum parochiarum, vt. c. super. eod. de cens. & c. super. eod. de cogna. spiri. & in hoc residet Io. And. & transeunt communiter\* Doc. Sed D. m. dicit. q̄ & glo. & Abb. malē dicunt; quia ¶ ad esse famā non requiritur certus locus, nam potest esse quis infamatus nō habito respectu ad certum locum, videlicet; apud collegium, vel vniuersitatem scholarium, vt. l. inter oēs. ff. de furt. Facit. l. apud iulianū. §. Seio. ff. de leg. 1. & ibi glo. & l. inter oēs. ff. qui satisda. cog. & sic potest esse infamatus apud bonos, & graues non habito respectu ad certum locum, q̄ idem dicit Bar. in. d. l. minore. §. tormenta. ff. de questu. Ex quo sequitur glo. non benē dicere, in eo, q̄ vult maiorem partem viciniā requiri, ad hoc vt quis dicatur infamatus, de quo latius dicam in. c. qualiter. j. eod.

- 1 Inquisitio, si per Papam alicui specialiter delegetur, non potest etiam legatus de latere se in illa intrromittere.
2 Processus habitus coram inferiore, in causa delegata a Papa, est ipso iure nullus.
3 Inquisitus, & probatus culpabilis per generalem inquisitionem, potest puniri absq; alijs probationibus.
4 Culpabilis, ex inquisitione generali, non restricta ad certum genus personarum, an possit puniri.
5 Inquisitioni generali formate contra collegium, quilibet de collegio se opponere potest.
6 Vnius dictum, praefertur quandoq; dicto aliorum.
7 Electio prelati, siue vacet per mortem, siue per priuationem, ad quem spectat.
8 Sedes Apostolica si vacat per priuationem Papae factam a concilio, noua electio ad quem pertineat.
9 Sabaudus dux fuit electus in sum. Pont. & vocatus Felix quintus huius nominis.
10 Prelatus inferior si fuit priuatus in Curia Rom. an vacet prelatura in curia. remissiuē.
11 Priuatus per iudicem non seruato iudiciario ordine; quid facere debeat.
12 Criminosus petens restitutionem beneficii, si de crimine notorie constet, non auditur.
13 Circuitus non semper vitandus.
14 Priuatus iure electionis de se facere, non vitio personae, sed solemnitatis, non fit inhabilis ad eandem dignitatem.
15 Electus in locum minus legitime priuati, non efficitur inhabilis.
16 In sententia est exprimens causa, quotiescunq; per sententiam tertio, prater sententiantis voluntatem preiudicari possit.
17 Tacens non videtur consentire.
18 Iurisdicchio non sui iudicis, etiam in causa criminali prorogari potest. Quod tamen intellige, vt nu. 22.
19 Prorogationis iurisdictionis, duo singularia notatu digna.
20 Error etiam si in iure consistit, impedit, & vitiat iurisdictionis prorogationem. Quod tamen limita vt nu. 21.
21 Spoliatus, non seruato ordine iudiciario, restituitur. & nume. 26.
22 In beneficalibus, si constat petenti restitutionem ius ipso iure non competere, sed etiam si competeret; resoluendum fore, non est restituendus.
23 Defectus potestatis, non videtur defectus ordinis, nec e contra.
24 Plenitudinis potestatis via, multa expediuntur in curia, quando perniciose iuris subtilitas vritati prauidicatur. Quod secus est, si ius alterius subuerteretur, vel veritas destitueretur. ibidem.
25 Papa potest facere quadrata, rotunda, & e contra; Quod tamen intellige, vt ibidem.
26 Exceptio hac, q̄ causa est alteri delegata, est iusta, & admittenda.
27 Delegatio, eximit à iurisdictione inferioris iudicis.
28 In inquisitione non est necessaria litis contestatio.
29 Facta ante insinuationem rescripti. Apostolici licet valent; non tamen valent, quæ post insinuationem sunt.
30 Appellatio sine grauamine fieri non debet.

- 34 Exceptio recusationis si est legitima, gesta post eam non valent; Quod intellige; vt ibidem.
- 35 Recusatio Cardinalis de facili non admittitur.
- 36 Index publicatis attestacionibus, non debet alios testes recipere. Fallit tamen in Papa; vt nu. seq.
- 37 Papa ex officio in beneficijs maximè curatis, & episcopatus, propter animarum salutem, plura potest.
- 38 Recedens, & appellans; an sit citandus ad sententiam.
- 39 Citatio peremptoria in quibus actibus requiratur, remis.

# Ad petitionē.

Comp. opi.

† Si qua inquisitio per Papam specialiter delegetur, legatus etiam de latere non potest in illa intrinsece. h. d. & ita \* communiter summatur. Sed D. m. dicit, quod hoc summarium non congruit literę. Vnde ipse aliter summatur, videlicet; Si is, de cuius crimine in iudicio constat, petit restitutionem propter iuris ordinem non seruatum, non est audiendus; sed eum, tanquam notorie criminofum, debet superior de nouo priuare. h. d. Diuidit in duas partes. Primo, ponitur facti narratio. Secundo, diffinitio. 2. ibi, cum agitur. ¶ Notō primo, quod processus habitus coram inferiore in causa delegata per Papam est ipso iure nullus, sed D. Ant. dicit, quod hoc notabile de necessitate non concluditur hic; quia hic fuit appellatus. ¶ Secundo not. quod inquisitus, & probatus culpabilis per inquisitionem generale potest puniri, absq; alijs probationibus; quia sufficientes probationes in inquisitione generali; & sufficit citare, quod veniat ad contradicendum, si velit quid opponere, quod tamen dicit D. m. procedere, quando generalis inquisitio fuisse formata contra certum genus personarum; videlicet, contra aliquam vniuersitatem, vel collegium; & ratio est; quia hoc casu videtur specialiter formata contra quemlibet, vt facit, in sim. c. per inquisitionem, secundum vnam lec. 3. de elect. & c. 2. de confes. Vtrum autem in inquisitione generali non restricta ad certum genus personarum, culpabilis possit puniri; verbi gratia. Repertus est Titius occisus, iudex inquit, quis illum occiderit, & per testes receptos probatum est, quod S. interfecit. T. tamen nunquam fuit citatus; poterit ne ex talibus probationibus puniri sine nouo ordine iudicij? D. m. dicit, quod dubium est notabile, & remittit an not. p. Inno. in. c. bonæ. 1. de elec. Tu vide Bald. in. c. 1. §. iniuria. de pace iur. fir. vbi tenet, quod no. Et Ang. in re. p. l. si vacantia. C. de bo. vac. ver. item scias. de quo dicā in. c. qualiter, & qn. j. eo. in. 1. articulo princip. q. 93. ¶ Tertio not. quod quilibet de collegio potest se opponere inquisitioni generali formate contra collegium; ratio est; quia cuiuslibet singulariter interest, vt statim dixi, agitur enim de interesse, & pœna cuiuslibet; secus si exceptio concerneret fauore collegij, vt collegij; quia tunc sicut Inno. deberet proponi per collegium, seu representantem collegium, aut maiorem partem ipsius, vt not. in. c. edoceri. §. de rescrip. quod limita. vt not. in. c. 1. §. de his. quæ si. a ma. par. ca. & c. dilecti de ma. & obe. in quibus probatur, quod ¶ Quarto not. quod electio prelati spectat ad collegium, siue vacet per mortem prelati, siue per priuationem factam iudicialiter a superiore. Et dicit hic D. m. quod iste tex,

8 allegebatur in arg. in concilio Pisano, quod licet vacaret Sedes Apostolica per priuationem Papæ factam in concilio per ipsum concilium, tamen noua electio Papæ debebat fieri per collegium Cardinalium, vt hic. In contrarium respondebatur, quod iura tribuentia talē potestatem Cardinalibus, loquebantur, quia vacaret per mortem, vel renuntiationem; vnde aliud videbatur, si per priuationem concilij vacaret; vt scilicet, ad concilium pertinere. 79. dist. c. si duo. & tangit D. m. in. c. licet. de elec. In inferioribus tamen indistincte redijt electio ad collegium, vt hic. Fortè tamen per euitandas opin. assertum concilium Basiliense post assertam priuationem factam de Eugenio Quarto, citauit omnes Cardinales, vt venirent ad nouam electionem; & vt asseritur nunc, quod elegerunt in summum Pontificem ducem Sabaudia, cui impositum est nomen Felix Quintus. Quid autem, si alius prelatus inferuerit priuatus in curia Ro. an vacet prelatura in curia, vide glo. in ver. collato in clē. 1. vt lit. pen. & ibi dixi. ¶ Quinto not. quod priuatus per iudicem, etiam non seruato ordine iudiciario, non videtur posse petere restitutionem spoliacionis; sed debet petere restitutionem in integrum aduersus sententiam, secundum D. Ant. Sed tu dic, vt traditur in. c. cum quarenti. de restitu. spolia. ¶ Sexto not. quod criminofus petens restitutionem beneficii, non auditur, si de crimine notorio constet, etiam iure notorietatis, de quo dic, vt latius dixi in. c. si confiterit. §. eodem, ¶ Septimo not. quod non semper vitandus est circuitus, sed aliquando seruandus, vt satis fiat iuri. ¶ Octauo not. quod priuatus iure electionis de se facta, non vitio personæ, sed propter defectum solemnitatis, non inhabilitatur, quominus possit eligi ad eandem dignitatem; vt probatur in. c. super eo. de elect. imo plus singulariter probat iste tex. quod electus in locum minus legitime priuatus, non efficitur inhabilis; quia iste defectus non est electi, sed priuantis, vnde excusatur propter autoritatem superioris, quem credebatur rite, & recte processisse; secus autem si acceptasset electionem alio legitime destituito; quia tunc efficeretur inhabilis ad illam dignitatem; vt est tex. in. c. 1. de concess. præben. ¶ Vltimo not. quod in sententia expressa de causa, quocumque; per ipsam sententiam posset præiudicari tertio præter voluntatem sententiantis, de quo dic, vt latissime dixi in. c. sicut nobis. de reg. iur. ¶ Glo. 1. sentit contrarium, quod processus legati debuerit valere, ex eo quod iste G. abbas tacendo, & non respondendo inquisitioni factę per legatum, videtur renuntiasse literis, vt probat glo. in princip. per sex iura. In contrarium tamen allegat iura. Deinde colligit, quod tacens non videtur consentire; & allegat duo iura in contrarium. In eadem, ibi, non valuit, quod fecit. dic, intelligit ergo glo. quod priuatio abbatis, non valuit, ex eo quod legatus carebat iurisdictione; & ratio est, quia Papa dictam causam inquisitionis specialiter alijs commiserat. Et sic. 2. inferit, quod si vna causa est alteri specialiter delegata, apud alterum iudicem illius causæ non potest fieri prorogatio. Aduerte tamen; quia Inno. hic variavit; nam in principio idem tenuit, quod glo. sed in fin. tenet contrarium, vt dixi in prin. & ad contrarium, quod deberet valere processus legati, virtute iurisdictionis prorogato,

respon-

respondet dupliciter. Primo, quod contrarium pro cedit, quando quis egisset in figura iudicij ordinarij, nam tunc receditur a iudice delegato, & prorogatur iurisdictioni ordinarij; secus si agatur in figura iudicij non ordinarij; sed hæc responsio non placet D. Ant. Secundo respondet Inn. quod contraria loquuntur in merè ciuilibus, vbi iudices non procedunt inuitis partibus. Et pro hoc etiam facit, quod taciturnitas abbatis non videtur potuisse auferre iurisdictionem inquisitionis delegatę per Papam, & illam dare delegato, quod videtur etiā sequi hic Io. And. Sed hæc responsio non placet D. Ant. licet enim abbas non potuisset priuatiuē consentire in alium iudicem priuando ipsos, quibus delegata erat inquisitio, tamen accumulatiuē videtur potuisse; nam etiam in causa criminali prorogatur iurisdictioni non sui iudicis, vt l. 1. c. de iurisdic. om. iudi. & trad. in. c. si diligenti, de fo. compe. & per Inno. in. c. de causis, de offic. deleg. & per D. Ant. in. c. P. & G. de offic. deleg. Vnde Inn. respondet tertio, quod contraria loquuntur, quando pars fecit aliquid positiuē, adeundo iudicem, faciendo aliquid, per quod possit dici prorogasse iurisdictionem illius, & recessisse aliter impertratis. Sed hic iste abbas nihil fecit positiuē, quia non adiuit legatum, sed solum passus est illum procedere. Et sic, ex hac sol. not. quod duo singularia in materia prorogationis iurisdictionis, Primum, quod ad validitatem prorogationis iurisdictionis non est necessarius consensus expressus, sed sufficit tacitus; scilicet, adeundo iudicem, & litigando coram eo. Idem Doc. in. d. c. si diligenti. & Bar. in. l. 2. ff. de iudi. Secundum est, quod per solam patientiam patientis iudicem procedere contra se, non prorogatur iurisdictioni non sui iudicis, nisi ex parte ipsius interueniat aliquid facti. Et hæc sol. placet hic D. Ant. pro qua allegat dictum Inno. in. c. olim. el. 3. de restitu. spo. quod tamē intelligit, nisi esset processum ad aliquod actum, propter quod videretur prorogata iurisdictioni; quia licet per patientiam non renuncietur literis, potest tamen prorogari iurisdictioni. Vnde potest dici, secundum Inn. quod iste abbas errauit in iure; quia credit non posse declinare iurisdictionem legati; qui terror, etiam si in iure consistat, impedit prorogationem iurisdictionis, vt l. 1. si per errorem. ff. de iu. om. iu. & quod dicitur in l. 2. ff. de iudi. Sed hæc responsio non placet Inn. quia iste legatus erat iudex competentis ipsius abbatis, quasi velit dicere, quod hic non agebatur de prorogatione iurisdictionis; sed de declinatione iurisdictionis legati. Et ex prædictis dicit D. m. colligi nota, limitationem in materia prorogationis; videlicet, quod error iuris ita demum vitiat prorogationem, quando loquimur de vera prorogatione; vt quia fiat prorogatio non sui iudicis; secus si prorogatur iurisdictioni sui iudicis ordinarij, qui potuit aliqua exceptione declinari; nam si non declinatur, etiā ex errore iuris tenet processus, vt no. in. d. l. si per errorem. & l. si conuenit. ff. de iur. om. iu. dixi in. c. si significasti. de fo. compe. in. 6. articulo principali. ver. 2. q. & c. 1. §. de iudi. & ibi per D. Ant. qui concludit finaliter, quod ideo hic non valuit processus; quia abbas nullum actum fecerat, per quod videtur renuntiasse literis, & sic legatus non fuit iudex competens, & sic deficit processus propter defectum iurisdictioni, Inn.

tamen in alia glof. videtur concludere, quod priuatio abbatis non fuit inualida propter defectum potestatis; dicit enim, quod inputandū fuit abbati; quia a principio non excepit; quia hæc exceptio, tãquam declinatoria debebat proponi in principio, vt dixi in. c. inter monasterium. §. de regula. vnde videtur velle Inn. quod iste abbas potuit consentire in istum legatum. Et hoc etiam videtur sensisse Host. hic, dum dicit quod abbas tardè proposuit hanc exceptionem, & quod hic non valuit priuatio abbatis, non propter defectum potestatis; sed propter iudiciarium ordinem non seruatum. Vnde distinguit hic D. m. quod aut inquisitio est commissa ad petitionem partis; & tunc regulariter litigando, vel patiendo suum iudicem procedere in illa causa, videtur renuntiare rescripto per eum impetrato, vt. c. vt debitus. & ibi dixi. §. de appell. & c. ex cõquestione. de resti. spo. & ita cõtingit hic, quia inquisitio fuit commissa ad petitionem istius G. abbatis; & tamē re integra fuit passus legatum procedere, & per consequens tacite videtur renuntiasse impetrationi, & iste intellectus, quem etiam tenet Inn. in glo. & Host. mihi placet; videlicet, quod hic processus non fuit inualidus, ratione defectus iurisdictionis, sed ratione defectus omisi ordinis; nam hic non fit mētio de defectu potestatis, sed de ordine non seruato. Aut & secundo; inquisitio fuit commissa motu proprio, & hoc casu si Papa renouat ad se inquisitionem ex certa scientia, processus factus per inferiorem non tenet; licet pars non excipiat, vt no. in. c. cum M. §. de confes. & c. vt nostrum & ibi dixi. §. de appell. Sed si Papa alteri commisisset inquisitionem, vel cognitionem; processus factus per alium inferiorem aliàs habentem iurisdictionem benè teneret, si pars non opponeret; quia licet pars tali non possit delegato talem iurisdictionem tollere; potest tamē in præiudicium suum in alium consentire; vt in simili dicimus de causa criminali, in qua, vt §. dixi, licet prorogare accumulatiuē iurisdictionem alterius, non tamen in præiudicium sui iudicis. ¶ Glo. 2. op. quod probationibus factis coram legato, non debuit Papa sententia, cum ille essent uulle, tanquã facta coram iudice incompetenti. per. c. at si clerici. §. de iud. tandem solu. tenendo contrarium, quod in modo faciendū fides, sed hoc non est respondere ad contrarium, vnde potest colligi ex glo. 2. sol. quod Papa hoc fecit ex plenitudine potestatis. Vel 3. dicit glo. Papa sententiauit non propter acta facta coram legato; sed quia de nouo fuit facta fides coram eo. In si. gl. dicit, hæc vltima sol. placet, D. Ant. dicit tamē, quod tex. potest etiā intelligi, quod probationes erant facta coram legato ante appellationem, ideo erant valida; vnde prætextu illarum potuit Papa sententiam ferre. Sed tu dic, quod hæc sol. non est bona, si ponemus defectum potestatis. Ideo aduerte; quia tenendo alium intellectum; videlicet, quod hic non est aliquis defectus potestatis, seu iurisdictionis, cessat contrarium; quia valent probationes facta coram legato, tanquam iudice suo; & licet sententia non tenet propter omissum ordinem iudiciarium, tamen probationes remanant valida, vt not. in. c. ad probandum. §. de re iudic. & l. expressum. ff. de appell. ¶ Glo. super ver. restituendus foret. sentit contrarium de. c. conuarente. de restitu. spo. vbi §. spoliatus non seruato iudiciario ordine restituitur. In eadem, ibi, propter



propter scandalum; dic, vel tertio, & melius, q̄ ideo hic non fit restitutio; quia notorie constabant crimina abbatis, propter quæ veniebat priuandus; & sic nota singulare, q̄ in beneficalibus nõ solum si cõstat ius ipso iure non competere petenti restitutionem, nõ est ipse restituendus; sed etiam si constaret ius competere, sed resoluendum fore, per tex. nostrum, & sequitur D. Ant. & facit, q̄ dixi post D. m. in. c. si constiteris. 3. eod. remittit tamen D. Ant. de hoc ad no. in. c. in literis. & in. c. item cum quis. 3. de restitutio. spol. Sed tu vide de hoc articulo lati' p̄ D. m. in disputa. sua. quæ incipit Titius clericus. in tertio dubio. q̄ respectu istius restituendi, non fuit hic aliqua specialitas in Papa; nam idem dicendum esset in quolibet inferiore habente potestatem restituendi; & ex his patet responsum ad contrarium allegatum in gloss. in fin. quia ibi fuit pretermisus ordo; sed non constabat de criminibus inquisiti. ¶ Gloss. in versiculo non seruatum. format contrarium, de. c. qualiter. j. eodem. & soluit. In fin. gloss. dic, hæc sol. non est bona; quia defectus potestatis, non videtur defectus ordinis, nec e contra; vnde responde ad contrarium, quod licet in regularibus non sit ex toto seruandus ordo; tamen aliquis ordo seruandus est, vt traditur in. d. c. qualiter. & hunc fortè prætermisit legatus, quem seruare debebat. ¶ Glo. in vers. prouidemus. in fi. dic, vult ergo, q̄ Papa processit de plenitudine potestatis; quia de iure iste ¶ spoliatus, iuris ordine nõ seruato, debebat restitui, de quo dic, vt dixi in gloss. 3. Et dicit hic Host. quod ¶ per hanc viam plenitudinis potestatis multa expediuntur in curia, quod dicit sibi placere, quando p̄niciofa iuris subtilitas præiudicaret veritati, de quo in. c. dilecti. 3. de iud. sacus si ex plenitudine potestatis subuenteretur ius alterius, vel veritas destitueretur, de re iud. c. in causis. quod frequenter contingit, quamuis in hoc mundo non sit locus quærelæ, secundum eum. 9. q. 3. c. aliorum, & vide quæ dixi in. c. cum olim. 3. de re iudic. & vide Hostien. & Io. And. in. c. cum venissent. 3. de iudic. vbi dicit, quod ¶ Papa potest facere quadrata, rotunda, & e contra, quod intellige, si essent buccellæ panis, vel marzapanes; sed non de illis quadratis, de quibus loquuntur Geometra. ¶ Glo. pen. in fi. dic, de hoc articulo vt dixi in. c. pen. 3. de re iu. vel potest dici, quod hic fuit cognitum de iure vtriusq; ideo de vtroq; potuit pronuntiare; secus si non fuisset cognitum; sed plus placet intellectus glo. prout dixi in. d. c. pen. in gl. 1. post prin. Extra glo. opponitur dicitur hic, quod erat finita inquisitio; contra, quia nondum erat lata sententia. Sol. dic, quod erat finita quo ad indagationem, & tertium examinationem, secundum Pet. & Abb. ¶ Secundo opponitur, quod hæc ¶ exceptio, quod causa erat alteri delegata, erat iusta; ergo debebat admitti; quia ¶ delegatio eximit a iurisdictione inferioris iudicis, de offic. delega. c. pastoralis. §. 1. & 3. de rescript. c. ceteris. de resti. spoliati. c. audita. Sol. secundum Inno. & Host. exceptio erat legitima; sed tardè fuit opposita; debebat enim opponi inter ipsa iuris auspicia, vt de reg. iur. d. c. cum inter. & ideo successit regula. l. de qua re. ff. de iudi. Goffr. tamè hic dicit, quod quia ¶ in inquisitione non est necessaria litis contestatio semper ante correctionem, vide-

tur esse quis in initio; & sic deberet posse opponi talis exceptio. Sed dicit D. Ant. & bene, quod hoc nõ est verum, per not. per Io. And. & Doc. in. c. cum. M. 3. de confi. & per glo. in. c. 1. de elect. lib. 6. & per not. in authen. offeratur. C. de lit. contest. & in authen. nisi breuiore. C. de sen. ex breui. reci. Itè dicit hic Goffr. vt refert hic Io. And. quod dato, quod valuerit cognitio legati; tamen amotio, & subrogatio non debet valere; quia ¶ licet ea, quæ sunt ante insinuationem rescripti apostolici valeant; non tamen valent, quæ sunt post insinuationem, vt. d. c. audita. 3. de restit. spoliato. & c. ex tua. de fil. præsby. Item secundum Goffr. ex quo abbas appellauerat, legatus non debebat procedere, nec etiam debebat exequi sententiam, quamdiu poterat appellari, vt traditur in. c. non solum. de appell. lib. 6. dicit D. Ant. quod tenendo opin. quam glossa cõmuniter \* tenent, quod processus non valuit ex defectu potestatis, cessante contrarium. Sed tu dic, quod sententia; & amotio non valuerunt propter non seruatum ordinem, vt dicit tex. Non obstat, quod dictum est de appellatione; quia illud procedit, quando iudex detulisset, vel appellatio esset iusta, & legitima. Sed hic Hostien. dicit, quod appellatio non valuit; quia ¶ nõ fuit facta a grauamine, vt. c. cum in ecclesia. & c. vt debitus. 3. de appell. ¶ Tertio oppo. quod ¶ legitima erat exceptio recusationis, & per consequens gesta post recusationem non deberent valere. Sol. dic, q̄ argumentum procedit quando recusatio est proposita in debito tempore, & debita forma, quod non fuit; dic, vt dixi in. c. cum speciali. de appell. Vel dic 2. secundum D. Ant. post Io. And. & Hosti. q̄ ¶ nõ de facili admittitur recusatio contra Cardinales, & dic de hoc, vt dixi in. c. nouit. de appell. in fi. not. ¶ Vltimo opp. q̄ ¶ publicatis actis, Papa non debuit alios testes recipere, vt. c. fraternitatis. de testa. & cl. fi. eo. tit. Sol. Inn. & Host. dicunt, q̄ Papa hic recipit istas probationes ex officio, & hoc cõtinetur sub ista de causa. & l. quæ ponitur ante ver. cum igitur. sub qua, cõtinentur etiam secundum eos, allegationes; vnde voluit etiã, q̄ licet inferior iudex publicatis actis nõ possit iterato testes recipere, vt in contrarijs. Vel postquã cõclusum esset in causa, vt. c. cum Ioan. 3. de fide instru. tamen ¶ Papa potest; maxime cum agitur de beneficijs, & maxime curatis, & præcipue episcopatus, quo casu, secundum eos, quilibet iudex. & maxime Papa 9. q. 3. c. cuncta. & c. per principalè. põt, quã tuncunq; sit in causa cõclusum, etiã inuitis partibus ex officio nouas p̄bationes recipere, & negotiũ, & sententiã examinare, p̄pter animarũ periculũ; & ne q̄s per subreptionẽ abscõdat, vt. c. cũ nobis. & c. cũ dilectus. de elec. Si enim hoc licet, vbi de vnus, aut duorum salute agitur, vt. c. series. de testi. & c. fin. de p̄bat. fortius, vbi immineret periculũ tot animarũ. 3. vt lit. nõ contesta. c. qm. §. porrò. vnde supplet in his de facto. Facit. c. 2. de postul. sũ Host. & ad hoc vide Host. & Io. And. in. c. cũ venerabilis. 3. de cõfess. & c. cũ inter. eo. tit. ver. irritadã. & dic de hoc, vt latè dixi i cl. 1. de integ. restit. in 25. & 26. fallentijs. ¶ Sed q̄ro, vtrũ ¶ precedes, & appellans sit citadus ad iniam? Sol. dicit Inn. quod nõ; dic tu, vt dixi in clem. 1. de dol. & contum. ¶ Vltimo, quærunt hic Doctores ¶ in quibus actibus requiratur citatio peremptoria; qui

qui articulus non pertinet principaliter ad tex. nostrum. Vnde pro eo dic, vt hic per Io. And. D. Ant. & D. m. in. c. 1. 3. de iudic. & per Bal. in. c. 1. de mi. val. qui contu. & in. l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iud.

C A P. X X I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Exceptio criminis non obstat in beneficalibus agenti possessorio adipiscende, & nu. 6. quod tamen intellige, vt ibidem. Præticam verò, tunc procedendi, vide nu. 10.
2 Filius beneficio, cui pater immediate ministravit, præfici non potest.
3 Neq̄ ex filio, vel filia, an possit immediatè beneficio aui ministrare.
4 Aeditium de filijs presbiterorum, quo ad beneficium obtinendum, non habet locum in transuersalibus.
5 Neq̄ propriè dicitur per lineam descendentem.
7 Homicidium, & periurium reddunt quem inhabilem ad obtinenda beneficia. & nu. 24. vbi qd̄ est hæresis.
8 Repulsus ab excipiendo, ex eo, quod exceptio nõ adaptabatur ad viam intentatam, admittitur per viam agendi, si de exceptione non fuit cognitum.
9 Crimina plura promouens, non arctatur ad omnia probanda; sed sufficit vnum probare, si quodlibet per se sufficit.
11 Deficiens in purgatione, punitur vt conuictus, per viam agendi.
12 Purgatio iudicis officio indicitur.
13 Deficiens in purgatione, debet puniri per viam inquisitionis, non per viam accusationis.
14 Presumptio violenta sufficit ad condemnationem.
15 Iudex, quando procedit ex presumptionibus, multum debet ponderare suam sententiam. Quod tamen intellige, vt nu. 19.
16 Iudex, quando procedit ex inquisitione, nisi in quibusdam criminibus, debet arbitrio suo sententiam moderare.
17 Homicidij crimen, probatum etiam per viam inquisitionis, operatur, vt quis, puniatur, ac si via accusationis cõtra eum procederetur. Et quæ sit talis pena. ibidem.
18 Cap. significasti. extra de adulter. intellectus.
19 Reus, si non probat innocentiam suam, habetur pro conuicto.
20 Presumptio iuris non ita fallitur, sicut falli potest præsumptio hominis.
21 Turpius eicitur, quam non admittitur hospes.
22 Infamato non debet tradi possessio.
23 Inscriptio non est necessaria, quando agitur ad priuationẽ beneficij, & non ad penam naturalem delicti; & admittitur tunc procurator. ibidem.
25 Exceptio, quæ si probatur, non reuelat probantem, non est admittenda.

Accedens. Exceptio criminum, possessionem prælati non retardat; nisi fuerit de his publicè infamatus. h. d. vel dic; & melius secundum D. m. Agenti ¶ possessorio adipiscendæ in beneficalibus, non obstat exceptio criminis, nisi de eo sit infamatus, & infamato, accusatore nõ comparente, vel non probante, indicitur purgatio, in qua si

defecerit, punitur vt conuictus h. d. Diuiditur in. 2. partes. In prima, decise narrat factũ. In secunda, sub certa forma mandat diffiniri negotium. 2. ibi, mandamus quatenus. Et in tex. ibi cõferendam. & j. dic, sub isto. j. cõtinetur, quod iste non fuit admisus ad possessionem propter crimina contra eum obiecta; & ideo petijt a Papa prouideri sibi de remedio oportuno; vnde Papa prouidet, vt sequitur, ibi, mādamus quatenus. & c. ¶ Noto primo, ibi, G. nepos. q̄ licet ¶ filius clerici nõ possit præfici beneficio, in quo pater ante immediatè ministravit, vt. c. ad extirpandas. 3. de fil. præsby. secus tamen est in nepote. Aduerte tamen; quia tex. noster potest dupliciter intelligi. Vno modo, q̄ iste esset nepos ex filio, vel filia; & tunc nõ est clarum, imò dubium, ¶ vtrum possit præfici in beneficio, quod immediatè prius auus obtinuerat, de quo in. d. c. ad extirpandas. vbi glo. & Inn. tenent, quod sic, facit. ff. de ritu. nup. l. senatus. & l. iusta. ff. de verb. sign. Alij vero tenent contrarium, vt Goffr. per l. lege. ff. de ritu. nup. de quo articulo dic, vt traditur per Host. in summa in tit. de fi. præsby. §. 2. vers. nunquid. Ego disputavi Paduæ. Et incipit disputatio. Archid. Senensis, in quarto dubio. Secundo modo potest intelligi de nepote ex fratre, vel sorore; & in hoc tex. procedit, sine dubio; quia nepos potest succedere in beneficio patris, vel auunculi; & ita intelligit tex. nostrum hic D. Ant. probatur idem, in. c. ex parte. 3. de offic. deleg. & c. non sine. de arbit. quia ¶ editum de filijs presbiterorum quantum ad articulum nostrum, non vendicat sibi locum in transuersalibus; ¶ propriè tamen nepos dicitur per lineam descendentem, vt. l. iuriscõsultus. ff. de gradib. ¶ Secundo not. q̄ ¶ agenti possessorio adipiscendæ, non obstat exceptio criminis, etiam si sit tale crimen, quod ipso iure inferat nullitatem collationis; dummodo illud sit sine infamia; nam hic opponitur exceptio homicidij, quod inficit collationem ipso facto, etiam si præcedat, vt. c. cum nostris. de cõfess. p̄b. ¶ Tertio not. duo crimina, ¶ quæ reddunt quem inhabilem ad beneficium cõsequendum, homicidium scilicet, & periurium. ¶ Quarto not. ex verbo deinde. quod ¶ repulsus ab excipiendo, ex eo, quod exceptio nõ adaptabatur ad viam intentandam, admittitur per viam agendi; quando de exceptione nõ fuit cognitum, vide ad hoc, quæ dixi in. c. constitutus. 3. de appell. ¶ Quinto not. quod ¶ promouens plura crimina, non arctatur ad omnia probanda; sed sufficit vnum probare, quando quodlibet per se sufficit, argu. c. 2. 3. de rescript. & ibi not. ¶ Sexto not. ¶ præticam procedendi, quando opponitur exceptio criminis cum infamia contra agentem possessorio adipiscendæ in beneficalibus; quia petens non statim repellitur, nec statim admittitur, licet non probetur exceptio; sed indicitur purgatio, & effectus petitionis suspenditur vsque ad euentum purgationis, in qua si deficit, imponitur sibi silentium; sed si purgatur, admittitur ad beneficium, & aduersar' punitur in expensis, vt hic; Itè punit hodie & alia pena, de qua in. c. 1. de electio. lib. 6. ¶ Vltimo not. q̄ ¶ deficiens in purgatione, punitur vt conuictus per viam agendi, secundum Goffr. & dicit Ab. q̄ alibi non ita clarè probatur. Sed contra hoc vltimum notabile opp. D. Car. Flo. hoc modo, ¶ purgatio indicitur officio iudicis; ergo in ea defi-

deficiens deberet puniri, vt conuictus per viam inquisitionis, quasi vellet dicere, q̄ licet p̄cesit accusatio; tamen quia cessauit, & propter remanentem infamiam indicta fuit purgatio, † deficiens in ea debet potius puniri per viam inquisitionis, quam accusationis, vt. c. cum inter. de purg. can. Secundo mouetur; quia ideo conuictus in purgatione punitur, vt conuictus; quia probabilis p̄sumptio, quæ insurrexit ratione infamiae propter defectum purgationis transit in † violentam p̄sumptionem, quæ sufficit ad condemnationem, vt dicit glo. in vers. beneficio priues. in. c. insinuat. j. de simo. vnde cum hoc casu † procedatur per p̄sumptionem, debet iudex multum p̄derare sententiã suam; vt not. dicit Inno. in. c. quia verisimile. §. de p̄sum. & c. afferre. eo. tit. quasi vellet dicere, q̄ iste potius debet puniri per viã inquisitionis, nisi in quibusdam criminibus, iudex secundum arbitrium suum debet sententiam moderare, vt est tex. in. c. inquisitione. in princ. §. eod. & ibi dixi. D. m. hic in effectu reprobat hoc vltimum notabile, & dictum D. Cardi. Mouetur; quia † crimen homicidij, de quò hic, probatum etiam per viam inquisitionis, operatur, vt imponatur eadem pœna, quæ imponeretur per viam accusationis; vnde conuictus debet deponi ab officio, & beneficio, nec est locus arbitrio iudicis, aut moderatiõni, vt in. d. c. inquisitionis. in princ. Sed hic in casu nostro deficiens in purgatione, non deponitur ab officio, sed tãtum imponitur sibi silentium super beneficio; ergo non punitur vt conuictus per viam accusationis, vel inquisitionis; vnde ipse in articulo pulchro notanter dicit, se vltra alios distinguere, quòd aut nullus modus p̄cesit indictionem purgationis, sed iudex solum infamato indixit purgationem, & deficiens in ea non punitur vt conuictus per viam accusationis, vel inquisitionis, sed extraordinariè, & modo particulari; scilicet, quia suspenditur tãtum ab officio, vt est tex. in. c. significasti. j. de adul. † qui tex. ita debet intelligi, vt no. ibi Ioan. And. Aut p̄cesit aliquis modus agendi; & tunc deficiens in purgatione punitur secundum illũ modũ agendi, qui p̄cesit; vnde si p̄cesit accusatio, punitur vt accusatus, si inquisicio, punitur vt inquisitus, vt not. glo. in. d. c. inter. de purg. cano. Et ratio est; quia indictio purgationis propter infamiam, non facit ex toto cessare iudicium intentatum; sed propter infamiam ortam, propter quam orta est p̄sumptio cõtra infamatum; & ideo † trãsfertur onus probandi innocentiam in ipsum reum, & si illam non probat, habetur pro conuicto in iudicio intentato, argu. c. vt nostrum. §. de concess. p̄ben. & c. ordinarij. §. 2. de offic. ordi. lib. 6. Nec obstat, secundum eum, quòd dictum fuit supra, quòd iudex debet temperare sententiã suã, quando proceditur ex p̄sumptione; quia illud procedit in p̄sumptione hominis, & nos loquimur in p̄sumptione iuris, quæ † non ita fallitur, sicut falli potest p̄sumptio hominis. Sed dicit D. m. quòd contra p̄dicta ob. tex. nostro; nam secundum p̄dictam distinctionem hic, iste deficiens in purgatione debet deponi ab officio, cum esset graue crimen homicidij, & deficeret in purgatione p̄cedentis iudicio per viam accusationis. At hæc pœna hic non imponitur, sed

imponitur tantum sibi pœna perpetui silentij super beneficio. Sol. dicit ipse, & sentiunt Doct. hic, & innuit litera, quòd hic non agebatur per viam veræ accusationis, seu inquisitionis sed quasi p̄ quandã viam ciuilibus accusationis, seu ciuilibus modi; quia accusabatur tantum vt priuaretur beneficio; ideo deficiente probazione in accusatione instituta, vel accusatione cessante, infamato reo propter infamiam indicitur purgatio, & deficiens in ea debet solum priuari beneficio; quia ad hoc solum tenebat prima accusatio. Sed tu aduerte; quia vers. si verò. vbi deficiente in purgatione, imponitur perpetuum silentium in p̄benda, non loquitur quãdo p̄cesit accusatio; sed solum quando p̄cesit exceptio criminis; & dicit, quòd si iste est infamatus, indicitur ei purgatio; in qua si defecerit, imponitur ei silentiũ; & id ex eo est, quia iste exceptiones solum intēdebat ad impediedũ ipsum circa acquisitionem ipsius beneficij; & ideo remanet regula D. m. prima; & ex dicta prima regula descendit ratio decisionis istius dicti. Sed bene tex. noster ob. dicto D. m. in. vers. deide si legitimos. vbi tex. loquitur, quando actum fuit per viam accusationis; & dicitur, quòd si aliquod p̄dictorũ criminum probatum fuerit, & per consequens etiã si esset homicidium, imponitur sibi perpetuum silentium, cum deberet deponi ab officio, & beneficio; vnde magis ob. c. inquisitionis. i. prin. §. eo. & respectu contrarij bene succedit sol. D. m. quam. §. retuli, videlicet, quòd hic agebatur non per viam veræ accusationis, sed ciuilibus modi; & c. & ratio potest esse, quia accusatio tendebat ad illum effectum, ad quem tendebat exceptio prius proposita; & vt dixi in vers. si verò. non possumus dicere, quòd ibi esset indicta purgatio, suspeso iudicio accusationis; quia tex. dicit, si verò non apparuerit accusator. sed solum imponitur silentium super beneficio propter propositam exceptionem criminis, quæ proponitur ad impediendum; vnde in purgatione deficiens, debet puniri vt conuictus per viam exceptionis; nisi dices, quòd vers. si verò. dum dicit, si legitimus non apparuerit accusator. debet intelligi, hoc est, quia incipit, & postea desinit; sed non placet, cum nõ adaptetur literæ. Et not. bene p̄dicta; quia noua sunt. Sed contra id, quòd dictum fuit. §. in principio distinctionis D. m. vbi dixi, q̄ vbi non p̄cesit certus modus agendi, deficiens debet tantummodo suspendi; opponit D. m. de tex. nostro in. d. ver. si verò. vbi dicitur, quòd si nullus apparet accusator, debet iudici purgatio infamato; & si deficit, imponitur sibi silentium super p̄benda; ergo non tantum suspenditur, sed priuatur beneficio, quòd est cõtra. c. significasti. & quòd ibi no. Ioan. And. j. de adul. Sol. dicit D. m. quòd cõtrarium est difficile, & nõ tactum per Doc. Respondet tamen, quòd illud. c. significasti. & quòd ibi dicit Io. And. procedit, quando infamatus esset in possessione beneficij; & tunc suspendatur si deficit in purgatione; secus si non esset in possessione beneficij, quia tunc debet tali beneficio priuari, & imponi sibi perpetuum silentiũ; & ratio est, quia † Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes, vt. c. quæ admodum. de iureiur. & quia † infamato non debet tradi possessio; vt hic, & c. inter. j. de excer. p̄la. Itẽ quia frustra tractaretur de suspensione beneficij, cum illud

82 princ. artic. ¶ † Specialis verò inquisitio quò ad delicta, & quò ad personas secundũ Ang. est ius procedendi per officium ad cõdemnandum, & ad puniendũ aliquẽ certum facinorosum, pœna dignum in territorio inquirentis diffamatum de aliquo certo delicto, non a maleuolis, nec suspectis; sed a fide dignis, & honestis. Ideò autem dixi ad condemnandũ, & puniendũ, quia ex prædicta inquisitione potest deueniri ad sententiã condemnatoriam, & cõdemnatus puniri. Ideò autem dictum fuit, diffamatum non a maleuolis, & c. quia ad hoc, vt de iure possit inquiri per hæc inquisitionem necesse est, quæ præcedat diffamatio, nõ a maleuolis, & c. vt latissimè dicam. j. in. 9. arti. prin. Et aduertendum est, quæ si aliqua ex prædictis inquisitionibus fieret ad promotionem, instigationem, vel denuntiationem alterius, ita quæ essemus in tali specie, sñ quæ patet ex diuisione facta in primo præcedenti articulo principali, posset addi ad descriptiones prædictas, ad querelã, promotionem, vel instigationem talis & c. & hoc potest contingere tam respectu inquisitionis specialis quò ad delicta, & generalis quò ad personas, quã syndicus tenetur denuntiare delictum, et si ignoraret delinquentem; sicut respectu inquisitionis specialis quò ad delicta, & quò ad personas. Item posset cõtingere respectu inquisitionis generalis quò ad delicta, & specialis quò ad personas, quãdo syndici constituti per conciliũ prouinciale, aut episcopale in Ciuitatibus, Castellis, Villis, aut parochijs etiam diffamatos in genere tenetur denuntiare; sed tunc non videtur apponenda illa verba, non a maleuolis, & c. de quo dicã. j. in. 9. arti. prin. ¶ † Generalissimã verò inquisitio, quam facit consilium prouinciale, vel episcopale, vel simile est ius procedendi per cõcilium, vel simile cõstitueno exploratores, & denuntiatores ad inuestigandum, & inueniendum oēs facinorosos, vel inhonestos prelatos, rectores, beneficiatos, seu clericos pœna, aut expulsionem dignos, in territorio inquirentis. Et sic patet, quæ est quasi similis inquisitionis generalis, & primæ descriptioni. S. posite. ¶ † Inquisitio verò quã facit prelati visitando, potest describi, quæ est ius inquirendi per officium ordinarij, vel alias habentis ad hoc iurisdictionem ad inuestigandum, an in ecclesijs, capitulis, conuentibus, monasterijs, & similibus vniuersitatibus sibi subiectis, sit aliquid reformandum, aut corrigendũ, tam in capite, quã in mēbris; & secundũ istam generalitatem vñ satis conformari primæ descriptioni. Et aduerte; quia si fieret inquisitio specialiter contra aliquod collegium, vel aliquã vniuersitatē de aliquo delicto diffamatã in specie, comprehenditur sup inquisitione speciali quò ad delicta, & quò ad personas, si inquireret cõtra collegiũ, aut vniuersitatem; eo quæ cõicato consilio delictum ipsum commississent; quia illud corpus collegij habetur pro vna persona ficta; vt fuit inquisitio, quam fecit speciatissimus ille dñs † Rossus Florentinus in ciuitate Verone; quã inquisiuit contra conuentum, & † fratres sancti Francisci, ex eo quod cupiditate, & auaritia ducti interfecerant quendam Cremonensem eorundem hospitem, & amicissimum, & omnes culpabiles reperisset, qui erant numero quinquaginta, & vltra, deambulando; vt fertur, & ad vulgare prouerbium, deductum est; dicebat. Quid facis Rosse, suspedes ne illos? In magno numero sũt, & statim subiunge-

iungebat. Et si plures sint, omnes tamẽ delinquerũt, quos tãdem omnes suspendi fecit ab hortulano eorum minus culpabili, qui solum capam post factum homicidium hospitis receperat, quod quidẽ factum tam memorabile vsq; ad hæc tẽpora deducum est. Et si fieret contra collegium diffamatum in genere, cõprehenderet sub inquisitione speciali quò ad personas. Si contra collegium fieret vt cõmunicato consilio, & c. & generali quò ad delicta, si de delicto in genere esset diffamatum; sed si non vt collegium, sed vt per singulos de collegio esset diffamatum in genere, inquisitio esset generalis quò ad delicta, & quò ad personas. ¶ † Inquisitio verò quæ fit de promouendo, potest ita describi, quæ est ius procedendi per officium superioris, ad quem pertinet confirmatio, vel promotio circa etatem, & qualitatem confirmandi, vel promouendi. ¶ † Inquisitio verò, quæ fit per oculorum inspectionem, & si plurimum sonet in factũ; tã vt haberi potest in consideratione, & abstractu, potest ita describi, quæ est ius, & potestas subijciendi rem oculis ad inueniendam, & cognoscendam veritatem per oculatam fidẽ. ¶ † Tertio loco principali, examinãdus est articulus tertius principalis, secundũ præmissum ordinem, videlicet; † an iudiciũ inquisitionis sit ordinariũ, vel extraordinariũ? Circa quem gl. 4. q. 4. c. 1. videtur velle, quæ sit extraordinariũ, cum in ipso non interueniant personæ requisitæ ad ordinariũ; videlicet, actor, seu accusator, quæ videtur requiri ad faciendum ordinariũ, vt. d. c. 1. & in. c. forus. de verb. signifi. Sed ad hoc posset responderi per tex. nostrum, qui vult, quæ † fama habetur loco accusatoris. Prædictam tamen opinionem tenet etiã glo. 2. in. c. quoniam. S. de prob. & Innoc. & Io. And. in. c. cum oporteat. S. eod. in verbo, non subito. circa medium. vbi dicit, quòd inquisitio est extraordinariũ modus agendi. Ipse tamen Inno. in. c. dilecto. de senten. excom. lib. 6. videtur velle, quæ sit iudicium ordinariũ; dicit enim ibi formaliter. Item credimus ordinariũ processum, qui etiam fit per modum inquisitionis, vt. c. super his. S. eod. & c. 1. de offi. ordi. & subdit, & hic est processus legitimus, & probatur per seculares leges, vt in auth. de collato. S. iubemus. & ff. de offi. presid. l. congruit. & ita refert, & sequitur Archid. 86. dist. in. c. si quid. super glo. 2. hæc opinio videtur probari, in. c. qualiter. S. eod. Io. And. in. d. c. dilecto. super verbo, tueri. in nouel. refert dicta verba Innoc. & remittit id not. in. c. cum oporteat. S. eod. Spec. in tit. de inquisito. S. nunc tractemus. vers. sed quid si reus. sub breuius dicit, quæ inquisitio satis est ordinaria accusatore non apparente. Tu dic, quæ aut quærimus vtrum iudicium sit ordinariũ eo respectu, quo totalis ordo, & forma sententiandi, & condemnandi, qui, vel quæ requiritur in ordinarijs iudicijs, requiratur in inquisitione; & procedit prima opinio; quia non dicitur propriè ordinariũ, maxime quando procederetur contra regulares, vt hic in fi. facit quòd dicam. j. in sequenti articulo principali. & 9. 1. 1. & 1. 4. Habet tamen inquisitio suum ordinem, vt not. in. d. c. qualiter. & c. super his. S. eod. & c. 1. eod. tit. lib. 6. & hac ratione potest dici ordinariũ; & ita procedat secunda opinio. & de hoc ordine dicitur. j. in vndecimo artic. princ. Aut nos quærimus, an sit extraordinariũ, ex eo, quæ non de-

bet intentari, vbi potest intentari ordinariũ. Vel ex eo, quæ suspendatur per superueniens iudicium ordinariũ. Et de hoc dic, vt dicam in. 8. artic. princ. & in. 1. 3. & aliquid tradit D. Domi. 2. q. 1. multi. & Archid. in. c. pen. de confir. lib. 6. Et licet prædicta prius fuerim imaginatus; tamen postea reperi primum membrum prædictæ distinctionis tenuisse. D. ¶ † meũ. S. in rub. de iud. Vbi dicit, quæ † in materia stricta, appellatione iudicij ordinarij, nõ venit iudiciũ, quæ fieret per inquisitionem. Item aduerte; quia prædicta videntur procedere respectu inquisitionis specialis, quæ fit ad crimen puniendum, & similitũ specierum, de quibus dixi in duobus præcedentibus articulis. Sed respectu quarundam aliarum, an in illis dicatur iudicium ordinariũ, vel extraordinariũ in plurimis quæsti. non videtur procedere; cum quædam non semper agantur per viam iudicialem, sed quandoq; per viam extrajudicialem; vt in inquisitione, quæ fit de electo, vel promotio confirmando; & in inquisitione, quæ fit per oculorum inspectionem, & similibus; vt clarè patere potest ex præcedentibus, & ex. j. dicendis, maxime in. 1. 1. artic. princ. Item aduerte; quia si ex forma statuti licitum esset iudici inquirere de omni delicto, prout communiter disponunt statuta per Italiam, tale iudicium diceret ordinariũ, & regulare, sicut accusatio. Et hoc tenet Ang. in repe. l. si vacãtia. C. de bo. vac. lib. 1. o. quæ dictum videt procedere eo respectu, vt non tollatur per superuenientem accusationem, sñ quæ dicitur. j. in. 1. 3. artic. princ. Sed respectu aliorum, quæ. S. dicta sunt, tenendum est quæ. S. dixi. nisi statutum aliter disponeret. Et not. diligenter; quia in veritate, & in effectu iste articulus magis dependet ex his quæ dicentur. j. in. 1. 1. artic. princ. & 8. 1. 3. & 1. 4. ¶ Quarto loco principali secundũ præmissum ordinẽ examinãdus est articulus, quo generaliter quæritur; † an, & qualiter iudicium inquisitionis differat ab alijs iudicijs. Qui articulus satis vñ declarari ex his, quæ dicta sunt in præcedentibus; maxime in primo præcedenti articulo. Et ex his, quæ dicentur latius. j. in. 1. 1. princ. artic. Spec. tñ specificè circa hoc in tit. de inqui. S. 1. vers. si dicit, quæ differt in plurimis. Primo, quia in eo † fama habetur loco accusatoris, vt hic. & j. de sumo. c. licet Hely. In alijs verò, nullus punitur sine accusatore, vt. c. 1. S. vt eccle. benefi. & c. relatum. 5. q. 2. & dicitur. j. in. 8. artic. princ. Secundo differt; quia in inquisitione recipiuntur testes lite nõ contestata, in alijs nõ, vt dicitur. j. in. 1. 1. artic. princ. ¶ Tertio quæ recipiuntur testes minus idonei, quando fit inquisitio, tam in capite, quã in mēbris, vt dixi in primo artic. & dicitur. j. in. 1. 1. artic. quæ secus est in alijs, vt in. c. ex parte. S. de testi. & 4. q. 3. c. in testibus. & maxime in criminalibus, vt. l. sciant cuncti. C. de proba. Quarto, quia inquisitio fit de manifestis per famam, vt hic, dicam latius. j. in. 1. 1. artic. princ. quasi per totum. Alia vero iudicia intentantur etiam super occultis, dũmodo probare possint. 2. q. 7. c. pleriq; dixi in. c. qualiter. S. eod. in fi. notabili. Quinto, quia in inquisitione procedit inquisitor quandoq; ad remotionem, seu suspensionem inquisiti, interea dum negotium agit. 3. q. 2. quia ea; pbata tñ primo suspicione, vt. c. licet. Hely. vers. quia vero. j. de sumo. & c. per tuas. eod. tit. dicam latius. j. in. 1. 7. artic. princ. Secus Par. j. M iij autem



autem est in alijs. 8. q. 4. nonne. Sexto, quia in inquisitione, poena est remotio ab administratione, de quo tñ latius dicitur in q. 1. 4. in alijs vero iudicijs, poena debita; est depositio. Intelligit tamē sñ qualitatem, & naturalem penam delicti. Facit. c. super his. 3. eod. 25. dist. 5. criminis. Posses & alias differentias adducere, quas ex precedentibus & 7. dicendis facilius poteris colligere. Et adverte; quia Specu. non loquitur de omnibus speciebus inquisitionis, de quibus. 3. dictum fuit in primo articulo; sed potius videtur loqui de speciali inquisitione quò ad delicta, & quò ad personas, & de inquisitione, q̄ fit in ecclesia in capite, & in membris. Possunt et adaptari multa alia, sed non insisto, quia magis clarè patebunt ex 7. dicendis maxime in. 1. 1. articulo principali. ¶ Quinto loco principali ex ordine examinandus est quintus articulus principalis, quo quarit quis possit inquirere; & quñ articulus est aliquatūlū difficilis, & laboriosus, ideò, vt distictè, & clarè eius notitiā possis habere, p ordinem infra scriptas. qq. examinabim⁹. Prima. q. erit, qs possit gñralissimā inquisitionē facere. Secūdo, qs possit facere inquisitionē, per quā inquirat super statu alicuius ecclesie, vel loci, respectū tam capitis, q̄ mēbri. Tertia, quis possit inquirere per inspectionē oculorū. Quarta, quis possit inquirere ad denuntiationē syndici, vel alterius officialis, aut personę p̄positę ad inuestigandū, & denuntiandū. Quinta, qs tales denuntiatores possit constituere. Sexta, qs possit inquirere vbi agit de confirmatione electi. Septima, qs possit facere inq̄sitionem generalem quò ad delicta, & quò ad personas, seu quò ad personas tm̄. Octava, quis possit inquisitionē specialē facere, quò ad personas; & generalē, quò ad delicta, vel & specialē quò ad personas, & quò ad delicta. Nona, an iudex cōstitutus à Papa, vel legato super violentijs, & iniurijs illatis alicui monasterio, possit procedere p viam inquisitionis. Decima, an iudex ecclesiasticus possit inquirere contra laicū. Vndecima, vtrū iudex incolatus possit inquirere contra incolā, qui deliquit extra territoriu. Duodecima, quid si in ciuitate sunt duo officiales, potestas. f. & capitane⁹. & potestas capitane⁹, & capitane⁹ vult incipere inquirere, an possit. Tertiadecima, quid si inquisitor datus à Papa ad inquirendum de crimine sit negligens, an legatus generalis possit ei mādare, vt procedat. Quartadecima, an officiales, seu vicarij episcoporum possunt inquirere. Quintadecima, an in casibus, in quibus vicarij episcoporum possunt ex speciali mandato inquirere, dicantur habere delegatam, aut ordinariam iurisdictionem. Decimasexta, vtrum capitulum, vacante sede episcopali possit inquirere. Decimasextima, vtrum criminofus possit inquirere, & quid de excommunicato. Decimoctava, an si impedimentum venit in personā iudicis pendente inquisitione, habeat inficere iurisdictionem. Decimanona, p̄supposito quod habeat inficere, vtrum sublato impedimento restituatur potestas inquirendi. Vigesima, quid si à principio impedimentū erat occultū, vtrū si detegatur post sententiā, sententia debeat retractari. Vigesima prima, vtrū contra iudicē inquirentē possit opponi exceptio recusatōis; & hic subijcio. q. de dicefano, qui vult inquirere contra clericum minus canonice possidentem beneficium. Vigesima secunda,

quid si in literis apostolicis continetur, super propositis coram nobis, & alijs negotiis continentibus veritatem inquiras, an talis dicatur inquisitor. Vigesima tertia, vtrum iudex qui inquirat equiparetur prosequenti suam, vel suorū iniuriam. Vigesima quarta, vtrum in causa inquisitionis possit fieri prorogatio. Vigesima quinta, sub cōpendio cōtinebit quāsdā alias qualitates requisitas in iudice ingrente, & subiungetur practica circa modum, quem debet aduocatus, & procurator circa prædicta cōsiderare, & obseruare. Vltima, vtrum ille, qui promouit aliquem ad ordines, vel beneficium, possit postea inquirere cōtra eum de delictis commissis ante promotionē. ¶ Primo igitur quæro, ¶ quis possit inquisitionē generalissimam facere? Sol. dic. q̄ cōcilium prouinciale, & tēporale, prout patet ex his quæ dixi in primo, & secundo articulo principali. Arbitror etiā, q̄ hanc possit facere quilibet episcopus, & archiepiscopus in sua diocesi, & omnis ille, qui potest concilium celebrare; vnde poterit tale concilium per singulas parochias deputare, & proponere personas idoneas, & honestas ad inuestigandum, inueniendum, & referendum omnes delinquentes, vel facinorosos in parochia existentes; & de hoc aliquid dicam, in c. seq. & 7. in. 1. articulo principali. Item arbitror; q̄ hanc generalissimā inquisitionem constituendo tales denuntiatores, possit facere quilibet iudex habens iurisdictionem, & imperium respectū suorū subordinatorum, in quantum ad hoc se extendat iurisdictione sua, tam respectū criminum, quā respectū personarū, quas præponit ad explorandum, & denuntiandum; & ideò etiam capitulum sede vacante, potest illam facere; vt est text. in c. præterea. 3. de testib. cog. ibi; coram te, vel tuo capitulo. ¶ Secundo quæro, ¶ quis possit inquisitionem facere super statu alicuius ecclesie, vel loci, tam in capite, quā in membris? Sol. dic. q̄ quilibet episcopus potest illam facere; & quilibet prælatus habens ecclesias sub se pleno iure, etiā si sit religiosus, vt. c. conuarente. & c. iusta. 3. de offic. ord. dummodo talis prælatus secum habeat canonicos, facit tex. noster ibi coram senioribus. nam etiā episcopus iurisdictionem non exercet sine consilio capituli sui. 15. q. 7. c. episcopus null⁹. & c. nouit. & c. quarto. 3. de his quæ fiunt à prelato. & vide q̄ dixi. 3. in nono notabili. & vide etiam quæ dicam. 7. in. 9. articulo principali. ver. secundo quæro. Vtrum autem hanc inquisitionem possit facere capitulū sede vacante, dicā. 7. eod. artic. ver. fi. 16. quæro. ¶ Tertio quæro, ¶ quis possit facere inquisitionem per oculorum inspectionem? Sol. dic. q̄ hæc materia est valde differens, & difformis; nam, vt patet, hæc plurimū faciūt scholares nobiles, & animi pelegri in inquirendo amafias suas. & ideò vide iura allegata. 3. sup. text. in 8. notabili. Quilibet enim q̄ ad iudicandū est constitutus, vel qui velit rectā capere informationem, p̄t illam facere. ¶ Debet enim quilibet bonus iudex omnia diligēter examinare, & maxime, si potest habere hanc probationem, quæ videtur omnem speciem probationis superare, vt. c. euidentia. cum sua materia. 3. eod. & vide. 3. o. q. 5. iudicantem. ¶ Quarto quæro, ¶ quis possit inquisitionem facere ad denuntiationē illius, qui p̄positus est ad explorandum, & denuntiandum? Sol. dic. q̄ hoc satis videtur patere ex his, quæ

quæ dixi. 3. in prima. q. & satis declaratur ex his, quæ dicā in ver. 8. quæro. ¶ Quinto quæro, ¶ quis possit tales denuntiatores constituere? Sol. dic. quòd communiter in personis ecclesiasticis constituuntur per concilium prouinciale, vel episcopale, vt tandem in huiusmodi concilijs, quæ celebranda sunt quolibet anno, referant, quæ inuenerunt. 35. q. 6. c. episcopus in synodo. & traditur in. c. seq. Item patet ex his, quæ dixi in prima. q. q̄ quilibet iudex, & quilibet vniuersitas, quæ habet merum, & mixtum imperium, potest constituere. vt. l. 1. §. quies. ff. de offic. præfec. vrb. & l. diuus. ff. de custo. reo. & l. ab accusatione. §. denuntiatores. ff. ad Turpilianū. & in. l. 5. c. de curios. & statio. lib. 12. ¶ Sexto quæro, ¶ quis possit facere inquisitionem, quæ fit de confirmando electum? Sol. dic. quòd ille ad quem pertinet confirmatio. Ad quē autem pertineat confirmatio electi, dic, vt traditur in. c. dilecti. & c. venerabile. & c. scriptum. 3. de electio. & c. cum dilectus. in. fi. 3. de cōsue. & per Hostiē. in summa in tit. de elect. §. à quo. ¶ Septimo quæro, ¶ quis possit facere inquisitionem generalem quò ad personas, & quò ad delicta? Sol. dic. quòd quilibet dominus in temporalibus, vel spiritualibus; dummodo habeat imperium, & iurisdictionem, vt traditur in. l. 3. & l. cōgruit. ff. de offi. præsid. & c. 1. 3. de offic. ordi. Et idem dicendum est de inquisitione generali, quò ad personas, licet speciali quò ad delicta; in hoc etiā idem videtur dicendum, prout in quæst. p̄cedenti. ¶ Octauo quæro, ¶ quis possit inquisitionē specialem facere quò ad personas, & generalem quò ad delicta? & hæc est principalior materia nostra, ad quā, vt plurimum adaptantur, & referuntur infra scriptas. qq. huius quinti principalis articuli. Sol. dic. q̄ ante omnia, ille, q̄ vult inquirere debet habere iurisdictionē contra illum, contra quē vult inquirere, siue sit iudex ordinarius, siue sit delegatus, vt probat hic in tex. nostro in vtroq; exemplo, tam noui, quā veteris testamēti. Et debet esse talis, qui ex sua iurisdictione possit inquirere, vnde dicit Spe. in titu. de inquisi. §. 1. ver. 1. Item q̄ volens, q̄ Papa, & Imperator inquirunt per suos legatos, seu subdelegatos. Itē episcopi in suis diocesis, & metropolitani in suis p̄uincijs; licet contra subditos suffraganeorū suorū non possunt inquirere regulariter, nisi in casibus not. per Doct. in. c. pastoralis. de offic. ordi. Et adverte; quia ¶ prælatus ecclesiasticus nō potest sol⁹ inquirere, sed vna cum senioribus de ecclesia, vt hic in tex. dixi. 3. in. 9. notabili. & 3. eod. articulo. ver. secundo quæro. Item præses prouincie, & quicumq; alius q̄ habeat iurisdictionem causæ criminalis, & merū imperiū, de quo dic, vt per Spec. in titu. de iurif. omn. iudic. p̄bator in. l. 1. si quis vltro. vbi per Doct. ff. de quæst. & 3. de offic. ord. c. 1. & c. dilectus. 3. eod. & 7. eod. c. ficut. 86. dist. c. si qs. de cēsi. c. Romana. §. sanē. & seq. lib. 6. ¶ Ex quibus et iuribus probatur, q̄ omnis ille qui potest corrigere, & punire, p̄t inquirere. Ang. in repe. 106. l. si vacatia. C. de bo. vac. lib. 10. dicit, q̄ super causis meri imperij principaliter potest inquirere solus iudex habens merum imperium; quia talis inquisitionis solus ipse, & nō alius habet potestatem, vt. l. 1. ff. de offic. eius cui man. est iurif. & l. imperiū. & l. iubere caue. 107. re. de. ff. iurif. omn. iud. & hoc principaliter. Sed ¶ incidēter etiam iudex causarum ciuiliū p̄t inquirere

de causis meri imperij, vt. l. nullū. C. de testi. & l. iubemus. C. de p̄batio. & l. pen. C. d. si aduer. lib. Et ratio est; quia ratione incidentis q̄stio meri imperij, ad iurisdictionē eius est deuoluta. l. quoties. C. de iudi. 108 Et ex p̄dictis videt decidit q̄stio, vtrum ¶ iudex possit inquirere, & punire testē, falsū corā ipso deponētē; & nō est dubiū, q̄ potest pena extraordinaria, vt traditur in. d. l. nullū. & ibi per gl. & glo. in auth. de testi. §. si verò. Alij vero tenent, q̄ possit et poena ordinaria, de quo dic, vt dicā. 7. in. 1. 4. prin. artic. Sed adverte circa prædicta, quia ad hoc vt iudex possit inquirere, & punire dicentē falsum testimoniū coram se, dicit 109 Inno. in. c. cū dilectus. 7. de p̄nīs. q̄ ¶ necesse est, q̄ sit ordinarius, de quo vide Bar. in. l. diuus. 2. ff. ad. l. Corne. de falsis. & glo. & Doct. d. l. nullum. & in auth. de testi. §. si verò. Delegatus verò non videtur posse, secundum Inno. Gl. verò in clem. 1. de offi. deleg. videt velle, q̄ possit. Sed potest dici, sñ Ioan. de Imo. in. d. clem. q̄ illa gl. vendicat sibi locum in delegato principis; & vide quæ ibi dixi; & fortè dici potest, q̄ si iudex qui alijs principaliter nō habebat iurisdictionē, & potestatem corrigendi, & puniendi, vellet nouum processum inquisitionis formare separatim à principali nō possit; sed incidenter ex officio, sine alio nouo processu possit, vt. d. l. nullū. & de hoc et vide glo. Inno. Hosti. & Io. And. in. c. qm̄ contra. in. fi. 3. de probatio. Ego dicā in. c. super his. 7. de p̄nīs. & hoc modo vult Bald. post glo. in. d. l. nullum. q̄ ¶ etiam iudex laicus possit inquirere, & punire clericū corā se falsum deponentem; & idē sentit ibi gl. Sed contrarium tenet Rayne. de Forli. per no. in. c. si diligenti. de foro comp. Ang. verò in. d. repet. l. si vacantia. dicit, quòd prima opi. procedebat olim de iure ciuili, sed secunda opi. hodiē p̄cedit de iure canonico, de quo latius vide Petr. de Anch. in repe. regulæ, ea quæ de reg. iur. lib. 6. Ego dicā lati⁹ in. d. c. super his. vbi et examinabo alias plures. qq. quas examinat Ang. in hac materia inq̄sitionis in. d. repet. videlicet; ¶ an ille, qui non habet merum imperium possit condemnare; & punire testem, qui falsum deposuit coram eo; postquā 112 aufugit. Et ¶ quid iuris in arbitro? quam. q. tagit Bar. 113 in auth. de testib. §. si verò quidam. Et ¶ quid si iudex 114 habēs merū imperium cognoscit vt arbitro? Et ¶ quid 115 de iudice chartulario? Et ¶ quid si semel fuit punitus, an possit iterato accusari. l. Cornel. de falsis? Et 116 ¶ quid iuris, si iudex maior falsum deposuit coram 117 minore? Et ¶ quid iuris si iudex Senensis, coram quo vertebat q̄stio, remisit examinationē cuiusdā testis Florentini ad iudicem Florētīnū, q̄ testis falsū deposuit, an iudex Florētīnus, vel iudex Senēsis possit inquirere contra ipsū? de quo per Bal. in. d. l. nullū. dixi post Petr. de Anch. & Io. de Imo. in cle. 1. de offi. deleg. 118 Et ¶ vtrum punitio facta ab vno, excludat alium? de quo. 7. in. 17. artic. prin. Quas oēs quæstiones latissimè expeditiam in. d. c. super his. quia ibi melius conueniunt. ¶ Nono quæro, ¶ vtrum iudex constitutus à Papa, vel legato super iniurijs, & violentijs illatis alicui monasterio possit procedere per viam inquisitionis? Sol. Feder. de Sen. consil. 216. quòd incipit Dom. Federico, & in rei veritate non est ipsius consilium. tenuit, quòd sic. Faciunt not. per Innocē. in. c. cum oporteat. 3. eod. ¶ Decimo quæro, ¶ vtrū iudex ecclesiasticus possit inquirere contra laicum? Sol. gl. Par. j. M. iij. in. c.

in.c.nos inter.de purg.canon.tenet q sic,dummodo sint talia crimina,quæ specialiter pertineat ad iudicem ecclesiasticum; prout est crimen hæresis, simonia,vsuræ,periurij,sacrilegij, & similibus. secundum tamen varias opi.ratione delicti commisi in personam,vel rem ecclesiasticam, de quibus vide gloss.& Doct.& maximè D.Ant.& D.m.in.c. cum sit generale.de foro compet.& aliquid per Bart.post gloss.in auth.Item nulla.C.de sacrosanct.ecclesijs. & Per,de Ancha.in dicta repet.reg.ea quæ de reg.iur.lib.6.Et quantum ad propositum,vera sit conclusio,quòd de omnibus, de quibus iudex ecclesiasticus potest cognoscere, & punire per viâ accusationis inter laicos, potest etiam per viam inquisitionis, cum limitationibus,& qualificationibus, de quibus ibi, dicam latius in.8.9.& 11 artic.princ. Sentit Ioã.And.in.c.1. de cens.lib.6. & Paul.in clem.1. de offi.ordi.& vide Ioan.Andr.in.c.per humani.de homic.lib.6.Item,in terris subiectis ecclesiæ quòd ad temporalem dominium, vide glo. in vers. de iure.in.c.fi.de excep.lib.6. quæ etiam tangit aliquos ex prædictis casibus; & vide glo.& Archid.11 q.1.in summa. Item,& propter negligentiam iudicis secularis, vide Docto.& maximè D.Ant.& D.meum in.c.nouit.5. de iudi. ¶ Vn-

**121** decimo quæro, ¶ Pone, quidam incola Perusinus committit delictum Florentie; tandem cõtra ipsam reuersum Perusium iudex Perusinus volebat inquire re; quærebatur nunquid posset? Sol. Angel.in repe.d. l.fi vacantia.hanc.q. ponit in vers.incidenter quæro. & Odofr. quasi similem.q. disputauit, sed aliquantulum sub difficilioribus terminis, ponit enim de Lucano, qui Pistoriensẽ interfecit Pistorij; contra quem præses Lucanus inquisiuit, & maleficium reperit per confessionem ipsius rei, seu per testes. Vnde quærebatur, an ipse posset eum punire, quam etiam q. refert Spec.in tit.de compe.iudi.5.1. versi. longè prius. Et sub similibus terminis eandem disputauit Ange. Et incipit disputatio, Bononiensis. vbi ipse format. q. vtrum iudex Bononiensis possit inquirere contra Bononiensẽ bannitum de Bononia, propter delictum commissum post bannum extra territorium Bononiensẽ; & quoniam argumenta, quæ sunt pro vtraq; parte ad omnes quæstiones sunt communia; ideò titulos earum posui, & q. talis iudex non possit inquirere, & sic pro parte negativa facit regula; quia

**122** ¶ sine accusatore nullus debet damnari, vt.l.rescri-

**123** pto.5. si quis. ff. de mu. & hono. & quia ¶ quis debet puniri in ea prouincia, in qua deliquit, vt in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet. ergò non alibi; vt.l. quæsitum. 5. item respondebit. ff. de fun. instruc. ad idem etiam inducitur. l.1. C. vbi sena. vel cla

**124** rific. Item ex eo, quòd ¶ iudex domicilij punire non debeat alibi delinquentem, videtur esse inuentum remedium remissionis, vt not. in. d. auth. qua in prouincia. Item facit, quia dictum homicidũ, & iniuria, quæ ex eo delicto insurgit, videtur tangere iudicem,

**125** in cuius territorio fuit commissum delictum; nã ¶ & ipse est pater illius ciuitatis, vt in auth. de armis. post prin. coll. 6. & in auth. vt iudices sine quoquo suffra. 5. eius. & per consequens ad ipsum pertinet delinquentẽ punire, vt in auth. de man. princ. 5. q. si delinquentes. coll. 3. & ff. de iniur. l. q. si vnus. 5. quod ait p̄tor. Et hæc argumenta refert Angel. in. d. l. si vacantia. &

Spec. in præalleg. loco. Idẽ et Ang. in. d. l. disputatio- ne, quæ incipit, Bononiensis. allegat, & inducit alia

**126** arg. primo, quia ¶ inquisitio fit ad publicã vindictã, vt in auth. de mand. princ. 5. q. si delinquentes. sed in casibus prædictis non est offensa res publica iudicis volentis inquirere; ergò ad ipsum non spectat vindicare, vt. l. si quis. id quod. & l. si familia. ff. de iurisdic.

**127** omn. iud. Præterea vt dixi, ¶ rectores ciuitatum dicunt patres subditorũ, vt in auth. de iudicib. 5. sancim⁹. & in auth. vt iudices sine quoquo suffra. 5. eos aut. Cũ ergo offensus nõ sit de iurisdictione offendẽtis; ergò ad iudicẽ offendẽtis, vt ad patrẽ, nõ spectat iniuriã vindicare, cũ reputet pater offendẽtis; nõ aut ipsius offensa. ¶ In contrarium tñ allegat Odofr. 3. ff. de offi. præsi. & quod not. in auth. vt iud. sine quoquo

**128** suffra. 5. iubemus. Itẽ, ¶ quia. l. 1. C. vbi de cri. agi oportet.

**129** cõiter\* semper fuit intellecta, quòd ¶ de criminibus. tribus locis agitur, seu cognoscitur, p quos tres modos à iudicibus delicta puniri possunt; videlicet, vbi quis delinquit, vbi domicilium habet, & vbi ex con-

**130** sensu receperit iudiciũ. Sed ¶ minimè sunt mutanda. & c. vt. l. minime. ff. de legib. Item, cum hoc idem fit in contractibus, quod iudex domicilij cognoscat, vt. l. hæres absens. in fi. ff. de iudi. ergò fortius, vel saltem pari rone, idem dicendũ est in delictis, cum hæc duo quòd ad ius politicũ sint paria, vt. ff. de iud. l. omn-

**131** nem. ¶ nec enim tollit primi iudicis iurisdictione per alterius accumulationẽ, vt. C. qui. po. in pign. habeatur. l. assiduis. Cum igit. 5. q. si delinquentes. in auth. de mãda. princ. simpliciter dicat, quòd iudex puniat delinquentes, ergò vbi cunq; delinquentes, dummodo sint suę iurisdictioni subiecti, vt. ff. de seruit. vrbã. p̄di. l. si seruitus. Itẽ, quia sicut p accusationẽ de hoc crimine posset cognosci per iudicem domicilij; ergò & p inquisitionem, vt. l. congruit. ff. de offi. præsi. & in auth. de colla. 5. iubemus. colla. 9. p pue, videtur legis præcepto ad hoc arctari. Sol. dicit Odofr. q. licet coram iudice domicilij talis possit accusari, & per viã accusationis cõuictus valeat puniri; tñ non potest iudex domicilij inquirere, per. 5. si quis accusatorem. 5. allegatũ. quoniam plus dicit, q. si esset casus, in quo de iure cõi, vel municipali possit inqri sine accusatore, de quibus dicit. j. in. 8. articulo principali; tñ illud restringitur ad delicta in suo territorio commissa; & hoc sic ostendit: quia si alibi delinques accusatur corã iudice domicilij, ipse non cognoscit ex eo, q. deliquit, sed ex eo, q. est de foro suo, audit accusatorem; & ex isto capite punit ipsum conuictũ de delicto. Sed inquisitio de delicto principaliter, cõcernit ipsum delictum, quòd non concernit iudicem non iniuriatũ, ex quo alibi commissum est; ergò iudex delicti est ille ad quem spectat inquirere. Leges ergò volẽtes delinquentes puniri et à iudice domicilij, loquuntur p

**132** viã accusationis; ¶ per viam autem inquisitionis solum vendicant sibi locum duobus concurrentibus; videlicet, q. sit tale crimen super quo possit inquire, & quòd delictum sit commissum in suo territorio. ¶ Et ad iura canonica, quæ latius permittunt inquisitiones, de quibus dicit. j. in. 8. articulo principali. respondet, q. illa procedunt in foro suo; & ita residet Spec. referendo formaliter verba Odofr. Ex qua conclusione videtur inferendũ, q. prædicta procedũt de iure ciuili, & in foro Iustiniani. Secus in foro canonico.

nico. Et idem tenet Albertus de Gádino in tractatu suo de malef. Ang. verò in præalleg. l. si vacantia. dicit, quòd Cynus disputando tenuit contrarium, quæ decisio sibi magis placet, per. l. si quis in hoc genus. C. de episc. cle. nam ibi fuit commissum delictum in ecclesiã; & sic extra iurisdictionem secularis iudicis;

**133** & tamen ¶ secularis iudex potest de ipso delicto inquirere, & cognoscere contra subditum suum, & ita dicit iudicatum fuisse. Sed dicit Bal. q. d. l. de necessitate non probat; quoniam ¶ ecclesiã, etiam quo ad protectionem, sunt de territorio iudicis secularis, in quo sunt situate, licet non quo ad impugnationem. Facit quod not. singulariter Guil. in. l. pleriq; ff. de in ius vocado. Prædictam tamen opi. Ang. sequitur D. Bart. de Salic. in repet. l. ea quidem. C. de accu. Idem tamen Ange. in. d. q. quæ incipit, Bononiensis, terminos, de quibus dixi, latius reassumit; & dicit, quòd Cyn. disputans Senis. & incipit. disputatio, rector, ciuitatis Senensis. Et tenuit, quòd posset; quia iudex inquirens, iurisdictionem habet in delinquentem, ratione originis, quæ immutabilis est, vt. l. assumptio in princ. ff. ad munic. ergò ea potest vt, & eam exercere tam per viam accusationis, quam per viam inquisitionis; etiam si inquirendi potentia tribueretur a solo statuto ciuitatis iudicis volentis inquirere; cũ de facili addatur qualitas inquirendi illi, in quo est radix iurisdictionis, argu. ff. de noxa. l. in delictis. 5. si

**136** detracta. maximè cum ¶ interfit reipublicæ bonos habere subditos, vt in authen. vt iudic. sine quoquo suffra. 5. cogitatio. vt dicit Iurifcon. in. l. 1. & ibi gloss. ff. de iusti. & iur. ponens hos versus. Oderunt peccare mali, formidine pœnæ. Oderunt peccare boni, virtutis amore. Item hoc videtur postulare rigor publicæ diciplinae, vt. l. licitatio. 5. quod illicitè. ff. de publica. qui rigor versatur in punitione delictorum, vt. l. ita vulneratus. in fi. ff. ad. l. Aquil. & quia si potest per accusationem procedi; ergò, & per inquisitionem, cum eadem sit ratio, vt. ff. ad. l. Aquil. l. illud. & ff. de fonte.

**137** l. 1. hoc interdictum. & quia ¶ inquisitio succedit in

**138** locum accusationis, ergò ¶ debet sapere eius naturam. ff. si quis cau. l. si eum. 5. qui iniuriarum. & l. 1. 5. hæc actio. ff. si quis testa. liber esse, iuss. sue. Et pro præ-

**139** dicta conclusione optimè facit; quia ¶ iudex territorij potest inquirere contra delinquentem in loco exẽpto intra iurisdictionem, vt. d. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cle. ergò & eadem ratio in hoc subiectus deliquit extra territorium; hæc enim duo ¶ iudicantur a pari, delictum commissum extra territorium, aut intra territorium, & in loco exempto; vt tenuit disputando Io. Cald. & refert Ioã. And. in. c. Romana. 5. contrahentes. de foro compe. in nouel. Facit

**141** etiam, quia ¶ verba statuti in quantum concederent potestatem inquirendi prout sunt cõmuniter in Italia, latissimè sunt intelligenda, vt. l. 1. 5. generaliter. ff. de lega. præstan. & ff. de test. milit. l. in fraudem. 5. si vbi bonus tex. Sed contra determinationem. Cy. allegatur fortiter in contrarium. c. 2. 5. statuto. de consti-

**142** tu. lib. 6. vbi tex. vult, quòd ¶ statuto episcopi nõ ligetur clericus delinquens extra dioccesim; sed ad illum tex. vt dicit Ang. Cy. perterritus respondebat, quòd aut ibi est speciale in sententia excommunicationis, aut processit ex solito errore Canonistarum. Et hæc

**143** ¶ solutio multum erat communis Cyno in solu-

dis contrarijs Canonistarum. Et prædicta etiam argumenta refert Bart. in repet. l. 1. C. de sum. tri. versic. octauo quæro. vbi dicit, quòd ¶ prædicta argumenta fuerunt sumpta ex repetit. Petri de Bella Pertica. quam fecit in. l. fin. ff. de iurisdic. omn. iud. Bar. tamẽ in dicta. l. conatur. concordare dictas opiniones; & dicit, quòd opinio Odofr. est vera, quo ad impositionem pœnæ, quæ debet inferri, aut secundum iuris strietĩ communis rigorem; aut secundum statuta loci in quo delictum est commissum, vt. l. 1. C. vbi sena. vel

**144** cla. nam quò ¶ ad decisionem inspiciendus est locus, vbi actus est gestus; vt. ff. de enic. l. si fundus. & licet illa lex loquatur in contractu; tamen non refert pro-

**145** pter ¶ æquiparationem, quæ est inter contractus, & delicta, vt. ff. de iudicij. l. tam in contractibus. Et di-

**146** cit, quòd ita est ¶ intelligendus. 5. statuto. in. d. c. 2. de constitu. lib. 6. Et hoc quando statutum loquens de punitione loquitur generaliter, & ipsius verba generaliter, & late sunt prolata. Sed si specialiter statutũ loqueretur de delicto, quòd cõmitteretur extra territorium; tunc etiam subditus delinquens extra territorium posset illa pœna puniri, vt. C. de commer.

**147** & merca. l. fi. & ¶ ita limitat. d. 5. statuto. Facit. l. 2. C. de eunu. & l. fi. ff. de decre. ab ord. fa. Sed quantum ad potentiam inquirendi, voluit Bart. quòd vera sit op-

**148** Cy. Mouetur; quia ¶ inquisitio est de processu ordinario iudicij; ideò ¶ statuta loci, vbi inquiretur, seruanda sunt, vt. l. 2. C. quem ad. test. ape. per lac. de Are. Cynum & Bar. in. d. l. 1. C. de sum. tri. Et ideò subdit Bar. quòd iudex inquirens debet adijcere, quòd ipse inquit, & inquirere intendit secundum formam statutorum, & punire secundum formam iuris communitis. Sed dicit Ang. salua reueren. Bar. quòd differentia ipsius non videtur bona. Nam ex quo, secundum eum, quando statutum specialiter prouidet de puniendo delicto commissõ extra territorium, standũ est statuto; quia non deest potestas puniendi maleficium extra territorium; videtur etiam, quòd similiter intelligi debeat statutũ, quod simpliciter loquitur, quòd videatur prouidisse etiã delicto commissõ extra territorium, ex quo verba statuti latissimè sunt apta nata comprehendere maleficium in quocunq;

**150** loco commissum; maximè, quia ¶ statuta nõ sunt localiter intelligenda, vel specialiter respectũ certarũ personarum, vel certorum gestorum; imò generaliter respectũ omnium locorum, in quibus statutũ est attribuita potestas, vt respectũ omnium gestorũ, & personarum de quibus; & in qua statuentes habuerunt potestatem prouidendi, vt. l. 2. C. de legib. & l. iura. verò in singulas. ff. de legi. Cum ergo specialiter prouidendo, possit statutum ligare subditũ delinquentem extra territorium ad certam pœnã; minimè videtur dicendum, quòd statutum simpliciter, & generaliter loquens non posset obligare ad dictã pœnam, cum nõ possit congrua differentia ratio assignari. ¶ Nec obstat si diceretur, quòd in dubio nõ videtur statuisse de perpetratis extra territorium, vt d. c. 2. 5. statuto. de consti. lib. 6. Nam secundum eum, hoc etiam posset retorqueri contra Bart. vt etiam respectũ processus non possit fieri inquisitio, cum verba generalia videantur restringenda ad delicta commissa intra territorium, non extra. ¶ Non obstat, quòd quantum ad ordinationem iudicij debemus inspicere



cere locum vbi iudicium agitur, quia hoc concedendum est, quādo posset procedi in loco prædicto. Sed hoc casu non potest procedi per inquisitionem, quæ non est permisa de iure communi, nec etiam videtur permisa ex dicto generali statuto, si statutum restringendum est ad delicta commissa intra territorium. Concludit ergo Ange. in prædicta disputatione, quod si delictum extra territorium perpetratum, est tale, quod de eo possit inquiri de iure communi, quod tunc iudex loci originis sine dubio potest inquirere, & idem si intra territorium delictum sit perpetratum; licet in loco exëpto, vt est tex. singularis, quod est melior qui sit in iure secundum eum, in d.l. si quis in hoc genus. C. de sacrosanct. eccle. Et idem si potentia inquirendi competit solum ex forma statuti, non obstat, quod statutum loquatur specialiter de delicto commisso extra territorium. Et ideo in hac parte dicit in hærendum opi. Cyn. nam ex quo de maleficio commisso attributa est potestas cognitionis, & punitionis, non solum iudici loci, vbi maleficio est commissum; sed etiam iudicis, cuius forum delinquens sortitur; & sequitur in l. i. C. vbi de cri. agi oportet. & ff. de interd. & relega. l. relegationum. §. culeos. ¶ Quantum autem attinet ad impositionem pœnæ, cōcludit Ange. quod vbi statutum exprèsse, & specialiter prouidet de pœna maleficii commisi per subditum extra territorium, illi standum est; idem dicit Bart. Et idem dicit si maleficio est tale, quod non possit committi nisi extra territorium. Exemplum, in portatibus frumentum contra prohibitionem, seu decretum. Facit. l. 3. trās fugas. ff. de sic. & ff. de capti. & postli. reuer. & l. postluminu. §. trās fugas. & d. l. f. C. de commer. & mer. Et idem dicit si delictum potest committi tam extra, quam intra territorium; Nam poterit inquiri, & puniri, secundum leges statuentes, ex quo suppetit potestas. Fallit solum in vno casu, videlicet, quod statutum principaliter imponeret pœnā talem, quæ secum traheret executionem absq; ministerio hominis; quia tunc nisi statutum generale ad illud, prigeret, nec speciale aliquid operaretur, & ita intelligit. d. §. statuto. per quem Bar. fundabat opi. suam, vt statuta generaliter loquentia non extenderent vires suas ad maleficia extra territorium; quia hoc est falsum vt. s. ostensum est, pro quo etiam 152 facit; quia tantum debet operari generalis prouisio, quo ad genus, quantum specialis quo ad speciem. Solum autem fallit in casu. d. §. statuto. & in omnibus alijs similibus casibus, in quibus ex forma statuti, delictum traheret secum executionem. Nec dicendum est, secundum Ange. prout dicit Cy. quod speciale sit in sententia excommunicationis; & ratio prædicta fallentia est in promptu sicut eum; quia vbi statutum quo ad pœnā trahit secum executionem, tunc statuens suum statutum exequitur principaliter, & dicitur extra territorium, quod facere non potest, vt. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & l. cum vnus. §. ff. de bo. autho. iudi. post 153 quoniam flex, & sententia æquipollent, vt. ff. de manu. l. seruus hac lege. Sicut ergo iudex sua manu, aut per executores suos extra suum territorium sententiam exequi non potest; sic non potest per statutum aliquam pœnā imponere contra subditum extra territorium existentem, quæ vna cum delicto trahat secum executionem; quia non potest fieri per legis censuram, quod non potest fieri per sententiam. Et ex prædictis in-

154 fert Ang. quod sicut episcopus non potest clericum subditum suum extra suum territorium delinquentem, & extra territorium existentem per statutum excommunicare, vt. d. §. statuto. ita nec per sententiam, ne plus possit sententia, quæ statutum, quæquæ Fede. in sententia excommunicationis aliud tenuerit secundum eum. 156 Et ex prædictis etiam infert, quod mulier gentium Romanorum, quæ apud hostes existens sui corporis quantum, facit non est illic infamis. Et similiter, nec ille qui apud hostes locauit operas suas, vt pugnaret cum bestiis in arena, ne statutum iuris ciuilibus Romanorum, quod secum trahit executionem, effectum porrigat extra territorium, quod est impossibile, vt dictum est. Et prædicta dicit vtilia ad alia plura, quæ diligens inuestigator potest videre. Sed tu aduerte circa prædicta; nam potest duplex oriri, quantitas, vna 158 vt vtrum statutum, vel sententia liget existentem extra territorium sententiantis, & in hac. q. sunt etiam alia opi. de quibus dicam in c. a nobis. §. de sent. excō. & tradit per D. Domi. in c. 2. de constit. lib. 6. Et tradit plenè D. m. in c. fina. de foro. compe. & vide quod ibi dixi 159 late in. 7. q. prin. ¶ Secunda questio est, vt vtrum possit formari inquisitio circa quam dic, quod aut est tale delictum, quod potest puniri ex forma statuti etiam delinquens extra territorium, & potest iudex originis inquirere. Si vero esset tale delictum, propter quod ratione pœnæ a statuto tali delinquenti impostæ delinquens extra territorium non posset puniri; posset iudex originis inquirere, non ad hoc vt puniat, secundum formam statuti illius loci, vel sui ciuitatis; sed bene posset inquirere addendo in inquisitione, vt dicit Bar. quod intendit inquirere super prædictis secundum formam ciuitatis, cui præest. Punire verò, & cōdemnare intendit secundum formam iuris. Sed hoc intelligendum puto, quādo tale delictum esset punibile in illo loco, puta; quia interfecit bannum illius loci, quem ibi licitum erat interficere. Nam tunc non posset inquirere in proprio domicilio; circa quod vide, quod latius dixi in c. fi. de foro. compe. & sic habes expeditam hanc 160 difficultatem. ¶ Duodecimo quæro. Pone, in ciuitate Lucana etiam sunt duo officiales, Potestas. f. & Capitaneus, vnus cepit furē, & alter vult ingrederi; quiritur an possit Sol. dicit Bal. quod non; quia iste qui vult inquirere est præuentus per reale citationem alterius, vt. l. si quis postea. & l. vbi captum. ff. de iudi. & hoc voluit Bald. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. subdit tamen, quod si non opponeretur de præuentione alterius, quod valeret, pcessus; cū ista sit declinatoria fori, alleg. not. per Inno. in c. cū. M. §. de const. ¶ Tertio decimo 161 quæro, quod datus est inquisitor a Papa, qui est negligens in inquirendo, an legatus generalis posset ei madare quod procedat? Sol. videtur dicendum, quod non, arg. c. stuidisti. §. de offi. leg. Guil. Naso, vt refert Spec. in titu. de inqui. §. 1. vers. sed pone, tenet, quod possit; quia ex hoc nulli fit præiudicium, arg. c. constitutus. §. de appell. ipse tamen Specu. tenet contrarium, & remittit sed ad not. in tit. delegato. §. nunc ostendendum. ver. 3. Et circa hanc. q. vide legistas. Cy. Pet. Bal. & Doct. in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. & per Ioan. And. & Doct. in c. fi. §. de rescript. & vide quod ibi dixi, & in cle. 1. de fo. cope. ¶ Quartodecimo quæro, an 162 officiales, seu vicarij eporum, vel archiepiscoporum

rum possint inquirere? Sol. Specu. in tit. de inquisi. §. 1. vers. quid de officialibus. dicit, quod licet ratione officij sui possint ordinariè causas cognoscere, tamen super criminibus non possunt inquirere, & prælatos ab administratione remouere; quia ex generali commissione hæc minimè transferuntur, allegat extrauag. dudum Alex. 4. situatam olim sub tit. de appell. Et ita dicit Spec. fuisse obtentum. Facit. c. Romana. in fi. de offi. ordi. lib. 6. Sed vt dicit Ioan. And. ibi in addi. nos hodie non habemus illam extrauag. sed loco illius habemus. c. licet. de offi. vic. lib. 6. quod ex illa extractum est, vt ibi dicit glo. & vult illud. c. licet. quod ex generali commissione vicarius non potest inquirere, punire, & corrigere, seu deponere. Sed tu aduerte; quia Ioan. Monach. in d. c. licet. in addi. sub 163 alijs terminis, videlicet; an generalis vicarius episcopi possit inquirere de crimine vsurarum. Primo arguit, quod non ex generali mandato; per illum tex. c. licet. vbi tex. exprèsse dicit, quod potestatem inquirendi, puniendi, aut corrigendi non habet sine speciali mandato, & disiunctiue ponit potestatem inquirendi a potestate puniendi; ergo neutram habet, vt. l. si is qui. §. vtrum. ff. de reb. dub. Idem tamen Ioan. Monach. tenet contrarium; vult enim, quod licet potestatem non habeat puniendi; tamen habeat inquirendi, ad finem, vt superiori referat, vt puniat; & ad tex. 164 c. licet respon. quod illa dicitio, seu, non stat disiunctiue, sed coniunctiue, & copulatiue; propter quod oportet, quod vtraque pars sit vera, vt. d. §. vtrum. & ff. de auro & argen. leg. l. si quis itaq; pro cuius responsione facit, quod not. gl. in vers. figura. in fi. in clem. sepe. de verb. sign. & quod not. glo. 2. in c. 2. de confess. lib. 6. & quod not. in l. cum quidam. C. de verbo. sign. quod not. in vers. prolata. 2. q. 1. in primis. & ibi Archi. & Io. And. in c. quamquam. de vsur. lib. 6. vel potest responderi secundum Ioan. Mon. quod ibi, quod dicitio, aut, ponit expositiue; & sic exponitur pro ideo, 165 pro cuius dicto allego; quia quod quotiescunq; alternatiua ponitur inter duo, quorum vnum congruit disposito, alterum non, exponitur pro ideo, vt not. super vers. de iure. in c. Cumana. de elec. & glo. in l. aduersus. C. de rei. v. & ff. de repud. l. 2. & l. 2. ff. ad l. A qui. cum simi. Item mouetur per contingentiam casus, de quo in dicta extrauag. dudum, secundum quod figurat glo. 1. in d. c. licet. Vbi dicitur, quod quidam officialis episcopi deposuerat quendam abbatem; & sic concludit Ioan. Mon. quod officialis episcopi ex officio suo de omnibus cognoscere possit, de quibus 166 posset ad partis instantiam; cum ipsius officialis, & episcopi regulariter sit idem consistorium, vt. c. 2. de consue. lib. 6. & in c. Romana. in princip. de appell. lib. 6. Sicut ergo episcopus potest cognoscere per viam inquisitionis, vt in c. fi. de offic. ordin. & §. dixi; ita & eius vicarius. Sed ideo ipse vicarius non potest punire, quia sicut sine speciali commissione beneficia conferre non potest; ita nec potest sine speciali mandato remouere ab administratione; ad hoc vt inde proneniat curam priuatio, vnde processit concessio, vt in auth. de defen. ciui. post principium. & tenent Doct. de Rot. decif. 463, vt refert. D. m. in d. c. licet. incipit, item quod seruetur. Sed dicit Ioan. And. in d. c. licet. in nouel. quod istud cōmuniter non approbat; nec est bona expositio. Ioan. Mon. quod stet copulatiue, cum illa

stet proprie alternatiue, vt. c. statutum. §. 1. & 2. de rescript. lib. 6. & c. cum nullus. 1. & 2. respon. de tempo. ordi. lib. 6. & d. l. si is qui. §. vtrum. cum simi. & dicit, quod ita tenetur apud grammaticos. Nec obstat secundum Ioan. And. prædicta extrauag. vbi dicebatur de depositione abbatis; quia licet. d. c. licet. potuerit occasionari ab illa extrauag. tamen ibi non ponuntur verba illius extrauagantis, nec etiam casus ille, & sic patet, quod non restringit se ad illum. Nec obstat, quod dicit Ioan. Mon. quod episcopus hoc potest; ergo & vicarius; quia propter dictam rationem, quæ potuisset inducere dubitationem; emanauit illa decre. licet. & c. fin. de offi. vic. lib. 6. quæ iura destruit dictum arg. secundum Ioan. And. Lappus Abb. dixit, quod licet vicarius episcopi non possit inquirere de excessibus subditorum, & delinquentes punire, sine speciali mandato, vt in d. c. licet, tamen videtur, quod possit inquirere non vt puniat; sed vt referat superiori; vel vt delinquens corrigat, & emendet, quod male fecit; vt si inquirat contra vsurarium, vel raptozem, vel alium delinquentem, non vt puniat, quia non potest sine speciale mandato, vt. d. c. licet. vel ad consequendum interesse partis, quod non potest etiam cum speciali mandato; sicut nec posset episcopus ex officio ad priuatam vtilitatem, de quo latius dicam. §. in. 8. articulo, seu membro principali; sed solum posset ad intentionem, quod delinquens peniteret. Facit quod not. Ioan. And. post Inno. in c. ad nostram. §. de iureiu. & in c. cum. C. laicus. de foro. compe. lib. 6. dicam latius in d. 8. articulo. princ. nam hoc videtur posse facere vicarius etiam sine speciali mandato; & hoc innunt illa verba corrigendi, aut puniendi. posita in d. c. licet. post verbum inquirendi, secundum Lap. Sed dicit Ioan. de Fantu. quod per not. in dictis iuribus, non videtur bene probari principale dictum Lappi. Sed pro dicto Lappi. D. Domin. allegat. c. constitutis. cum ibi not. §. de appell. vbi patet, quod qui non potest cognoscere de appellatione interiecta ad Papam, potest se introumittere, & inquirere ad finem, vt illam instructam mittat ad superiorem, & in hoc refidet D. Domin. Ego audiui quod curia seruat prædictam opin. Ioan. Mona. & Lap. Vnde pro prædicta obseruantia; licet tex. in d. c. licet. prima frōre videatur concludere pro opin. Ioan. And. tamen pro dicta opin. Lap. facit, quod notatur in c. maiores. §. de baptif. & c. vt debitus. in fin. §. de appella. & melius. l. fin. C. 170 vbi sena. vel clarif. vbi text. vult; quod rectores prouinciarum possunt cognoscere de criminalibus causis illustrium; cum hoc, vt si videatur tales absoluedos possint illos absoluedos; sed si viderent illos condemnandos, seu puniendos non possent illos nec condemnare, nec punire; sed debent referre causam principi. Ex qua decisione, posset inferri vna notabilis conclusio, ad d. c. licet. videlicet, quod vicarius generalis episcopi possit inquirere ad publicam vindictam ex generali mandato, vt non solum causam instructam referat episcopo, quod facere debet; quando videret inquisitum condemnandum; sed vt absoluat, quādo videret absoluedum, quod facere potest absq; alia relatione, argu. d. l. fin. C. vbi sena. vel clarif. quod est nouum. Et prædicta notabis pro his, quæ dixi in c. 2. §. eod. Posset tamen insurgere notabilis dubitatio; vtrum eo casu, quo vicarius cognosceret condemnandum

dum, & propter hanc causam referret episcopo, vel  
 172 superiori, si episcopus, vel alius superior ex eadē  
 inquisitione sine nouo processu, cōdemnare debeat  
 inquisitionem? de quo dubio dicam in. 15. articulo prin-  
 cipali. Item aduerte circa prædicta, quia inquitum.  
 173 s. dixi. quod si vicarius episcopi non potest inquire-  
 re ad finem, vt puniat; debet limitari, vt dicit glo. fi.  
 in. d. c. licet. nisi aliqua similia prædictis, vel maio-  
 ra prædictis simul in commissiōe generali fuissent  
 specialiter commissi vicario, vt puta; si committe-  
 retur collatio beneficiorum, & aliæ similes, seu maio-  
 res. Ad quod vide quod not. in. c. qui ad agendum.  
 de procur. lib. 6. & quod latissimè dixi in clem. non  
 potest. de procur. Et vide Lap. in. d. c. licet. & D. Do-  
 min. ibi in fi. vbi etiam querit, quid si fuit datum mā-  
 datum generale, & fuit aliquid exceptū. vt puta fuit  
 excepta potestas conferendorum beneficiorum. Tu  
 vide latius in simili in. d. c. qui ad agendum. & q̄ la-  
 rissimè dixi in. d. clem. nō potest. & quod etiam teti-  
 gi in cle. fi. de sequestr. pos. & fruct. in articulo de sta-  
 tuto remouente exceptiones contra instrumentum,  
 vel testamentum guarantigiatum, vide etiam quod  
 traditur in simili in. c. sedes. s. de rescript. Aduerte  
 etiam; quia videtur, quod vicarius possit inquirere  
 in casu. c. vt officium. §. fin. & c. cōmissi. & c. fi. de hæ-  
 reti. lib. 6. & sequitur Ioan. And. in. d. c. licet. in nouel.  
 Item vterius aduerte circa prædictam opi. quod vi-  
 carius non possit inquirere, vel si potest, non possit  
 nisi ad finem vt referat, vel vt absoluat, vt. s. dixi. Ar-  
 bitror enim prædictam opi. veram in vicarijs eccle-  
 174 siasticis; sed in vicarijs temporalibus, seu seculari-  
 bus perpetuis, qui eliguntur in locum absentium, &  
 viuentium. Item etiam in his qui eliguntur in locum  
 175 morientium, qui appelluntur vicarij suffecti, arbi-  
 tror non procedere quod dictum est, arbitror enim,  
 quod tales possint inquirere in omnibus casibus, &  
 criminibus, in quibus regulariter datur potestas in-  
 quirendi, & ex quibus non venit imponenda pœna  
 vltimi supplicij, aut mutilationis membri. Moueor;  
 quia tales habent ordinariam, & possunt omnia que  
 pertinet ad iurisdictionem rectoris prouincie, præ-  
 ter vltimum supplicium, & membrorum mutilatio-  
 nem, vt. l. i. c. de offic. eius qui vicem alte. ge. & in  
 auth. de col. §. quia verò. tenet Azo in sum. in titu. de  
 offi. vica. §. i. post principium. ¶ Item aduerte; quia  
 quod dixi de vicario episcopi, arbitror etiam limi-  
 tandum, quod procedat respectu pœne imponendę,  
 vel respectu cōdemnationis fiendę in casibus, in qui-  
 bus non possit inquirere, propter defectum pœne  
 imponendę, quia ad illam non haberet iurisdictionem,  
 vt puta; si vellet inquirere ad publicam vtilita-  
 tem; secus si ad priuatam, in casibus, in quib⁹ potest  
 inquiri ad priuatam vtilitatem, de quibus dicam in  
 9. artic. principali. Item arbitror limitandum, si prin-  
 cipaliter vellet inquirere; secus si incidenter, arg. eo-  
 rum que dicta sunt. s. eod. artic. ver. octauo quæro. Et  
 intellige hanc limitationem secundum quod ibi di-  
 xi, & latius dicam in. c. super his. j. de pœnis. Posset  
 176 etiam attentari, quod si vicarius generalis possit in-  
 quirere, & punire, dummodo pœna non tenderet ad  
 priuationem, seu de positionē ab officio, vel ab ad-  
 ministratiōe, vel ad aliquod maius; secus, si tēderet  
 ad pœnam pecuniariā, vel quid simile; & hoc, argu-

mento a cessante ratione factō. s. per Ioan. And. per  
 c. fi. de officio vic. lib. 6. Hoc tamen non audeo affir-  
 mare propter generalitatem text. c. licet. dum dicit  
 177 puniendi. nisi diceremus, quod si dictio, seu. posita  
 ibi, post verbum excessus, stet copulatiuē, prout. s.  
 dixi de dictione, aut. & quod dictio, seu, possit quan-  
 doq; stare copulatiuē, not. Ioan. And. post Host. in. c.  
 ex parte. s. de rest. spol. vel expositiue, vt not. in. c. Ro-  
 mana. §. 2. de appell. lib. 6. ¶ Decimo quinto quæro,  
 178 si nunquid in casibus, in quibus vicarius possit inq-  
 rere ex speciali mādato dicatur habere delegatam,  
 179 vel ordinariam iurisdictionem? Nam si regulariter  
 quilibet vicarius dicitur habere ordinariam, nō de-  
 legatam, vt in clem. i. de offi. vica. Sol. Lap. & post eū  
 D. Dom. in. d. c. licet. videtur velle, quod habeat de-  
 legatam. Idem etiam videtur velle Inno. & Host. in  
 c. i. de offi. archipresby. & Archid. in. c. i. de offi. vica.  
 lib. 6. & Lap. in clem. i. de hæreti. Sed tu omninō vi-  
 de Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de offic. vica. vbi  
 aliter distinguit, & quia non est principalis materia  
 nostra, vide etiam. D. de Rot. decif. 42. Et aduerte,  
 180 quia hoc si est magni effectus, maximè respectu ap-  
 pellationis interpositæ, quia si haberet delegatam  
 posset appellari ad episcopum; secus si ordinariam,  
 vt. c. 2. de consue. lib. 6. & vide que latè dixi in. c. ad  
 abolendam. in. fi. j. de hæreti. & facit quod statim di-  
 181 cam in. q. seq. ¶ Decimo sexto quæro, si vtrum capi-  
 tulum sede vacante episcopali possit inquirere? Sol.  
 hanc. q. ponit gl. in verbo capituli. in clem. i. de hæ-  
 reti. vbi refert opi. pro vtraq; parte. Pro affirmatiua  
 parte quod possit, mouetur primo; quia episcopus  
 hoc potest, & est iurisdictionis, in qua succedit capi-  
 tulum sede vacante, vt. c. cū olim. s. de maio. & obe.  
 & in. c. vnico de maio. & obed. lib. 6. ergo capitulum  
 hoc poterit, ne aliās delicta remaneant impunita fe-  
 de vacante, allegat etiam. c. fi. de supplen. neglig. præla.  
 182 lib. 6. vbi, si visitator datus a metropolitano, a quo  
 certus casus excipitur, in alijs videtur potestatem ha-  
 bere, quasi per exceptionē firmetur regula, vt. l. quæsi-  
 tum. §. deniq; Neratius. ff. de fundo instructo. & 32.  
 q. 7. in. c. dominus. Cum autem metropolitano nihil  
 habeat, nisi de iure transfuso de capitulo in me-  
 tropolitano; ergo capitulū prius habebat. Faciunt  
 etiam ea que per Innoc. not. in. c. ad abolendam. j. de  
 here. In cōtrarium verò glo. in. d. clem. i. allegat. nam  
 hoc non reperitur iure expressum, quod hoc compe-  
 tat capitulo sede vacante, ergo hoc non est ei attri-  
 buendum, vt in. c. 2. s. de transla. præla. Secundo mo-  
 183 uetur; quia si licet capitulum conferuet iura episco-  
 patus, & ius reddat accusantibus, & denuntiātibus.  
 12. q. 2. c. charitatem. & c. illud. nō tamen visitat; sed  
 ille datur a Papa. 41. dist. in. c. obitum. & hoc aperte  
 videtur probari; quia ecclesia vacans destituitur visi-  
 tatione; & sic capitulum nō habet dictam potestatem.  
 Ad illud tamen. c. dicit Archid. posse responderi, q̄  
 verbum destitutæ ecclesie, positum in. d. c. obitum,  
 non respicit inquisitionem; sed vacationem ecclesie  
 184 vt. s. de elect. in. c. ecclesia. 12. Item si capitulum est  
 necessarius, non voluntarius administrator, & sic vi-  
 detur non posse illud, quod non incumbit necessariō  
 administratiōi; & hanc opin. tenet Ioan. Mon. in. c.  
 fin. de supplen. neglig. prælato. lib. 6. Sed Archid. in  
 c. pen. eod. titu. & lib. non elegit expressē, videtur ta-  
 men

men plus adherere primæ opi. affirmatiuæ, q̄ possit  
 pro quo facit, secundum glo. præallegatam, quia iste  
 non est actus per quem præiudicetur episcopo, sicuti  
 beneficiorum collatio, & alienatio rerum, & per-  
 sonarum, de quibus, in. c. 1. de maio. & obe. lib. 6. d. c.  
 olim. & 12. q. 2. si qua de rebus. & c. fraternitatem.  
 Sed finaliter glo. præallegata concludit, quod iste ar-  
 ticulus indigeret declaratione; & nititur concordare  
 opin. dicens, q̄ volens tenere opi. lo. Mo. posset dice-  
 re; q̄ opinio sua procedat in visitatione generali; seu  
 inquisitione, quæ fit sup statu tam capitis, quam me-  
 brorum alicuius ecclesie, vel monasterij, vel diocesis.  
 Contraria verò opi. habeat locum in speciali inqui-  
 sitione, quæ fit contra certas personas, vel loca. Et  
 hanc eandem opinionem tenet Paul. Sed. D. m. in. d.  
 c. cum olim. Indistinctè tenet, quod possit etiam ge-  
 neraliter visitare, & specialiter inquirere; quia etiam  
 inquisitio generalis, fit ex necessitate iuris. 10. q. 1. c.  
 relata. & c. lopite. s. de censu. Mouetur etiam, per. c.  
 fin. de supplen. neglig. prælat. lib. 6. vbi datur visitator  
 per Archiepiscopum, si capitulum sit negligens in  
 exercenda iurisdictione; ergo capitulum videtur pos-  
 se visitare, & talem inquisitionem facere; & hoc di-  
 cit admittendum, vbi de proximo non speramus q̄  
 ecclesie prouideatur de episcopo, vt puta; quia fortè  
 episcopus est captus ab hostibus, ad quod allegat. c.  
 inter cetera. de offi. ord. posset etiam hoc contingere  
 si sedes Apostolica vacaret; & hæc opin. plus mihi  
 placet. Sed iuxta prædicta oritur difficilior dubitatio,  
 185 & quæstio; videlicet, si vtrum capitulū sede vacante pos-  
 sit inquirere contra monasteria monialium exēpta-  
 rum, quæ visitat episcopus auctoritate Apostolica,  
 vt in clem. 2. de sta. regula. refert Collect. in. d. c. cum  
 olim. s. de maior. & obe. q̄ cum hæc quæstio esset de  
 facto, Doctores in cancellaria congregati varias ha-  
 buerunt opiniones, & tandem varij receperunt, ipse  
 tamen videtur concludere, quod ex necessitate pos-  
 sit. Lapp. Abb. consuluit contrarium; & ita refert re-  
 spondisse Ioan. And. cum in hac quæstione consule-  
 ret. Mouetur; quia capitulum nō succedit in his que  
 iure speciali competunt episcopo, & ideo non succe-  
 dit in potestate cognoscendi de feudo, vt. c. verum.  
 s. de foro compe. & pro hac opinione facit, quod tra-  
 dit Innocen. in. c. ad abolendam. de hæreti. vbi vult,  
 quod capitulum succedat in his, quæ competunt epi-  
 scopo iure suo ordinario. Idē Fede. consilio. 30. facit  
 c. pastoralis. §. 1. s. de offi. ordin. vbi, mortuo episco-  
 po delegato expectatur successor, non autem cogno-  
 scit episcopus; licet quidam contra. Sed plus placet  
 186 D. m. præcedens opinio. Mouetur; quia si capitulum  
 succedit episcopo propter communionem, quæ est  
 inter ipsum, & episcopum; quoniam vnum corpus  
 cenetur, vt. c. nouit. & cap. quanto. s. de his que sunt  
 a præla. ergo non succedit in his, quæ competunt epi-  
 scopo soli iure speciali; & in hoc residet. D. m. in. d. c.  
 cum olim. Sed tu aduerte; quia hæc decisio videtur  
 esse dubitabilis, & videtur posse attentari contrariū;  
 187 quia ista est regula, quod si quotiescumque fit aliqua  
 concessio, per quam recedamus a iure speciali, & re-  
 deamus ad ius commune, semper fit latissima inter-  
 pretatio etiam contra propriam naturam, ista est  
 glossa singularis, quam perpetuò memoriæ commē-  
 dabis, in versic. numerandum. in. c. statutum. de præ-

188 ben. lib. 6. & facit, quia tres de facili reuertitur ad na-  
 turam suam. 35. dist. in. c. ab exordio. & l. si vnus. §.  
 pactus ne peteret. ff. de pactis. Cum ergo de iure cō-  
 muni episcopus haberet fundatam intentionem suā  
 a iure cōmuni in omnes ecclesias, & monasteria di-  
 cesis suæ. 16. q. 7. c. omnes basilicæ. 10. q. 1. regenda.  
 & s. de officio ordina. per totum. Exemptio ergo fa-  
 cta ab ipso de aliquo monasterio, vel ecclesia est con-  
 tra ius commune. Cum ergo Papa postea concedat  
 potestatem visitandi episcopo; licet concedat autho-  
 ritate Apostolica, videtur dicendum, quod hoc latif-  
 simè sit interpretandum, & sic; vt capitulum sede va-  
 cante hoc possit. Ad idem facit, quod in simili notat  
 Doct. in. c. penul. super gloss. fi. s. de rescript. vbi vo-  
 189 lunt, quod si licet prælatus renuntiando, vel alienan-  
 do non possit præiudicare ecclesie; nisi in his, quæ  
 sunt parui præiudicij. 12. q. 2. c. terrulas. & traditur  
 in. c. sine exceptione. ea. causa & q. tamen fallit si re-  
 nuntiando, vel alienando rediretur ad ius commune;  
 quia patet etiam in grauib⁹ præiudicare, iuxta no-  
 in. c. 1. coniuncto. c. fi. de pactis. lib. 6. & tenet Federi-  
 cus consi. 89. & in simili not. glo. in clem. s. p. de  
 ver. signi. Facit etiam quod notat Bald. in. l. si quis ad  
 declinandam. in. fi. c. de episcopis & clericis. in no-  
 190 ua. lect. vbi vult, q̄ in casibus, in quibus aliās vide-  
 tur necessaria clausula, non obstante; talis clausula  
 non est necessaria, quando per id quod disponitur,  
 reditur ad ius commune. Ad prædicta etiam addu-  
 co quod in simili tradit. D. m. in. c. cum accessissent.  
 191 s. de consi. versi. Item not. vbi vult, quod si licet re-  
 gulariter inferiores prælati nō possint disponere cō-  
 tra constitutionem superioris, vt dixi latè in clem. ne  
 Romani. de elect. & in. c. cū inferior. de maio. & obe.  
 & in. c. fi. s. de consue. & ibi D. m. & Doct. tamen a cō-  
 stitutione, seu statuto factō per Sedem Apostolicam  
 præiudicatio, seu contrario iuri communi; videtur,  
 quod inferiores prælati constituendo, & redeundo  
 ad ius commune possint disponere sine auctoritate  
 superioris, q̄ etiam videtur voluisse Bart. in. l. omnes  
 populi. ff. de iusti. & iure. Sed Bald. contrarium. Ex  
 prædictis igitur, videtur inferendum, quod capitu-  
 lum potest etiam visitare, & inquirere contra mona-  
 steria, & moniales exemptas sede vacante. Et ad prædi-  
 cta vide, que scripsi in. c. ad abolendam. in. fi. j. de hæ-  
 re. & in disputatione mea. quæ incipit. A Sacrosan-  
 ctę, in finali quæstione. In contrarium tamen facit,  
 quia capitulum sede vacante non videtur quodāmo-  
 do posse exercere iura episcopalia iurisdictionalia,  
 quasi iure quodam speciali, per not. in. d. c. vnico. de  
 maio. & obe. lib. 6. ergo per dictam cōcessionem fa-  
 ctam per clem. 2. de statu reg. nō videtur dicendum,  
 quod capitulum possit istud sede vacante, cum per  
 talem concessionem non videatur simpliciter redi-  
 ri ad simplex, seu purum ius commune; & sic cessant  
 argumenta in contrarium formata; & ideo plus pla-  
 cet prædicta decisio, quod non possit; & prædicta no-  
 tabis perpetuò; quia nouissima sunt, & præbent sin-  
 gulares intellectus ad alias materias. ¶ Decimo se-  
 192 ptimo quæro, si vtrum criminofus possit inquirere?  
 Sol. glo. nostra in versi. vel quod iudex sit criminofus.  
 dicit, quod non, per text. 3. q. 7. c. indicet. & 25. dist.  
 c. fi. 26. dist. in. c. vna. & hanc opinionem tenet Ioan.  
 Taner. & Goffre. Specul. verò in titu. de iudi. delega.  
 §. ex-



§. excipitur. versu. item quod commissit, distinguit, quod aut crimen de quo excipitur, est dignum morte; & debet exceptio admitti; aliis secus. Idem dicit ipse Spec. in titu. de inquisi. §. 1. versu. item opponitur quod inquisitor. quod si quando ordinarius toleratur ab ecclesia nullus subditorum potest eius iudicium, ratione criminis declinare. §. de cohab. cleri. & mul. in c. vestra. & j. de cleri. excomm. mini. c. fi. & sic sentit, quod iurisdicatio ordinarij non possit declinari ratione criminis, secus in delegato; & hanc opinionem sentit ibi Ioan. Andr. allegat pro ordinario. c. nonne. 8. q. 4. & d. c. fi. 25. dist. & sequitur hic Do. Anto. Do. Cardi. Floren. Ioan. de Imo. & idem tenet hic. D. m. mouetur; quia modus excipiendi, non sufficit ad priuationem, vt in. c. super his. §. eod. facit excommunicatus. in. c. 2. de ordi. cog. Delegatus autem bene potest repelli prae-textu criminis, vt. c. sciscitatus. §. de rescript. & ibi hanc differentiam sequitur Io. And. post Inno. mouetur; quia si ordinarius repelleretur prae-textu exceptionis; sequeretur absurdum, quod in hac causa non esset ordinarius, & in alijs sic; nec debet dici, quod per exceptionem debeat priuari officio ex toto; nam per exceptionem non debet quis priuari officio suo, vt dixi, & not. Inno. in. c. inter dilectos. de excess. praelat. & probatur in auth. & super hic. Et. d. c. 2. de ord. cog. In delegato vero cessat haec absurditas; quia ex toto repellitur per exceptionem ab officio iudicandi, vt in. d. c. sciscitatus. & vide Innoc. in. c. cu super. de offic. deleg. & an si non exciperetur de crimine, vel infamia possit delegatus inquirere, & in causa inquisitionis procedere, adeo quod processus teneat, statim dicam in. q. 20. Et ad praedicta vide D. m. in. d. c. sciscitatus. & in. c. cum venerabilis. §. de excep. vbi vult, quod contra iudicem non possit excipi de crimine, etiam si sit crimen homicidij. Aduerte tamen; quia quod dictum est, quod contra ordinarium non possit excipi de crimine, fallit in pluribus casibus. Fallit primo in exceptione excommunicationis, hoc voluit Innoc. in. c. nihil. §. de elect. & idem voluit in. c. cum non liceat. §. de praescript. & ibi posuit rationem huius fallentiae super gl. 1. quia, quamuis excommunicatus sit toleratus; tamen non possumus ei communicare sine periculo animae nostrae, quod periculum non contingit in alijs criminibus non inficietibus; & idem etiam videtur tenere in. d. c. cum super. Quid autem si non opponatur exceptio, & ipse communi opinione habetur pro non excommunicato, an teneat processus suos; vide omnino not. q. quae incipit excommunicatus, qui communi opinione, & vide quae traduntur in. l. Barbarius. ff. de offi. praeto. & quod statim dicam in 20. q. Fallit secundo secundum Innoc. in notorio simoniaco, & fornicatore; nam contra ipsum poterit excipi quod non potest inquirere; & ideo est, quia talibus non debetur obedientia, & licitum est ab eis discedere. 25. dist. in. c. vnum. Et licet hoc dictum Inno. non videatur iure clare probari; tamen videtur probari ratione; quia tales suspensi sunt ipso iure ab officio, vt in. d. c. vestra. & in. c. per tuas. §. de maior. & obe. ergo & a beneficio, vt not. gloss. in. c. cupientes. de pœnis. lib. 6. praeterea si obedientia debetur ratione iurisdictionis; sed suspensus ab officio est suspensus & a iurisdictione, vt in. c. cum dilectus. §. de consue. er-

go & c. qualiter tamen procedat hoc, vide Doct. in. d. c. vestra. Fallit tertio, secundum quod ego infero ex praedictis generaliter, quandocumque exciperetur de crimine, quod inducit priuationem potestatis; seu iurisdictionis ipso facto; verbi gratia, si excipitur, quod sit condemnatus de crimine infamante quod priuat officio publico ipso facto, vt not. glo. in. l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infra. & not. Inno. in. d. c. inter dilectos. Vel si exciperetur de alio simili impedimento; & ratio est propter cessantem rationem absurditatis, de qua supra dixi. & hoc tenet gl. 3. q. 7. in summa. Et ex praedictis videtur inferendum, quod exceptio haereticis, vel schismatis possit opponi contra iudicem inquirentem; etiam ordinarium; nam haeretici, & schismatici sunt priuari beneficij, vt. c. excommunicamus. de haere. & c. cum tantum. de haeret. lib. 6. & faciunt quae dixi in praecedenti fallen. Fallit quarto in praelato, qui non seruat canones; nam talis non potest corrigere, nec sibi debetur obedientia, hoc singulariter not. gloss. 2. q. 7. c. sacerdotes. quod videtur esse valde singulare, sed non placet. D. m. in. d. c. sciscitatus. §. de rescript. ita simpliciter. Sed dicit hoc intelligendum in praelato, qui non seruat canones conueniendo, vt puta, asserendo ecclesiam non habere potestatem condendi canones. & ita ego intellexi in. c. cum non liceat. de praescript. Et hoc ideo est, quia talis debet puniri vt haereticus, vt not. glo. in. c. in generali. de elect. lib. 6. & Doct. in. c. nam concupiscentiam. §. de constitut. & not. gl. in clemen. 1. de vlt. alijs autem effectus esse nimis durus, & nimis dura esset interpretatio, si gl. il la simpliciter intelligeretur. Fallit quinto, in praelato incorrigibili, & notorie existente in peccato mortali, hoc tenet simpliciter Ioan. And. post Host. in. c. 1. in fine de censib. lib. 6. & ratio est, quia ad tale praelatum non pertinet iudicialis correctio, vt. d. c. iudicet. 2. q. 7. sed non placet. D. m. per not. per gloss. in. d. c. cum non liceat. & c. nullus. 32. dist. c. sacerdotibus. 2. q. 7. vbi text. singulariter dicit, quod subditi debent obedire praecipis praelatorum, licet praelati aliter agant, quam debeant; nisi in fide errarent. Nec obstat dictum. c. iudicet. secundum Ioan. And. per quod et mouetur glo. nostra hic; quia verum est, quod notorio peccatori non licet indicare ex merito vitae, vt ibi dicit Gratianus in versu. item in euangelio. in quo dicitur, Quis ex vobis arguet me de peccato. & hoc etiam tenet gloss. 3. q. 7. in summa. & per hoc potest responderi ad alia plura iura posita in illa. q. & ad omnia alia iura, quae volunt, quod criminosi non possunt iudicare, seu corrigere; quia debent intelligi; scilicet ex merito vitae; alijs possunt quandoque tolerari, & secundum praedicta limita, & declara, quae dixi supra, in secunda fallentia. Et quae sit ratio, si quare testis criminofus repellitur, & non iudex; dicit Inno. quod est, quia in iure non reperitur cautum, quod iudex repellatur per exceptionem criminis; sed secus est in teste, vt. c. testimonium. §. de testib. & ratio rationis potest esse secundum Vinc. & Innocen. in. c. fi. de cleri. excomm. mini. quia in teste est maius periculum; quia a dicto suo non potest appellari, secus est in iudice; vt ex se patet. Item testis non habet officium publi-

publicum; vt not. Inno. in. c. nihil. §. de elect. sed iudex sic. Sed tu aduerte; quia maius periculum videtur esse in iudice, quam in teste; & ideo si ex faciliori causa recusatur iudex, quam tellis, vt plene dixi in. c. postremo. de appel. vnde licet a dicto testis, non appelleretur, tamen iudex non necessatur sequi dictum testis; vt. l. 3. §. tu magis. ff. de testib. Et si necessatur, tamen, vt de se patet, maius periculum est in sententia, quam in testimonio; cum testimonium fiat ad finem sententiae. Et ideo videtur dici posse tenendo praedictam opi. quod ista se habent testis, & iudex vt excidentia, & excessa. Sed aduerte, quia contra praedicta videtur tex. 2. q. 1. §. his autoritatibus. versu. potest autem dici. Et licet hec fuerim prius imaginatus; tamen postea reperi Archi. quasi idem sentientem. 3. q. 8. in summa. qui idem videtur velle per rationem, quam statim dixi, & ita refert quosdam tenere, quod exceptio criminis repellit iudicem; quia minor causa repellit iudicem, quam testem, vt dictum est, & not. 3. q. 5. c. 1. & cap. accusatores. 2. & §. de offi. delega. c. cum R. canonicus. Sed si communis opinio est quam supra dixi; videlicet, quod iudex non repellitur exceptione criminis, nisi in fallentijs supra positis; vnde in teste arbitror posse assignari meliorem rationem; videlicet, quod cessat absurditas, de qua supra dixi; & quia traditur regula, quod quando superior toleratur, obediendum est illi; vnde agendum est contra talem criminofum per viam accusationis; & vide ad praedicta Host. & post eum Io. And. in. c. licet. in versu. testes. j. de simon. qui dicit, quod ideo exceptio criminis repellit testem, & non iudicem; quia in criminibus testimonium est odiosum, & multum laedere- tur accusatus, non admitteretur exceptio criminis contra testem. Sed respectu iudicis multum laedere- tur iustitia; si ita de facili remoueretur iudex. In con- trarium facit; quia videtur, quod si probationes non sint perimenda, sed dilatanda, vt §. vt lite. non constet. c. quoniam. in prin. & ideo difficilius remouere- tur testis, & facilius remoueretur iudex vt suspectus; quia nimis periculosum est sub eo litigare, si accusator vero difficilius remouetur, quam testis, & iudex; quia accusator nullam fidem inducit, aut proba- tionem; nec condemnat; vnde tene, quod §. dixi. & ideo dicit Host. quod in criminibus, & in recusatione, licet testis non ita de facili recusetur; non procedit argumentum de teste, ad iudicem, subdens quod casus sunt diuersi, non aduersi. Sed tu aduerte; quia etiam circa praedicta posset forte attentari, quod si iudici inquirenti aliquid iuris deficiebat ad praelaturam suam, vt puta; electo in episcopu deficiebat consecratio; erat tamen confirmatus; & sic post confirmationem, licet adhuc non esset consecratus, habebat facultatem administrandi, & exercendi iurisdictionalia, vt. c. nosti. & c. transmissa. §. de electio. not. glo. 63. dist. c. quanto. Si ergo huic obijceretur exceptio criminis; forte posset habere locum opi. glo. not. in. c. super his. §. eod. & ideo potest esse, quia cum iste non sit omnino consecutus plenum ius, non est mirum si facilius repellitur, vt. d. c. super his. secus si fuisset consecutus plenum ius, vt. c. accedens. §. eo. & c. constitutus. de appel. fortius ergo si toleratus, vt in. d. c. nonne. & hanc opin. sentit glo. licet non ita clare, in. d. §.

his autoritatibus. 23. q. 7. in gl. in versu. gladio. cogitabis. Facit etiam quod not. Bart. Braxi. vt refert Archid. 3. q. 7. in summa. vbi videtur velle, quod si iudici fuerit probatum crimen per modum exceptionis, quod repellitur, alijs secus. Refert tamen alios tenere contrarium; sed dicit posse saluare primum dictum recepta praecedenti opinione; videlicet, quando praelatus, vel iudex non erat consecutus plenum ius. Sed circa praedicta posset oriri dubitatio, si vtrū ille, cui fit delegatio inquisitionis, possit se excusare praetextu criminis, vel infamiae. Sol. Inno. in. c. sciscitatus. §. de rescript. tenet quod non; licet enim contra eum possit excipi; tamen ipse non potest se excusare, vt. l. nec infames. C. de decur. lib. 10. & hoc dictum communiter sequuntur canonista; sed Barto. in. l. 2. C. si seruus vel liber. ad decur. aspira. lib. 10. hoc reproba- re videtur, dicens per illum tex. quod dicitur ille, qui patitur se promoueri ad dignitatem, cuius est incapax, puniri debet, si non manifestat incapacitatem suam; dicit tamen hoc procedere, quando impedimentum erat detectum ab alio, vt quia erat condemnatus; alijs autem proprium crimen, seu impedimentum non tenetur quis manifestare, quod est singulare, pro quo dicto facit tex. in. c. nam tibi dico. de pœnit. distinct. 1. quod tamen vltimum dictum limitat D. m. si modo impedimentum, seu crimen sit tale, quod funditus impediatur exercitium iurisdictionis, vel illius dignitatis; quia hoc casu tenetur illud manifestare, quous sit occultum, & a nemine detectum; alijs peccat, & puniri debet. Exemplum in si bigamo, & homicida, qui licet sint occulta, & quantuncumque poenitentes non possunt administrare sine peccato, vt. c. fi. de tempo. ordi. & §. de biga. per to. & ideo debet manifestare, & not. §. o. distinct. c. si quis viduam. & c. ex pe nitentibus. & §. 1. distinct. in. c. quicumque; & satis placet. ¶ Decimo octavo quaero, quid si impedimentum venit in personam iudicis pendente inquisitione, an habeat inficere inquisitionem, seu iurisdictionem? glo. in dicto. c. sciscitatus. tenet quod sic; & communiter sequitur Doct. quod tamen arbitror limitandum, si erat tale impedimentum, quod etiam impediret post adeptam iurisdictionem administrare, alijs secus, vt in caeco, vt. l. caecus. ff. de iudi. Vtrum autem de tali impedimento possit pars excipere, collige ex his, quae late dixi in praecedenti questione. ¶ Decimo nono quaero, praesupposito, quod sit tale impedimentum, quod habeat inficere iurisdictionem iudicis inquirentis, vtrum sublato impedimento restituatur potestas inquirendi? Sol. glo. in. d. c. sciscitatus. dicit quod sic, dummodo restitutio fiat ex toto; secus si iudex solum restitueretur fame, non dignitati; ratione cuius dignitatis habebat iurisdictionem. ¶ Vigesimo quaero, quid si a principio impedimentum erat occultum, an si post sententiam latam super inquisitione, vel simili detegatur, sententia debeat retractari? Sol. glo. in. d. c. sciscitatus. tenet quod non, nisi sententia fuerit lata a publico excommunicato; quia tunc esset nulla. Sed gl. illa inepte loquitur; quia primum format inquisitionem de impedimento occulto, deinde excipit de publico excommunicato. Vnde tu distingue, quod aut impedimentum a principio erat notum, & de ipso pars non excipit; aut erat occultum. Primo casu dic, quod aut impedimentum erat natu-  
rale

C6m. opin.

C6m. opi.

rale, vt quia furiosus, mentecaptus, vel similis; & non valet nec processus, nec sententia; quamuis non excipiatur; quia naturalia iura immutabilia sunt. 5. d. in princip. & §. fed naturalia. Institut. de iure na. gen. & ciui. Aut erat impedimentum iuris; quia feruus, infamis, foemina, vel similis, & valet sententia si non excipiatur; quia cum talis exceptio sit dilatoria, debet opponi ante litem contestationem, vt. c. inter monasterium. §. de re iudi. & dic vt ibi dixi. & in l. fi. C. de excep. Dicit tamen Compofit. quod in foemina fuit pronuntiatum contrarium; licet non fuisset exceptum; & idem dicit tenendum in seruo, propter similitudinem rationis, & aequiparationem, quam facit. l. cum praetor. ff. de iud. ipse tamen sequitur primum dictum. D. Ant. distinguit, quod aut erat tale impedimentum, quod impedit finem cognoscendi, & iudicandi, & non tenet processus; alias secus; & cum hac doctrina communiter\* transeunt Doct. Sed dicit. D. m. se dubitare, quia vbi defectus non dependet a potestate partium; voluntas, seu taciturnitas partium nihil operatur, vt not. gloss. in l. 1. C. vbi de cri. agi oportet. & Io. And. in regula, scienti. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. facit quod dixi de verbis enuntiativis prolatis a contrahentibus. in clem. vnica. de proba. Sed partes, seruuum, aut infamen non possunt facere iudicem; ergo & c. Facit tex. in l. quos prohibet. ff. de 210 postula. vbi ¶ quando lex prohibet, non videtur necessaria partis exceptio, ad idem. 2. q. 7. in c. querendum. & 3. q. 7. in c. tua. in versu. verum a contrario. Facit. l. Barbarius. ff. de offi. praet. a contrario; nam si in dictis iuribus valent acta ex eo, quia occultus; ergo secus a contrario, si notum impedimentum fuerit. Probat etiam in d. c. sciscitatus. & l. verius. ff. de arbit. nam si ibi sententia lata a seruo, & a libero simul non tenet, fortius non debet tenere si a solo seruo. Facit etiam quod notatur in c. ad probandum. §. de re iudic. Secundo casu quando impedimentum erat occultum a principio, subdistingue, quod aut suberat naturale impedimentum, vt quia furiosus & c. & sententia est nulla; quia hoc casu communis tolerantia nihil operatur. Facit. l. furioso. ff. de re iudi. quia 211 ¶ communis vsus, & tolerantia contra substantiam rei, seu actus non operatur, vt est text. singularis in c. 2. de consue. Aut impedimentum erat iuris; & distingue post Cald. in d. c. ad probandum. de re iudic. tres casus. Primum, quando communiter ignorabatur. Secundum, quando partes ipsae non ignorabant, sed alij communiter ignorabant. Tertium, est contra, quando partes ignorabant, sed alij sciebant. Primo casu dic, quod aut ignorantia erat probabilis, & tenet processus. Aut erat crassa, & hoc casu est nullus; si erat tale impedimentum, quod ex se induceret nullitatem. Facit. c. apostolica. de cleri. excommu. mini. Exemplum, si aliquis fuit publicè excommunicatus; videtur tamen mihi, quod difficulter hoc possit contingere; quia videtur quasi impossibile, quod ignorantia teneat communiter omnes, de his, quae publicè aguntur. Facit quod notatur. 16. distinct. in c. quod dicitis. & in c. 1. de post. praelato. & in clem. 1. de concess. praeben. Si tamen impedimentum erat notorium in loco iudicij, procedit quod primo dixi; secus si alibi erat impedimentum notorium, sed in loco iudicij communis opi. erat quod nullum ad

e. 5. m. op. m.

esset impedimentum; ita singulariter refert. Pau. se habuisse in q. de facto a Ioan. Andr. quod placet. D. m. per not. in d. l. Barbarius. & l. 2. C. de senten. nam verisimile est, quod in partibus suis ille Barbarius esset seruus notorius, & tamen processus sustinetur, si in loco iudicij putabatur liber. Facit quod not. in c. ad nostram. 3. §. de iureiuran. Aduerte tamen; quia Do. Anto. videtur de hoc dubitasse. Arbitror tamen dici posse, quod illud procedat, quando in loco satis longinquo illud esset forte notorium; secus si in loco proximo, & circumstanti, ita quod daretur crassa ignorantia, arg. not. in d. clem. 1. de concess. praeb. cum alijs iuribus supra allegatis. materia tamen est difficilis, & dubia. Secundo casu, quod partes solae ignorant impedimentum, quod tamen apud alios est notum, dicendum est, quod processus tenet. Faciunt quae statim dixi, & quod notatur in l. latae culpae. ff. de verb. signi. & in c. fi. qui ma. accu. pos. Aduerte tamen; quia hoc videtur limitandum, nisi partes erant de longinquis partibus; quia viderentur excusari, per not. per Bar. & Doct. in l. 1. C. de sum. trini. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. dum volunt, quod ¶ forensis excusatur si committat aliquod, quod est delictum de iure municipalis; sed non est delictum de iure communi. Arbitror tamen contrarium dicendum in casu nostro; quoniam isti sunt in culpa non inquirendo de persona iudicis. Facit. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. cōiuncta. l. licet. §. idem scribit. ff. de pecul. Nō obstat contrarium, quod communiter statuta puniunt dolum, & non est similis culpa. Cogitabis. Posset tamē dici, quod postquam partes vident istum omnino toleratum, quod partes ipse debeant excusari. Cogitabis tamen circa praedicta; quia nunc venerunt in mentē; & singulariter faciunt ad materiam. l. Barbarius, Tertio casu, quando partes sciebant, sed alij communiter ignorabant, dicendum est, quod gesta in fauorē 213 scientium non tenent, vel sunt retractanda; quia ¶ in sciente cessat fauor, quod est etiam valde notandum secundum. D. m. quia eleganter limitat materiam. l. Barbarius. sentit Io. And. in c. dilectus. 2. §. de praeben. & ad praedictas etiam. qq. vide Ioan. de Imo. in l. quidam confulebant. ff. de re iud. Aduerte tamen, quia forte possent excusari partes si non poterāt probare impedimentum, nec habebant alium iudicem coram quo possent agere, quod perpetuò not. ¶ Vigesimo primo quaro, ¶ an contra iudicem inquirentem possit opponi exceptio recusationis? Glo. 1. hic in versu. item si ille contra quem tenet, quod sic, per tex. nostrum in versu. verum ita voluerunt. ibi, non excusari fomite, sed charitate procedatur affectu. Facit c. cum speciali. §. de appel. & c. ad petitionem. §. eo. Idem communiter\* tenent Doct. Spec. verò in tit. de inqui. §. 1. ver. Idem quod est certa. Idem tenet; dum modò legitimam causam producat. Et quae sint legitime causae, vide quae latissimè dixi in c. postremo. §. de appel. & dummodo proponatur recusatio debito tempore. Circa quod vide, quae latissimè dixi in c. inter monasterium. §. de re iudi. & hoc procedit si iudex inquirat extraordinaria potestate, siue delegata; quia vtroque modo potest esse suspectus, vt. ff. de libe. causa. l. ordinata. & c. si rector prouin. l. 1. C. si quacun. praedit. pot. l. 1. & 3. q. 7. in c. iudicet. Itē praedicta vendicant sibi locum etiā si Papa com-  
mitte-

mitteret ordinarijs correctionem, seu inquisitionē; 215 & diceretur in literis, inquiras tā tua, q̄ mea auctoritate nā per haec verba, iuris remedia minimè aufertur, vt. §. de offi. ord. c. licet. & c. graue. §. de cens. & l. 1. r. & l. si p̄tor. ff. de offi. eius cui man. est iuris. Nec obstat quod in talibus nō admittit appellatio, vt. c. ad nostrā. & ibi late dixi. & in c. reprehensibilis. §. de appel. 216 Et sic videt, quod cū ¶ non possit appellari, nec etiam possit fieri recusatio, cū haec videantur procedere a pari, vt in c. sup. eo. 2. de appel. C. de epi. audi. l. si clericus. & c. de sent. & interlo. om. iudi. l. si. quia respondendo post Goff. quae sequit Spec. quae ista procedit a pari, hoc modo; vt. si sicut non admittit appellatio sine cā; quia nō potest quis dicere appello, quia corrigis me, alia cā non assignata; ita nec potest dicere recuso te; quia corrigis me, si aliam cām legitimā non alleget. Sed ¶ si inquisitor, seu corrector in debite grauet, forte modò excidendo, potest appellari, vt dixi in d. c. ad nostrā. ita possum ex legitima cā ipsum recusare, & sequitur D. m. Nec est verū, quod ¶ simpliciter valeat, arg. a potestate appellandi, ad potestatem recusandi, sicut quae latissimè dixi, in d. c. super. eod. 2. de appel. Aduerte tamen; quia Goff. in c. licet Hely. de simo. videt velle, quod praedicta de recusatione procedant si inquireretur contra aliquam certā personam; secus si contra collegium; quia collegio non videtur competere haec exceptio; quae quae debet fieri contra collegiū, debet fieri de plano, & sine strepitu, vt. c. olim. §. eo. dicam. §. in 1. membro, seu artic. princip. Sed hoc nō placeat hic Io. de Imo. licet enim facilius admittantur testes, & denuntiatores in casu praedicto; tamen non videtur, quod non possit propterea repelli inquirens respectu suspicionis, per not. in d. c. cū speciali. & 3. q. 5. quae suspecti. & mihi placet; quia vtroque; vendicant sibi locum eadē ratio. Aduerte tamen; quia Arch. in c. quia plerique; de offi. ordi. lib. 6. & ibi Io. And. post eum in nouel. dicit, quod contra inquisitores datos generaliter super statu ecclesiae, non cōpetit ecclesiae, seu capitulo exceptio recusationis; nec poterit excipere contra denuntiatores de illegimitate, allegat quod not. Goff. in c. cū I. & A. de re iudi. & d. c. licet Hely. vnde in talibus inquisitionibus gñlibus, non est locus subtilitatibus, de quibus in d. c. cū I. & A. §. de re iud. & maxime quo ad illos, qui poenitentiam agere debent. Sed dicit Io. de Imo. in d. c. quia plerique; quod illud quod dicit Archi. videlicet inquisitores non posse recusari, videtur contra illud, quod not. idem Archi. in d. c. quia suspecti. 3. q. 6. vbi dicit, quod cum in arbitrijs isti possint ledere, poterunt recusari, etiam si cā esset notoria; & sic non videt istud dictum verū. Sed dicit D. Domi. quod potest saluari, vbi imponenda esset poenitentia pro peccato; in qua; dato quod aliquo modo excederent modum poenitentiae; illud esset magis vile animae ipsius; quia poenitentia est medicina animae; & sic videtur, quod propter hoc possint minimè recusari. Sed dictum Io. de Imo. loquitur, vbi agitur de imponenda poena temporalis, quae posset nimium gravare sine animae utilitate, & ideo secus est; quae consideratio est facti bona. Sed quaro iuxta praedicta; 219 ¶ diocesanus dicit, quod quidam clericus minus canonicè possidet ecclesiam, vnde petit, quod talis clericus ostendat sibi titulum, clericus petit sibi libellum offerri; Episcopus dicit, quod vult inquirere, cum tanto

tempore vacauerit, quod ad ipsum deuoluta est potestas. Clericus dicit, quod ex hoc eum habet magis suspectum, cum cām suam agat, vtrū sit locus recusationi ex hac causa? Sol. Host. dicit, quod non, in c. licet Hely. §. de simo. & sequitur ibi Io. And. super versu. 220 officij sui. quia sicut ¶ a correctione non appellatur; ita nec occasione correctionis fieri potest recusatio, vt. c. super eo. 2. de appel. & dixi in praedenti. q. & hoc sequitur D. Ant. & secundum ibi dicta limita hanc opi. ¶ Vigesimo secundo quaro. Pone; ¶ in literis Apostolicis ita formaliter continetur, super propositis coram nobis, & alijs negotium contingentibus veritatē inquiras; vtrum talis dicatur inquisitor? Sol. Spec. in tit. de inquisi. §. 1. vers. quid si litera concludit quod non; sed quod dicitur simpliciter iudex, vt. c. exhibita. de iudi. ¶ Vigesimo tertio quaro, ¶ vtrū iudex qui inquit, aequiparatur prosequenti suae, seu suorum iniuriam? Sol. dicit, quod aut inquit de crimine commissio in suam maiestatem, vel in Rempub. & aequiparatur. Aut inquit de iniuria alicuius priuatae personae, & non aequiparatur, hoc tenet Bal. in l. ea quidem. C. de accu. allegat Inno. idem tenentem in c. ex parte. 1. de verb. signi. ad quem tex. se remittit, vbi 223 Inno. generaliter tractat, ¶ an iudex possit vindicare, seu iudicare de iniuria sibi illata, de quo Cyn. in l. 1. C. ne quis in sua cā. & Bart. in l. si quis aliquid. §. 1. ff. de poen. traditur in c. cum venissent. §. de re iudi. & per Bart. Brix. 45. dist. in c. & qui emendat. ¶ Vigesimo quarto quaro, ¶ vtrū iudex in cā inquisitionis possit cognoscere vigore proagationis in eū factae? Sol. dicit, vt dixi in c. significasti. de foro cōpet. §. artic. princ. vers. septimo quaro. ¶ Vigesimo quinto, & ultimo quaro, 225 & in summa not. quod ad hoc vt quis possit inquirere, requirit, quod et praedictas habeat qualitates, per quas possit esse iudex, & careat qualitatibus impediens quem iudicem esse; verbis gratia, quod non sit furiosus, mentecaptus, nō mutus, aut caecus; intelligendo de caeco prout. §. dixi, s. m. l. caecus. ff. de iudi. Item quod nō sit foemina, nec minor annis requisitis, de quibus omnibus vide Host. in summa in tit. de iudi. §. quae sint necessaria. & Azo in summa in tit. de iudi. Ex quibus omnibus, & ex alijs supra dictis in hoc principa- 226 li articulo, collige praeticam seruandam, vt inquisitus, & ipse inquisiti bonus, & diligens aduocatus ante omnia animaduertat, & consideret personam, & qualitatem ipsius iudicis inquirentis; & si viderit aliquam exceptionem competere inquisito propter defectum, & impotentiam existentē in iudice; ante omnia illam exceptionem opponat semper honeste, & reuerenter loquendo; vt puta, talis inquisitus cum omni debita reuerentia comparet, & dicit, quod protestatur, quod non intendit in vos dominum iudicem consentire, & quod vos domine P. iudex nō potestis in dicta inquisitione procedere propter talē causam. Vel dicat talis inquisitus, nō ad iniuriam vestram, sed solum pro suo iure seruando, cum debita reuerentia, dicit, quod vos dñe iudex nō potestis inquirere propterea causam; vnde cum prius de personis quaerendum sit. 2. q. 1. in primis. & c. 1. §. eod. & not. in l. si quis. ff. de testa. & maxime de persona iudicis; vt l. fi. C. de excep. circa. quae vide quae late dixi in c. inter monasterium. §. de re iudi. Ideo petit dictus inquisitus ante omnia discuti, & pronuntari de dicta, vel dictis  
Par. j. N exceptio-



exceptionis personam concernentibus. Et hoc in quantum iudex qui inquireret, esset ordinarius. Si vero esset iudex delegatus, ultra prædicta, & sub obseruancia honoris, & maiestatis debet inquisitus, & ei aduocatus diligenter animaduertere ad formam rescripti, & delegationis, & cautè considerare, an ibi sit aliquis defectus, vel aliqua subreptio, vel quid simile; aliàs opponere exceptiones legitimas, quæ op poni possint in materia rescriptorum, quas hic omitto; quæ esset legere materiã rescriptorum. Et ex prædictis habes expeditam, & declaratã materiã quinti articuli, seu membri principalis. ¶ Sexto loco principali, iuxta præmissum ordinem est examinandus articulus, ad cuius instantiam, instigatione, seu promotionem possit iudex inquirere, & per consequens quæ possit inquisitionem promouere. Circa quem articulum examinabimus infra scriptas. q. videlicet. Prima, ad cuius instantiam possit fieri gñlis inquisitio, Secunda, ad cuius instantiam possit fieri gñlis inquisitio super statu alicuius loci, vel ecclesiæ, in capite, & membris. Tertia, ad cuius instantiam possit fieri inquisitio, quæ fit per oculorum inspectione. Quarta, ad cuius instantiam possit fieri generalis inquisitio quo ad personas, & quo ad delicta; vel specialis quo ad delicta, & generalis quo ad personas. Quinta, ad cuius instantiam possit fieri specialis inquisitio quo ad personas, & quo ad delicta. Sexta, quæ in præcedenti tractabatur, quæ inimicitia repellit promotorem inquisitionis, quæretur qualis inimicitia requiratur. Septima, an possit opponi de inimicitia, si Papa in rescripto ita mandat. Venientibus ad sedem Ap. A. & B. nobis multa enormia de suo episcopo nuntiarunt, quæ non possumus salua conscientia sub dissimulatione transire; quare mandamus tibi inquisitori, &c. Et hic subiungitur alia similis quæstio, quod si in litera continetur, Peruenit ad nos, quod talis episcopus est homicida, vtrum poterit opponi de inhabilitate impetrantis, seu promouentis inquisitionem. Octaua, vtrum ille, qui non potest accusare, possit inquisitionem promouere. Nono, vtrum extraneus, vel existens in aliena diocesi possit promouere inquisitionem. Decima, vtrum ad denuntiationem regum, vel principum possit iudex ad inquisitionem procedere. Undecima, an plures admittantur ad promouendum inquisitionem. Duodecima, an admittatur vniuersitas. Tertiadecima, vtrum ad petitione illius, qui non pramonuit possit iudex inquirere. Quartadecima, vtrum licitum sit promouere inquisitionem contra illum, quem pœnituit, & pœnitentiam egit. Quintadecima, vtrum statuto dictante, quod non soluens collectas, datias, pstantias, vel quid simile non audiat in cã ciuili, an talis possit promoueri inquisitionem. Decimasexta, vtrum prosequutor, seu promotor inquisitionis habeat ius in processu inquisitionis. Decimasextima, vtrum promotor inquisitionis possit repelli per iudicem quandocumque sibi placuerit. Decimasoctaua, vtrum in locum promotoris remoti, vel repulsi, alius sit subrogandus. Decimanona, vtrum quis possit promouere inquisitionem per procuratorem. Vigesima, vtrum ad petitionem inquisiti possit iudex inquirere contra promotorem inquisitionis. Vigesima prima, vtrum pro-

motor inquisitionis sit citandus si annullatur processus inquisitionis. Vigesima secunda, vtrum promotenti inquisitionem sint ministranda expensã. Vigesima tertia, & vltima subiicietur compendiosa practica seruanda circa prædicta. ¶ Primo igitur quæro, 227 ad cuius instantiam fieri debeat generalissima inquisitio? Sol. dic. quod concilium potest illam facere ex officio, & alij qui habent potestatem faciendi inquisitione. Item possunt illam facere ad denuntiatione cuiuscumque; et infamis, & criminosi; nam cum illa nihil contineat mali; sed simpliciter sit bona, vtilis, & saluifera; vt patet ex his, quæ dixi in secundo, & primo articulo. Et ex his, quæ dicentur. j. maxime in. 9. 11. & 17. articulis principalibus, non est distinguendum per quem promotio, vel denuntiatio talis inquisitionis fiat; quia non refert per quem preces, aut consultationes porrigantur; sed quales sint, vt. l. vniuersis. C. de preci. impe. offe. maxime, cum talis 228 inquisitio contineat bonum multitudinis, quod iuge maius, & diuinius est, quod bonum vniuersi, secundum Philosophum primo Et hic. & Beatum Thoma. 2. 2. q. 3. 8. artic. 2. & vide, quod dixi de schisma. in. f. q. in rubri. Vnde 229 si ad postulationem priuati propter priuatũ interesse, quis debet facere, quod prodest postulanti, & facienti non nocet, vt traditur in. c. 1. & ibi dixi. j. de criminali. & 1. q. 3. quicquid, & ibi glo. dummodo nec alteri tertio noceat, arg. l. asfiduis. C. qui potio. in pigno. habe. & c. cum causam. de preben. Facit. c. apostolica. de dona, & auth. nisi rogati. C. ad trebel. & per regulam, non debet. ff. de reg. iur. Quantomãgis propter bonum, & vtilitatem communem nemini nocentem, cum publica, & communis vtilitas præferenda sit priuate, vt. s. dixi, & probatur in. l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. & in. l. eo. in fi. ergo ad petitionem cuiuscumque fieri potest. Faciunt quæ dicã. j. in. 9. artic. princip. in. 2. & 3. q. Facit quod statim dicã in 231 seq. q. ¶ Secundo quæro, ad cuius instantiam debeat fieri inquisitio gñlis super statu alicuius loci, vel ecclesiæ tã in capite, quã in membris? Sol. dic. vt dixi in q. præcedenti; quia rationes quæ concludunt in illa, concludunt & in ista; & hoc tenet Goff. in. c. licet Hely. j. de simo. & sequitur hic Io. de Imo. nã & testes minus idonei admittunt, vt. c. c. i. l. & A. s. de re iud. dixi. s. in primo artic. prin. & vide quod dicã. j. in. 9. artic. prin. 232 ver. secundo quæro. ¶ Tertio quæro, ad cuius instantiam fieri debeat inquisitio quæ fit per oculorum inspectione? Sol. dicendum arbitror, quod potest fieri ex officio ad petitione cuiuscumque; quia huiusmodi inquisitio fit ad finem, vt iudex certificet de veritate; nec continet aliquid mali; quoniam iudex quoniam videt, posse capere informatione per oculorum inspectione, debet oino illam capere; quæ, vt. s. dixi in. 7. notabili. & in primo articulo. 233 si talis probatio superat omnem speciem probationis, & iudex debet laborare, vt oino, & omnibus modis veritate habeat, 2. q. 5. iudicantẽ. & ideò non considerat qualitas personæ promouentis; vt et contingit in scolariibus amore captis, quæ facilliter credunt cui libet 234 circa inquisitione suã amari. ¶ Quarto quæro, ad cuius instantiam possit fieri gñlis inquisitio quo ad delicta, & quo ad personas? Sol. dic. vt statim dixi in prima & 2. q. huius articuli. propter identitatẽ rationis. Et dic idẽ de inquisitione gñali quo ad personas, & specialis quo ad delicta. ¶ Quinto quæro, ad cuius instantiam

stantiam possit iudex specialem inquisitione facere quo ad personas; licet gñalem quo ad delicta, vel specialem quo ad delicta, & quo ad personas? Sol. dic. quod illi ad quorum instantiam, vel instigatione, seu promotione iudex vult inquirere; & debet esse viri idonei, non inimici, non periuri, non criminosi, aut infames, vt. c. c. i. oporteat. s. eod. Et not. quod si persona promouens inquisitionem non est idonea, non tenet iudex inquirere et sup fama, nisi ad cautelã, vt ibi, not. in. c. c. i. in iuuẽ tute. s. de psump. & vide quod dixi post Io. And. & D. m. in. c. licet. s. eod. Aduerte tã; quia prædicta videntur procedere in his promotoribus, qui telã assument iudicij; sed in simplicibus denuntiatoribus constitutis ad maleficia, quod iuris sit, Bar. in. l. diuus. ver. secundo 237 quæro. ff. de custo. reo. dicit, quod oes qui admittuntur ad accusandũ, admittuntur ad denuntiandũ, & oes qui prohibent accusare, phibentur denuntiare, quod an sit verum dicã. j. eod. artic. 8. q. vers. octauo quæro, & adde hic, quod ibi dicam. ¶ Sexto quæro, quia in pcedenti quæstione dixi, quod inimicus repellit, quod qualis inimicitia requiratur? Sol. dic. vt dixi in. d. c. c. i. oporteat. s. eod. in gl. in vers. inimicis. iunctis his, quod dixi in. c. repellatur. s. eod. & ibi vide plures. qq. faciẽtes ad pãdicta. ¶ Septimo quæro, si pone in rescripto in quo mandatur inquisitionem fieri dẽ, veniẽtibus ad sedem Ap. A. & B. multa enormia de suo episcopo nuntiarunt, quæ non possumus, salua conscientia, sub dissimulatione trási re; quare mandamus, vt inquiras, & c. an poterit excipi. quod illi sint inimici, maleuoli, & criminosi, & quod non ex zelo iustitiæ, sed ex typo malitiæ talia summo pontifici nuntiarunt? Sol. dicendum est, quod sic, vt. d. c. cum oporteat. s. eod. & hoc tenet Spe. in tit. de inqsi. §. 1. ver. item quod is contra quẽ. Item potest excipi, quod fugesta sunt falsa, vt dicã in. 9. artic. Sed iuxta prædicta 240 quæro, quid si in litera continetur, Peruenit ad nos, quod talis episcopus est homicida, vtrum poterit obijci contra inquisitionem, quod impetrans erat excõicatus, vel criminofus; & videt dicendum, quod non; quia ex officio proceditur, & sic nullo impetrante. Item non est quærendum per quem preces porrigantur. C. de preci. impe. ra. offe. l. vniuersos. Sol. dicit Spec. in tit. de inqsi. §. 1. 241 ver. quid si in litera. quod excõmunicatio personæ instantis, vt officium superioris moueatur ad inquisitionem committendam, vel soluentis pro scriptura, vel bulla, non inficit substantiam inquisitionis; secus si illius nomen esset expressum in litera, vt in. c. olim. j. eod. Sed tu aduerte; quia hanc. q. tangit glo. in vers. super alio. in. c. 1. de rescrip. lib. 6. vbi arguit, quod valeant literæ; sed tandem concludit in contrariũ. Nec obstat, quod non refert per quem preces porrigantur, & c. quia imo interdũ refert, vt. c. 2. de hæret. lib. 6. Et ad. c. c. i. oporteat. rñdet, prout ibi rñdet glo. s. m. opi. Ioã. de qua ibi dixi. Secundo respondeo, quod non loquitur in excõmunicato, sed in inimico, quæ qualitas non reddit inhabilem impetratorem, sicut qualitas excõmunicacionis; & prædictam opi. tenet Archid. in. c. 1. & 2. de accu. lib. 6. Ego in. d. c. cum oporteat. in gloss. penul. remisi me hic dicturum de hac. q. Inno. tã ibi videtur velle idem dicendum fore in excõmunicato, quod in inimico, vel altero criminoso. Lap. vero, in. d. c. 1. distinguit. quod aut rescriptum loquitur im personaliter; verbis gratia. Ad audientiam nostram peruenit, vel simili modo, & tunc non obstat exce-

ptio excõmunicacionis; quia cõcedens videtur esse loco partis. Aut loquitur personaliter expresso nomine impetrantis; & tunc procedat opi. gl. in. d. c. 1. Sed D. Ant. in. d. c. 1. reprobatur dictam distinctionem; & tenet illam gl. indistincte. f. quod rescriptum non tenet; & dicit, quod distinctio Lap. potest pcedere in inimico, vel aliter criminoso; & ita dicit procedere not. per Inno. in. d. c. cum oporteat. Sed aduerte; quia idẽ D. Ant. in. d. c. c. i. oporteat. tenet distinctionem Lap. & ita refert D. Domin. in. c. 1. ipsum legẽtem. c. cum oporteat. prædictam opi. tenuisse. Facit, quia text. in. d. c. loquit. quãdo apparet, quod cõcedens rescriptũ facit ad instantiam excõmunicati impetrantis. Sed quãdo Papa loquitur im personaliter, non apparet, an fuerit motus ad cõcedendum rescriptũ ad instantiam excõmunicati, vel alteri, ergo, & c. & in dicta opi. videtur finaliter residere. D. Domin. quæ in veritate fuit Innoc. in. c. olim. j. eod. & c. fi. de procu. l. aduerte 242 tã; quia Inno. videtur velle, quod si vbi mādatur inquiri de fama, Papa, non videtur habuisse respectum ad impetratẽ; & ideò omnino est procedendum ad dictã inquisitionem super fama, quod satis placet; & ad prædicta vide quæ dixi in. d. c. c. i. oporteat. ¶ Octauo quæro, 243 vtrum ille, qui non potest accusare possit inquisitionem promouere? Sol. ex his, quæ dixi. s. in. 5. q. videtur dicendum. quod ille, qui non potest accusare, non possit inquisitione promouere, & hoc tenet Bar. in. l. diuus. ver. secundo quæro. ff. de custo. & exhi. reo. vbi dicit, quod ois qui admittitur ad accusandum, admittitur & ad denuntiandũ, iuxta. l. hos accusare. c. l. seq. ff. de accu. & qui prohibetur accusare, phibetur & denuntiare. Facit quod habetur in. c. 1. s. eod. & idẽ tenet D. Bart. de Salic. in repet. l. ea quidem. C. de accu. ver. 2. quæro rone subiecti, & materiæ. & sic videtur, quod infamis non admittatur. Sed aduerte; quia hesterno die peruenit ad manus meas quidam solennis tractatus maleficiorum nuper editus; vt accipi per famosũ. Ang. de Aretio, legentem, Bononiæ, vbi ipse in gl. in vers. nec nõ ad denuntiationem. ver. secundo principaliter quæro. tenet contrarium; & ita dicit, quod communiter obseruatur; nam isti denuntiatores constituntur, & vt plurimũ sunt viles persone, & abiectæ, & quasi vt nuntij, vt. l. 1. C. de infami. lib. 1. 2. igitur & c. Itẽ mouet, quod tali denuntiatori, seu officiali non creditur, nisi crimẽ per eum denuntiatum probetur postea. Vnde denuntiatio sua solũ operatur, vt iudex inquirat, vt. d. l. ea quidem. Præterea deputatio, & mandatum iudicis constituentis infamiam pro denuntiatore, habilitat ipsum, vt. l. furti. §. qui ius se. & quod ibi not. ff. de infami. & maxime, quia vt plurimum contingit, tales inuiti eliguntur ad tale officium. Vnde distinguit idẽ D. Ange. quod aut quis denuntiat motu proprio; & tunc est verum dictum Bar. quia eadem est ratio in denuntiantem, vel quasi, quæ in accusante. Aut denuntiat virtute sui officij, & fortẽ etiam inuitus, vel ex publico, & tunc etiam infamis potest esse denuntiator; vnde cum ex necessitate officij sui id agat, non videtur et infamis posse repelli, sicut dictũ est de nuntio; & hæc opi. mihi placet, & in veritate eam imaginatus fueram, antequam ipsum viderem. Arbitraretur tamẽ, quod primum dictum procedat in promotore, seu denuntiatore, qui assumit telam iudicij. Facit quod dixi. s. in Par. j. N ij primo

C6m. 981.

primo principali artic. & q̄ dicam. j. in. 16. q. huius articuli. & dixi. s. in. 6. q. huius articuli. & dicam. j. 245 in. 1. r. artic. prin. ¶ Nono quæro, ¶ vtrum extraneus, seu existens alterius diocesis admittatur ad promovendum inquisitionem? Sol. gl. hic. in fi. tenet, q̄ non, per not. in. c. ex parte. de testi. & idem tenet Goff. & Io. And. & Spec. in tit. de inqui. §. 1. ver. sed nunquid extraneus. movetur; quia nō agitur criminaliter, sed vt remoueat ab administratione, de quo videbimus 246 in. 1. 3. artic. princip. ¶ Cum enim agitur contra aliquem de suspecto civiliter, priuatum est crimen; nec admittitur, nisi ille cuius interest; & idem tenet Spe. in. d. titu. §. nunc tractemus. verficu. ceterum, vt quia subditus, qui ad hoc tenetur, facit. 1. q. 7. c. quia propter. Vel patronus. 1. 6. q. vlti. c. filijs. vel parochianus. 23. dist. c. illud. tales enim admittuntur, vt. s. eod. c. illa. & probatur in. d. c. cum oporteat. Aut nullo modo interest; q̄a non est de illis personis, & nullo modo admittitur, vt. d. c. illa. q̄a præsumitur hoc facere malitiosè; & hac ratione dicit Spec. quòd si quis alterius diocesis impetret, vel prosequatur inquisitionem contra aliquem non debet audiri, cum eius non interest, arg. d. c. ex parte. ver. tacito quòd laicus esset. Quod tamē limitat, nisi esset tale crimē, quod haberet facti perseverantiam. 1. 3. dist. c. nerui testicularū. & s. de cogna. spir. c. tua. 93. dist. c. diaconi. & idem sequitur hic D. Anto. ad q̄ vide, q̄ dicam in. 9. articu. princ. ver. secundo quæro. limitat hoc tamen hic Io. de Imo. q̄a non præcedit infamia; secus si præcedat, per ea quæ not. Spec. in. d. ver. ceterum. Sed mihi videt, q̄ Spec. voluerit & melius, q̄ in eo cuius interest dicatur tunc admitti, q̄n præcedit infamia; aliàs nō, & bene; quia alias non videtur, q̄ possit formari specialis inquisitio contra personam certam, vt dicam. j. in. 9. artic. nisi fortè diceret. q̄ propter famam no tam, sicut potest iudex ex officio; ita ad istius promotionem. In extraneo tamen simpliciter videtur velle Spec. q̄ non admittatur, nisi in casu præallegato. Ex prædictis ergo collige, q̄ si extraneus impetraret inquisitionem hoc tacito, q̄ esset extraneus, impetratio esset nulla; quia subreptitia; & hoc singulariter tenet Io. And. in. d. c. ex parte. Item prædicta sunt limitanda secundum D. m. in denuntiatione inquisitionis, q̄ fieret ad penā; secus in denuntiatione euangelica, q̄ fieret ad penitentiam, arg. not. 2. q. 1. c. si peccauerit. & c. nonit. s. de iudi. possunt etiā prædicta restringi secundum eum, q̄ laicus nō parochianus promoueret cōtra clericū; secus si clericus cōtra clericum; q̄a sicut admittit pro vindicta publica, ita debet admitti ad denuntiandū ratione publici interesse, iuxta not. in. c. cum. P. s. eod. facit q̄ dixi. s. in. præcedēti. q. Sed tu aduerte; q̄a D. m. nō bene cōsiderauit rationē Spe. & penā imponendā per viam inquisitionis, quæ solum videtur respicere priuatū interesse, vt dicā in. 14. articu. princ. Arbitror tamen, q̄ opi. D. mei possit saluari, quando eadem pœna veniret imponenda per viam inquisitionis, quæ venit imponenda per viam accusationis, quod cōtingit in criminibus, in quib⁹ quis non habet ordinis executionem, etiam post peractā penitentiam, vt. c. inquisitionis. in princ. s. eod. & ibi 247 dixi. ¶ Decimo quæro, ¶ vtrum iudex possit procedere ad inquisitionem per denuntiationem Regum, vel Principum secularium? Sol. dic. vt dicam. j.

248 in. 9. artic. princip. ¶ Undecimo quæro, ¶ vtrum plures admittantur ad promovendum inquisitionem? Sol. Io. And. in. c. penul. j. eod. in ver. idoneos. tenet, q̄ sic, per illum tex. & probatur in. c. cum dilectis. de 249 purg. cano. sicut etiam ¶ plures admittuntur ad accusandum, vt. s. eod. c. licet. & plures ad excipiendū. c. dilecti. s. de except. & sequitur Spec. in titu. de inquisi. §. 1. ver. item simul plures. Sed dicit Ioā. And. q̄ imo videtur, q̄ magis idoneus sit eligendus, vt. l. 3. ff. de popul. act. Sol. dicit Inno. plures posse esse accusatores, denuntiatores, exceptores, & inquisitionis, p. motores, vt in iuribus supra allegatis; sed ex illis magis idoneus eligitur, si pars opponat, vt in cōtrario. l. si plures. ff. de accu. & iste electus erit quasi principalis, & alij poterunt sibi adfistere, arg. c. in super. de test. & Host. sequitur, quod dicit verū Io. And. vbi ex eadem causa, vel rōne eiusdē criminis plures prosequerentur inquisitionē, accusationem, vel exceptionem. Sed si essent diuersa crimina ex eodem, vel à diuersis factis descendētia, plures possunt admitti, secundum quod traditur, in. l. qui de crimine. C. de accusa. & ibi vide glo. not. & Doctō. dicit etiam Innoc. quem sequitur Host. Io. And. & D. m. & Io. de Imo. in 250 c. pen. j. eod. q̄ si fuerit vnus ¶ procurator constitutus è pluribus, admittitur, nec cogitur eligere, cuius nomine prosequatur, cū cesset ratio. l. ne in plures. ff. de exercit. cum vnus solus interueniat in iudicio. & sic aduersarius non distinguitur in plures personas. Facit. l. iam tamen. §. in hac stipulatione. ff. iudicatu solui. & idem in hoc tenet Spec. in. d. ver. item simul. 251 ¶ Duodecimo quæro, ¶ vtrum ad petitionem vniuersitatis possit procedi ad inquisitionem? Sol. Inno. tenet, q̄ sic, in. c. cum dilectis. in princip. de purg. canon. ibi, dum tex. dicit ad petitionem plebani de pōte, & c. & idem tenet Abb. antiq. & Spec. in tit. de inquisi. §. 1. ver. item etiam scias. Sed dicit Io. And. q̄ illud procedit secundum vnam lect. ibi positam; videlicet, per tex. dum dicit, quorundam, & c. aliàs, ibi nō colligitur; satis tamē placet mihi dictum in se, intelligendo secundum dicta in præcedēti. q. ¶ Tertio decimo quæro, ¶ vtrum impetratori, seu promotori inquisitionis possit opponi, q̄ nō præmonuit? Sol. dic. q̄ hæc quæstio cōgruentius adaptatur ad. 9. arti. principalem; vnde vide quæ ibi dicam. ¶ Quarto decimo 253 quæro, ¶ an sit licitum promouere inquisitionē cōtra illum, quem penituit, & penitentiam egit de delicto? & videtur dicēdum, q̄ non; quia talis promotor non videtur moueri bono zelo, q̄ videtur requiri; vt hic in tex. nostro. Præterea si quis non potest talē accusare, multominus debet posse contra talem inquisitionem promouere, vt dixi. s. in ver. octauo quæro. sed talis nō debet accusari, secundū opi. Inno. in. c. accusasti. s. eod. igit. & c. Sed aduerte; q̄a in accusatione Spe. & Io. And. tenent cōtrariū, s̄n q̄ dixi. in. d. c. accusasti. licet Io. ibidē dicat, q̄ debet in hoc sequi cōscientiā suā, arg. c. fi. de p̄scrip. Iudex tamen indubitanter potest contra talem inquirere; q̄a penitentia non tollit vindictam publicam, prout latè dixi in. c. de his. s. eod. ver. quandoq; & 4. ¶ Quinto decimo 254 quæro, ¶ vtrum statuto dictante, q̄ non soluens collectas, datia, vel præstiatias, vel quid simile nō audiatur in causa ciuili, vel criminali, vtrum non soluens possit promouere inquisitionem? Ego arbitror, q̄ non; & vide

vide quæ latius dicam. j. in. 7. artic. prin. ver. octauo 255 quæro. ¶ Sexto decimo quæro, ¶ vtrum prosequator inquisitionis habeat ius in processu? Sol. dic. q̄ non habet ius proprium, sed solū ius adfistendi; q̄a si ius haberet nō posset mutari, & remoueri, put dicit i. duabus seq. qq. Et ideo pōt iudex procedere in inquisitione et eo non citato, s̄n q̄ tenet Inno. in. c. cū clamor. de testi. & Bal. in. l. ea quidē. C. de accu. & Inno. in. c. pē. j. eo. fatetur tamen ibi Inno. quòd iudex prudenter facit si vocat, vel mittit pro promotore vt ab eo instruat, per. c. cū dilectus. s. eo. subdit tñ, quòd 256 credit, q̄ ¶ promotor possit appellare, & q̄ teneat appellatio, vbi ipse, vel alius cām prosequatur, sicut dicimus de procuratore, in. c. pen. de procura. & ff. mandati. l. si procuratorem. §. ignorantes. & idem tenet Io. And. in. d. c. pē. & in. c. cum clamor. super verbo, quam aliorum. vbi refert alios tenere, q̄ nō possit appellare. Et adde quæ dixi. s. eo. artic. ver. quinto quæro. & ver. octauo quæro. & in. q. præcedenti. sed pro prima snā facit, quod not. in. c. i. de elect. lib. 6. 257 ¶ Decimo septimo quæro, ¶ vtrum minister, seu investigator deputatus ad prosequendam inquisitionem, possit repellī à iudice quādoq; iudici placuerit? Sol. D. Ant. in. c. pē. j. eo. videt tenere, q̄ sic, per not. per Inno. & Io. And. in. c. cum clamor. de testi. Io. de Imo. in. d. c. pē. dicit, q̄ hoc non est simpliciter verū; vnde videtur velle, quòd si quis est deputatus p iudicem, possit per ipsum repellī. Ita procedat dictum Inno. & Ioan. And. in. d. c. cum clamor. & quòd tradit Inno. & Hostien. in. c. exhibita. de iudi. secus si quis proprio motu promouisset inquisitionem, quo casu non videtur posse repellī à iudice nisi ex causa, arg. not. in. c. 2. de procur. lib. 6. & l. post litem. ff. de procura. facit q̄ traditur in. d. c. cum clamor. & sic videtur iste talis plus habere iuris in inquisitione, q̄ facit ad id quod dixi in precedenti. q. ¶ Decimo octauo 258 uo quæro, ¶ vtrum si ille, qui impetrauit inquisitionem, fuit repulsus, quia excommunicatus, inimicus, vel aliàs illegitimus, possit alius subrogari in locum illius? Sol. licet de hoc dixerim. in. c. cum oporteat. in glo. pen. s. eod. vbi de hoc traditur, tamen, vt tu legista habeas etiam integrā istā materiā, dic. q̄ glo. hic arguit pro, & cōtra; & tandem ponit opi. Io. quam approbat; videlicet, q̄ non potest; quia Papa si sciuisset inhabilitatē impetratoris, literas non dedisset; & re. pbat opi. Tan. Inno. ibi aliter distinguit. Tu canonista vide quæ dixi in. d. c. cum oporteat. in glo. pen. & adde quæ dicam. j. in. 9. artic. prin. ver. 12. 259 quæro. ¶ Decimo nono quæro, ¶ vtrum qs possit promouere inquisitionem per procuratorem? Sol. arbitror dicendum, q̄ sic, siue loquamur in eo, qui vult promouere inquisitionem per viam denuntiationis, quam quilibet potest facere ad finem consequendi effectum inquisitionis, & per procuratorem, & per nuntium, vt probat in. c. ex parte. A. s. de testi. & in. c. cū in iuuentute. de præsum. & Spe. in tit. de denuntia. §. qui denuntiare. in prin. & Barth. de Salic. in lea quidem. C. de accu. siue qs denūti et ad finē formande specialis inquisitionis, ad puniendum crimen ad publicam vindictā, de qua inquisitione tractamus in presenti, quam denuntiationem tenet qs 260 facere ex officio, prout sunt ¶ denuntiatores positi per parochias, vel castra, aut villa, quos nos vocam⁹

syndicos maleficiorū; quoniam licet eis sit mandatum nudū ministerium, nihilominus possunt alteri committere, s̄n not. in. c. fi. de offi. dele. secundū, ea quæ latè dixi in clem. 1. de offi. deleg. & quæ tradunt in. c. cum Bertholdus. de re iudi. & idem arbitror dicendū de denuntiatoribus, qui constituunt à concilio prouinciali, qui dicuntur quasi quidam testes synodales, qui debent inuestigare, & perquirere personas corrigendas in diocesis ipsius cōmissis, & referre in concilio prouinciali, q̄ singulis annis celebrandum est, vt dicam latius in. c. seq. nam licet isti 261 videant quodammodo testes, & ¶ testis non possit deponere per procuratorem; q̄a debet deponere de perceptis, p̄prio sensu; tñ non sunt proprii testes; q̄a denuntiant et ea, quæ proprio sensu non perceperunt, put quisq; infamatus est, & prout audiuerunt. Vnde arbitror, q̄ in his casibus sufficiat alteri cōmittere, q̄ denuntiat, dūmodo cōmittat specialissimè exprimendo in cōmissione oēs circumstantias, vt iste videat quasi nuntius, & organū, vel epistola denuntiatoris p̄positi. Et ¶ idē dicendū si quis denunciaret ad finē vt formet inquisitio super infamia, vt tandē ex illa possit deuenire ad inquisitionē specialē; vt latius dicā in. 9. artic. prin. nā ad talem inquisitionē admitti pōt etiam persona regulariter aliàs non idonea, se cundū q̄ dixi. s. in prin. & not. in. d. c. cum in iuuentu 263 te. ¶ Vigesimo quæro, ¶ vtrū ad petitionem inquisiti iudex debeat inquirere contra investigatorē inquisitionis? Sol. dic. vt dicā in. 1. artic. prin. ¶ Vigesimo primo quæro, ¶ vtrum promotor inquisitionis sit citandus, si agitur de nullitate processus? Sol. dic. vt dicam in. 1. artic. princip. ¶ Vigesimo secundo 265 quæro, ¶ vtrum promouenti inquisitionem contra prælatum, abbatē, vel alium, à quo promouens prius debebat recipere expensas, sint ministrandæ expensæ pendente inquisitione? Sol. vide quæ dixi in. c. ex parte. s. eo. & melius cadit hæc. q. sub. 1. 7. artic. prin. 266 cipa. ¶ Vigesimo tertio quæro, ¶ de practica seruanda in prædictis? Sol. dic. vt dixi in proximo præcedenti articulo in fi. q. q̄ inquisitus, & eius diligens aduocatus, seu procurator debet maturè, & diligenter animaduertere postquam viderit nihil posse opponi contra personam iudicis inquirentis, q̄ opponat contra personam, & qualitatem inligantis inquisitionem, habendo respectum, & discursum faciēdo circa qualitates requisitas, prout superius in hoc articulo continetur; quoniam talis exceptio videtur dilatoria, sicut exceptio illegitimi accusatoris; & ideo p̄ponenda ante litis contestationē, vt dixi in. c. 1. s. eo. probatur in. l. si maritus. 2. §. p̄scriptions. cū si. ff. de adulte. Itē debet animaduertere, si esset iudex delegatus, qui inquirat, an sit illegitimitas, quæ reddat rescriptum commissionis inquisitionis inualidum ipso iure, vt excommunicatio, de quo in. c. 1. de rescrip. lib. 6. & dixi. s. in ver. 7. q̄ro. & hoc casu posset opponi exceptio quādoq; vt not. in. d. c. 1. sec⁹ si esset talis illegitimitas, q̄ redderet rescriptum elidibile per exceptionē; nā tūc deberet opponi ante litis cōtestationē, vt traditur in dictis iurib⁹, & in. c. super literis. de rescrip. & sic habes expeditū sextū princ. artic. ¶ Septimo loco principali, iuxta p̄missū ordinē videndū est, contra quos possit inquisitio fieri. Circa quem articulū examinabimus in n. a. Par. j. N iij scriptas



scriptas quaestiones. Primo, contra quos fiat inquisitio generalissima. Secundo, contra quos fiat inquisitio generalis super capite, & membris. Tertio, contra quos fiat inquisitio generalis quo ad delicta, & quo ad personas. Quarto, contra quos fiat inquisitio generalis quo ad personas, & specialis quo ad delicta. Quinto, contra quos fiat inquisitio specialis quo ad personas, & generalis quo ad delicta; siue specialis quo ad personas, & quo ad delicta. Sexto, quid si incola Lunensis commisit homicidium Genuae, & tandem contra ipsum redeuntem Lunam, Lunensis iudex vult inquirere pro dicto homicidio, an possit. Septimo, vtrum inquisitio fieri debeat contra praesentem, an et possit contra absentem fieri. Octavo, quid si statuto cauet, quod si quis non soluerit datia, collectas, vel praestantias non reddat illi ius in aliqua causa civilis, vel criminali. Accidit, quod Titius non solvens fuit vulneratus a Seio. Vtrum iudex possit inquirere contra Seium de dicto vulnere stante statuto, quod iudex possit omnia delicta punire tam per viam accusationis, quam inquisitionis. Nono, cauet statuto, quod testes recepti contra magnates non possint reprobari, an hoc non obstante possit officialis inquirere. Decimo, quid si vnu statutum disponit, quod contra aduocatos non possit inquiri. Alio vero cauet, quod contra milites possit inquiri, vtrum contra illum, qui est aduocatus pariter, & miles possit inquiri. Undecimo, T. fuit accusatus de aliquo delicto, contra eum vult iudex inquirere de alio crimine. Opponit, T. quod pendet accusatio de pari, aut maiori, an exceptio impediatur inquisitione. Duodecimo, vtrum contra illum, qui non potest accusari, possit inquiri. Decimotertio, quid si impetrata est inquisitio tam in capite, quam in membris, an si mortuus sit platus, contra eius successorem possit inquiri. Decimoquarto, quid si in rescripto continetur, quod iudex inquirat contra T. & quosdam alios, vtrum iste inquisitor possit ingredi contra plures quatuor. Decimoquinto, vtrum ad defensionem eius, contra quem inquirunt, admittat procurator. Primo igitur quaero, 267 contra quos fiat inquisitio generalissima? Sol. patet ex his, quae dixi. in 2. prin. arti. ver. generalissima vero. non enim fit contra certam personam, nec ad puniendum; sed ad inueniendum omnem facinorosum, & inhonestum clericum; vt ibi dictum fuit; & adde, quae dicam. in eod. articulo vers. quinto quo. Secundo quaero, contra quos fiat inquisitio generalis super capite, & super membris? Sol. patet de se; fit enim vt verbum sonat contra caput, & membra alicuius ecclesiae, collegij, monasterij, vel loci; & vide quae dixi. in secundo principali articulo ver. inquisitio vero quam facit praelatus, & quae dicam latius in 9. princ. artic. item in 1. artic. prin. & adde quae dicam statim in vers. quinto quaero. Et similiter de se patet, contra quem fiat inquisitio, quae fit de promouendo; de ea autem inquisitione, quae fit per oculorum inspectionem non cadit quaestio, 269 quia clarum est. Tertio quaero, contra quos fiat inquisitio generalis quo ad delicta, & quo ad personas? Sol. huiusmodi inquisitio non fit contra aliquam certam personam; sed contra omnem facinorosum hominem, poena, vel expulsiōe dignum, vt patet ex his, quae dixi in 2. principali articulo ver. generalis igitur inquisitio quo ad delicta, & adde quae dicam statim in ver. quinto quaero. Quarto quaero, contra quos fiat inquisitio generalis quo ad personas, & specialis quo

ad delicta? Sol. et ista non fit contra certam personam; sed contra incertam, vt inueniat quis commisit maleficium; & adde quae dicam in seq. q. Quinto quaero, contra quos fiat inquisitio specialis quo ad personas, & generalis quo ad delicta, siue specialis quo ad delicta, & quo ad personas? Sol. dicendum est, quod requiritur primo, quod ille contra quem inquiritur sit subditus inquirentis, siue dignitatem habeat, siue priuatus existat, & siue sit platus, siue simplex clericus, dummodo sit subditus ratione eius criminis, super quo inquiritur iurisdictioni inquirentis; & haec probatur hic in tex. tam autoritate veteris, quam noui testamenti, vt c. si diligenti. de fo. compe. & in auth. statuim. C. de epis. & cle. & in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi op. Requiritur etiam, quod is, contra quem inquiritur sit infamatus; videtur, quod solui fieri possit contra infamatum; de quo latius in 9. prin. artic. Sexto quaero, quidam incola Lunensis commisit homicidium Genuae, & tandem contra ipsum redeuntem Lunam, iudex Lunensis vult inquirere ratione dicti homicidij, quaeritur an possit? Sol. de hac. q. & duabus similibus, dic, vt dixi. in proximo praecedenti articulo vers. 11. quaero. Septimo quaero, vtrum inquisitio fieri debeat contra praesentem, an vero possit etiam fieri contra absentem? Sol. dicit Ange. in repe. l. si vacat. C. de bo. vac. lib. 10. vers. sed videamus qualiter. quod inquisitio fieri debet contra praesentem, contra absentem vero contumacem non procedit; dicit tamen, quod haec non seruatur de consuetudine. Sed glo. magna nostra hic in vers. si vero infamatus contumax. & c. simpliciter vult, quod etiam contra absentem contumacem possit iudex inquirere, ex eo quia potest procedi lite non contest. & testes recipi, vt c. quoniam. §. sunt & alij. §. vt lit. non contest. & hanc glo. cōter. seq. Doct. & probatur hic in tex. nostro. in §. debet igit. Facit quod not. maxime per Bar. in l. absentem. ff. de poenis. & aliquid dicitur. in 1. artic. princ. Est tamen aduertendum, quod Inno. in c. qualiter. §. eod. quae seq. Spec. in. tit. de inquisi. §. 1. vers. quaero an contra absentem causa studiorum. dicit, quod contra talem absentem non potest formari inquisitio; & hoc sentit Io. And. in ver. per contumacem. dum allegat Spec. licet quidam contra, mouetur Spec. per text. nostrum in §. debet. qui vult, quod inquisitus debet habere facultatem defendendi. Facit. c. cum dilecti. §. eo. & subdit Spec. quod praesentem reputat illum, quae citatio apprehendit, licet postea se absentem; nam contra talem, vt praesentem, poterit procedi, vt c. si. §. de eo qui mit. in pos. §. vt lit. non contest. c. quoniam. §. sunt & alij. & de p. c. dilectus. & de testibus. c. cum olim. & in tex. nostro. §. debet igit. & ita debet intelligi dictum glo. nostrae; & adde quae dicam in 1. artic. prin. vers. 12. Octauo quaero. Ponit. quod statuto cauetur, quod illi qui non soluerit collectas, datia, vel praestantias non reddatur ius in aliqua causa civilis, vel criminali. Accidit quod T. non solvens fuit vulneratus, a S. an iudex possit inquirere contra ipsum S. de dicto vulnere; stante statuto, quod iudex possit omnia delicta punire tam per viam accusationis, quam inquisitionis? Sol. quaestio est multum difficilis; & eam disputauit Iac. Butr. vt dicit Bald. in repe. l. cum mulier. ff. sol. mat. Et Ange. etiam in d. repe. l. si. vacantia. solum mutatis terminis, quod talis modo solvens non audiatur, nec

nec agendo, nec se defendendo, nec in civilis, nec in criminali. Et pro hac parte affirmatiua, quod iudex possit inquirere contra S. plura adducuntur; arg. Primo, quia quod quis excipiendi causatur a persona contra ipsam personam, non debet virtus exceptionis excludere illam personam, quae non reperitur exclusiua, vt ff. de pact. l. si vnus. §. pacta. vers. ante omnia. & l. nam & posteriores. in ff. de iureiur. & l. i. §. sed & consulto. coniuncta. l. cancellauerat. ff. de his quae in testa. del. sed dicta exclusio statuti oritur a persona contra personam; ergo mutata persona non obstat exceptio; sed in casu praedicto mutatur persona; quia alia est persona iudicis inquirentis, & alia accusatoris; ergo exclusio accusatore, non propterea excluditur inquisitor, maxime, quia statuta sunt stricti iuris, vt l. constitutiones. & l. quidquid astringenda. ff. de ver. obli. cum similibus. Secundo probatur; quia quando duae personae participant in eodem iure, licet vna eximatur ab agendo, non tamen perimitur alterius actio, vt l. fin. ff. de duo. reis. Tertio probatur, quia delictum non soluentis, non debet nocere Reipublicae publicam vindictam prosequenti, arg. l. 3. §. emancipatus. ff. de contratab. & l. inquisitum. ff. de iur. & facti. 280igno. maxime, quia ex facto alterius, alter grauari non debet, vt in regula non debet alteri de re. ind. l. meminerint. C. vnde vi. & l. quicumque. C. de serui. fu. 281 gi. cum similibus. nec factum priuatum debet ad publicam laesionem redundare, vt l. transigere. C. de transac. & l. si vnus. §. pacta. ver. ante omnia. ff. de pac. & l. Imperatores. ff. de pub. iudi. & ff. ad l. Iul. de vi pub. l. qui vota si qui vacant. Quarto probatur, quia iudex inquirens non repraesentat offensum, nec dicitur eius iniuriam prosequi; sed vindictam publicam; & aequiparatur ei qui accusat, vt quilibet de populo; non autem illi, qui prosequitur priuatum vindictam, vel suam, aut suorum iniuriam; quia tunc non possit; ergo sequitur, quod potest inquirere, vt l. iurisdictioni. & ibi gl. ff. de iurisd. om. iud. Quinto probatur, quia licet vnus excludatur, non tamen intelligitur exclusus alter, cum quo non est eadem ratio excludendi; sed hic non est eadem ratio; quia non soluentis ideo excluditur; quia non soluendo deliquit. Index autem, & Respu. non delinquerunt; ergo iudex non excluditur. ff. de calum. l. hac actio. & de adult. l. 2. §. si publico. & ff. de lib. cau. l. liberorum. ff. de acqui. pos. l. is. Sexto probatur, quia quod non soluentis non audiatur, fuit introductum in fauorem Reipu. ergo non debet in eius odium retorqueri, vt in regula, quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. & l. quod fauore. C. de legi. Septimo probatur, quia cum statutum dicit, quod non reddat ius, idem vt importare, quod non reddatur iudicium, vt l. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit. sed iudicium proprie est actus trium personarum, vt c. forus. de verbo. signific. sed in inquisitione non interueniunt tres personae, igitur, & c. Octauo probatur, quia determinata causa determinatum producit effectum, vt l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de lega. 2. l. hac actio. ff. de calu. §. de iud. intelleximus. & ff. de acqui. re. do. l. in agris. cum similibus. sed causa non soluendi terminatur in eius persona, quae non soluit, ergo eius effectus terminari debet cum eo, ipsi ergo obstat exceptio, non iudicium inquirenti. Facit etiam, quod probatio inducta ad vnum effectum, alium effectum operari non debet, vt l. si cui in

princ. ff. de lega. 1. & l. ancillam. ff. de vino trit. & oleo leg. & l. cum vinum. in Ang. quae tamen iura non bene probant; sed dictum est verum in se, & probat in l. si quis aurum. ff. de auro & arg. leg. & l. qui hominem. ff. de solu. vñ cum statutum sit factum vt puniatur non soluentes; non debet extendi vt fiscum aggrauet, & ius suae portionis, atque poena sibi applicandae extinguat. Nono probatur, quia verbum reddatur, postum in statuto de sui natura significat translationem in alium, vt ff. de verb. sign. l. verbum reddendi. Sed iudex inquirens potius sibi reddit, quam alijs, ergo non dicit alijs ius reddere; sed potius decernere. Decimo probatur, quia quando accessorium non dependet a principali, licet extinguatur principale, accessorium non extinguitur, vt l. 3. §. fin. ff. de lib. & posthu. & C. eod. auth. ex ca. sed licet ius accusandi sit quasi quid principale, non tamen dependet ab eo ius inquirendi; ergo statutum extinguens accusationem, non extinguit inquisitionem; quoniam videtur, quod vtrunque oriatur principaliter, ergo vno extincto, non extinguitur reliquum, vt ff. de fideiuss. l. generaliter. & ff. de solut. l. si duo. Vltimo probatur, quia licet inquisitio videatur subrogari in locum accusationis, tamen assumit originalem naturam, non accidentalē, vt no. in l. certi condictioni. in prin. ff. si cer. pet. & l. ite veniunt. §. ite certe. sed illud, quod non reddat ius, quia non soluit, est quid accidentale, ergo non debet praedicta originali naturae; & pro praedicta facit, quia libertus patronum non accusat, & tamen iudex inquit, vt l. 1. C. si tutor non gesserit. In contrarium tamen pro parte negatiua allegat multipliciter. Primo, quia cum quid vna via prohibetur, videtur id esse prohibitum ex alia via, per quam resultaret idem effectus, vt in reg. cum quid. de reg. iur. lib. 6. sed ex inquisitione resultat idem finalis effectus, qui resultat ex accusatione, ergo, & c. Et si diceres, si haec ratio esset vera, ergo & e contra; si statutum dicit, quod non possit inquiri de iniuria facta non soluenti, non poterit accusari, quia est idem effectus. Respondeo, quod hic alia ratio subest; nam 292 remoto auxilio extraordinario, non propterea remouetur ordinariū, vt l. sed & milites. ff. de exc. tut. ideo licet prohibita sit inquisitio, remanet tamen accusatio, vt l. rescripto. §. si quis. ff. de mu. & hono. secus est e contra, quoniam prohibita esset accusatio, quae cum fit via ordinaria, fortius vbi prohibita extraordinaria, cum maior sit ratio prohibitionis in tacito, quam in expresse; cum 293 anima, & intellectus legis consistat in ratione, vt l. vlt. C. de praedi. curia. lib. 10. 4. differit autem lex. Secundo probatur, quia cum datur impunitas maleficis, omnis via puniendi videtur sublata, vt C. de his qui ad ecc. confu. l. si seruus. & C. de metat. l. deuotum lib. 12. Tertio probatur, quia cum statutum dicit, non reddatur ei ius, debet exponi id est ad eius utilitatem, vt l. dominum pro atroci. iuncta glo. C. de iniur. sed inquisitio dicitur fieri ad utilitatem offensis, cum per ipsam videatur adimpleri voluntas sua, & 294 vindicta, quae quasi dulcis subleuatio videtur oppressorum, vt l. penul. C. de condi. ob. cau. ergo, & c. Quarto probatur, quia nos debemus curare effectum, non modum, vt l. gallus. §. & quid sit tantum. ff. de lib. & posthu. Quinto facit, quia vbi eadem est causa, & eadem poena eadem est applicanda, ergo modus agendi non debet facere centeri quo ad effectum, inquisitionem esse diuersam ab accusatione; ergo nec quo Par. j. N iij ad pro-

ad prohibitionem statuti. ¶ Sexto probatur, si iste non soluens effet filius famil. pater nō posset agere in iuriarum, vt. l. 1. §. q. aut. ff. de calum. & ff. de iniur. l. non solum. §. quamquam. & l. prator ait. §. atrocem ergo nec patria, arg. l. vt vim. ff. de iustitia & iure.

296 ¶ Septimo probatur; quia quando ex vna causa, & ex vnica tantum obligatione resultant plures agendi formæ, exclusio vnus, est exclusio generalis, quia elidit non solum persona, sed etiam cā, vt. l. 1. §. in tutela. ff. de tutel. & ratio. dista. sed hoc est vnum delictum, & vna criminalis obligatio in substantia, & 297 numero; igitur, & c. ¶ Octauo probatur; quia iudex tenet, & suplet locum absentis, vt in auth. vt omnis obe. iudi. puin. §. si verò. & no. §. vt lit. non conest. c. quoniam frequenter. & ff. de re iudi. l. a diuo Pio. §. si emptor. ergo sicut absens offensus si vellet accusare non posset; ita nec iudex. ¶ Vltimo probatur; quia conditio, & dispositio personæ offensi, disponit, & imprimit ex se in ipsum, tunc eodem, vel alio psequente crimen, eadem dispositio, & expressio locum habet. vt. C. de adulterijs. l. quoniam Alexandrum. & l. qui adulterium. & l. qui libertū. C. qui accu. non pos. Insti. de iniur. §. atroc. sed in casu nostro, in istum non soluente lex imprimit, & disponit, vt ei tanq̄ indigno ius non reddatur; quolibet ergo, vel eo, vel alio prosequente, dicendum est, vt offendentes eū, liberi dimittantur, arg. d. i. orū iuriū Sol. Iac. But. determinauit, q̄ talis inquisitio fieri nō posset, q̄ talis non soluens posset impune offendi, ex quo non potest deueniri ad vindictā, cum prohibitum videatur esse iudiciū. Sed Ang. in. d. repe. l. si. vacantia. reprehendit hanc decisionem, per not. per glo. in. l. 298 querela. de fal. vbi. glo. vult, q̄ post lapsum. 20. annorum accusanti de falso, non debet ius reddi, & tñ potest de crimine inquiri; & idem videtur sentire gl. in. l. 1. C. qui ac. non pos. vbi dicitur, q̄ de crimine calumnia, pendente accusatione, non debet audiri accusator, & tamen de calumnia pendente accusatione in iudicio potest inquiri; ad idē. l. 1. ff. de calū. finaliter Ang. ibi dicendo cōcludit, q̄ quandoq; istatutum facit maleficium licitum, puta; quia dicit, qd non soluens collectas posset offendi, & ei ius in aliqua cā non reddatur, & tunc de maleficio commissio in eum, sicut non potest per accusationem procedi, ita nec per inquisitionem, quia factum fuit licitum; ergo nullo modo potest puniri, casus est. ff. de iniur. l. non solum. §. quamquam. & iste non est casus nostræ quæstionis; quia in. q. præmissa non præsupponitur, q̄ non soluens posset impune offendi. Si verò non facit maleficium licitū; sed solum negat audientiam iniuriam passio, sicut est in. q. præmissa; quia statutum dicit, q̄ non soluenti non reddatur ius; & tñc vera est opinio, & determinatio Iac. q̄ nec per inquisitionem procedi possit, vt. l. filius. §. veterani. de p. cu. cum alijs iuribus. §. allegatis pro hac parte. Non ob. gl. in. d. l. q̄rela. quia dicit ipse, q̄ illa est falsa, & est contra. d. §. veterani. Aut redditio iuris denegat ad tempus, vt puta; quia dicit statutum, nō soluenti non reddat ius vsq; ad annū; & tunc cū verba p̄prie sonēt, q̄ ius redderet ad petitionē non soluentis, sequitur, q̄ ex mero officio poterit inquiri, & ita loquitur glo. si rectē legatur in. l. 1. C. quia ac non pos. & l. 1. ff. de calū. & sic residet Ang. & hanc partē tenuerunt Ray. & Iac. de Are. q̄ possit cognoscere ad utilitatē fisci, non aut ad utilitatem banniti, arg. l. licitatio. §. q̄ illicitē. ff. de publica. & ita dicit Iac. de Are. in. l. 1. §. hoc autem. ff. de aleat. & t̄git in. l. falsi. C. de fal. vbi ēt Cyn. Bal. verò in repe. l. cum mulier. ff. sol. mat. in. fi. dicit aduertendum, q̄ quandoq; statutum disponit permittendo crimen, & tunc non est dubiū, q̄ non potest inquiri cum excludat p̄nā; & sic concordat cum Ang. allegat. l. si seruus. C. de his qui ad ec. confug. & l. si quis vxori. ff. de furt. Quod tñ dicit verū, si p̄na tollitur in totū; sed si in parte, ad illam p̄t procedi tam p̄ viam accusationis, q̄ inquisitionis, Quandoq; statutum disponit super persona, & tunc aut super qualitate, propter quā non alteratur delictum, & procedit inquisitio, vt. l. falsi quidem. C. de fal. aut p̄ qualitatē, quæ habet alterare delictū, & tunc non procedit inquisitio, si est talis alteratio, quæ excludit esse d̄i delicti. Vnde ad. q. Iac. redeundo, dicit ipse, q̄ aut qualitas impediens inerat tempore perpetrati maleficij; & sit vera decisio. Iac. Aut non inerat tunc, sed postea superuenit, & hoc casu, licet accusatio non procedat; quia exceptio contra p̄sonam impedit processum, vt. l. pen. C. qui ac. non pos. tñ procedit inquisitio. Mouetur; quia Reipublica ius inquirēdi fuit a principio quæsitum, & ipsi offenso ius accusandi; licet ergo offenso tollatur accusatio p̄ non factā solutionē; tñ Reipublica nō tollitur ius inquirēdi, arg. not. in. d. l. quarela. C. de fal. q̄ dicit esse not. dignissimum; & est rō; quia q̄ ex eadem causa est aperta via pluribus; licet vni postea præcludatur ex facto proprio; nō tamē præcluditur alteri, vt. l. 2. §. q. si in primis. ff. sol. ma. & l. cū dos. ff. de pac. dota. & l. si post mortem. §. si. ff. de contratab. & l. si. de pac. & prædicta decisio est subtilis, & mihi placet, pro qua facit, q̄ dicā. j. in proxima seq. q. & adde quæ dicam. j. ver. 1. 2. cōmiseri tñ debet cum opi. Ang. vide omnino. D. Nellū in tracta. Bannito. 2. parte. 2. partis. q. 1. quem non videram. Aduerte tñ, quia in omnibus casibus in quibus Ange. Iac. & Bal. dixerunt, quod iudex non possit inquirere saltem quando delictum nō alteratur. videtur prædicta locū habere, nisi offensens pariter nō soluisset datia, vel præstantias; quia tunc videtur, quod indistinctē possit inquiri, quia i paria delicta mutua compensatione tolluntur. d. l. cum mulier. ff. solu. ma. facit. c. quia frustra. j. de vsur. & c. frustra. de re. iud. lib. 6. In contrarium tamen fortiter ob. quod. dicit Bal. in. l. si creditoribus. C. de seruo. pig. dat. manu. dicit enim; q̄ vnus ex duobus non soluentibus volens agere contra alium non audiretur, saltem si aduersarius exciperet; quia volens agere primo loco debet se fundare in iudicio tam in persona, quam in iure; & ideò quia sibi incumbit onus probandi, semper est deterioris conditionis, vt. l. vbi pactum. C. de transac. & facit. c. 1. §. eo. præterea licitum est allegare dolum, vel culpam aduersarij ad defensionē; vbi nō licet ad impugnationē; & sic excōicatus contra excōicatum excipit. §. de excep. cū in iure. & tamen non agit, vt c. intelleximus, de iud. sicut ergo offensus repelleret si ageret propter non soluta datia; ergo & iudex, q̄ in locū ipsius accusatoris succedit, vt dictū est. Sol. q̄stio mihi videtur satis dubia, & difficilis, & est noua; & si vellem ipsā rectē, & plenē examinare, oporteret

teret videre fundamēta cōpensationis in materia delictorum, quæ materia est satis longa, & intricata, de qua pleniss. vide post omnes. Ludo. Ponta. in. d. l. cū mulier. sed pro nunc magis placet, quod iudex possit inquirere, maximē, si statutum dicat non audiat in causa ciuili, nec criminali agendo, vel defendendo; cum tamen nihil sit, quod iste inquisitus possit opponere iudici, & ipse tanquā nō soluens nō debeat audiri, q̄ cōtra eū potest inquiri; verū tamē est, q̄ audietur quo ad naturalē defensionē; sed non quo ad positiuā; quia naturalis illa defensio nō posset omnino tolli, vt not. in. d. c. intellexim. & in clē. pastoralis de re iud. & l. defensionis facultas. C. de iure fil. lib. x. quod notabis. Item aduerte; quia arbitrator, quod etiā in casibus, in quibus. §. dixi secundum Angel. Bal. & Iac. quod non possit inquiri propter non solutas præstantias offensus, limitandum sit, si modo offensus nullas præstantias soluerit; secus si aliquas soluerit, licet non omnes, quia licet de iure i indefinita regulariter equipolleat vniuersali, vt not. in. c. vt circa. de ele. lib. 6. & in reg. 1. de reg. iur. lib. 6. & in l. pluribus. ff. de leg. 3. & l. vsu. ff. de verbo. signi. maximē in collectiuis, vt. l. si defensor. §. i. ff. de interroga. ac. tamen illud non procedit negatiuē, prout est in casu, videlicet; si non soluerit collectas, vt est tex. singu. in. l. si is qui ducenta. §. vtrum autem. ff. de reb. dub. Item nec affirmatiuē in materia odiosa, qualis est nostra, vt est tex. singu. in. c. quamuis. 2. respon. de præben. lib. 6. & ibi no. Si quis ergo soluit duas, aut plures præstantias, non est verum dicere ipsum non soluisse præstantias; vt de se patet; secus autem, si statutum diceret. Qui non soluerit omnes præstantias nō audiat. & c. Vel qui p̄ præstantijs, aut datijs reperitur descriptus debitor, non audiat, & c. Arbitror tamē, quod istis duobus casib⁹ decisio præfatorū Doct. recipiat duas limitationes. Prima, si modo præstantiæ impositæ nō sint paræ, aut minima summe, hoc videtur sing. voluisse licet in alia materia, Fran. Tigri. de Pisis, in repe. authen. sed iam necesse. C. de. dona. inter vir. Vbi dicit, quod si statutum dicat quod bannitus pro debito non audiat. & c. quod non intelligitur pro debito modico, sed pro debito magna quantitas, allegat. not. per Cy. in authen. minoris debitor. C. quā do mul. tu. offi. fun. po. j. Quæ autem dicatur magna quantitas, aut parua, dicit, quod relinquatur arbitrio, & officio iudicis, vt. l. sed & si suscepit. §. i. ff. de iudi. latē in repe. c. fi. de iure iuran. tetigi in. c. de appellationibus. de appel. facit etiam pro prædicta decisione, quod not. in authen. de armis. circa finem.

305 vbi traditur, quod si statutum, quod punit portatē arma, non habet locum in portante cultellū paruū. Item allego pro dicta decisione, quod not. gl. in vers. sanguinis. in. c. cum illorū. §. q̄ si claustrales. j. de sen. excomm. & quod not. in. c. proposuisti. de consec. ec. 306 cle. vel alta. In quibus dicitur, quod si statutū, quod loquitur puniendo sanguinis effusionem, non habet locum in parua sanguinis effusione. Item facit illud 307 vulgare, quod si de minimis non est curandum, vt. c. pen. de reb. ec. nō alie. & l. Seio. ff. de resti. in integ. 308 In contrarium tamen fortiter obstat; quia i pro quā to minori re est contumacia, tanto maius est delictum, & peccatum; & tanto magis puniri debet, vt est glo. sing. 96. dist. c. duo sunt. not. Ioan. Andr. in. c.

cum non ab homine. §. de iudi. ergo sequitur, q̄ pro quanto minori summa est descriptus, tanto maior sit contumacia sua; & sic magis puniendus. Secunda limitatio est, nisi ille, qui est descriptus debitor collectarum, datiorum, vel præstantiorum vt euitet priuationem audientia, & vt delinquens non possit offendi, dixerit se illegitimē, & in iustē descriptum, & obtulerit se paratū deponere pecuniā illā, in qua est descriptus, per. l. si. C. qui. ad. lib. procla. non licet. & hoc tenet Iac. de Ar. in. l. statuliber rationē. ff. de statulib. loquitur tamen in bannito. sed Bal. in. d. l. si in bannito tenet contrarium; quia cum i bannum sit quædam sentētia, standum est banno donec contrarium appareat, vt. ff. de transac. l. post rem. Sed mihi videtur, quod præcedens opi. maximē in casu nostro fit magis iusta, & æqua, quam opi. Bal. & hoc indubitanter procederet iudicio meo, quando pars descripta debitor aliquid ostenderet, quod faceret re dubiam, vt est tex. not. in. c. ex parte. de ver. sign. Et pro hac decisione adduco decisionē Bald. in. l. si ex liberta. C. de lib. cau. vbi ipse vult, quod si statutū dicit, quod bannitus possit offendi, quod lite pēdente super banno nō potest offendi. Sic ergo, i si statutū diceret descriptus debitor non audiat; pēdente lite super debito deberet audire, & per consequens posset formari inquisitio & ad ipsius denuntiationem, & utilitatem. Et pro complemento istius arti. remisimē tamen, de istis verbis quæ quotidiē ponuntur in statutis, i non audiat, vel audientia denegat. vide, quod videatur tribuere ius dilatoriē. c. sedes. & ibi D. Ant. §. de rescrip. & l. nulli. C. de iudici. Barto. in. l. omnes C. de fund. patri. lib. 1. Bald. in. q. quæ incipit, statuto cauetur, quod fenerator. in pri. & l. reos. C. de accu. ver. quæro an procurator. per. l. si seruus. C. de his qui ad ecc. confugi. & ibi etiam Doc. & in. l. pē. & fi. C. qui ac. non pos. & l. item apud Labeonem. §. quod ait. & l. prator edixit. §. præterea. ff. de iniur. & sic videtur, quod si non opponatur exceptio, quod nō debet audiri, tenet processus; cōtribuat ius dilatoriē, vt est bo. tex. in clē. constitutionem. in. fi. de clec. Facit tex. & quod ibi no. Inno. in. c. quia frustra. 1. de vsur. & Barto. in. l. non solum. §. si. ff. de iniur. vbi dicit, quod iudex non potest ex officio repellere; sed contra dictūm Bar. dicit D. m. in. c. nulli. §. eod. & ibi dixi in glo. In contrariū tamen facit, quod processus nō teneat, quod dicit Bal. de pace cōstantia. in vers. non admittemus. vbi dicit, quod stante dicto statuto, quod quis nō audiat, sententia pro tali lata nō tenet. Item facit; quia i si statutum imponeret tempus ad agēdum, & postea dicit ab inde in antea nō audiat, processus non tenet, tradit Bal. no. in. l. fin. de ædic. di. Adri. tol. in. 1. 3. cōtrario, vbi tenet, quod tale statutum semper impediat processum, per not. in. c. cum in tua. qui ma. ac. pos. & l. Titia. ff. de acc. & l. si eo tempore. C. de remis. pign. & ibi in. d. l. sine. vide tria, aut quatuor singularia dicta in hoc. Quidā 314 et voluit, quod p̄ hæc verba actionē non dabo, tollatur actio ipso iure, quidā, quod ope exceptionis. Nō nulli distinguit inter causas ciuiles, & criminales, vi de in. l. 1. & ibi glo. & Cy. & Bart. C. de iuris & fac. igno. & Bar. in. l. 1. in prin. ff. ad Macedonj. & l. nam postea. in prin. §. præterea. & ibi etiam per Butrig. ff. de iure iuran. tradit etiam idem Butrig. in. l. 2. C. vt



C. vt nemo priuatus titu. &c. & quod no. in. l. i. ff. ad Trebel. & ibi Bart. & Doct. & l. 2. §. 1. ff. ad Velleian. & l. 1. ff. de aleato. & vide etiam bo. tex. in. l. tametfi. iun. ca. l. 1. ff. ad Macedo. quæ probat, quod in casu prædicto exceptio possit obijci ad processum execu-  
 315 tionis. De his autem verbis, non possit inquietari, videtur, quod tribuant ius dilatoriæ, vt. l. is qui. & ibi Bart. & idem de verbo, non fatigetur, vt. not. D. Ant. in. c. 1. & ibi dixi. §. eo. Et idem si diceret non teneatur pars respondere. no. D. Ant. in. c. cum ordinem. §. de rescript. Quid autem de his verbis, non habeat vocem in capitulo? dicit singulariter Bart. quod intelligitur, hoc est non audiatur in iudicio; vt. l. coloni. per illum tex. C. in quibus cau. col. censi. & c. lib. 1. 1. & hanc remiss. sufficiat dedisse. ¶ Nono quæro, &  
 316 est similit. q. præcedenti, dicitur statutum, quod testes recepti contra magnates nõ possint reprobari. Queritur, an hoc non obstante possit officialis inquirere? Sol. Bar. in consilio suo, qd incipit. A domino Cyno de Bononia. decidit, quod non; mouetur his rationibus. Primo præmittendo, quod tale statutum tenet;  
 317 quia de iure communi possunt testes ex causa non reprobari, vt. c. licet. §. de testi. Sed tale statutum videtur factum ex causa, ne magnates propter eorum potentiam facerent testes reprobari, nec præsumit statutum, quod quis dicat falsum contra magnates, arg. l. verisimile. ff. quod me. cau. hoc præmissio, dicit Bar. quod officialis nõ potest inquirere. Primo, quia statutum dicit simpliciter, quod testes non possint reprobari; nec distinguit a quo; ergo. & c. vt. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. & l. item veniunt. §. a quo. ff. de peti. hære. & quia lex prohibet, & c. ff. de postul. l. quos prohibet. Secundo, quia quando lex prohibet aliquod de aliquo redargui; videtur prohibere omnem modum puniendi. C. de his qui ad ec. confugi. l. si seruus ibi, si illa. & c. & de comuni seruo. manu. l. 1. in prin. ibi, & nullum ex sacris. Tertio probatur, per tex. in. l. 1. non solum. §. quamquam. ff. de iniur. vbi pro ea tantum iniuria potest agere maritus contra patronum, pro qua vxor liberta agere possit; ita & in casu proposito, de eo tantum falso potest inquirere Potestas.  
 319 de quo alius potest accusare. Quarto dicitur, quod quædo lex iubet aliquid non reprobari, facit illud esse  
 320 præsumptionem iuris, & de iure; & sic in contrarium non admittitur probatio. l. si. C. arb. tut. & l. antiquæ C. ad Velleia. & l. si. C. ad Macedo. & in auth. vt lice. ma. & auia. §. hæc verò. not. gl. in. c. quoniam. §. vt lit. nõ conte. c. si. j. de Iudæ. Sic ergo in proposito, cum præsumptio sit iuris, & de iure, quod testes dicat veritatem, non admittetur probatio in contrarium; nec inquiretur super eo, quod non est delictum. Itē  
 321 probatur, quia sicut in ciuilibus prodita est actio, hoc est ius prosequendi in iudicio, & c. vt Insti. de actioni. in prin. sic & in criminalibus accusatio, hoc est ius accusandi; vt Insti. de pub. iud. in prin. ergo  
 323 sicut in ciuilibus nemo experitur, vbi non competit actio; ita nec in criminalibus, vbi non competit accusatio; vt. §. ostensum est, & probatur, quia lex refert, ergo & c. vt. l. cum lex. ff. de fideiuf. & l. non dubium. C. de legibus. & l. si non fortem. in prin. ff. de condi. indebi. Si ergo non oritur ius accusandi, apparet quod Potestas non potest inquirere, & experiri; & ita consulendo determinauit Bart. pro quo faciunt

324 allegata. §. in. q. præcedenti. ¶ Decimo quæro, si statuto cauetur, quod contra aduocatos non possit inquiri. Alio statuto cauetur, quod contra milites possit simpliciter inquiri; modo quidam est aduocatus, pariter & miles; an poterit contra eum inquiri de crimine? & videtur primo, quod iste casus omittitur videatur, vt in. l. Titia. textores. ff. de lega. primo. & sic stemus in dispositione iuris communis. Bal. breuiter dicit, quod aut deliquit vt aduocat, & contra ipsum non potest audiri; aut vt miles, & potest inquiri. Probatur in. l. si quis decurio. C. de fal. Ant delictum est indifferens; quia non respicit magis doctoratum, quam militiam; & illa pars accipi debet, quæ magis  
 325 fouetur a iure communi; quia ius commune non tollitur ita de facili, sicut statutum, vt. l. eius. ff. de milita. test. Et ideo si est tale delictum, de quo non inquiratur de iure communi, iudicatur de eo, vt de aduocato. Sed quid si delictum esset tale, quod de eo de iure communi possit inquiri, & esset indifferens? Bal. non decidit. Ego arbitror, quod possit inquiri. Moueor; quia potius quis videtur delinquere vt miles, quæ vt aduocatus, quia miles præsumitur ignorare iura. l. 1. C. de iur. & fac. igno. & ideo facilius præsumitur contra iura agere, & sic delinquere; maxime  
 327 si delictum esset iuris postiuu. ¶ Aduocatus verò præsumitur scire iura, quoniam Fulcinus a Q. Mutio ob iurgatus extitit; dicens, Turpe esse patritio, & nobili viro, & causas exorati, qualis erat Seruius Sulpitius, ius, in quo versaretur, ignorare, vt. l. 2. §. Seruius autem.  
 328 tem. ff. de orig. iur. Quare, cum ius sit ars boni, & æq; vt. ff. de iusti. & iur. l. 1. meritò vt iurista, seu aduocatus non præsumitur delinquere. Aduerte tamen circa prædicta, quia pro primo membrò Bal. dicit, quod attendatur, an deliquerit vt aduocatus, an verò vt miles; & sic de eo iudicemus. Facit gl. in ver. inquisitis iuncto tex. & ibi no. D. Dom. in. c. cum expediat. de elec. lib. 6. & glo. in ver. compromissarij; & ibi etiam D. Dom. in. c. cum in demeritatibus. §. ceterum. de elec. lib. 6. & quod no. traditur in. c. tua. §. de procu. Facit etiam. l. fin. C. de iure dotium. & quod traditur in athen. de non eligen. secund. nub. §. aliud. Item facit  
 329 regula, quæ vult, quod extrema diuersa natura non alterant naturam suam. ff. de sta. libe. l. statu liber. §. si. Item facit. l. seruus vrbannus. §. si. ff. de lega. 3. & l. legatis. §. 2. eo. tit. pro secundo dicto Bal. quod si delictum est indifferens & c. debet assumi pars, quæ magis fouetur a iure communi, facit. l. non vtiq; ff. de eo quod certo loco. sed pro dicto, quod vltimo loco tetigi post Bal. aduerte, quia essent examinande multæ regulæ, quæ dantur in materia mixtorum, quas hic non intendo examinare; sed sufficiat illas tetigisse pro intellectu huius. q. & omnium similitium; videlicet, illa  
 330 regula, quod in mixtis magis dignum attrahit ad se minus dignum; vt. c. quæto. §. de iud. & c. quod in dubijs. de consec. ecc. vel alta. & in. c. hoc est. de cõse. distinct. 2. ff. de auro & argen. lega. l. pædiculis. §. Neratius. & de acquir. hæri. l. qui patri. licet in contrarium faciat tex. in. d. l. pædiculis. §. si. & Insti. de reru diui. §. literæ. tangit Bald. in præmio feudorum. Facit. l. sed si ex meis. ff. de acquir. rer. domi. Et secundum hanc regulam tenendo opi. illorum, qui voluerunt  
 331 quod miles sit dignior Doctore, qualitas ista indifferens attribuetur militi, & nõ Doctori; & sic face-

ret pro decisione, §. ta. Sed secundum aliam opi. quæ vult, quod Doctore præferatur militi, quæ verior est, vt tenui in. d. c. quanto. de magist. esset decidendum in contrarium; nisi quod ratio, quæ allegauit, quod tantquam Doctore non videtur delinquere, videtur repugnare. Item esset consideranda alia regula, quæ vult, quod dicitur vbi mixta sunt inseparabilia, iudicantur secundum qualitatem potentiorum; vt traditur in. l. lege. Julia. §. hermaphroditus. ff. de testi. & l. quæritur. ff. de statu ho. 4. q. 3. §. hermaphroditus. & quod traditur in. l. legatis. §. si vni. ff. de leg. 3. Quare si esset Doctore in aduocatione, quam in militia, iudicaretur de eo vt de aduocato; sed contra, quia tunc per contrarium esset. Et si equalis esset in ambabus, iudicandum videretur secundum illam qualitatem, quam sibi assumeret, vt præcipiam; vt in dictis iuribus; hæc autem assumptio in dubio dignoscitur ab exercitio, vel  
 333 per habitum exteriorem; quoniam habitus exterior tribuit intellectum animi, seu intentionis intrinsecæ, vide, iura, quæ allegauit in. c. in nonnullis. de iudic. in 6. not. Et si portaret vtrumque habitum, vt puta; quia togatus incederet; & cum bireto militari, esset quasi monstrum, vt solitus erat dicere nobilis scholaris dominus Manentes del Buon del Monte de Florentia, de quodam Potestate nostro, qui extensam togam portabat, & biretum militare; quoniam si Doctore erat, & melius, caput in quo prudentia, & scientia, memoria, & intellectiva pars residet Doctoralibus insignis ornare debebat; partes vero cordis, & crura, atque partes inferiores expeditas habere breui veste militari; militibus enim priuilegia militaria concedunt; si sunt in expeditione, non si in domo togati, aut alibi extra expeditionem vitam ducunt, qualem agunt vt plurimum nostri milites, vt. l. penul. ff. de testam. milita. & Insti. eo. §. illis. Si verò omnia essent æqualia, posset dubitari, an consideranda esset causa magis priuilegiata, vel non, de quo articulo in. c. cum in illis de præben. lib. 6. & per Doctore. maxime moder. in. l. 2. in princip. ff. de verb. obliga. & l. præscriptiones, §. vim passa. ff. de adulte. & l. si ita scriptum. ff. de lib. & posthu. & l. clemens. ff. de hæred. insti. & fuit not. q. Ioan. Calde. quæ incipit, Papa concessit specialē potestatem. Facit. C. de rei vx. actio. l. 1. §. 1. & C. cõmunia de leg. l. 1. & 2. c. §. ne. se. vac. j. de excels. prel. c. sicut vnire. 16. q. 1. c. & temporis qualitas. de pœnit. distinct. 2. c. medicamentum, 2. q. 2. non est culpandus. Item consideranda esset alia dubitatio, vtrum in mixtis attendatur qualitas, quæ prodest; an verò quæ nocet? in qua materia Barto. voluit ceteris existentibus paribus, & inseparabilibus, quod attendatur qualitas nocens, vt. l. si quis graui. in fin. cum sequ. ff. ad Sillani. & l. 2. §. si a pupillo. ff. pro emptore. & l. finali. §. sed & si quis. ff. nautæ, caupo. stab. & ff. quibus. cau. in pos. ea. l. Fulcinus. §. qd. ergo. & quod ibi traditur & ff. de arbit. l. Pedius. §. fin. & ff. de leg. præstan. l. 3. §. fina. & probatur secundum vnum intellectum, quem ibi tetigi in. c. super quæstionibus. §. porro. de officio delega. licet secundum alium intellectum probet contrarium, & prædicta opinio fuit Dy. in reg. possessor. de reg. iur. lib. 6. Ex quibus inferitur, quod ceteris existentibus paribus, si attendimus qualitatem nocentem, iudex poterit procedere per inquisitionem; & hoc mihi placet, pro quo facit ratio,

336 quam. §. allegauit. & quia rationabile, & saluiterum est, vt delicta puniantur, vt. l. ita vulneratus. in fin. ff. ad. l. Aquil. & l. 1. ff. de iust. & in. nõ ob. l. 3. §. si quis palam. ff. de iure ff. quia ibi; qualitas, quæ prodest est potetior; quoniam per eam tollitur, & supprimitur qualitas causæ nocetis. Nam quod deliquerat clam, destruitur per delictum postea palam factum; & hoc tenet Bar. in. d. §. si quis palam. Item non ob. l. emancipatum. §. si. ff. de senato. vbi attenditur qualitas, quæ prodest, secundum Bartol. quia ibi erant due qualitates, quarum nulla nocebat. Et prædicta notabis perpetuò ad decisionem multorum, quæ possent occurrere in materia mixtorum. ¶ Vndecimo quæro, quæ pone, T. fuit accusatus de aliquo crimine, contra eum iudex vult inquirere de alio crimine, opponit. T. quod non possit, ex eo quod contra eum pendet accusatio de pari, aut maiori, per. l. 1. & quod ibi not. C. q. accus. nõ pos. quærit, an iudex possit inquirere tali exceptione nõ obstante? Sol. dicit gloss. in. d. l. 1. quod licet accusatus non possit accusari de pari crimine; tamē iudex potest ex officio inquirere; quia sibi non præcluditur via inquirendi, etiam ad petitionem partis; licet nomen accusari sit receptum inter reos; & hoc idem tenet Bal. in. d. l. 1. quod probat in. l. 1. C. de calumnia. Et ratio est, quia iudici inquirenti nõ obstat exceptio iudicij pendens, secundum In. in. c. cum clamor. §. de test. Non ob. d. l. 1. quia loquitur in accusatione, quod nõ potest ab alio accusari; & adde quæ statim dicam in seq. buast. ¶ Duodecimo quæro,  
 338 quæ vtrum contra eum, qui non potest accusari; possit inquiri? Sol. glo. videtur velle quod sic, in. l. falsi qd. e.  
 339 C. de fal. per illud tex. qui vult, quod licet mater nõ possit accusari de crimine falsi, potest tamen contra eam inquiri. Sed. Rai. ibi dicit, quod immò poterat accusari; licet non a filio; & ideo potest iudex inquirere; quia iudex inquirendo succedit in locum accusatoris legitimi. Si autem sit casus, in quo nullus possit accusare, refert, an hoc ideo sit, quia factum sit licitum, & tunc iudex non potest inquirere, vt. l. nõ solum. §. quamquam. ff. de iniur. & l. 1. §. quod verò. ff. de aleato. Aut non permittitur accusatio, non ex eo, quod factum sit impunitum, sed ex eo, quod præscriptum sit potestati accusandi; & tunc superest adhuc potestas inquirendi, vt. l. quærela. C. de fal. & hanc opi. sequitur Bal. in. d. l. falsi quidem. quoniam multum refert, an originaliter cõpetat ius accusandi, an prohibeatur criminaliter, & simpliciter; nam hoc secundum casum factum videtur esse impunitum; vt. d. §. quod verò. vnde si statutum est factum odio banniti; ergo  
 340 nõ debet vna permitti via; quod alia prohibetur; vt in regula cum quid. de regulis iur. lib. 6. cum ambæ tendant ad vnum finem. l. 1. §. in tutel. ff. de tutel. & rat. distrah. & sic residet Bald. & mihi placet, intelligendo secundum ea, quæ dixi. §. in versic. Octauo quæro. nam ex ibi dictis in solutione, patet decisio huius q. & ibi etiã dixi de intellectu. l. falsi quidem, & eius quod not. glo. in. l. quærela. C. de falsis. an sit verum,  
 341 ¶ Tertiodecimo quæro, quæ pone impetrata est inquisitio tam in capite, quam in membris; mortuus est prelatus, & electus successor; an vigore commissio- nis possit inquiri contra successorem? Sol. Spe. in. tit. de inqui. §. nunc videndum arguit, quod sic, per no. in. c. quoniam abbas. §. de offi. dele. & c. aduersus. de immunit. eccles.

eccles. decidit tamen in contrarium; mouetur, quia  
 342 † crimina extinguuntur morte, vt. C. si reus, vel accu-  
 sa. mort. sue. l. 1. 2. 3. dist. quorūdam. Et iste est alius p-  
 latus, de quo cogitatum nō fuit, quōd etiam ego ar-  
 bitror procedere, si sub nomine dignitatis, vel praela-  
 ture facta fuisset commissio; Vt puta, inquiras cōtra  
 episcopum Senensem, vel abbatem sancti Venantij;  
 quia licet sub nomine dignitatis facta sit commissio;  
 vel impetratio; tamen quia materia non est propor-  
 tionabilis successori, non transit ad successorē, secū-  
 dum ea quæ dixi in d. c. quoniam abbas. & in c. 1. &  
 quod ibi dicit D. m. in glo. in ver. vestro. §. quōd met.  
 cau. & probatur in c. dilecti. de foro comp. & l. post  
 mortem. §. 1. ff. de adm. tuto. & latius dixi in clē. et si  
 principalis. de rescrip. Secus autem esset si in aliquo  
 membro, vel collegio, vel capitulo, alij alijs succede-  
 rent; quia tunc fieret inquisitio etiam contra succes-  
 sores; quia non fit particulariter, seu singulariter con-  
 tra singulares; sed cōtra collegium, Capitulū, aut vni-  
 343 versitatē, seu illud corpus, quod † idē est semper; vt  
 est tex. singu. in l. proponebatur. ff. de iudi. & 7. q. 1.  
 deniq; Item aduerte; quia licet cōtra praelatum fieri  
 non possit, qui tunc erat, quia mortuus est; tamen vi-  
 detur, quōd possit fieri respectu membrorum, quōd  
 procedit maximē, si alternatiuē fieret cōmissio, aut  
 separatiuē; secus, si connexē; quia vnum non posset  
 separari ab alio; nam tunc attenderet causa prohibens,  
 per quam altera permittens omnino confunditur.  
 Facit. l. fin. §. sed & si quis. ff. nau. caupo. stabul. &  
 quod latissimē dixi. §. in ver. 10. quæro. circa finē; &  
 344 quia † connexorum idem debet esse iudicium; vt no.  
 in clem. 2. de iud. & c. super eo. de appel. & in c. super  
 345 his. §. eo. cū sim. ¶ Quartodecimo quero, pone q †  
 in rescripto continetur, q̄ iudex inquirat cōtra T. &  
 quosdā alios, an iste cui facta est commissio possit in-  
 quirere cōtra plures, quā quatuor; & sic vtrū habeat  
 locū. c. 2. de rescrip. lib. 9. Sol. Io. And. in d. c. 2. dicit,  
 346 q † dispositio dicti. c. 2. non habet locum in inquisi-  
 tione; mouetur per tex. ibi, qui dicit in iudiciū non  
 trahantur. sed vocatus per modū inquisitionis ad iudiciū,  
 non dicitur propriē trahi, sed vocari; cū iudex  
 ex officio ad hoc procedat, Facit q̄ not. glo. 2. 4. q. 4.  
 c. 1. & quod dixi. §. latē in ver. 8. quero. & hanc opi.  
 videntur sequi Inno. & Ab. Sed Io. de Fantu. dicit, q̄  
 non videt quare etiā si iudex procedit ex officio, nō  
 dicatur trahere ad iudiciū; quia licet talis non traha-  
 tur per partem; tamen negari non potest quin traha-  
 tur per iudicem; vnde concludit, q̄ aut sunt literæ in-  
 quisionis commissę nemine impetrante; & tūc pro-  
 cedat dictum Inno. & Io. And. & in casu prædicto nō  
 loquitur. d. c. 2. vt patet. ibi in tex. dū dicit, impetra-  
 ta. secus si ad instantiam impetratis iudex vellet p-  
 cedere secundū eū. Sed dicit ibi D. Domin. dici posse,  
 quōd qualitercūq; siue ex officio, siue ad instan-  
 tiam partis procedat, habeat locum ille tex. c. 2. at-  
 tenta ratione ibi in princ. posita, quæ est apta com-  
 347 prehendere vtrumq; modū; extenditur enim lex  
 ad comprehēsa sub ratione; licet dispositio legis po-  
 ftea strictius loquatur; vt no. gloss. in clē. 1. & ibi latē  
 dixi. de elec. nec est verum, quōd vocatus per viā in-  
 quisionis nō dicatur trahi in iudiciū; vt patet in c.  
 nostro. in quo modū procedendi per viā inquisiti-  
 nis legislator hic appellat iudicium; & idē tenet glo.

2. in c. quoniam contra. de proba. ¶ Quintodecimo,  
 348 & vltimo quero, † vtrum ad defensionem eius, con-  
 tra quem inquiritur, admittatur procurator? Solu.  
 Specu. in tit. de inquisi. §. 1. vero. item potest quis te-  
 net, quōd sic, argu. c. super his. infi. & quōd ibi legi-  
 tur, & no. §. eod. & q̄ traditur in c. cum I. & A. de re  
 iudi. hæc tamen opi. mihi non placet, quando eadē  
 pœna veniret imponēda per viam inquisitionis, quæ  
 venit imponēda per viam accusationis, quando in-  
 ea nō admittetur procurator, de quo dic, vt plenif-  
 simē dixi in c. veniens. §. eod. in. 2. q. 3. memb. princ.  
 quinimo etiam si veniret imponēda pœna arbitrio  
 iudicis, dummodo posset imponi pœna corporis af-  
 flictiua, in qua per viam accusationis non admittetur  
 procurator, sicut est videre in crimine iniuriarū;  
 idem etiam esset dicendum in inquisitione, vt latē  
 dixi in d. c. veniens. in. 5. q. 1. q. 1. q. 1. q. 1. q. 1. q. 1.  
 349 ¶ Octauo loco principali vidēdum est iuxta præmis-  
 sum ordinem, super quibus causis, vel criminibus  
 possit procedi per viam inquisitionis. Circa quod  
 membrum declarandum, examinabimus per ordi-  
 nem omnes infra scriptas quæstiones. ¶ Primo, vtrū  
 possit procedi per viam inquisitionis super causis,  
 vel criminibus ad priuatam vtilitatem, & sic regula-  
 riter quando ciuilitate ageretur. ¶ Secūdo, vtrum de  
 iure ciuili super criminibus simpliciter procedi pos-  
 sit per viam inquisitionis ad publicam vtilitatem.  
 ¶ Tertio, quid tenendū sit de iure canonico. ¶ Quarto,  
 quid iuris si statuto cauetur, q̄ stetur dicto, vel sa-  
 cramento alicuius, an contra talem possit inquiri de  
 periurio, vel de falsitate, vt puta; si statutū disponit,  
 quōd super certis delictis stetur dicto, vel iuramento  
 syndici, vel denunciatoris. ¶ Quinto, vtrum genera-  
 lis vicarius episcopi super crimine vsurarum possit  
 inquirere. ¶ Sexto, vtrum existente aliquo vulnera-  
 to ad mortem, possit fieri inquisitio de occiso ante-  
 quam ille moriatur. ¶ Septimo, quid si ex forma sta-  
 tuti non possit procedi per inquisitionem de cogni-  
 tione carnali, seu adulterio, sed per accusationem pa-  
 tris, fratris carnalis, & mariti; & nō aliter, an poterit  
 pcedi de attestatione facta cū moniali causa cognos-  
 cēdū eā carnaliter. ¶ Octauo, & vltimo, an liceat in  
 leuibus criminibus procedere per viā inquisitionis,  
 & subijciatur generalis doctrina super hoc membro  
 349 principali. ¶ Primo igitur quero, † vtrū iudex possit  
 inquirere ad priuatam vtilitatem? Sol. dic, q̄ nō regu-  
 lariter; quia pro priuato commodo cōgruis actioni-  
 bus est agendū, vt. c. 1. §. de libel. obla. vel iudicis of-  
 ficiū a parte implorādū est, sūm quod tenet Io. And.  
 Pau. & Doc. in c. fi. de fo. comp. lib. 6. & Inn. & Doc.  
 in c. ad nostram. 2. de iureiuran. & not. in c. exhibita.  
 de iud. per Lau. in clem. 1. de offi. ord. per Bar. & An-  
 gel. in l. si vacantiā. C. de bo. vac. lib. 10. & c. de accu-  
 lea quidem. Et prædicta regula etiam probatur;  
 quia omnia, quæ in iudicijs aguntur ad priuatam  
 vtilitatem, ad postulationem partis agitari debent;  
 non autem ex officio, vt. C. vt quæ defunt aduo. par-  
 tium. l. 2. ff. de iudic. l. ad peremptorium. C. quomo-  
 do & quando iudex. auth. qui semel. & C. ad Trebel-  
 l. sancimus. Bald. in d. l. ea quidem. dicit simpliciter,  
 q̄ non potest inquiri ad priuatam vtilitatem; nisi in  
 crimine vsurarum. Ego verò in hac. q. procedam per  
 regu-

regulā, & fallentias. Sit igitur regula negatiua, quōd  
 iudex non potest inquirere ad priuatam vtilitatem;  
 hæc tamē regula fallit multipliciter. Fallit primo, in  
 casu suspecti tutoris, vt. l. 1. & 3. §. præterea. & l. fin. ff.  
 de susp. tuto. & hoc operatur fauor pupilli, vt ibi  
 in tex. & hunc solum casum dicit Bart. esse de iure ci-  
 uili, in quo potest inquiri ad priuatam vtilitatem. Fa-  
 350 cit etiam, quōd † iudex propter pupillorum fauorē,  
 etiam nullo petente, potest dare tutorem pupillo, vt  
 l. credendum. ff. qui pet. tut. & l. tutores a patruo. ff.  
 de confir. tut. Fallit secundo, secundum Lau. in d.  
 clem. 1. de offi. ordi. quādo propter dolum patris ef-  
 fet præclusa via agēdi, vt dicto. c. ad nostrā. & c. quæ-  
 admodum. de iureiuran. & idem tenet Pau. in c. fin.  
 de fo. compet. in. 6. Fallit tertio, vbi fauor, vel pietas  
 induceret iudicē ad inquirēdū, vt est gl. sing. quæ non  
 est alibi, sūm Bald. in l. 1. in prin. ff. de susp. tut. Bald.  
 tamen in c. 1. §. iniuria. de pace iur. fir. allegat pro di-  
 cta opi. mulierem. C. si mancipium. ita siue aliena. &  
 ibi not. Cyn. fed melius facit tex. & quōd ibi not. D.  
 m. in c. sollicitē. §. de restit. spol. in verbo, perquirere.  
 351 vbi volunt, quōd † quando personæ sunt miserabiles  
 potest iudex ad priuatam vtilitatem procedere per  
 modum inquisitionis, per. c. 1. eod. titu. & idem dicit  
 Ioan. Andr. allegando Innocen. in d. c. ad nostram. in  
 omnibus personis oppressis; & idem etiam, si vellet  
 se introumittere pro conseruatione piæ consuetudi-  
 nis, vt. §. de simo. c. ad apostolicam. Et idem de fauore,  
 & pietate tenet Pau. in c. fi. de foro compet. lib. 6.  
 Et ex hoc sequitur, quōd † episcopus potest ex officio  
 inquirere contra tenentes bona distribuenda in pau-  
 peres, vt not. Ang. in dicta rep. l. si vacantiā. Fallit quar-  
 to, in causa vsurarum; hæc tamen fallentia videtur ali-  
 qualiter sub secunda, & prædictas ponit Bald. in c. 1.  
 §. si tres. de pace iuramen. firman. in vñ. feud. Aduer-  
 te tamen; quia licet Bal. ita simpliciter transeat cum  
 352 Innoc. tamen non vult, quōd † episcopus, vel praela-  
 tus possit inquirere de vsura ad priuatam interessē il-  
 lius, cui restituendæ sunt vsuræ; sed ad penitentiam;  
 353 & ita † intelligit. c. 1. §. de offi. ordi. licet in consequē-  
 tiam, si ibi tunc priuatum interessē, scilicet; quia  
 354 † fructuosam penitentiam non potest agere; nisi re-  
 stituat alienum. 14. q. 6. c. 1. & de vsur. c. cum tu. secū-  
 dum Host. in d. c. ad nostram in glo. pe. Sed Io. And.  
 ibi, circa id quod dictum est de consequentiā, remit-  
 tit se ad no. in c. quia frustra. §. de vsur. in ver. audia-  
 tur. vbi ipse dicit post Innocen. quōd licet vsurarius  
 agens repellatur exceptione. c. quia frustra. tamē au-  
 ctoritate superioris possit cogi restituere illis, a quibus  
 agens extorsit, & sic exonerat illum a peccato, & sic  
 vtiliter gerit negociū illius vsurarij quo ad corpus,  
 & quo ad animam, per no. in d. c. ad nostram. & ali-  
 quid in c. intelleximus. in gl. pen. de adult. & sequitur  
 D. An. in d. c. ad nostram. Et quamuis. Io. de Imo.  
 dicat quōd Inn. ibi nihil dicit, quōd possit per con-  
 sequentiā ad priuatam interessē; tamen hoc volūt  
 ibi Hosti. & Ioā. And. vt. §. dixi. Aduerte tamen; quia  
 Io. de Imo. ibi videtur sibi contradicere; dicit enim,  
 355 quōd † licet iudex principaliter non possit interpo-  
 nere officium suum non petitum; & sic per viam in-  
 quisionis; tamen secundariō potest quandoq; licet  
 non sit petitum; vt quando principaliter fit inquisi-  
 tio super correctione criminum, vt. c. 1. de offi. ordin.

nam tunc in consequentiā poterit facere restituti-  
 356 aliū; cum aliās non possit bene corrigere, vt in  
 regula, peccatum de reg. iur. lib. 6. & quōd † quan-  
 doq; liceat in consequentiā, quōd principaliter nō  
 licet, not. in l. 1. ff. de susp. tut. & in c. per venerabi-  
 lem. §. qui si. sint legitimi. Fallit quinto, fauore fisci, vt. l.  
 fi. C. de bo. vac. & ibi per Bar. sentit Lau. in d. clem. 1.  
 de offi. ord. quinimo videtur, quōd in casu prædicto  
 possit procedi ad torturam, vide Bar. in l. reprehē-  
 sionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. dicit tamē Ang.  
 in d. l. si vacantiā. quōd in prædicto casu procurator  
 fisci debet esse præfens. hæc tamen fallentia non vi-  
 detur propriē tangere priuatam vtilitatem; sed po-  
 tius publicam; & idem dicendum est quando agere-  
 tur de iuribus principis, vt. l. pen. in fi. C. de bo. vac. te-  
 nent Inno. Io. And. Io. de Imo. & Doc. in d. c. ad no-  
 stram. & tradit etiam Hostien. in c. cum dilecti. §. de  
 confir. vt. fed vt. §. dixi hoc non videtur simpliciter  
 respicere priuatam vtilitatem. Et aduerte; quia vt di-  
 357 xi. §. † quando inquiritur ad vtilitatem fisci, procu-  
 rator fisci debet esse præfens, vt. d. l. si vacantiā ibi,  
 præfente fisci patrono. & ibi tenet Ang. Quid autem  
 de alijs, vide quōd dixi. §. in. 7. membro princip. ver.  
 7. quero, & dicam. §. in. 1. 1. membro principali. Fal-  
 358 lit. 6. in datione tutoris, † qui potest dari non peten-  
 ti, vt Instit. de Attiliano tutore. §. sed ex his legibus.  
 & ff. de susp. tu. l. tutor. §. præterea. hæc tamen fal-  
 359 videtur includi sub tertia. Fallit. 7. in † censitore, hoc  
 est in collectore census, qui potest inquirere ad vtili-  
 tatem priuatorum; vt sciat cuius patrimonium sit di-  
 minutum, ad hoc vt releuetur a censu, vt. l. forma. ff.  
 360 de censu. Fallit. 8. in præfide, qui † inquirat ad priuatā  
 vtilitatem contra publicos exactores; ne iniuste ve-  
 xent subditos in tributo, vt in authen. de mād. princ.  
 §. coges. Et prædictas tres fallentias ponit Ang. in d.  
 361 l. si vacantiā. Fallit nono, in † iudice delegato, qui ef-  
 fet datus super violentijs, & iniurijs, qui potest in-  
 quirere ad priuatam vtilitatem; vt latissimē dicit Fe-  
 deri. de Sen. consil. 209. & prædictas fallentias posuit  
 etiam in d. clem. 1. de offi. ordin. Fallit. 10. in episco-  
 362 po, † qui potest inquirere de consanguinitate inter  
 coniuges, secundum Inno. & Ioā. And. in d. c. ad no-  
 stram. per. c. porro. de diuor. & 35. q. 6. si duo. & idem  
 dicendum de alio quolibet impedimento matrimo-  
 363 nij, secundum Inno. quia † eadem ratio; ergo idem  
 ius; secundum Hostien. argu. c. tua. §. de consanguin.  
 364 & affi. & sic † intelligitur. §. de offi. ordi. c. 1. & c. si-  
 gnificauit. de clandest. despon. c. fi. & tenent Ioā. de  
 Imol. & D. m. in d. c. ad nostram. quod ego arbitror  
 verum, quando esset tale impedimentum, quōd ef-  
 fet peccati nutritium; aliās secus; vt puta, in frigiditate  
 in altero coniugum contingente, aut simili de-  
 fectu; quia non est eadem ratio. Fallit. 11. secundum  
 Doct. in d. c. ad nostram. quando iudex vellet inquirere  
 de statu, & iuribus ecclesiæ; quōd est clarum in  
 Papa, qui ex plenitudine potestatis hoc potest, vt. c.  
 cum venissent. de insti. ad si. sed in inferiore, hoc non  
 videtur licere, secundum Innocen. quod videtur in-  
 telligendū; nisi ex magna causa id faciat. Facit quod  
 not. Innocen. in c. quoniam. §. vt lite non contest. &  
 365 † fortē dicitur magna causa, quādo nō est qui profe-  
 quatur iura ecclesiæ; & imminet periculū ex mora.  
 Facit quod habetur in c. cum olim. §. de testi. sed D.  
 Ant.



Ant. vult, quod magna causa sit, si res ecclesie sint male alienata; sed istud non videtur simpliciter verum, secundum not. per Ioan. de Imol. in d. c. cum olim. §. de resti. spol. Aduerte; quia hic casus videtur potius pertinere ad publicam, quam ad priuatam vtilitatem; 366 nam si ius quod pertinet ad sacra, & ad sacerdotes, videtur potius publicum, quam priuatum; & sic etiam ius ipsarum ecclesiarum. i. distin. c. ius publicum. In sti. de iustit. & iure. in fin. & l. i. in fin. ff. de iustitia & iure. nisi diceret, quod de ecclesijs, & sacerdotibus, & spiritualibus dicitur ius publicum; sed in bonis temporalibus ipsarum dicitur priuatum. Fallit. 1. 2. vt arbitror generaliter, vbi quae praelatus videret subditos persistere, seu perseuerare in peccato, & non posset tolli peccatum sine restitutione rei alienae, per regulam peccatum de reg. iur. lib. 6. Fallit. 1. 3. secundum quod colligi potest ex dictis D. Barth. de Salic. in repet. l. ea quidem. C. de accu. quando per denuntiationes contra absentes potest procedi ad diffinitiuam, lite non contestata. vt auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. ibi perquisita veritate, & ibi, rationes assignantur. mihi non videtur, quod illa sit proprie inquisitio; sed prosecutio iudicij, quae fit auctore contumaciter non prosequente iudicium; vt consulatur reo respectu absolutionis diffinitiuae, cui non potest consuli per missionem in possessionem; vt ibi dicitur, maxime per Bald. & Iacob. de Butri. & dum text. ibi dicit, perquisita veritate, non habet respectum ad inquisitionem, de qua loquimur; sed ad cognitionem veritatis, quam debet praemittere iudex, antequam sententiam ferat; quia super incognitis non posset certam, aut iustam sententiam ex proposito dare; vt de se patet. Et pro his allego tex. expressum. 30. q. 5. iudicantem. vbi tex. dicit. si iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. Fallit. 1. 4. secundum D. Bartho. in dicto loco in casu. l. si. §. licetia. 2. C. de iure deliberat. & ibi potest hoc operari beneficium inuentarij concessum haeredi; vnde cum propter hoc beneficium alleuietur, in alio grauatur, vt possit inquiri, arg. l. eum qui. in princip. ff. de iureiuran. vel quia frequenter euenit, vt haeredes subtrahant res hereditarias, ad hoc vt decipiant creditores, & legatarios; cum sciant quod propter beneficium inuentarij non possunt ultra vires conueniri, secundum praesa. D. Bart. Sed tu aduerte; quia videtur, quod ille tex. non loquatur de aliqua inquisitione, quam faciat iudex ex officio suo ad priuatam vtilitatem, sed ad probationis indaginem eorum, quae aguntur inter partes. Fallit. 15. secundum praesa. Do. Bar. in casu. l. quoties. C. de naufrag. lib. 1. intelligendo. l. illam. quod ibi ciuilitate agatur secundum Cyn. 368 & secundum vnam lect. Et potest esse ratio; quia si nauis consueuerunt subtrahere posita in nauis; & de hoc suspecti, & diffamati habentur a lege, vt probatur in l. 1. §. 1. & l. 4. §. hoc dicto. ff. nau. caup. stab. haec et fallentia posset morderi, vt duae praecedentes; & secundum praedictas fallentias possemus addere omnes alios casus, in quibus potest iudex supplere de facto ad priuatam vtilitatem, quos omitto; quia in illis non dicitur proprie inquirere secundum modum inquisitionis, de quo loquimur, de quibus casibus vide Bar. & Moder. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infec. & Docto. & D. m. in c. bona. 1. de postul. praesa. Fallit

16. quando incidenter inquireret, vt l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. quem tex. sic intelligit Bald. in d. l. ea quidem. C. de accu. vel, secundum eum, est speciale ibi, quando quis capitur in furto, vide quod dicam. §. in. 15. membro principali. Fallit. 17. in episcopo habete quem suspectum circa beneficium, quod retinet, vt probatur in c. si confiterit. §. eod. & ibi dixi in. 6. notabili post Hostien. & Ioan. Andr. & vide quae dixi. §. in quinto membro principali versic. 2. 1. 369 quaro, in fin. ¶ Secundo quaro, si vtrum de iure ciuili iudex possit procedere super criminibus per via inquisitionis? Solu. gloss. in l. 2. §. si publico iudicio. ff. de adulter. dicit, quod regula est, quod non, & dictam opinionem sequuti fuerunt Guil. Dyn. & communiter omnes\* antiqui Doct. quia regula est, quod 370 si sine accusatore nemo punit, vt. §. vt eccl. benef. c. vnico. & l. 2. q. 1. de manifesta. 2. 3. q. 4. c. quisquis potestatem. & ff. de mune. & hono. l. rescripto. §. si quis accusatorem. & ff. de magistra. conuenien. l. 1. & vide omnino ad hanc materiam Beatum Tho. 2. 2. q. 67. articu. 3. facit quod scribitur Ioan. c. 5. de illa muliere, quae cum accusata fuisset Christo a Pharisaeis, qui post accusationem fugerant Iesu dicente; quis vestrum est sine peccato arguat illam; & mulier dixit; Mulier quis te accusat? quae cum responderet. Nemo Domine, inquit Iesus illi; Nec ego te condemno. & sic dimisit illam, & tangit glo. in d. §. si quis accusatorem. Gloss. tamen in d. §. si publico. dat ad dictam regulam multas fallentias, quae etiam repetit glo. 2. q. 1. de manifesta. & gloss. in dicto. c. vnico. vt eccl. benef. Fallit igitur primo, in lenocinio mariti; nam si mulier marito accusanti vxorē de adulterio, vxor obijciat de lenocinio, licet talis allegatio, seu exceptio non repellat maritum; tamen is qui de adulterio cognoscit, potest contra maritum inquirere. d. l. 2. §. si publico. & sequitur gloss. in d. c. de manifesta. & d. c. vnico. vt eccl. benef. & ibi Ioan. Andr. Fallit secundo, ratione iniuriae illatae praesbyteris, & eorum ministris in ecclesia, vel in cultu diuino, secundum quod traditur in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & clericis. & 2. q. 1. in primis. & ponit Ioan. Andr. in d. c. vnico. Fallit tertio, in crimine suspecti tutoris. vt l. tutor quoque. §. praeterea. ff. de susp. tuto. Facit. 3. q. 2. c. quia ea. & tenet gloss. in d. c. de manifesta. & d. c. vnico. Fallit quarto, in charta falsa coram iudice producta, vt l. penul. C. de proba. & tenet gl. in d. l. 2. Fallit. 5. in teste falsum deponente, vt l. nullum. C. de testi. & §. latius dixi. Fallit. 6. in calumniatore. C. de calumnia. l. 1. & ff. de bon. liber. l. qui cum maior. §. libertus. & ff. ad turpil. l. 1. §. 1. Fallit. 7. secundum aliquos in falso, vt C. de fal. l. vbi. sed gl. in d. §. si publico. hanc reprobatur, ex eo quod ibi fuit instituta principalis accusatio de falso; non autem fuit processum per inquisitionem. Fallit. 8. secundum praallegatas glo. in crimine notorio, per l. ea quidem. C. de acc. & idem sentit glo. in d. l. tutor. §. praeterea. & hoc idem tenet Dy. & communiter\* antiqui Doct. & Spe. in tit. de inquisi. §. quando in prin. qui tamen addit plures alias fallentias, quam praedictas. Fallit igitur. 9. secundum eum, si dominus dicatur a familia occisus, & constat eum occisum; quocumque modo siue sit interfectus, iugulatus, strangulatus, vel praecipitatus, vel saxo, fuste, aut lapide percussus, vel quocumque modo necatus;

tus; quoniam praeses prouinciae tunc procedit ad inquisitionem, & sumet questionem de familia, vt sciat occisorem. Si autem veneno per vim infuso, vel metu dicatur occisus, licet non fiat inquisitio per senatusconsultum Syllanianum; tamen fit per extensionem seu interpretationem Vlpiani, vt haec traduntur. ff. ad senatusconsultum Syllani. l. 1. §. occisorum. & §. si quis non metu. secundum Spec. sed dicit Ioan. Andr. in add. ad d. §. quando. q. illud, quod dicit Spec. de metu, non est congrue dictum, vt patet ex d. §. occisorum. & §. si quis non metu. nec Roffie. hoc dixit, de quo dic, vt traditur ibi. Fallit 10. si accusator pecunia corruptus, dicatur petijse abolitionem a reo; quia iudex de hoc inquirere contra eum, & repertum reum punire potest. C. de abolitio. l. abolitio. Fallit. 11. in generali inquisitione, quam facit praeses ex officio, quam inquiri malos homines, vt illos de sua prouincia expellat. Item sacrilegos, latrones, plagarios, fures, & receptatores eorum; & vt in eos animaduertat, prout quisque deliquerit, vt l. congruit. & l. 3. ff. de offic. praesi. & c. 1. §. de off. ordi. Fallit. 12. quando haeres aliquid de hereditate subtrahit, vt l. fin. §. licetia. C. de iure deliberan. Fallit. 13. si nauis sit obruta, vel submersa; nam trium nauarum addita quaestione, solet per iudicem fieri inquisitio; vt inueniat veritatem, quod si nauis defuerint, in alios nautas, non magistros fiet inquisitio; & si isti etiam defuerint in alios non nautas fiet inquisitio, vt dicit Ros. in l. quoties. C. de naufrag. lib. 1. 1. Fallit. 14. in maleficijs, quando scilicet vnus de malefactoribus confitetur se habuisse socios, illi enim de se confessio non creditur contra alios, vt C. de accu. l. fin. & in c. 1. §. de confes. vnde inquiri iudex de socijs, vt. ff. de quaestio. l. 1. §. si quis vltro. Fallit. 15. in crimine haeresis, & apostasia. C. de apost. l. apostatarum. & C. de Iuda. l. nemo. Fallit. 16. in crimine lese maiestatis, vt C. ad l. Iul. maiesta. l. 2. & 3. Fallit vltimo in omnibus casibus, in quibus quis sine accusatore potest condemnari, vt d. c. vnico. §. vt eccl. benef. & d. c. de manifesta. 2. q. 1. Et sic patet ex praedictis casibus, quod opi. gloss. in d. §. si publico. quae vult, quod d. regula fallit solum in casibus in ea allegatis non est vera, cum alij plures. §. fuerunt enumerati, & propter hanc causam esse reprobatur Angel. in d. l. si vacantia. licet non faciat mentionem de praedictis casibus enumeratis per Spe. sed enumerat ipse quosdam alios; videlicet, contra omnem sacrilegium, latronem, & plagiarum, vt l. 4. §. mandatis. ff. ad l. Iul. pecul. Item contra facientes seditiones contra ciuitatem, vt in authenti. de manda. princip. §. si. Io. Andr. etiam post Hostien. in d. c. vnico. vt eccl. benef. numerat quasdam alias fallentias supra non enumeratas; videlicet, in casu. c. tam literis. §. de test. & c. 3. §. de proba. Item cum quis appellationem suam non prosequitur, vel iudicium literas abradit. §. de rescript. olim. Item in subreptitie impetrante, vel abute re rescripto apostolico, vt §. de rescript. c. fin. Itē cum quis est reus, actor, & iudex, vt cum se obligat ad certa poenam si non probaret, vt §. de elect. dilecti. Item cum quis succumbit in causa appellationis, vt §. de app. vt debitus. Item cum quis subtrahit probationem aduersario, vt §. de test. constitutus. Item in promouente exceptionem, & succumbente in probatione; nisi aliquid probabile eum excuset, de dolo & contum.

c. finem. Item in quolibet, qui illudit iudici, vel aliam malitiam committit, vt §. de aliena. iudicij mut. ca. facta. c. 1. & de postula. praesa. c. bona. 2. vers. nec nocebat. Sed dicit Io. de Imol. in d. c. vnico. §. vt eccl. benef. quod vt plurimum, praedicti casus non videntur loqui quare lo fit inquisitio; sed quando ex officio condemnat in expensis, vel alia poena; vt patet in non prosequente appellationem, vel succumbente in causa, & in impetrante subreptitie, vel abute rescripto, vel abradente; vel deficiente in probatione, exceptione, vel similibus. Alia opin. fuit quorundam, qui voluerunt, quod licet de iure vera sit doctrina praedictarum gloss. tamen de consuetudine dicit, quod de quolibet crimine potest inquiri fama publica praecedente, & clamosa insinuatione deferente; & ita refert Alber. de Gandino in suo tractatu de malefici. Vnde dicit Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de inquisi. §. 371 quando in prin. quod iudices secularis fori faciunt sibi regulam affirmatiuam, quod possint inquirere de quolibet maleficio; nisi alias per statuta prohibeantur, fama scilicet praecedente, & c. allegant. d. l. congruit. & §. iubemus autem. in authen. de collatio. & C. de abol. l. 1. circa princ. Subdit tamen ibi Ioan. Andr. in add. quod de iure ciuili solum potest inquiri in praemis casibus. Aduerte tamen; quia Io. Andr. loquitur de iure communi. Gandi. de consuetudine. Ang. vero in d. l. si vacantia. dicit, quod si consuetudo est, illa seruanda est; quia est optima legum interpretes, vt l. si de interpretatione. & l. minimē. ff. de legi. Alia fuit opin. Bar. in d. l. 2. §. si publico. ff. de adult. qui sequendo quaedam dicta Nicolai de Materel. in quadam sua disputatione. assumit in praedicto articulo septem regulas in effectu. Primam, quod ad denuntiationem officialis potest iudex inquirere, per l. diuus. ff. de custo. & exhibi. reo. & l. ea quidem. C. de acc. & l. 1. C. de custo. reo. & ratio est; quia sicut tutor excusatur a calumnia, si instigatus ratione officij accusat, vt l. tutorem. ff. de his qui. vt indi. ita & iudex, propter denuntiationem officialis; vnde dicit Angel. quod si ex forma statuti, prout est hic Senis, deputantur custodes in comitatu per castra, & villas ne maleficia committantur, quod licet statutum ultra non procedat, quod possint denuntiare; tamen poterunt, vt l. ab accusatione. §. denuntiatores, ff. ad Turpil. Et ratio est; quia talis necessitatur, & iudex ad denuntiationem tenetur inquirere. Vnde sicut in simili videmus, quod tutor excusatur a praesumpta calumnia accedendo pro pupillo, quando est incitatus a matre, vt d. l. tutorem. ita & hic. ¶ Secundam, secundum Bar. quod iudex ratione incidentis criminis coram eo incidenter commissi, potest de illo inquirere, & punire, vt d. §. si publico. & l. nullum. C. de test. & C. de proba. l. penul. & C. si aduers. lib. l. penul. & propter incidentem criminis cognitionem, quis excusatur a metu calumniae. l. qui cum natu maior. §. si libertus. ff. de bon. liber. cum sim. ¶ Tertiam, quod propter praecedentem generalem inquisitionem, potest iudex specialiter inquirere; quia vbi quicquid iudex ex generali inquisitione reperit alium quem deliquisse, in eodem casu potest ad inquisitionem specialem procedere; vt illum condemnare. & ita intelligendam dicit. l. congruit. & tex. in l. 4. §. 1. ff. ad legem Iuliam pecul. & in authen. de collatio. §.

to. §. iubemus. Adducit etiam simile in accusatore, qui excusatur a præsumpta calumnia, si est heres, & accusat illum, quem testator dixit criminiosum, vt. d. l. qui cum maior. §. fin. ff. de bon. libe. ¶ Quartam, q̄ permittitur inquisitio propter magnum dolorē, vel magnam offensam; vnde dicit, quod vbiunq; crimē committitur coram iudice, potest iudex contra illū taliter criminiosum procedere per inquisitionem. l. 1. C. de calumnia, & in falso teste, vt. d. l. nullum. C. de test. & in falsa charta. C. de proba. l. pen. & in alijs delictis, quę committuntur coram iudice, de quibus tangit Barto. in. l. eos. C. de fal. allegat simile de marito vxoris adulterum accusante, & in matre accusante de morte filij, & in alijs personis coniunctis, quę sine metu calumnię propter immensum dolorem accusant, vt. l. fin. ff. de publi. iudi. & l. mater. C. de calum. cū sim. ¶ Quintam, quod propter immensum crimen potest iudex inquirere. Sunt enim quędam crimina ita enormia, quod de illis absq; metu calumnię accusaret licet; vnde sicut in illis admittitur accusator; ita iudex debet posse inq̄rere. ¶ Sextam, quod propter criminis notorietatem potest iudex inquirere, vt. in. d. l. ea quidem. C. de accu. ¶ Septima, & vltima magis generalis colligitur ex omnibus precedentibus; videlicet, quod vbiunq; sine metu calumnię, & sine solennitate inscriptionis procedit accusatio, potest iudex inquirere. Sed dicit Ange. in. d. l. si vacantia. quod prædicta doctrina sibi nō placet. Mouetur; quia si rumor præcederet, & fama publica, quod T. aliquod malefictum commississet; ta-  
 376 list rumor, & fama excusat accusatorem ab omni p̄sumpta calumnia, vt. l. Pantonijs. & l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. & C. de castamē. mili. l. si cum vel in vtero. & tamen clarum est, quod de iure ciuili non potest inquiri de omni malefictio, de quo rumor, & fama præcedit, vt. j. patebit. Secundo mouetur; nā, dicit ipse, ego reperio casum in quo non ad denuntiationem officialis, non propter incidendam cognitionem, non ob præcedentem generalem inquisitionem, non propter magnum dolorem, offensum ve iudicem, aut criminis atrocitatē, vel notorietatem, iudex potest inquirere; & hoc est in crimine suspecti tutoris; ergo dicta doctrina est defectiua. Nec potest dici, quod in tali delicto possit procedi per inquisitionem; quia possit quis accusari de illo sine solennitate inscriptionis, & metu calumnię; quod non est verum; nam requiritur inscriptio, & accusans tenetur de calumnia, vt not. gloss. in l. 1. in princ. ff. de suspes. tur. & l. fin. C. eod. Item nec placet Angel. quod propter præcedentem generalem inquisitionem, possit inquiri de quolibet crimine generalis inquisitio præcedens sit alijs frustratoria; quia si hoc esset verum, semper posset fieri fraus; nam cum iudex vellet specialiter inquirere cōtra aliquam, generalem formaret inquisitionem, & postea descēderet ad specialem, & sic circumueniret dispositionē. l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mu. & hono. & illud dictum Euangelij; Mulier quis te accusat & c. & alia iura de quibus dixi. §. in princ. huius  
 377 quæstionis quę ¶ fraudes, & circumentiones elimi-  
 378 nandę sunt, ne dicatur ¶ legem verbis impositam, & non rebus, vt. l. non dubium. C. de legi. sed melius facit regula cum quid vna via. de reg. iur. lib. 6. Nec

ob. ratio prædicta, quod alijs inquisitio generalis est, set frustratoria; quia hoc non est verum; quia per eam crimen inuestigatur, & si est repertum, poterit iudex descendere ad specialem inquisitionem, si est tale, in quo possit procedi de iure per inquisitionem; vnde multum operatur; quia vbi prius nō poterat specialiter inquirere, nunc potest. Prædictam etiā opi. Nicolai & Barto. reprobat. d. Barth. de Salice. in. d. l. ea quidem. C. de accu. Mouetur; quia non sequitur, accusator admittit sine metu præsumptę calumnię, ergo iudex potest inquirere; quia ¶ de separatis non est illatio, vt. l. Papinianus. ff. de mino. & l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. pos. Et contra non sequitur; accusator nō admittitur sine metu calumnię, ergo iudex non potest inquirere. Præterea verba prædictorum Docto. probant, quod iudex possit semper inquirere, sicut quis accusare, sed non tenetur de præsumpta calumnia; quando accusator non teneretur. Præterea per verba prædictorum, non comprehenduntur omnes casus, seu omnes fallētæ traditę. §. per Specu. & Roffr. Et hoc tenet Angel. §. in. 2. articu. Item mouetur, quia attenda ratione, & similitudine, quam faciunt, verba torquentur contra eos hoc modo; si potentia accusandi non dependet a metu præsumptę calumnię; ergo nec potentia inquirendi, hæc consequentia videtur bona, secundū æquiparationem, & rationem prædictorum. Antecedens autē probatur, per. l. 1. C. de calum. & C. de aduoc. diuer. iudi. l. 1. & C. de accu. l. 2. Item confirmat prædicta; quia præsumpta calumnia colligitur ex defectu probationum. C. de proba. l. qui non probasse & d. l. 1. C. de aduoc. diuer. iudi. sed talis defectus apparet post inchoatam accusationem, vel inquisitionem; ergo ipsius permissio non depēdet a metu præsumptę calumnię, vel non; cum illa appareat ex post facto, & sic videretur esse permissa simpliciter inquisitio in omni casu, quod est falsum; & per prædicta reprobat. d. Barth. prædictę opi. Bar. & Nicolai. Alia  
 380 fuit opi. quorūdam, qui voluerunt, quod ¶ duplex esset inquisitio. Vna nobilis, quę fit principaliter propter se ex nobili officio. Alia mercenaria, quę fit incidenter ex officio mercenario. Circa primam, volunt, quod fieri possit pluribus modis. Primo, quando per famam imploratur, vt. l. iustis simos. C. de off. fic. recto. prouin. Secundo, ¶ quando per probationem pronocaretur, vt. cum oporteat. §. eod. Tertio, quando per publicum denuntiatorem excitatur C. de accu. l. ea quidem. & l. diuus. ff. de custo. reo. cū sim. Prædictam opin. refert Bald. in. d. l. ea quidem. & Ang. in. d. l. si vacantia. Sed ipsi dicunt, quod est vera, secundum quod de iure canonico remedium, seu iudicium est ordinarium, de quo dixi. §. in. 3. art. prin.  
 382 sed ¶ de iure ciuili ex sola fama non inquiritur. Nec ob. quod sola fama videtur accusare, vt hic; quia hoc nō sufficit, nisi fiat inscriptio, vt. l. libellorum. ff. de acc. sed fama se nō inscribit; ergo & c. Item quod dicunt de promotore, similiter non est verum de iure ciuili; quia non sufficit crimen promoueri, nisi accusatio solenniter instituat, vt. d. l. libellorum. Secundo casu cum loquitur de inquisitione mercenaria, si ue incidenti, volunt, quod semper possit inquiri, sic  
 383 ¶ intelligunt. l. penul. C. de proba. & l. nullum. C. de testi. Bal. in. d. l. ea quidē. dicit, quod ista est veritas, quod

quod de iure ciuili regulariter non admittitur, nec procedit inquisitio; nisi in crimine notorio, & licet non sit plene notorium; tamen satis est, quod sit plenum præsumptiue fama publica deferente, secundum Cyn. ibi, vel officiali publico denuntiante, vt ibi. Nec ob. l. congruit. quia per præcedentem inquisitionem generalem, fit iudici notorium presump-tiue, & semiplene. Et ideo postea inquiritur specialiter. Et ideo, illa lex continetur sub ista regula, & eodē modo potest responderi ad. l. pen. C. de proba. & ad. l. nullum. C. de testi. nam in illis iuribus crimen est notorium incidenter; & ideo venit sub prædicta  
 384 regula. ¶ De crimine autem non notorio non potest regulariter inquiri. Fallit, si committitur principaliter contra diuinam maiestatem, vel etiam si secundariō, vt est in crimine sacrilegij, vt. l. 4. §. i. ff. ad. l. l. l. pecul. & C. de epi. & cle. l. si quis in hoc genus. Item si crimen committitur contra principem, vel contra Rempub. quia tale crimen est tanquam sacrilegium; & ideo contra turbatores publici status potest procedi per inquisitionem etiam de iure communi, & maxime, quia tale crimen non committitur contra singularem personam; & ideo non debet expectari quod aliquis accuset. Item quia tales etiam offendunt maiestatem pretoriam; ideo merito iudices ex officio possunt vlcisci, vt not. Innocē. in. c. ex parte. j. de verb. sig. Item potest inquirere, vbi accusator defisit colludens cum reo, vt. C. de aboli. l. 2. dic. vt latissimē dixi in. c. i. j. de collusio. Item vbi accusator moritur factis probationibus, & sic de crimine quodammodo notorio apparet, vt. l. pen. ff. de pub. iudi. Ang. verō in. d. repe. l. si vacantia. dicit, q̄ materia est difficilis propter tantorum Doct. opi. finaliter tamē distinguit duo membra. Primum, an possit inquiri ad priuatam vtilitatem; & dic, vt dixi in præcedenti q̄. Secundo, an possit inquiri ad publicam vtilitatē, in quo membro dat infra scriptas regulas. prima, q̄ in omnibus casibus merē ciuilibus, & pecuniarijs principaliter vtilitatem Reipublicę respicientibus, potest iudex per inquisitionem procedere, vt. d. l. si vacantia. & C. de exac. tribu. l. misi. & C. de bo. præscrip. l. si quis intra. & ratio est; quia cum causa sit merē ciuili, & pecuniaria, non agitur de magno præiudicio pretoriorum; ideo facilius conceditur inquisitio. In causis verō criminalibus dat quatuor regulas; tres affirmatiuas, & vnā negatiuam. Primā regulas est, q̄ vbiunq; crimen est tale in quo accusando iuris solennitas relaxatur, potest de illo inquiri. Hęc regula probatur, in. l. ea quidem. C. eod. & l. diuus. ff. de custo. reo. & l. ab accusatione. §. nuntiatores. ff. ad senatusconsult. Turpil. Et ratio est, quare ad denuntiationem publici officialis potest inquiri, vt in iuribus præallegatis; & quia crimen eo modo efficitur notorium, vt. d. l. ea quidem. sed non est dubiū, quod cum de crimine notorio agitur, multę iuris solennitatis relaxantur, vt. l. 1. C. qui & aduer. quos. & c. euidentia. §. eod. traditur in. c. nostra. de coha. cler. & mul. ergo quo iure relaxantur alię solennitates, videtur etiam relaxari, q̄ licet regulariter requiratur accusator; tamē procedi possit per viam inquisitionis, vt. d. c. vltra. & c. euidentia. Item probatur dicta re-  
 385 gula, in. l. 1. §. sequens. Nam clarum est, q̄ ¶ mulier accusans de crimine, non auditur; nisi suam, vel suo-

rum iniuriam prosequatur. ff. eod. l. qui accusare. & C. qui accusa. non pos. l. de crimine. Et in cā suspecti tutoris relaxatur, vt per inquisitionē possit procedi, vt. d. l. 1. & §. dixi. ad idem allegat. l. si maritus. ff. de adult. & omnia alia iura, in quibus admittitur ad accusandum sine metu calumnię, de quibus dixi. §. in opin. Bart. nam cum in illis relaxetur id quod videtur esse de natura, & substantia accusationis, & malefictij; vt videlicet, non teneatur pena talionis; ergo videtur concedi viā inquisitionis. Sed contra prædicta fortiter obst. nā ex hoc sequeretur, q̄ vbiunq; fama publica præcederet, posset de iure ciuili iudex inquirere, quia clarum est, vt. §. dixi, q̄ ¶ fama publica excusat a præsumpta calumnia. Sed potest responderi, secundum Ange. q̄ licet excuset a præsumpta calumnia, non tamen excusat a vera; sed quod supra dictū est, debet intelligi, quādo tale crimen est in quo potest admitti accusator; nec potest putari ex præsumpta, aut vera calumnia. ¶ Secunda regula est, quod  
 387 ¶ vbiunq; crimen committitur corā iudice, ita quod offendatur ipsius maiestas, potest iudex de illo inquirere; hæc regula probatur in. d. l. nullum. C. de testi. & l. pen. C. de proba. & l. pen. C. si aduer. lib. ¶ Tertia  
 388 regula est, q̄ ¶ vbiunq; crimen est de atrocibus fama publica præcedente a fide dignis, potest iudex inquirere; hæc regula probatur in. l. 4. §. mandatis. ff. ad l. l. l. pecul. coniuncta. l. congruit. de offi. præsi. quia  
 389 ¶ in istis atrocibus solennitas iuris relaxatur, vt. l. p. uinciarum. C. de fer. ergo debet posse procedi p̄ in-  
 390 quisionem, vt dictum est. ¶ Interest enim Reipub. vt tam atrocia crimina puniantur, & vt ciuitas malis  
 391 purgetur. hominibus. ¶ Crimina autem atrocita quę sint, collige ex no. in. l. ab ea. & l. ferē. ff. de reg. iur. & l. liber homo. ff. ad. l. Aquil. & l. auxiliū. §. in dilectis. ff. de mino. & in auth. de manda. prin. §. neq; coll. 3. ex quibus iuribus colligitur, in quibus criminibus possit inquiri de iure ciuili, vt probatur in. d. l. si quis in hoc gen°. C. de epi. & cle. ¶ Quarta regula est negatiua; videlicet, q̄ exceptis prædictis criminibus, iudex nō potest inq̄rere, quę regula probat, in. d. l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mu. & hon. & in alijs iuribus, & rationibus allegatis. §. in prin. istius. 2. q̄. D. Barth. de Salice. in. l. ea quidē dicit, q̄ aut queritur, an de quolibet crimine possit inquiri, & dicendū est, q̄ sic, q̄ quid dicat gl. in. d. §. si publico. mouetur duplici ratione; primo, quia de quolibet delicto est  
 392 permissa accusatio; ergo & inquisitio, ¶ quę accusationis loco succedit, argu. l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus. & j. de simon. c. licet Hely. nam & inquisitio, quę fit ad publicam vindictam, fit vt malefictia non remaneant impunita. Secundo mouetur; quia per inquisitionem generalem potest inquiri de quolibet crimine, vt. d. l. congruit. &  
 393 d. l. 4. ff. ad leg. l. l. pecul. & ¶ inquisitio generalis non fit nisi ad effectum descendendi ad specialem, vt. d. l. 4. ergo sequitur, quod in speciali potest de quolibet delicto inquiri, iuxta illud generale; propter q̄ vnum quodq; est, & illud magis, vt in auth. multo magis. C. de sacr. san. eccle. & subdit, q̄ ad hanc rationem non percipit bonam respōsionem; addit etiam rationē; quia pro maiori parte reperitur specialis inquisitio pmissa in delictis; vt patet ex fallentijs quas. §. induxi, secundum opi. gl. Rof. & Spec. in alijs non apparet  
 Par. j. O ratio;



ratio; quare magis videatur prohibita; ergo videtur permiffa; & hoc quando fama publica præcedit. Sed  
 394 si queritur, an fit permiffa fpecialis inquisitio contra certam personam, nullo alio præambulo præcedente, per q̄ verè, vel præfumptiue cõprehendi poffit, q̄ is, cõtra quem iudex vult inquirere tale delictũ commiffit, & tunc non est permiffa inquisitio; & hoc casu procedat opi.glo.& antiquorum. Et potest esse  
 395 ratio vt f iudicium malitia, & proteruitas refrenetur, vt. l. 2. in. fi. ff. de custo. & exhi. reo. Item ne inquisiti fumptibus, ac etiam carceris pẽdore, & afperitate fic ex abrupto grauari interim de delicto diffametur. Sed vt aliquod legitimum præambulum præcederet, ppter q̄ præfumptiue, vel verè apparere poffit iudici delictum perpetratum per illum, contra quem intendit inquirere. Hæc in effectu concludit  
 396 D. Barth. D. Card. Flo. hic fimpliciter dicit, q̄ f de iure ciuili regulariter non permittitur inquisitio. Sed Do. Anto. in. c. vnico vt ec. benefi. videtur velle, quod in cafibus, in quib' potest iudex ex officio fupplere, in his omnibus potest tam de iure canonico, quam ciuili inquirere. Qui autem fint ifti cafus fati colligi potest, ex his, quæ dixi. s. in princ. iftius octauo artic. principalis. mihi videtur, quod opi. Barth. de Salic. fit fati æqua, & ideò tenèda, & maxime, qa cum  
 Com. 397 ipfa concordat communis \* practica, & f communiter in Italia vigent ftatuta, q̄ officiales poffint inquirere fuper omnibus tam per viam inquisitionis, quam per viam accufationis, quæ tamen ftatuta, funt intelligenda præcedente aliquo præambulo, p quod iudex inducatur verè, vel præfumptiue ad credèdũ, de quibus præambulis videbimus in. 9. feq. articu. prin. Et pro prædicta cõmuni obferuantia, & ftatutis militantis rationes allegatæ, per D. Bar. de Sali. & si re cte confideret dicta opi. D. Barth. non multũ difcrepat ab opi. Ang. ¶ Tertio q̄ro, f an de iure canonico fuper omnibus criminibus indifferenter poffit iudex ingreffe ad publicam vtilitatẽ? Sol. cõis \* conclusio Doct. est, q̄ fic. & hoc tenet Arch. in. c. felicitis. S. fi. de pen. lib. 6. & D. Anto. in. c. vnico. vt ec. benefi. nam cum præcedit infamia, illa est loco accufatoris, vt hic in text. nostro; & de fimil. licet Hely. & c. per tuas. no. in. c. 1. de offi. ordi. & hoc etiam videtur fenfiffe glo. in. d. c. vnico. vt ec. benefi. debes tamen intelligere, vt intellexit Barth. de Sali. in. q. præcedenti; videlicet, dummodo præcedat aliquod præambulum, ppter quod iudex inducatur ad credendum rationaliter, q̄ is contra quem vult inquirere commiferit delictum, fecundum q̄ dicam. j. artic. proximo latiffimè, f fuper occultis enim criminibus etiam de iure canonico non potest fieri inquisitio, vt no. in. c. qualiter. s. eod. & probatur hic in text. nostro. Et ratio potest esse triplex, fecundũ quod dixi in. q. præcedenti in rationibus afsignatis fecundum Barth. de Salice. & fic in effectu videtur parua differentia inter ius canonicum, & ciuile. Intellige tamen prædicta, dummodo crimina non fint leuia, vt dicam. j. in vltima  
 400 q. huius articu. ¶ Quarto quæro, f ftatuto cauetur, q̄ ftetur iuramento alicui, an contra talem poffit inquirere de periurio, feu de falftate; puta si ftatutum diceret, q̄ de cæteris maleficijs ftetur iuramento fyn dici, feu denuntiatoris? & videtur dicendum, q̄ non, per no. per Iac. de Are. & Cyn. in. l. 1. C. si aduer. lib.

ubi volunt, quod ftari debeat difpofitioni ftatuti. Et idem videtur dicendum, si lex hoc difponeret, exem plum in authen. sed nouo iure. C. de pena iud. qui malè iudica. ibi persona, quæ dicitur fufcepiffe, iuret, & fic fit libera. & in authen. vt litigantes in exordio litis. S. si quis autem. vbi dicitur, q̄ f litigator afferens, q̄ iudex aliquid datum, vel promiffum recepit pro fententia ferenda, & nequiuert probare, q̄ iudex debet iurare, quod neque per fe, neq; per aliũ acceperit, vel promiffionem habuerit; & fic est liber. In contrarium tamen facit, quod not. gloss. i. in l. 1. C. de iure iuran. Sol. Bald. ibi dicit, quod aut lex, vel ftatutum vltierius procedit difponendo, quod nõ poffit vltierius queri de periurio, aut falftate; vel pmittit, quod poffit inquirere, & ftadum est difpofitioni ipfius; & ita f procedat authen. sed nouo iure. Aut lex, vel ftatutum vltierius non procedit, sed fimpliciter difponit, quod deferatur iuramentum, vel ftetur iuramento; & hoc casu tenendum est, q̄ poffit inquirere de periurio, & falftate. Intelligèdo tamẽ præcedentibus præambulis neceffarijs requisitis ad fpecialem inquisitionem formandam; & hoc idem videtur velle Bald. in. d. l. 1. C. si aduer. lib. & l. contra negatẽ. in. fi. C. ad. l. Aquil. & aliquid in. l. de periurio. ff. de in litem iuran. & etiam aliquid in. l. folent. ff. de alimen. & cibarij. Et aduerte; quia Bald. in. d. l. 1. C. de iure iuran. dicit, quod lex quæ dicit, quod ftetur iuramento alicuius, debet intelligi in defectum aliarum probationum, ad hoc allegat glo. quam dicit fingulare in ver. iuramentum. in. c. ftatutum. S. cum verò. de refcrip. lib. 6. sed illa glo. hoc non dicit; sed hoc dicit ibi glo. in verbo faltem. per illum text. Aduerte tamen; quia ille text. non videtur fimpliciter probare opin. Bal. in terminis noftris; nam ibi in text. ponitur f dictio, faltem. cuius natura est fubfidia; vt videlicet, deficientibus alijs remedijs vltimatè recurratur ad illud, cui adiungitur dictio faltem. Placet tamen dictum in fe, pro quo allego not. in. c. 2. de proba. & in. c. ex infinuatione. de procur. & in. l. admonendi. ff. de iure iur. & l. in bonæ fidei. C. eod. & quæ latiffimè dixi  
 404 in. c. fi. de iure iur. nam f lex, & ftatutum ita difponens exorbitat a iure naturali, & diuino; ergo ftrictè interpretandũ, & reftringendum, vt in iuribus vulgatis. Subdit etiã Bal. in. d. l. 1. C. de iure iur. q̄ f ftatutũ difponit, q̄ ftetur cõficienti alicuius, q̄ non põt pofttea inquirere de malitia, feu imperitia illius, dummodo agamus de paruo p̄iudicio, arg. not. in. d. c. ftatutũ. S. affe fforè. de refcrip. lib. 6. fecus si ageret de magno p̄iudicio, vt not. gl. fingularis in clem. 1. de iure patr. & fati placet; qa f in his quæ funt parui p̄iudicij nõ præfuntitur dolus, fñ tradita in. c. Quintanalis de iure iuran. & l. focietatem. S. arbitrorum. ff. pro focio. & no. in auth. nifi breuiore. C. de fen. ex breui. recit. Sit ergo conclusio, q̄ contra tales põt inquirere, nifi caufa fit multum leuis; quia ftatuta nõ videntur remittere dolũ, & q̄ debeat q̄s puniri fi falfo iurauerit, q̄a f dolus futurus nõ intelligitur remiffus vt. l. fi vn. S. illud nulla. ff. de pac. Nec obft. si diceres, nec etiã ftatutum debet poffe expreffè remittere, & tñ. s. dictum fuit, q̄ ftandum est verbis si clarè difponunt; quia r̄ideo, q̄ hoc est rone fictionis, feu p̄fumptionis iuris, & de iure; quia ftatutum p̄funtit talem  
 408 omninò verũ dicere; & fic non admittit p̄batio in contra-

contrarium, vt in iuribus vulgatis; & adde quæ dixi. s. in. 7. prin. artic. verfi. nono q̄ro. & præcedenti. poffumus tamen incidere in dubitationem, f vtrum tale ftatutum teneat, cum videatur esse cõtra ius naturale, & diuinum, quo difponitur, q̄ in ore duorum, vel trium ftet omne verbũ, vt in. c. in omni. de testã. fuper quo non infulto; quia non est principalis materia nofta, quamuis videatur neceffaria ad declarationem huius. q. tu dic, vt traditur in. c. 2. s. de proba.  
 410 ¶ Quinto quæro, f vtrum fuper crimine vfurarum poffit generalis vicarius epifcopi inquirere? Sol. qa, hæc quæftio potius refpicit, refpectu dubitationum, quæ ex ea oriuntur, caufam, feu personam efficienstem, quam ipfam materiam; ideò eam tibi late expediui. s. in. 5. prin. artic. verfi. 14. quæro. ¶ Sexto quæro, f Titius est vulneratus ad mortem, vtrũ ante mortem poffit inquirere fuper morte? Sol. dic, vt dicam. j. in. 9. articu. princ. verfi. 56. quæro. ¶ Septimo quæro, f Ponet, f ex forma ftatuti non potest cognofci per inquisitionem de cognitione carnali; an poterit cognofcere per inquisitionem de attentatione facta cõmoniali, caufa cognofcendẽ eam carnaliter? Sol. hæc quæftio tactam per D. Diony. de Peruffo. confil. 20. quod incipit, Et si doctrina cecum illuminet. vbi refert quandam Doctorem, quem multum vituperat, & confuluit, q̄ fic; ex eo, quia ifte est fcas omiffus a ftatuto; ergo remanet in difpofitione iuris communis, vt. c. dilectus. de confue. & l. si verò. S. de viro.  
 414 ff. folu. ma. cum alijs iuribus vulgatis. Item quia f ex feparatis non fit illatio, vt. l. naturaliter. S. nihil commune. ff. de acqui. poff. & c. q̄ translationem de offic. 415 leg. cum fimil. Item quia f ex identitate rationis non fit correctio per extensionem, vt auth. quas actiones. 416 C. de facrofan. ec. cum fimil. maxime, cum f aliud fit tractare, & aliud effectu mandare, vt. l. inter omnes. 417 S. fi. ff. de fur. Item quia f attentatio, & adulterium habent fe vt excedẽtia, & exceffa; vnde vnũ fine alio esse potest. Et ideò licet de adulterio non poffit inquirere, potest tamen inquirere de attentatione, arg. l. qui de crimine. 2. refpon. C. de accu. Facit etiam, quia 418 f vbi funt diuerfa delicta, licet ex eodẽ facto defcendant, quis ex vtroq; punitur. ff. de accufa. l. fenatus. vt in parricidio, & homicidio; licet enim ex vno facto defcendant; tamen quia fe habent vt genus, & species, delinquens de vtroq; tenetur; vt probatur in. l. si adulterium cum inceftu. ff. de adulte. & hinc est, q̄  
 419 f recipiens pecuniam a fubiecto ob negationem faciendam, vel non faciendam, tenetur lege Iul. repe. & ex edic. de calum. l. 3. ff. ad leg. Iul. repet. Facit etiã in fimili, q̄ dicitur de illo, qui verberat feruũ meũ in meã iniuriã. ff. de iniur. l. ait p̄tor. S. 1. & l. p̄tor edixit. S. si mihi. Sed præfa. D. Diony. refert. D. Fran. de Are. & Bald. de Peruffo contrarium confulendo determinaffe, dixit enim præfa. D. Fran. in fuo confilio, q̄ incipit, ftatutũ est Aretij, q̄ si ex forma ftatuti nõ põt procedi per inquisitionem ad inquirendũ de cognitione carnali, ita nec in cafu p̄dicto; qa f qñ de duobus connexis vnũ reperitur prohibitum, & r̄õ prohibiti extendit fe ad nõ prohibitum, venit & ipse fub ratione prohibiti. Facit q̄ not. ff. de tuto. & rat. diftrah. l. fcire oportet. S. 1. & C. de vfur. rei iudi. l. fi. & ff. de pac. l. si tibi decem. S. pactum cum venditore. & s. de immun. eccl. c. fi. & in reg. cum quid. de reg. iur. lib. 6.

item quia cum ratio fit communis ad vtrumq; factũ, ergo, & c. nam in his, quæ eidem rationi fubijciuntur, fufficit vnũ exprimere; vt. ff. de legi. l. non poffunt. & de furt. l. si quis feruo. & ad hoc etiam adducit alia multa iura, quæ allegantur in materia extensionis; sed ratio, & mēs huius ftatuti colligitur, ex. l. quãuis. 2. C. de adul. videlicet, ne detrahatur fama non tantũ mulieris; sed totius familiae, & generis ex tali delicto, q̄ fuggillat eius pudicitiam, vt. ff. de adili. adic. l. q̄ si nolit. S. mancipia. ideò propinquitati referuatur  
 421 detectio huius delicti, vt. d. l. quãuis. f Interest enim nofta, ne probra nofta detegantur. C. quando & quib. quarta pars deb. l. 1. libr. 10. sed idem refultat effectus quocunq; criminis titulo huiusmodi mulieris commiffum detegatur, ideò, & c. vnde concludit ipse per. d. l. quãuis. maxime iuncto principio cum fi. quod non poffit in cafu prædicto inquirere. Et prædicto confilio. Bal. fubfcripfit per hæc verba. Si non potest inquirere de inceftu, vel ftupro consummato, multominus potest inquirere de eo intentato. Cũ ergo intentatũ quo ad impositionem pene in cafu noftro fingatur consummatum, vt. d. l. si quis non dicã. C. de epif. & cle. quæ est canonizata de peni. dif. 1. si quis nõ dicam. cum ergo non liceat inquirere de eo, quod commiffum est verè, multominus debet licere de eo, qd commiffum est fictè; quia f fictio, & fimilitudo nõ debet plus operari quã veritas, vt. l. si filius. ff. si cer. pet. Non ob. q̄ hic videatur commiffum facriligium violando, & ingrediendo monasterium; quia ifte ingreffus confunditur cum ipfa attentatione, vt. d. l. qui de crimine. C. de accu. & ff. de furt. l. verum. & l. qui iniuria. & si non potest inquirere de principali, non potest inquirere de eo, quod confunditur cum principali;  
 423 & f a quo remouetur principale, remouetur accessorium, arg. ff. de iniur. l. non folum. S. ego autem. fne ergo cum moniali dicatur commiffum ftupro, siue inceftus, siue adulterium non refert; quia ftatutum omnes iftos cafus comprehendit fub illo generali, & indiftincto verbo cognitionis carnalis. Et hæc funt quæ Bald. in. d. fubfcriptione dixit ad literam, & hanc decifionem fequitur præfa. D. Diony. quia attentatio adulterij committendi est pars ipfius adulterij, vt. l. qui domum. cum. l. feq. ff. de adul. ficut ergo non potest inquirere de toto, ita non videtur poffe fieri de eius parte, argu. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. & c. maioribus. de præbend. cum fimil. & 52. di. 424 ftin. c. 1. Et quia f turpis dicitur pars, quæ fuo non cõgruit vnuerfo, vt. c. 1. de fponfa. duorum. 8. dift. c. que  
 425 contra. Item, f cui prohibentur fequentia, videntur & prohibita præcedentia, sine quibus nequeunt fequentia explicari; & e contra, fecundum Iac. But. in. l. indebita. ff. de condi. indebi. & est bo. tex. in. c. fuper his. s. eod. Item mouetur per plura arg. quæ funt de accessorio ad principale, & e contra; quæ omitto. Itẽ,  
 426 quia f a quo remouetur genus, remouetur & qualibet eius species. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iud. & in reg. in toto. de reg. iur. lib. 6. & ad hoc etiam adducit quædam alia, quæ omitto. Item, quia in generali virtute legis continentur omnes eius species, vt. l. 1. ff. de condi. ex lege. & ex regula generali, cum quid vna via prohibetur, & c. & ex alia reg. quod phibito aliquo, funt oia fimilia prohibita. Et quia cũ fit eadem ratio prohibitionis in attentatione; ergo for Par. j. O ij tius

tius videtur prohiberi ex vi comprehensiva, quam extensiva, vt. c. si postquam. de elect. lib. 6. cum multis alijs iuribus, que omitto; quia quotidie allegantur in materia extensionis, & interpretationis statutorum. Non obstat arg. in contrarium formatum; quia. vt. §. dictum est, propter omnimodam rationem non dicitur extendi; sed comprehendi, vt. d. c. si postquam. & c. 1. de temp. ordi. lib. 6. & in gloss. in clem. quonia. de vit. & hon. cle. cum sim. Nec obstat. qd. iste sit casus omissus, vt. dictum est; quia non est omissus, vt. §. probatum est, imo comprehensus. Et post-  
 427 to, quod si statutum diceret, si quis cognouerit mulierem nuptam, comprehenderetur casus noster; qd.  
 428 si mulier ingrediens monasterium, dicitur matrimonium contrahere, vt in authen. de sacrosan. epi. §. sed hoc de present. & authen. nisi rogati. C. ad Trebel. Et ea dicit, quod huiusmodi mulieres sunt in matrimonio Christi. 27. q. 1. c. hi qui. & c. si quis episcopus.  
 429 & c. que Christo. & c. viduas. & si statutum loqueretur de virginibus, similiter continerentur. 27. q. 1.  
 430 c. virginem. c. virginibus. & c. virgines. Et si simpliciter loquitur, non est dubium, quod hunc casum comprehendit propter generalitatem ipsius. Concludit tandem, licet sub multis verbis, iudicem non posse inquirere, maxime per. d. l. quamuis. que loquitur de adulterio; & in fin. sub quadam consideratione sacrilegij. Nec obstat. quod ubi diuersa sunt crimina, & c. quia illud est verum, quando vnum non reputatur pars alterius; alijs secus. Sed in casu nostro, attentatio est pars criminis cognitionis carnalis, & cum ipso crimine consumitur; ergo vnum crimen reputatur. Facit quod not. Cy. in. l. quicumque. C. de ferui. fugi. in. 7. q. & C. de sepul. viol. l. 3. & Iac. But. in. l. 1. c. vt intra certum tempus. q. 2. Aduerte, propter predictas auctoritates, quod non est recedendum a dicta opi. que ratio tamen est disputabilis ad vtranque partem. Vide quaedam, que faciunt. §. in. 7. artic. prin. vers. octauo. & in. c. de his. §. eod. dixi in accusatione, & inquisitione. & dicam. §. de collusione. c. 1. in. 4. mebro. in exceptione de adulterio. & q. seq. ibi. ¶ Octauo, & ultimo circa hanc materiam huius octauo principa-  
 431 lis articuli sume hanc doctrinam, qd. ad hoc vt iudex possit de delictis inquirere, crimina debet esse talia, que poenam, & vindictam publicam mereantur; cum queritur de vindicta publica; alijs aut non  
 432 potest fieri inquisitio, vel accusatio; vnde cum si ex delicto leui culpa commissio non debeat quis puniri, vt dicit Cyn. in. l. si quis. non dicam rapere. C. de epis. & cleri. per consequens nec fieri inquisitio, vel accusatio, vt sentit ide. in. l. data opera. C. qui accus. non pos. Bal. tamen ibi tenet contrarium, per. l. si fortuito. ff. de incendio rui. & nauis. per quam etiam mouetur Bar. & qd. leuis culpa sit punienda. allegat. l. respiciendum. §. delinquent. ff. de pen. sed Bal. in. d. l. data opera. dicit, qd. non probat; & finaliter distinguit, qd. aut est culpa in faciēdo, & est punibilis; aut in omittendo, & non est punibilis, pro quo vide iura, que allego in. c. 1. §. de delic. puero. in gloss. 1. & vide que dixi. §. eo. in rubrica in diffinitione accusationis super verbo, doli capacis. Ego concludo, qd. dumtaxat de grauioribus, aut grauius delictis debeat fieri inquisitio, vt. §. eod. tit. c. inquisitionis. & §. de re iudic. cum I. & A. & §. de iureiur. c. si verò. & §. de dolo &

contuma. c. veritatis. & l. leuia. ff. de accu. de leuibus enim, & his que potius dissimulanda sunt, non debet inquiri, tenet Spec. in tit. de inquisi. §. 1. prop. prin. & hoc sentit tex. noster dum dicit. si rei poposcerit qualitas. & tenet Gof. in libel. iuris canonici, in titu. de inquisi. §. nunc videamus que sunt necessaria. vbi dicit, quod non in omnibus criminibus inquisitio est faciēda; sed pro illis, que sine dissimulatione pretermitti non possunt. Si tamen grauiora delicta sunt leui culpa commissio, arbitror, qd. possit fieri inquisitio; quia tunc delinquentes tenentur etiam criminaliter, licet non possint puniri poena corporali, sed pecuniaria, vt. d. l. si fortuito. & l. si ædes. in. fi. eod. tit. de incend. & c. & l. 1. §. 1. de sicca. secundum Bald. in. d. repet. Et sic habes expeditum hunc. 8. principalem articulum. Nono loco principali videndum est, qn. siue quibus præambulis præcedētibus inquisitio fieri debeat. Sol. vt hic articulus secundum ordinem expediatur, prosequar infra scriptas questiones, quas præmitto. ¶ Primo, que sint præambula necessaria ad inquisitionem generalissimam. Secundo, que ad inquisitionem generalem fiendam super statu ecclesie. Tertio, que ad inquisitionem, que fit per oculorum inspectionem. Quarto, que sint præambula necessaria ad inquisitionem, que fit ad denuntiationem publici officialis. Quinto, quid de ea, que fit ad publicam utilitatem in causa mercediui; & qd. si ad utilitatem priuatam. Sexto, quid de inquisitione, que fit per superiorem, vbi agitur de confirmatione electi. Septimo, que necessaria ad inquisitionem generalem fiendam, tam quo ad personas, quam quo ad delicta. Octauo, quid in inquisitione generali quo ad personas, & speciali quo ad delicta. Nono, quid in inquisitione generali quo ad delicta, & speciali quo ad personas. Decimo, quid in inquisitione præparatoria. Vndecimo, quod præambulum sit necessarium ad inquisitionem specialem quo ad delicta, & quo ad personas. Duodecimo, quid de inquisitione, que fit ad mandatum superioris. Decimotertio, quia ad inquisitiones prædictas vt plurimum requiritur infamia, tradetur qualis debeat esse infamia. Quartodecimo, quoties requiratur, quod clamor, & infamia peruenerit. Quintodecimo an propter scandalum tantum procedi debeat ad inquisitionem. Sextodecimo, an procedi possit ex sola suspitione prælati, non præcedente infamia. Decimoseptimo, ad quem debeat venire frequens clamor, & infamia. Decimooctauo, qualiter iudex poterit se informare de infamia. Decimonono, qd. in præcedētibus. qq. latè tractatur de fama, & infamia, ponet introductorij ad alias seq. qq. Vigesimo, qd. sit fama, seu infamia. Vigesimo primo, vñ dicatur fama. Vigesimo secundo, p. quot homines fama habeatur. Vigesimo tertio, vtrū in maiore parte populi, aut viciniae que requiritur ad faciēdam famam, computentur mulieres. Vigesimo quarto, in quo loco debeat esse fama, & penes quos. Vigesimo quinto, a quibus, & vñ, seu quam originem debeat habere fama. Vigesimo sexto, quando, & ex quo tempore fama oriri debeat. Vigesimo septimo, quid si fama contracta est, seu superuenit pcedente pcessu inquisitionis. Vigesimo octauo, p. quot testes probetur fama, seu diffamatio. Vigesimo nono, qualiter testes debeant deponere super

per fama, ad hoc vt probent diffamationem. Trigesimo, vtrum testes qui probant infamiam, teneantur reddere cam dicti sui. Trigesimo primo, quid si testis circa articulum diffamationis dicit vera esse contenta in dicto articulo, interrogatus de causa scientia, respondeat, scio; quia maior pars populi hoc sentit. Trigesimo secundo, quid si reddit causam; quia audiuit dici a maiore parte istius ciuitatis, vel viciniae. Trigesimo tertio, quid si solum dixit a maiore parte populi; nec adiecit istius ciuitatis, vel viciniae. Trigesimo quarto, quid si dicit, scio; quia dicitur a maiore parte populi istius ciuitatis. Trigesimo quinto, quid si dixit, scio; quia dicitur per totam ciuitatem. Trigesimo sexto, quid si in redditione causa; dicit scio; quia audiui publice dici in ista ciuitate. Trigesimo septimo, quid si dicit, scio; quia audiui palam dici. Trigesimo octauo, quid si dicit, scio; quia propter talem infamiam homines istius ciuitatis vitant eius familiaritatem. Trigesimonono, vtrum testi, qui deponit famam esse, quia audiuit dici a maiori parte populi, vel ciuitatis, teneatur exprimere, & specificare a quibus audiuerit, & in quo loco, & quo tempore, & quid iuris si discordant in loco, & hic multa tradentur vtilissima in materia testium discordantium. Quadragesimo, vtrum testes teneantur exprimere causam, quare populus, vel vicinia sic loquitur, vel opinatur. Quadragesimo primo, vtrum probata infamia per testes, si inquisitus vult probare bonam famam ad finem excludendi potestatem inquirendi, debeat admitti. Quadragesimo secundo, vtrum infamatus de aliquo crimine speciali, contra quem probata est diffamatio, probando generalem bonam famam releuetur. Quadragesimo tertio, quid si statuto cauetur, quod fama habeatur pro plena probatione in certis maleficijs, & probetur contra eum fama de illo maleficio; reus verò probet per contrariam famam de innocentia sua; que probatio præualeat. Quadragesimo quarto, quid si testis post aliqua capitula affirmavit, & probavit, & super aliquibus dixit se ignorare, & nihil scire; & tandem interrogatus super articulo fame, dixit, qd. de omnibus præmissis erat publica vox, & fama; an probet saltè de his, super quibus dixit se ignorare. Quadragesimo quinto, de effectibus fame, seu diffamationis. Quadragesimo sexto, vtrum non præcedente inquisitione super infamia, valeat processus super veritate criminum. Quadragesimo septimo, quid si inquisitor permixtum inquirat de infamia, & de criminibus. Quadragesimo octauo, quid si iudex processit ad inquisitionem criminis non præcedente infamia, reus opponit, qd. non potest procedi; tamen confessus est delictum, an valeat processus, ita quod sequi possit condemnatio. Quadragesimonono, quid si datur libellus diffamationis in occulto per diffamantes. Quinquagesimo, quid si formata est inquisitio super infamia, & testes deposuerunt super veritate criminis. Quinquagesimo primo, quid habeat agere iudex probata infamia. Quinquagesimo secundo, breuiter, & compendiosè subnectam casus speciales, in quibus ad inquisitionem formandam non requiritur diffamatio præcedens. Quinquagesimo tertio, vtrum præter infamiam, sint alia necessaria ad inquisitionem super veritate. Quinquagesimo quarto, vtrū

ad formandam inquisitionem sit necessarium præambulum monitionis. Quinquagesimo quinto, vtrū ad hoc vt iudex possit inquirere, sit necessarium qd. præfigat terminum accusare volentibus. Quinquagesimo sexto, quid si aliquis sit vulneratus ad mortem, an ante mortem possit inquire de morte. Pri-  
 433 mo igitur quero, si que sint præambula necessaria ad inquisitionem generalissimam? Solu. dicendum est, quod in dicta inquisitione, que fit per concilium provinciale, ponendo personas idoneas, & honestas & c. vt sæpius dictum est, requiritur concilij provincialis congregatio; & in concilio episcopali, etiam  
 434 ipsius episcopalis concilij congregatio, si cuius auctoritate debeat congregari, & quoties, & qui debeant vocari ad dicta concilia, dicam in. c. seq. & traditur in. c. grauè. de præbend. & ibi maxime per Io. de Imol. & 6. q. 3. c. scitote. & 18. distinct. c. quoniam. & c. placuit. & c. si episcopus. & c. penul. Et habent locum prædicta in generalissima inquisitione, que fit generaliter in concilio provinciali, super statu provincie, vel episcopali super statu diocesis. Item si fieret de statu ecclesie, ciuitatis, castri, vel loci, in capite, & in membris, nec est necessaria infamia secundum Host. & Ioan. And. hic. De inquisitione autem, que fit postea ad denuntiationem denuntiatorum præpositorum per concilium, que sint præambula necessaria, siue denuntient generaliter quo ad delicta, & quo ad personas; siue generaliter quo ad personas, & specialiter quo ad delicta; siue eccontra; siue specialiter quo ad delicta, & quo ad personas patebit ex. §. dicendis maxime in vers. quarto.  
 435 Secundo quero, quando, & que præambula sint necessaria ad inquisitionem generalem fiendam de statu ciuitatis, loci, vel alicuius ecclesie; tã in capite, quã in membris; non per viam concilij, sed quando prælati ex officio visitant? Solu. dic. quod ad hanc inquisitionem non videtur necessarium præambulum ali- quod infamie, sed sufficit, quod habens iurisdictionem ordinariam, & iustificadi potestatem, arbitretur talem inquisitionem fiendam esse per visitationem. Nam huiusmodi inquisitionem possunt tales facere, quando, & quoties viderint expedire, secundum quod not. 10. q. 1. regenda. 18. q. 2. c. non semel. §. de offi. Archidia. c. mandamus. & ibi not. Sed tunc maxime tenetur illam facere, quando infamia prælati, aut alterius rectoris deferretur ad superiorè, vel timeretur scandalum, vel quid simile, arg. rex. nostri, & eorum; que. §. dicam. ordinariè autè ubi alia necessitas non immineret, inquisitionem hanc visitando tenentur facere semel in anno. 10. q. 1. decernimus. & c. episcopum. & c. placuit. §. de offi. ordi. conquirentè. Et sic patet, quod ad talem inquisitionem formandam non est necessarium præambulum infamie, & hoc tenet Innocen. in. c. 1. §. de postula. prælat. in versic. requisitus. & etiam ibi Ioan. Andr. per not. in. c. 1. §. de offic. ordin. & §. de sta. mon. c. in singulis. & c. cum ad monasterium. & in. d. c. decernimus. & c. episcopum. 8. q. 2. c. visitandi. & d. c. non semel. & §. de re iudic. c. cum. I. & A. & tenet hic Hostien. Io. Andr. & Doctor. & Ioan. Andr. post Innocen. in verbo, famam. in. c. licet Hely. de simon. & Ioan. Andr. in. c. per tuas. in prin. eod. titu. tenet etiam Ang. in. d. repe. l. si vacantia. Sed tunc necessariò fienda esset  
 Par. j. O iij que-



quando frequens clamor, & infamia ad superiorem peruenit; & non solum si praelatus infamatus esset vna cum alijs de ecclesia; sed etiam si solus praelatus, fiet inquisitio de omnibus, sine sup statu ecclesiar; & hoc sentit glo. magna hic versi, vel etiam cum praelatus. 436 quia in capite infirmante, facile reliqua corporis membra inficiunt. 6. q. 1. in capite. Et si langor non fuerit curatus in capite, morbus totum corpus inuadit. 2. q. 437 7. c. sicut inquit. & totius familiae, & domini status, & ordo nutabit; si quod requiritur in corpore, non inuenit in capite. 6. 1. dist. miramur. & tenet Innoc. & Io. And. in. c. cu dilecti. in prin. 3. eod. Et Spec. in titu. de inqui. 3. nunc tractemus. vers. quid si alio. in. si. facit. q. dixi in. d. c. cu I. & A. 3. de re iudi. & 3. eo. c. cum dilecti. vbi hoc probari videtur. Sed contra praedicta fortiter obstat. c. cu oporteat. 3. eod. & rex. noster. in quibus 438 probatur, quod regulariter non debet inquiri contra illos, qui non sunt infamati. Nec obstat. c. cum dilecti. 3. eod. vbi contrarium videtur probari, quia in Host. potest dici, quod ibi erant infamati etiam particulares de ecclesia; vel dum litera dicit, ibi, de statu ecclesiar. potest exponi. 1. de statu epi. per id, quod habetur. 7. q. 1. c. scire debet. Innoc. tñ in. c. licet Hely. 3. de simo. v. velle, quod ex infamia epi sit praesumptio contra subditos; vt sic de tota ecclesia possit inquiri; quia quod caput dolet, & c. vt dictum est. hoc tamen non placet Hosti. per id quod habetur. in. c. quae sunt. de his quae fi. a. ma. parte cap. vbi 439 in delictum vnus, non debet alteri nocere, & quia 440 inquisitio non debet fieri super occultis, sed famosis, vt. 3. c. pximo. & ad rex. c. cu dilecti. rñdet. vt. 3. dixi; fatetur tñ, quod contra episcopum procedit inquisitio tamen in capite, quod in membris, quo ad hoc, vt inquirat qualiter se habet in ciuitate, & in castris, & alijs ecclesijs suae diocesis, & qualiter erga canonicos suos, & alios 441 clericos, & laicos sibi subiectos; & ita potest intelligi. c. cu dilecti. & ita respondet ibi Io. de Imo. Ego arbitror, quod si fieret inquisitio specialiter propter infamiam praelati, non possit fieri contra membra non infamata. Sed cum sit generaliter super statu ecclesiar, licet propter infamiam praelati, dico, quod potest tamen in capite, fieri quod in membris; quia hoc denotat verbum illud, super statu ecclesiar. Nam si potest fieri nulla infamia praecedente, vt. 3. dixi, fortius praecedente infamia praelati; & ita intellige, quae dixi in. c. cu dilecti. 3. eod. & adde quod dicam in. 2. q. in. 1. 1. artic. princ. Et ex praedictis 442 etis inferitur, quod syndicatores Potestatis, & capitanei, vel similibus officialium, qui illos syndican, & sic syndican caput, & eius membra; videlicet, collatores, iudices, milites, & alios, quos secum habuerunt, possunt contra eos inquirere in genere de delictis commissis per eos, & eorum officiales, & non praecedente diffamatione, vel clamore insinuatione. Et hoc tenet Ang. in. d. repe. l. si vacantia. & ita dicit feruari de consuetudine. Ego tamen vidi communiter 443 obseruari, quod ipsi asserunt famam publicam, & frequentem clamorem ad eos peruenisse. ¶ Tertio quaro de inquisitione, quae fit per oculorum inspectionem super his, quae crimen non concernunt? Sol. quia haec non est principalis materia nostra, cum non intendamus de ea principaliter tractare; dic, vt traditur in iuribus allegatis. 3. in. 7. notabili. nec est necessaria aliqua infamia, vt patet; quia habet annexam aliquam notorietatem. ¶ Quarto quaro, quod

C6m. obf.

fit praebulum necessarium ad inquisitionem, quae fit ad denuntiationem publici officialis? Sol. dicendum arbitror, quod praebulum necessarium est ipsa denuntiatio, vt verbum sonat, per not. l. ea quidem. C. eod. & l. diuus. ff. de custo. reo. & 3. de offi. custo. c. 1. & de cens. c. Romana. §. sanè. lib. 6. secundum Host. hic. sed quantum ad frequentem clamorem, seu infamiam, an haec sint necessaria, dicendum arbitror, quod aut statuta circa hoc aliquid disponunt, & illa seruanda sunt, aut non, quod non est necessarium, quod praedat infamia; sed sufficit sola denuntiatio; & idem sentit hic Host. & Ang. in. d. l. si vacantia. per. d. l. ea quidem. & c. 1. 3. de offi. ordi. Sed tu adverte; quia haec denuntiatio potest fieri multipliciter. Vno modo generaliter; videlicet, quod plura crimina sunt commissa non exprimendo personas, aut delicta in specie; & hoc casu iudex procedet ad generalem inquisitionem, de qua. 3. versi. septimo quaro. Et contra repositos culpabiles poterit descendere ad specialem inquisitionem. Et idem dicendum, si denuntiaret delictum in specie, sed non delinquentem nisi in genere; quia quo ad personas descenderet ad generalem inquisitionem respectu personarum, de qua dicam. 3. in. versi. octauo quaro. & si quem culpabilem reperiret, descenderet contra eum ad specialem inquisitionem; & idem, si denuntiaret talem facinorosum, sed non descenderet ad speciem delicti; nam poterit generaliter inquirere contra eum de delictis; & si in aliquo culpabilem reperiret, poterit venire ad specialem inquisitionem; vt fit communiter in inquisitione, quae fit contra officiales, qui stant in syndacatu. Et facit ad praedicta. ff. ad. l. Inliam. pe. l. 4. de offi. praefi. l. congruit. & quod ibi not. sed si officialis denuntiaret personam in specie, & delictum in specie, haberet locum, quod supra dixi, secundum Ang. quod non requiritur infamia, si modo statutum disponeret tamen denuntiatori quo ad formandam inquisitionem in specie, credendum esse; pro vt communiter statuta disponunt; alias autem si disponderet, quod ad denuntiationem alicuius syndici deberet formari inquisitio, forte tunc intelligendum esset statutum, saltem infamia praecedente; & si non clamore, sepe, aut frequenter, ad hoc vt tale statutum minus deuict a iure communi, vt in iuribus vulgatis. facit quod dicam in. versi. 1. 3. & sequenti. ¶ Quinto quaro; quia, vt supra dixi in primo articulo principali, quod quaedam est inquisitio, quae fit ad publicam utilitatem in causa merè civili, & in hac non est necessarium praebulum infamiae, vt dicit Ang. in. d. l. si vacantia. Et idem si ad utilitatem priuatam, vt Insti. de Attilia. tut. §. sed hoc iure. & 3. de iure iuran. c. ad nostram. nisi forte cum inquiritur de crimine suspecti tutoris; quia tunc requiritur quod praecedat infamia; & ratio est; quia talis inquisitio tendit ad crimen puniendum, vt. l. hoc enim. ff. de suspect. tuto. vnde requirit infamatio, sicut in alijs criminibus, vt. 3. dicam. Debes tamen animaduertere, quod Spec. in titu. de inquisi. §. nunc tractemus. vers. ceterum. dicit, quod licet quando procedit ad inquisitionem, ratione priuati commodi, nulla praecedente infamia procedi possit; tamen debet praecedere charitatiua monitio; exemplum in. c. tuas dudum. 3. de iuris. & d. c. ad nostram. 2. de iure iuran. & idem etiam videtur velle, quando ageretur ad finem,

nem, vt seruatur iuramentum, vt. 3. de iudi. nouit. quod tamen intellige in casibus, in quibus potest fieri inquisitio ad priuatam utilitatem, quod est quando aliter parti non potest consuli, vt traditur in. d. c. ad nostram. & d. c. tuas. de quibus late dixi. 3. in. 8. artic. princ. in principio. & idem etiam tenet Spec. si proceditur ad inquisitionem per denuntiationem, quam quis facit ratione publici interesse; dummodo sua etiam interfit, vt priuati; vt quia subditus, cuius interest habere bonum praelatum. 2. q. 7. c. quapropter. vel in patrono. 1. 6. q. vltima. c. filijs. vel in parochiano. 23. dist. c. illud. & 3. eod. titu. c. illa. Sed si aliquod priuatum interesse non pretenderit; non admittitur, nisi praedat infamia, vt. d. c. cum oporteat. 3. eo. Et sic in hoc ultimo Specu. videtur contradicere dicto Ang. sed forte intelligendum est, quando fieret non solum ad publicam utilitatem; sed etiam ad priuatam vindictam; vide quae dixi supra in quinto membro principali. ¶ Sexto quaro, quod quid de inquisitione, quae fit per superiorem, vbi agitur de confirmatione electi in praelatum? Sol. dic, quod illa potest fieri etiam nulla infamia praecedente, aut denuntiatione. tenet Spec. in tit. de inquisi. §. nunc tractemus. vers. fin. vide quae dicam. 3. in. 1. articulo principali. & quod traditur per Hostien. Inno. & Ioan. And. & Docto. 446 in. c. 1. de postu. praela. ¶ Septimo quaro, quod quae sint praebula necessaria ad inquisitionem generalem sciendam tam quo ad personas, quam quo ad delicta ad inuestigandum facinorosos homines vindicta publica dignos? Sol. dicendum arbitror, quod aut statuta locorum praebent aliquam formam, & illa seruanda est, aut non; & in hac non arbitror esse necessarium aliquam infamiam praecedere, aut rumor, frequentem clamorem, vel quid simile; nam dicta inquisitio cuiilibet habenti ordinariam potestatem, & regimen ciuitatum, aut locorum congruit 447 vt pacatam reddat ciuitatem, & eam malis hominibus purget, vt inquirat latrones, sacrilegos, plagiarios, & fures, vt. d. l. congruit. ff. de offi. praefi. & c. 1. de offi. ord. tenet expressè Do. me. in. c. grauè. in glo. 1. de praeben. Inno. in. c. 1. de postu. praela. & maxime hanc inquisitionem debent facere episcopi, atque ceteri praesides, praelati, & rectores, quando 448 rumor, & infamia ad ipsos perueniunt, quod in diocesi, ciuitate, aut loco plurima facinora, ac delicta perpetrarentur. Vnde concludo, quod satis est, quod inquirens habeat iurisdictionem, seu territorium circa praedicta, & hoc voluit etiam hic Doct. & Ang. 448 in praedicta l. vacantia. ¶ Octauo quaro, quod quae sint praebula necessaria ad inquisitionem generalem quo ad personas, & specialem quo ad delicta? Sol. haec quaestio satis clare potest decidi ex descriptione ipsius, quam posui. 3. in. 2. articulo principali. Est enim necessarium, quod sit commissum maleficium, & illud sit iam compertum; sed non est necessarium respectu personarum, quae ignorantur, quod infamia praecedat; cum talis inquisitio fiat ad inueniendum, non ad puniendum; & sic respectu personarum est eadem ratio, quae est in generali respectu personarum, & rerum, vt in. q. praecedenti, nisi quod in ista non solum intendit ad expellendum, sed ad inueniendum, 449 & inuentos puniendum. ¶ Nono quaro, quod quae sint praebula necessaria ad inquisitionem generalem

quo ad delicta, & specialem quo ad personas? Solutio, quod requiritur, vt quis sit infamatus, quod sit facinorosus, sed non de aliquo delicto in specie, qualis aut infamia requiratur, apparebit ex seq. q. Et haec colliguntur ex his quae dixi. 3. in descriptione ipsius inquisitionis. 2. artic. princ. ¶ Decimo quaro, quod quae sint praebula necessaria ad inquisitionem preparatoriam, quae quandoque fit super infamia, vt per illam deueniatur ad inquisitionem specialem super criminibus? Sol. arbitror, quod fieri possit tam propter scandalum, quod propter suspicionem, & propter rumorem etiam non frequentem, & propter denuntiatores et non multum legitimos. Faciunt quae dicam. 3. in seq. q. & maxime in. q. 14. & 15. ¶ Vndecimo quaro, 450 quod quando, & quae sint praebula necessaria ad inquisitionem specialem, quo ad delicta, & quo ad personas? & in hac. q. veniunt principaliter examinande plurimae aliae. qq. de quibus. 3. per ordinem, quae et faciunt ad decisionem praecedentium; & ideo sciendum est, quod ad huiusmodi inquisitionem, & similes, superior procedere potest, quod frequens clamor, & fama ad eum peruenit a personis honestis, & non sit suspectis, vel maleuolis, quod subditus tale delictum commiserit, per quod infamatus sit apud bonos, & graues; vt hic in tex. nostro. dum dicit, Descendā, & videbo, 451 vtrū clamor, quod venit ad me opere compleat, & c. quae verba habentur Gene. c. 1. & hic transumptiuè. & 2. q. 1. c. Deus omnipotens. & in. c. licet. Hely. 3. de simo. vbi est similis tex. & in. c. licet. & c. cum oporteat. 3. eo. Facit. c. leges. 2. q. 6. & 2. q. 5. c. accusatores. & oportimè probatur, in. l. iustissimas. C. de offi. rector. prouin. Et aduertendum est, quod tex. noster dicit clamorem, & famam. quasi sentiat tex. quod fama debet esse frequens, & clamorosa; & dum dicit, nec semel tantum. vt in. d. c. licet. Hely. de simo. & sic non sufficit semel; sed quod sepe, & frequenter peruenit ad aures illius iudicis, qui vult inquirere. Facit. l. si asiduis. C. qui potio. in pigno. habe. & c. fi. 3. de collu. dete. quoniam 452 in praelatus non debet esse facilis ad credendum sinistra de subditis suis. 86. dist. in. si quid. & d. c. licet. Hely. in prin. 3. de simon. facit. C. de epi. audi. l. nemo. in. Gof. Io. And. & Spe. in tit. de inquisi. §. 1. vers. ite quod tñ. & §. nunc tractemus. vers. quid si iste. & vers. ite requirat. & vers. hac igitur. & Hosti. & Io. And. hic & Doct. cõiter. \* Sed quoniam circa praedicta verba plures possunt oriri dubitationes, ideo praecedo meum ordinem, illas examinabo, & claras reddam. ¶ Duodecimo quaro, quae supra sepius dictum fuit, quod ad mandatū superioris inferior tenet inquirere, quae sint praebula necessaria ad hanc inquisitionem? & ante oia necessarium est mandatū superioris; vt de se patet. Sed vtrum ea, quae dicta sunt de fama, & frequenti clamore, vendicent sibi locum, quod huiusmodi inquisitio est delegata, vide licet; vtrum delegatus prius necessitetur inquirere super fama, seu diffamatione, quod super veritate criminis; quaestio est difficilis; & licet illam examinauerim in c. cum oporteat. 3. eo. tamen vt haec materia in hoc loco clarè, & plenissimè habeatur, repetā tibi, motus rationibus, quas. 3. sepius assignaui, maxime in secundo membro principali; vnde distinguendum arbitror circa hanc. q. plenius etiam, quod ibi dixerim, quod aut ex forma mandati expressè apparet quod Papa, vel superior vult, quod omissa inquisitione super infamia. Par. j. O iiii mia

Com. opin.

454 mia inquiratur super crimine; & illa forma seruanda est, vt. c. cum dilecta. s. de rescript. & tunc alia infamia non præcedit super veritate criminis; ita intellico, q̄ singulariter dicit Bal. in l. nullus. C. ad l. Iul. maie. vbi dicit, q̄ quādo inquisitio emanat de cōscientia Principis, non est necesse, q̄ cōstet de fama; q̄n̄ sola principis scientia supplet defectum cuiuslibet solemnitatis, arg. d. l. nullus. s̄m̄ eum; allegat dicta Inno. in. c. cum oporteat. s̄. eo. Et ideò quidam Moderniores dant cautelam, q̄ quando non sunt inditia sufficientia, seu diffamatio sufficiens ad inquisitionem, q̄ iudex faciat inquisitionem de conscientia Principis, seu regentis ciuitatem, vel alterius tenentis locum Principis; secundum q̄ not. in l. fin. C. de præscrip. lon. tem. & Bart. in l. hostes. ff. de cap. & postl. reuer. & idem e contra si mandat inquiri super fama; & forma erit seruanda, vt ibi. Aut nō apparet, & sic sumus in dubio; & tunc secundum glo. in. c. 2. eo. tit. lib. 6. dicendū est, q̄ si Papa cōmittit inquisitionē nē ad petitionē alicuius, q̄ tūc delegat? debet prius inquirere de fama; sed si motu proprio cōmittit inquisitionē criminis, videt tunc committere, vt procedat omisso articulo famæ, per tex. 2. q. 5. c. omnibus. & c. sicut olim. j. eo. & hoc etiam sentit Inno. s̄. eo. c. cum oporteat. & Spec. in tit. de inquisi. s̄. nunc tractemus. vers. hoc aut notandum. in princ. Aduerte tamen; q̄ ex dictis hic, & in. d. c. cum oporteat. p̄ Doct. videtur potius distinguendum, q̄ aut Papa simpliciter commisit inquisitionem; & dicendum est, q̄ requiritur inquisitio super fama, arg. eorum, q̄ dixi s̄. in. d. c. cū oporteat. in tertio notabili. tenet glo. 1. in. c. causam. de re iudic. & Guliel. in clem. 1. de offic. ordi. Et si delegatus vellet prius inquirere super veritate, quā super fama, posset ab eius sententia appellari, vt. c. 2. de appel. liber. 6. Aut Papa fecit mentionem de fama; vt puta, quia dixit plurimorum clamore ad nos delatum est, talem de talibus criminibus infamatum, quare tibi committimus inquisitionem, & c. & hoc casu Io. And. vult, q̄ talis nō necessitetur prius inquirere super fama, postquam Papa talem asserit infamatum. Contrarium tamen tenent Tanc. & Vinc. Mouentur; quia ad Papam talis clamor deferri potuit per inimicos diffamati. Item potest esse, q̄ Papæ fuit facta falsa delatio. Sed Io. And. in. d. c. cum oporteat. distinguit, q̄ aut Papa loquitur narratiuē, & procedit opi. Tanc. & Vinc. Aut assertiuē, & procedit opi. Io. And. arg. not. in. c. si Papa. de priuile. lib. 6. & in. clem. 1. de proba. vbi plenē dixi. de verbis narratiuis tangit Spec. in tit. de inqui. s̄. nunc tractemus. vers. hoc autem notandū.

455 † Dicitur autem narratiuē loqui secundum Ioan. And. hic, quando dicit multorum relatione accepimus, vel ad audientiam nostram peruenit talem de talibus criminibus infamatum. Si vero diceret, cū cōstet nobis talem de tali crimine infamatum; tunc assertiuē loqueretur. Idem tamen Io. And. in addi. Spec. in. d. ver. hoc autem notandum. concludit, quod si Papa diceret, multorum fide dignorum relatu accepimus, quod tunc non necessitaretur inquirere super fama; & sic talia verba in effectu satis dicerentur habere vim assertiuorum verborum, cū hoc casu non possit dici, q̄ relatio fuerit facta a maleuolis, vel suspectis personis, vt dixi in. d. clem. 1. de

probat. Hoc tamen non placet D. Anto. in. d. c. cum oporteat. & eum sequitur D. meus. Dicit enim, qd̄ præsupposito, quod Papa id acceperit a fide dignis, non tamen sequitur, quod sit talis infamatus, quod posset fieri inquisitio super veritate, cum potuerit audiuisse à duobus, vel tribus; & sic Papa vult diceret; & tamen per hoc non probaretur infamia, vt in. c. inquisitionis. s̄. tertia. s̄. eod. de quo latius. j. Sed pro Ioan. And. facit secundum Ioan. de Imol. in. d. c. cum oporteat. quia, non est verisimile quod si 456 dedignæ personæ falsum retulerint; & ideò † præsumendum est pro ipsarum relatione; nisi aliud appareat. Facit. c. nisi. s̄. de præben. Et hoc maximē arbitrari dicit posse, quando Papa diceret multorum, ac plurimorum relatione percepimus, & c. Aut Papa non simpliciter commisit inquisitionem, nec etiam aliquam mentionem fecit de fama; sed commisit inquisitionem super veritate criminis; & hoc casu Host. in. c. si. j. eod. tenet, quod requiritur inquisitio super infamia. Sed Io. And. ibi tenet contrarium. Ego ibi saluauī vtrūq; dictum, hoc modo; videlicet, quod aut committitur inquisitio super veritate simpliciter, ita quod inquisitor habeat inquirere, & punire; & vera sit opinio Hostien. Aut committitur inquisitio super veritate simpliciter; ita quod inquisitor habeat cognoscere, & referre Summo Pontifici; 457 & procedat opinio Io. Andrea. † ita loquitur tex. in. d. c. si. per quem mouetur Io. And. & ratio est; quia cum iste inquisitus sit recepturus à Summo Pōtifice secundum meritā; vt ibi; satis est, quod Papa cognoscat de veritate; quia ipse solutus est ab hac rigore sitate, & ordine infamati, vt dicam in vers. 5. 2. quero. in. 11. & 13. fallen. vnde secus arbitror; si talis commissio fieret per inferiorem, vt cognosceret, & referret, propter cessantem rationem. Qualiter autem poterit delegatus cognoscere de infamia, in casibus in quibus dixi eum prius debere inquirere de infamia, cū ei hoc non videatur commissum? Spec. in tit. de inquisi. s̄. nunc tractemus. vers. sed quomodo. dicit, q̄ videtur sibi commissum, tanq̄ accessorium; sed dicit ibi Io. And. melius dixisset Spec. tanq̄ preparatoriū, seu præambulum, vt. c. præterea. de offic. dele. & ff. de iurif. om. iudi. & l. 2. Est tñ aduertendum; q̄, vt dixi in fi. præcedentis. q̄ multa dubia possunt oriri circa hanc famam, & frequentem clamorem ad quæstiones. j. ponendas, quibus prædicta dubia declarantur. Et adde ad prædicta dubia omnino quæ dixi in. c. qualiter. s̄. eodem. ¶ Tertio decimo 458 cimo quero, † qualis debeat esse infamia, ad hoc vt possit fieri inquisitio super crimine, in casibus, in quibus requiritur præambulum infamati? Sol. dicit, q̄ aut proceditur contra secularem. Aut contra regularem. Primo casu, dic, quod aut procedit contra prælatum, aut contra priuatum, & simplicem clericum; si contra prælatum secularem, dic, quod nō sufficit simplex fama, vel clamor, etiam si sit frequens; nisi sit talis, & tāta infamia, quæ generet scandalum; & quæ non possit sine periculo dissimulari, aut tolerari, vt hic in textu nostro in vers. sed cum super excessibus. hoc tamen videtur limitandum, nisi periculum esset in mora, vt puta; quia prælatus esset dilapidator, vel hereticus; quia tunc esset periculum ecclesie, & ne alios de hæresi inficeret. Et ideò dicit hic Inn.

Inn. ad fi. quod vbiq; imminet periculum, potest procedi sine infamia. Facit. 7. q. vlti. c. fi. 42. dist. in. c. quiescamus. & de simo. c. insinuare. & sequitur Io. de Imo. post D. Ant. in. c. cum oporteat. s̄. eod. & idem etiam voluit Inno. in. c. dilectus. j. de purga. cano. in gl. magna. & Ioan. Andr. post Inno. hic, qui exemplificat in hæresi, in qua vt dixi est periculum infectionis. Alij tamen exemplificat in dilapidatione. per. c. fi. j. eo. sed plus placet exemplum Inn. & tenet Hosti. eo. tit. s̄. quando. Barth. de Salice. in repe. lea. quidē: exemplificat etiam de tutore dilapidante bona pupilli. sic † intelligit. l. tutor. s̄. i. ff. de susce. tutori. & idem dicit in apostata; sicut in hæresi, quia etiam est infestus. C. de Iudæ. l. nemo. & C. de apost. l. apostatarum. & per hunc modum † intelligit. C. de epi. & cle. l. si quis in hoc genus. & C. ad l. Iul. maie. l. 2. & vide Archi. post Hugu. in. d. c. fi. 7. q. vltima. vbi dicit, quod † plurima conceduntur, & omittuntur gratia vitandi scandali, quæ aliis nō concederentur, nec ommitterentur. l. dist. c. constituerentur. & c. de his not. 3. q. 6. c. quod Deo. De quo articulo per glo. & Doct. in. c. nisi. s̄. de præben. & j. de re iud. c. qui scandalizauerit. & adde quæ dicam. j. in vers. 15. Secundo casu, quando fieret contra priuatum, aut simplicem clericum; dic, quod sufficit fama frequens, & clamor 462 †; licet non sit talis, quæ generet scandalum. † Qualis tamen requiratur, iudicis arbitrio relinquendum est, secundum quod dicam in seq. q. Ita tamen, quod leuiore probatione sufficiant, tam cōtra priuatos, quā contra prælatos, vt. j. de symo. c. licet Hely. de offi. deleg. c. pastoralis. in princ. de sent. excomm. cū 463 illorum. s̄. si verò. & sic patet, quod † infamia nō debet esse leuis, quæ non repellit quem a dignitate, vt. C. de dign. l. 2. lib. 12. vbi tex. dicit, quod famosi qui multa, & frequēti infamia laborant, & annotati sūt, sunt a dignitate repellendi, vt tradit Inno. in. c. cum oporteat. s̄. eod. in glo. magna. Secundo casu, quando contra regularem, videntur sentire Doct. hic, & in. c. olim. j. eod. quod possit fieri inquisitio sine infamia, per. c. singulis. cum. c. seq. de statu regni. fine dictum non placet. D. m. in. d. c. olim. quia illa iura non probant; quia loquuntur in inquisitione generali, in qua si reperiretur abbas culpabilis, remoueretur ab administratione. Nec est hoc speciale in prælatis regularibus, quia idem etiam esset in secularibus, vt. d. c. cum olim. j. eo. & c. 1. de offi. ordi. & quod not. Bar. in. l. 2. s̄. si publico. ff. de adul. & quod not. hic. D. m. 464 vnde concludit ipse, quod † inquisitio specialis ad penam, non potest fieri cōtra prælatum regularem, sine infamia per text. nostrum, qui contra omnem prælatum, & subditum videtur requirere infamiam, & frequentem clamorem; loquitur enim textus simpliciter, & indefinitē de prælato; ergo debet intelligi de prælato, tam seculari, quā regulari. Aduerte tamen; quia text. in fi. videtur contrariari opi. D. m. dum dicit, ordinem. de quo in text. nostro, non esse vsquequaq; seruandum circa regulares personas. Qualiter tamen tex. debeat intelligi, dicam. j. in. 9. articulo principali. & hæc opi. plus mihi placet per tex. in. c. licet. Hely. de simo. vbi text. loquitur de inquisitione formanda contra illum abbatem Pomposianum; & tamen mentionem facit de infamia, & frequenti clamore. Facit etiam ratio tex. nostri in vers.

verum. Fortē tamen dici posset, quod nō requireretur tanta infamia contra prælatum regularem, quanta contra secularem, arg. tex. nostri in fi. dum dicit, ordinem hunc requisitum circa regulares personas non credimus vsquequaq; seruandum. & hoc reperio etiam tenuisse. Ioan. de Imo. post D. Anton. in. d. c. cum oporteat. vbi dicit, quod † si fieret inquisitio contra prælatum regularem, sufficit fama frequens, & famosa; etiam si non generet scandalum, vel periculum, & per tex. in. fi. dum dicit, quod facilis, & liberius proceditur contra regulares, quā contra seculares. & per id, quod habetur in. c. per tuas. 1. j. de simo. & idem etiam in effectu tenet Angel. in. d. repet. si vacantia. vbi dicit, quod in regularibus non est necesse, quod diffamatio sit tanta, quod sine periculo euitari non possit, vel quod generet scandalum. Et sic patet ex prædictis, quod quādoq; maior, & quādoq; minor diffamatio requiritur respectu personarum, & respectu periculi, & scandali, vt dicitur. j. in. 15. q. & sequitur etiam Dom. Barth. de Salice. in. d. l. ea quidem. C. de acc. & adde quæ dicam in duabus. qq. sequen. ¶ Quartodecimo quæro, 465 † quoties requiratur, quod clamor, & infamia peruenit ad iudicē, ad hoc vt possit inquirere? Sol. quidam dicunt, quod sufficit bis peruenisse. Mouentur 467 per † verbum, sep̄, positum in tex. quod verificari videtur in duabus vicibus, arg. l. fideicomissa. s̄. si quis alicui. ff. de leg. 3. Facit quod not. in. c. monasteria. de vita & hone. cle. & c. venerabile. in. fi. s̄. de elect. cū concordantijs suis; & tangit etiam Ioan. Andr. in. c. licet Hely. in vers. frequenter, quia † binus actus inducit consuetudinem in criminibus, vt. l. nemo. & ibi traditur. C. de epi. audi. & 25. q. 2. c. ita nos. not. singulariter gl. in. l. capitalium. s̄. famosis. ff. de pen. 469 quæ dicit, quod † per binum actum furandi, quis efficitur famosus latro. Item facit, quia † pluralis loquutio, & c. vt in regula, pluralis loquutio de re. iur. lib. 6. & ff. de testi. l. vbi numerus. canonizata. 4. q. 3. vers. vbi numerus. Aliqui vero dicunt, quod debent esse tres vices, arg. s̄. de causa pos. & propriē. c. de ecclesia. & hoc etiam tangit Ioan. And. in. c. licet Hely. de simo. in vers. frequenter. allegat. d. c. cum ecclesia & l. cum de m rem verso. ff. de viur. Vel dicendū est, quod toties erit opus, quod superior moueatur, arg. ff. de eden. l. si quis. in. fi. Vel dicendum, secundum Inno. & Hosti. quos sequuntur Ioan. Andr. & Doct. in. c. cum oporteat. s̄. eod. quod hoc relinquendum sit arbitrio iudicis, arg. ff. de iure delibe. l. 1. in. fi. & in athen. de testi. s̄. 2. coll. 7. & l. continuus. s̄. i. ff. de ver. obli. tenet. Roffr. in libel. iuris canonici. in tit. de inquisi. s̄. nunc videamus, neq; enim secundū eum possumus scire, per quot vices clamor Sodomorum ad Deum ascenderit, qui dixit, Descendam, & c. vt hic in tex. nostro. nec per quot vices, villicus apud Dominum diffamatus esset, quod bona domini sui dilapidasset, cū dixit, redde rationem villicationis tuæ. Præterea, vt patet ex his, quæ dixi in præcedenti. q. & quæ dicam in duabus seq. quādoq; maior, quādoq; minor exigitur diffamatio. Poterit enim esse tanta nequitia, & infamia subditi, & q̄ tot simul, & semel denuntiabunt, q̄ ad vnicum auditum poterit formari inquisitio, arg. c. tanta. 86. dist. in. c. tantis Daniel. 8. 1. dist. in. c. Sed si quis esset bonæ famæ, non suffi-



sufficeret de eo semel audire; sed requireretur, quòd bis, vel ter, vel pluries, & a fide dignis, vt. c. si quid ve rò. 86. dist. facit. 46. dist. c. nonnulli. ad fi. Et hoc et tenet Roffre. in præallegato loco. Superior enim nõ de bet delectari in infamia subditorum; sed in bona fa ma, vt. c. licet. s. eo. & tenet Spec. in tit. de inqui. s. 1. verfi. sed qualis. vbi dicit, quòd curia hoc sæpe obser

Cõis  
opin.

471 uat, & placet mihi, quòd hoc fit arbitrarium, & tenent hic communiter\* Doct. Iudex enim debet ar bitrari, & numerum, & qualitatem referentium, & etiam qualitatem eius contra quem, vt in. q. præce dẽti, & debet adeò clamosa infinuatio præcedere, q̃ reddatur crimen quasi manifestum; vt hic, & in. d. c. cum oporteat. s. eo. secundũ Inn. & Hosti. & Io. And.

472 ¶ Quinto decimo quæro, ¶ an propter scãdalum tan tum procedi debeat ad inquisitionem? Dicit hic Io. Andr. post Host. in verbo, periculo. quòd ad hoc scã dalum inducitur propter vitium incontinentiã, per c. vestra. & c. tua. s. de coha. cleri. & mulie. & idem te net Host. in summa. in tit. de inquisi. s. quando. Sol. dic, quòd si scãdalo non sit adiunctum periculum, quòd tunc propter scãdalum non videtur procedẽ dum, per ea quã dixi. s. in ver. 14. quæro. Inn. verò vi detur velle in. c. cum oporteat. s. eod. quòd si maior pars subditorum scandalizatur, quòd tunc debeat, p cedi ad inquisitionem propter talem infamiam, quẽ sine scãdalo maioris partis non potest tolerari. Si autem duo, vel tres scandalizarentur; tunc ponderã da est qualitas personarũ; quia si sunt tales, & adeò potẽtes, q̃ licet sint tantũ duo, vel tres posset pertur bari ecclesia; & tunc ad inquisitionem esset procedẽ dum, arg. c. constitueretur. l. distin. & 23. q. 4. c. cum quisq; . & quia si indicitur purgatio, vt remoueat scã dalum, ergò & pro illo remouendo poterit fie ri inquisitio. Sed aduerte; quia hoc non videtur suffi ciens; vt indicẽda sit purgatio, sed vt remoueat scã dalum; potest formari inquisitio. Nam non semper per inquisitionem sequitur purgatio; sed quandoq; absolutio, vt dicam. j. in. 7. articulo principali & quandoq; etiã ipsius inquisiti remotio, vt not. Ioan. Andr. in. c. cum dilectis. j. de purg. cano. & ibi etiã.

473 D. m. vbi volunt, quod ¶ illa glo. super verbo, apud bonos. in quantum opponit. d. c. nostro & non soluit, quòd solutio sit, quòd loquitur in indicẽda purga tione, hic in inquisitione formanda; quinimo vult ibi. D. m. quòd solum scãdalum non sufficit ad indi cendam purgationem; sed debet esse apud bonos, & graues, per. c. inter. de purg. cano. de quo dicam in. d. c. cum dilectis. vnde dicit. Do. Ioan. de Imol. in d. c. cum oporteat. quòd aliqui tenent, quòd hoc ca su propter scãdalum non posset fieri inquisitio; nisi etiam præcedat infamia, quòd etiam tenet Inno. in d. c. licet Hely. in glo. 1. per rationes prædictas; & qa licet potest fieri inquisitio; quia non semper pro pter inquisitionem indicẽda est purgatio, vt dicã. j. in. 7. articulo principali. Refert tamen quosdam tenere contrarium; quia vt remoueat scãdalum indicitur purgatio. 2. q. 5. c. præbyter. sed inquisitio nem sequitur purgatio; ergò pro scãdalo potest fie ri inquisitio contra eũ, qui est suspectus prælato suo. Et hoc etiam tenet Inno. in. d. c. cum dilectis. in glo. magna. ibi, nobis autem videtur. Sed vt. s. dixi, hoc

arg. non tenet, & ideò plus placet alia opi. quòd nõ præcedente infamia propter scãdalum, non sit indi cenda purgatio; nisi fortẽ scãdalum insurgeret ex suspitione hæresis, secundum quòd statim dicam in seq. q. secundum opi. Do. Ant. Totum igitur hoc iudicarem relinquendum arbitrio iudicantis; quando tamen iudex animaduertet, non esse infamiam suf ficientem ad inquisitionem specialiter formandam & timeretur scãdalum; tunc consulerem, quòd ipse faceret generalem inquisitionem, super statu ecclẽ się, vel loci, vt statim dicam in. 11. articulo principa li, vel faceret inquisitionem super infamia. vt. s. dixi

474 in alia. q. ¶ Sexto decimo quæro, ¶ an ex sola suspi cione prælati non præcedente infamia, possit proce di ad inquisitionem? Inno. hic videtur velle, quòd sic dicens, quòd siue sit suspectus suo prælato, vel princi pi, vel bonis viris & non præcedente aliter infamia, poterit procedi ad inquisitionem; quia sicuti in ca su prædicto potest iudici purgatio. 2. q. 5. c. in omni bus. ita etiam videtur, quòd possit fieri inquisitio. Et idem tenet Inno. in. d. c. cum dilectus. in glo. magna, in verfi. nobis autem videtur. vbi dicit, quòd siue scã dalum, siue periculum, siue infamia, siue suspicio gra uis sit contra aliquem, potest prælatus sius procede re ad inquisitionem, vel si non habeat probationes, indicet purgationem, dicit etiam, q̃ propter suspi cionem dominorum, siue regum potius est indicẽ da purgatio propter honorem, & vitandum scãda lum, quam q̃ sit formanda inquisitio; quamuis & il la faciẽda sit, si visum fuerit prælato. 2. q. 5. c. Men nam. & c. habet hoc. & idem not. in. c. cum oporteat s. eo. & refert Archi. ita tenere. 2. q. 5. d. c. omnibus. Sed certẽ si non præcedit infamia, non videtur, q̃ possit fieri inquisitio, per. c. cũ dilecti. & c. cũ opor teat. s. eo. & text. nostrum. nec valeat arg. potest indi ci purgatio; ergo potest fieri inquisitio, vt dixi in pã cedenti. q. nec etiam semper potest iudici purgatio propter suspitionem, vt. c. placuit. 6. q. 2. not. gl. fi. & ibi Ioan. Andr. in. c. nos inter. j. de purg. cano. & hãc opi. tenet Bernar. Tancr. Vincen. & Goffred. in. d. c. nos inter. vbi volunt, quòd etiam purgatio non pos sit iudici ex sola suspitione, nisi quis sit infamatus apud bonos, & graues, per. c. cum in iuuetute. de pur ga. cano. de quo etiam per Archid. in. d. c. omnibus. vbi etiam refert prædictas opin. & subdit suam. Sed non insisto; quia de purgatione indicẽda non est materia nostra, dicam in. c. cum dilectus. de purg. ca no. Do. Ant. in. c. cum oporteat. s. eod. voluit, quòd

475 ¶ propter solã suspitionem hæresis potest iudici pur gatio, & idem videtur sentire de inquisitione. Sed in alijs criminibus dicit, quòd iudex debet arbitrari qualitatem suspitionis; & ita intelligit dictum Inn. & Ioan. Andr. in. d. c. inter nos. sed dicit ibi Ioan. de Imol. q̃ communis\* opinio est, quòd non sola suspi cio episcopi; sed demum quando transfuit ad alios, vt voluit gl. in. d. c. ex parte. Ego arbitrator aduertẽ dum esse, vtrum suspicio fuerit penes tot, & tales, q̃ tranfuerit in infamiam, & possit fieri inquisitio; aut non est tanta, & hoc casu non possit inquirere specia liter super crimine; sed benẽ super infamia præpara toria ad inquisitionem super crimine; cum in ea mi nori infamia requiratur, & admittantur etiam pro bationes minus sufficientes, & possit ad eam pro cedi

Cõm  
opin.

cedi ad delationem non fide dignorum, vt dicit Io. Andr. in. c. cum in iuuetute. s. de præsump. in verfi. credens. Facit quod not. Inno. in. c. licet. s. eod. glo. fi. & Archi. in. d. c. omnibus. in gl. magna. in fi. & quod dixi. s. in verfi. 10. & dicam. j. in verfi. 25. ¶ Decimo

476 septimo quæro, ¶ ad hoc vt possit fieri inquisitio? Sol. satis clara patet ex text. nostro, dum dicit, clamorẽ, qui venit ad me. & idem dicitur in. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. quasi sentiat, quòd ad hoc vt possit fieri inquisitio, debet clamor peruenire ad prælatum, seu ad iudicem, non ad alios; quia licet ad alios peruene rit; non debet fieri inquisitio; vt dicit hic Ioan. Andr. super verbo, ad me. & probatur etiam hic, dum dici tur, ad aures superiorum peruenerit, & c. licet Hely. j. de symo. ibi dum tex. dicit, tunc enim clamor perue nit ad prælatum. & ratio est in pronipit; quia ¶ probatio debet fieri iudici, vt. c. quoniam contra. & c. ex literis. s. de proba. & c. scriptum. de elect. & c. statu tum. s. cum verò. de rescript. lib. 6. & l. 1. quinquagin ta. ff. de proba. l. 1. ff. de condic. ob turpem cau. cum simi. & ideò, licet infamia esset in loco comissi deli cti contra aliquem; si tamen prælatus, vel iudex es set absens, ita quòd frequẽs clamor, & diffamatio ad eum non deuenisset, non posset inquirere; sed debe ret prius habere probationem super infamia, vt. j. dicitur, & traditur in. c. 2. de purga. cano. & hoc vo

477 luit Inno. in. c. cum oporteat. s. eo. ¶ qualiter autem testes debeant deponere, patebit ex seq. q. ¶ Deci mo octauo quæro, ¶ qualiter iudex poterit se infor mare de infamia? Solu. Inno. & Doct. in. c. cum oporteat. s. eod. concludunt, quòd dupliciter. Primo reci piendo testes, qui deponant super infamia. Secũdo, de plano per rumorem viciniã, & a bonis, & graui bus non suspectis certificari poterit, vt. s. de spon. c. cum in tua. Tu dic, quòd etiam per frequentem cla morem, & clamorã infinuatiõem, & secundũ ea quã. j. latius subiiciuntur. ¶ Decimonono quæro; quia in præcedenti. 17. q. dixi, quòd licet quis sit in famatus, si tamen infamia non peruenit ad prælatũ superiorem, seu iudicem, quòd prælatus non potest inquirere super crimine; sed benẽ potest inquirere super infamia, quo casu potest iudex etiam non præ cedente alia infamia apud eum, inquirere super in famia; & ad denuntiationem alicuius, recipiendo te stes super infamia, & sic postea probata infamia, põt inquirere super veritate criminis. Vnde quæro,

478 ¶ qualiter testes prædicti debeãt deponere, & eadẽ quæstio potest formari in omnibus similibus casib; in quibus requireretur probatio infamiã, ad hoc vt possit procedi super crimine contra certam perso nam; vt puta, quando committeretur inquisitio su per crimine, vt dixi. s. eod. arti. verfi. 12. quæro, & in alijs similibus quæstionibus. Sol. Inno. hic, & latius in. c. cum oporteat. s. eod. & post eum Ioan. Andr. & Ioan. de Imol. & Doct. multum intricatẽ loquuntur inculcãtes validitatem, & inualiditatem attestatio num respectu caufarum, & respectu interrogatio num, & respõsonum, tam respectu temporis, quã loci, & quarundam aliarum qualitatum, & circumstã tiarum. Vnde ego vt hãc materia, quã notabilis est, & maximi effectus, etiam quo ad diuersas alias ma terias per partes suas distincta, ac diuisa facili' ap

prehendi valeat, & maiorem afferat fructum, ipsam per partes suas diuidam; quia, vt inquit Cicero pri mo Rheto. & refert Ioan. And. s. in prohem. ¶ Par titio illustrem, & perspicuam totam orationem red dit. & Seneca ad Lucil. epistola. 88. facilius per par tes in cognitionem totius adducimur. Facit. l. Caius. s. 1. ff. de leg. 2. & vide not. glo. in proemio Inst. quã dicit, quòd partitio animum incitat, mentẽ præpara rat, & memoriã reformat. Verum quia hic de p banda fama agitur, & materia ista inquisitionum, vt plurimum fomentum, ac substantiam recipit ab in famia, seu diffamatiõem, vel mala fama, vt etiam pla nẽ istius materiã habeatur notitia, prosequar infra scriptas. qq. non tamen faciendo nõũ ordinem per numerum, seu quotas; sed procedendo per numerũ, & quotas præcedentes, vt facilius reperiri, & allegari valeat id de quo quæritur. ¶ Vigesimo tertio igitur

481 quæro, ¶ quid sit fama, seu diffamatio, & quotuplex? Sol. circa hanc. q. dicendum est secundum Barth. de Salice. post Tac. de Are. quòd fama diuiditur in duas species principales; quia alia est de homine, & alia est inter homines. Fama de homine subdividit, quia alia est bona, & alia est mala. Bona stat in simplici nomine generis sui, & vocatur simpliciter fama; & fama cõmuniter\* describitur, quòd ¶ est dignitatis illese status, vita, & moribus comprobatus, & in nul lo diminutus, vt colligitur ex. l. cognitionum. s. exi stimatio. ff. de var. & extraor. cogni. tradit gl. in verfi. notorium. & ibi Doct. in. c. vestra. s. de cohab. cle. & mulier. & glo. 3. q. 7. c. infamis. s. porro. alias incipit. c. quamuis. & ponit hic Host. & pro hac fama habẽ da debet homines totis viribus laborare. ff. ad treb. l. facta. s. si in danda. nam & ab his, qui foris sunt, de bet quis procurare bonã famam habere, vt in auth. quomodo opor. epi. s. 1. vnde dicit ecclesiastic. c. 41. curam habe de bono nomine; hoc enim magis per manebit tibi, quã mille thesauri pretiosi. & Aposto lus ad Corinth. c. 1. Expedi mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet; & adde quã dixi. j. eo. c. fi. mala autem fama assumit sibi proprium no

482 men, & vocatur infamia; & sic ¶ in, ponitur priuati uẽ, & per consequens describitur per contrarium; vn de sic describitur. Quod ¶ est lese dignitatis status, vita, & moribus reprobatus, vt probatur in. d. s. exi stimatio. Hęc autẽ ¶ mala fama, seu infamia ab omni bus vitanda est; nobile enim degenerat, plebeium denigrat, fratrẽ a querele beneficio priuat, fidem mi nuit, honores tollit; & infamatũ sequitur, vt leprosu, vt hęc omnia probantur. ff. & c. de infami. per to. di xi in. c. inter opera. s. de sponfa. Et de hac fama, vel infamia hominis non est materia nostra. Fama autẽ inter homines est duplex; quedam dirigitur in rem, & quedam in personam. In rẽ dirigitur, an tale quid sit, vel non sit, vt. l. 3. s. eiusdem. ff. de testi. In perso nam verò dirigitur diuersimodẽ, nam quãdoq; quæ ritur de fama hominis inter homines, & respectu ei bonitatis, vel malitię, stãdo in suo genere genera lissimo; vt puta, an reputetur bonus, vel malus; quan doq; verò quæritur de fama descendendo ad speciẽ; vt puta, an reputetur fur, homicida, vel adulter; quan doq; descenditur ad indiuiduum; vt puta, an sit infa matus, quòd interfecerit Paulum, vel adulteriũ com miserit cum vxore. Titij, & de hoc inquiritur, vt hęc

Cõm.  
opin.

probantur in d.l. de minore. §. tormenta. ff. de quaestio. & l. capitalium. §. famulos. ff. de pen. & l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re milit. & de hac fama inter homines est proprie materia nostra. Quae fama sic describitur, primo per Spec. quod est vehemens vulgi, seu maioris partis opinio rei, de qua agitur contentiensi, vt colligitur ex d.l. 3. §. eiusdem. sed quidam dicunt hanc descriptionem esse insufficientem; nam communis opinio manifestatur non solum vltu, vt ff. de supel. leg. l. Labeo. sed etiam rebus, & factis, vt l. de quibus. ff. de legi. & tamen talis communis opinio non est fama, secundum Barth. de Salice. quia fama dicitur a for, faris; vt statim dicam; & sic debet non solum in opinione retineri; sed & voce manifestari. Iac. de Are. dicit, quod dicta diffinitio non est bona; quia cum dicat vulgi, seu maioris partis opinio, videtur exigere, quod maior pars populi opinetur; seu teneat id, de quo fama asseritur; sed hoc non est verum, secundum eum; quia quandoque sufficit, quod maior pars alicuius regionis hoc opinetur, vt j. dicit. Et secundum eum sumitur verbum regionis, p vna contrata, seu vicinia, sicut dicimus, quod olim Romana ciuitas per regiones distinguebatur, vt l. 3. in prin. ff. de offi. prefec. vigil. Et hodie Romani vocant has regiones; licet proprie regio, prout a Rege deriuatur, prouinciā denotet, vt in clem. ne in agro post prin. de statu mona. Et quandoque etiam magis ample sumitur hoc verbum; & quandoque magis stricte prouinciate, de quo vide per Ioan. And. in verbo regionis. §. de sepul. & ibi in materia plura allegat; vnde sufficit secundum Iac. quod sit in aliqua regione, hoc est in aliqua vicinia; & ideo ita ipse describit. Quod fama, est regionis, vel viciniae, vel maioris partis viciniae communis opinio, cum sermone, vel voce manifesta; sed & hac descriptio reprehenditur per Do. Tho. dicit enim, quod hac descriptio non videtur requirere famam esse aliquo casu in tota ciuitate, quod tamen quandoque exigitur, nec semper exigitur, seu sufficit, quod sit in vna vicinia, & quandoque sufficit tamen vel facti qualitatem, & arduitatem, nec placent sibi illa verba, sermone, vel voce; quia vox, sed sermo posset aliquid affirmare pro certo, & tunc proprie non diceretur fama; sed notorium manifestum, vel certum. Et ideo ipse in quodam suo tractatu de fama sic describit; videlicet, quod fama est, quod homines alicuius ciuitatis, castri, villae, viciniae, vel contractae communiter opinantur, existimant, vel sentiunt, verbis, vel loquela communiter asserendo; non tamen pro certo, & vero, vel manifesto. Bart. verò in l. de minore. §. tormenta. ff. de quaestio. Ita describit. Quod fama est communis opinio voce manifestata, ex suspitione proueniens. ¶ Communis autem opinio dicitur, ad differentiam opinionis singularis, vt l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqu. hared. & l. Labeo. ff. de supel. leg. Ideo autem ponuntur in descriptione illa verba voce manifestata; quia aliam non esset fama, sed staret in nomine sui generis. s. opinionis communis, quae quandoque vltu manifestatur, & quandoque verbis, & factis, vt s. dixi. Vnde dicit Bart. quod illud, quod dicunt multi Doct. quod fama, est communis opinio, & existimatio, sunt synonyma, & idem important; est verum quod communis opinio, & existimatio voce manifestatur; aliam secus. ¶ Adducuntur etiam in

descriptione illa verba, ex suspitione proueniens, ad differentiam manifesti; nam si diceretur communiter aliquid, quod esset certum ab aliquo, vel populo commissum; illud non esset fama, sed notorium, vel manifestum, vt l. ciues. C. de ap. & l. si verò. §. quid p rei. ff. qui satisd. cog. ff. Facit quod tradit Bart. in l. ab accusatione. §. nuntiatores. ff. ad senatuscon. Turpil. ¶ Sed dicit Barth. de Sali. quod dicta descriptio Iac. non meruit reprehendi, nec verba illa ex suspitione proueniens, sunt addenda de necessitate; sed ad bene esse; nam cum dixit opinio; sequitur, quod venit ex praesumpto, & suspicatio; nam secundum Vgutionem, & Catholonem. ¶ opinio dicitur putamen, vel suspicio, nec aliquid certi significat; sed per verisimilia potius querit quod apprehendit; & ideo opinio est quasi pro vero aliquid tenere, quod quis ignorat, an sit falsum, vt hac probantur in d.l. 3. ff. de testi. & l. r. post princ. ff. de quaestio. & l. Barbarius. ff. de offi. praetor. & l. r. C. de testi. & quod ibi not. dicit tamen Barth. de Salice. quod quia commodius est singulas causas singulis modis exprimere, vt Inst. quib. mo. testi. infir. §. sed quia. Ideo praefata D. Tho. de Pipera rata latiore descriptionem facit, quam alij, omnes tamen ad vnum effectum tendunt. Subdit tamen, quod ad hoc vt multa dubia tollantur, fama potest sic describi. Quod est alicuius rei, publica, & communis alicuius regionis assertio, ex sola suspitione proueniens; pro hoc enim quod dixit alicuius rei, comprehenditur fama directa in rem, & in personam; quia ¶ rei appellatio generalis est, vt l. i. in fi. ff. si cer. pet. & l. rei. ff. de verb. sign. per verbum autem, publica, apparet, quod assertio non debet esse priuata. 46. dist. c. sunt nonnulli. j. de purg. cano. c. cum in iuuentute, per verbum autem communis, deciditur plura dubia, secundum quod d. j. patebit ex seq. qq. per id autem quod dicitur alicuius regionis, denotatur vicinia, secundum quod dictum fuit. §. secundum Iac. de Aret. per id autem, quod dicitur assertio, ostenditur, quod debet esse voce declarata, vt l. r. C. de asser. tol. facit. j. de priuileg. c. cum olim. & tex. in c. r. j. de clerico. per sal. promo. & c. si cum nobis. §. de testi. cum ¶ simi. aliam non esset fama, quae dicitur a for, faris, vt statim dicam; per id autem, quod vltimo loco subiungitur, 492 ex suspitione promouens, denotatur differentia inter famam, notorium, & manifestum. Aduerte tamen; quia potest esse aliquod notorium, vel manifestum inter alios, qui certam scientiam habuerunt, rem sic esse, quod tandem deductum fuit ad famam, quo ad alios, per assertionem aliorum; vel quae ex aliqua praesumptione homines pro certo illud nescientes, moti fuerunt per famam ad sic dicendum. Hac tamen verba non videtur requiri de necessitate, secundum eum, vt s. dixi. Et ex praedictis habes, quae differentia sit inter famam, & manifestum, seu notorium, & inter famam, & opinionem, seu communem opinionem; nam potest esse opinio, & non communis. Item potest esse communis, & tamen voce non manifestatur; & sic non ¶ erit fama. Sed quae differentia sit inter famam, & rumorem? Host. voluit in c. super eo. §. de eo qui cognos. consang. vxor. suae. quod fama est, quando tota ciuitas aliquid dicit, seu declamat. Rumor verò, quando aliqua pars viciniae aliquid dicit, vel secundum Archid. 25. q. 6. c. si duo. Rumor est particularis as-

sertio ex incerto authore, & a sola suspitione proueniens, vt d. c. super eo. & c. Ofius de elect. & hoc magis videtur placere Spec. in titu. de notorio crimine. §. nunc de rumore. Et sic patet, quod rumor minus probat, quam fama, vt etiam dicit glo. in d. c. super eod. nam, fama est communis viciniae acclamatio, secundum Archid. Tu dic, vel maioris partis, vt s. latius dixi. Rumor verò est, cum pauci aliquid dicunt, non tamen publice; vt c. veniens. propè princ. §. de regu. iur. Potest ergo esse rumor, & tamen non erit fama; quia non erit communis opinio totius viciniae, vel maioris partis. Sed in omni fama rumor inest, vt patet ex praedictis. Item dicit hic Do. Anton. post Host. quod clamor, de quo hic in tex. potest sumi pro voce quarulosa, & publica; licet paucorum tamen potentum; vel est paucorum, & quando scitur auctor. Fama multorum & quando ignoratur auctor, secundum Host. vt d. c. super eo. Concluditur ergo, quod rumor, clamor, & opinio etiam communis in minus se habent ¶ quam fama. ¶ Vigesimo primo quæro, quid dicatur fama? Sol. Bar. in d. l. de minore. §. tormenta. dicit, quod dicitur a for, faris, secundum Vgutionem, vel secundum alios, vt dicit Barth. de Salice. & dicit Catholonem deriuatur a famulor, ris. quia dicitur nobis quasi famula, dum famulatur nobis, eo quod rumores, & clamores portat per diuersas regiones, quae plurimum est mendax, adiciens, ac detrahens plurimam de veritate secundum diuersas animi passiones; vnde versus. Fama volat, transiq; modum quocumque feratur. Tu melius dicit, secundum Archid. 1. r. q. 3. c. non sunt. Quod dicitur a for, faris. licet for non sit in vltu; vnde dicitur a fando. i. loquedo per uagatorem, & est nomen bonarum, & malarum rerum; vt patet ex his, quae dixi in praeced. q. nec certum habet locum; quia plurimum mendax, quae tandiu uiuit, quandiu non probatur id, de quo fama est. Ceterum probato illo amplius non dicitur fama proprie; & hinc secundum Archid. dicimus famam, nisi quod est loquutio de aliquo, maxime in bono, vt in hymno. S. Ioan. Baptista, qui incipit, Antra deserti & c. ibi, leui saltem maculare vitam fame possis. Et circa id quod dixi, quod fama sepe adjicitur, & detrahitur. vide Virgilium. Eneidos quarto; Fama malum, quo non aliud velocius vllum, Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo. ¶ Vigesimo secundo quæro, quid per quot homines fama habeatur? Sol. in hac questione variè reperiuntur opiniones. glo. enim in l. si arbiter. ff. de probat. in glossa magna circa medium, videtur sentire, quod debeat esse omnium opinio. Facit tex. ibi dum dicit, sed cum omnium hac opinio. Item facit tex. in l. r. C. de testi. & hoc voluit etiam Host. qui dicit, quod hac est differentia inter rumorem, & famam; quia fama est communis opinio assertiua omnium, rumor particularis, de quo dicit, vt dixi. §. eod. articulo. 17. in fi. Alia opinio est, quod exigatur maior pars populi, vt l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. & ibi traditur. Tertia fuit opinio, quam tangit hic Inno. & post eum Ioan. Andr. quod sufficiat, si dicat se a duobus audiuisset, per tex. hic, qui dicit, a prouidis, & honestis, etiam non maleuolis, & c. nec addit maiorem numerum, facit regula pluralis loquutio. de reg. iur. lib. 6. Sed hoc non videtur sufficere secundum praefatos Doct. secundum ea quae dicam. j. versicu. 35. & adde quae ibi

dicam, his quae hic dicuntur. Quarta fuit opinio, quod sufficiat multorum opinio, qui hoc possunt scire, vt not. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqu. hared. Sed circa hoc insurgit dubitatio, quod quot veniant appellatione multorum? & quidam volunt quod decem, vel 20. qui secundum eos, faciunt famam, licet alias in alia materia, quandoque multi dicuntur duo, vel tres, vt not. gl. Inst. de iure perso. §. fi. & l. r. §. hoc rescriptum. ff. ad Syllanianum. & per Archid. 32. q. 7. c. si quis. Alibi verò aliam accipitur, vt la tius dicam in c. latores. j. de cleri. ex com. mini. sed hac opi. communiter reprobatur, nec placet praefata Dom. Tho. in tractatu suo, vbi ipse concludit in hoc articulo, quod aut illud de quo queritur, est magnū, arduum, & notabile; vt puta, si esset mortuus princeps, vel magnus vir; vel quando dicitur factum aliquid notabile factum; & tunc non sufficit famam esse in aliqua vicinia, vel contrata, etiam si sit in tota vna vicinia, vel contrata; sed requiritur, quod sit fama toti ciuitatis, vel populi, aut maioris partis eiusdem, quae totum populum representet, vt not. in l. q. maior. ff. ad municip. & l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. Aut factum de quo queritur non est arduū, vel magnum, seu notabile; sed paruum; & tunc sufficiat fama viciniae, seu contratae. Facit de praesump. c. illud. debet igitur considerare maior pars populi, aut viciniae, secundum qualitatem negotij, de quo queritur, & hoc videtur sensisse etiam Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de fama. & Bar. in d. §. tormenta. & Bart. de Salice. in d. l. ea quidem. de accus. vbi ipse subdit, quod credit, quod non sufficiat pauciores quam decem, arg. ff. vi bo. raptu. l. praetor. §. r. & 2. q. r. c. de manifesta. & quod ibi notat glo. & quod not. Cyn. in d. l. ea quidem. & sic infert, quod testis deponens de fama viciniae, vel villae non debet dicere apud quot homines sit fama, sed satis est, quod dicat famam esse apud totum populum, vel totam viciniam, aut maiorem partem, si tamen interrogatus quot homines sunt in vicinia, aut villa, responderet, quod sunt minus decem, hoc casu non probaretur fama, secundum eum, quod est dictum singulare, ex quibus videretur inferendum, quod si interrogatus responderit, quod in vicinia, vel villa essent. 14. aut. 15. & ipse deposuisset, quod fama esset apud maiorem partem viciniae, vel villae, quod talis testis non probaret famam; quia posset esse apud octo, vel nouem, & sic esset apud maiorem partem; & tamen quia non esset apud 10. non probaretur fama, secundum eum, quod est dictum peregrinum; non tamen videtur procedere sine maxima dubitatione; cogitabis. ¶ Vigesimo tertio quæro, quid vtrum in hac maiori parte populi, aut viciniae includatur mulieres? Inno. in c. veniens. §. de verb. sign. secundum quod refert Bar. in d. l. de minore. §. tormenta. ff. de quest. & Bar. de Salice. in d. l. ea quidem. sentit, quod sufficit, quod maior pars bonorum hominum hoc dicat; hoc est decurionum, & consiliariorum, ad quos spectat regimen ciuitatis, vt l. municipes. & l. municibus. ff. ad munic. Bar. tamen dicit se putare, quod in istis quae non spectant ad istos principes, qui regunt ciuitatem; sed magis ad alios particulares sufficiat famam esse in vicinia; & etiam inter mulieres, ad quas spectat etiam hoc scire. l. cum quaedam. §. quod dicitur. ff. de acqu. hared. sed praefata D. Bar. de Salice. clariè distinguit; licet sua distinctio super sit fundamē-

Com. opin.



tum ex dictis Bar. videlicet, qd aut illud, de quo fama queritur, pariter concernit vtrumq; sexum; quia ad vtrumq; spectat illius notitia. & tunc fama non minus debet esse inter feminas, quam inter masculos. Exemplum de fama mortis vxoris. Regis, vel quando Rex talem duxit in vxorem, & sic de simili: quoadq; concernit masculos tantum; & tunc non exigitur, qd de illo fama sit inter mulieres; verbi gratia, si queritur, an fama sit. quod fuerit qs decurio ciuitatis, vel an certum quid in consilio populi, vel inter senatores decretum fuerit, & sic de similib' actibus, ad quos no vocantur mulieres, nec earum interest scire predicta. Interdum vero concernit tantum mulieres, vel principaliter illud de quo fama queritur, interest mulierum; & hoc casu potissimè mulierum fama exigitur; vt puta, si queritur de fama alicuius mulieris, an fuerit pulzelata, vel iuencula, quæ communiter inter mulieres conseruantur, vel si queritur de fama peritæ alicuius obstetricis, quoniam dicit præfatus Doctor, quod si quereretur de fama peritiæ, seu scientiæ alicuius, sufficit famam esse inter peritos, & discipulos eiusdem sci entia, & ideo sufficit, qd de canonista scholari sit fama inter canonicos, & sic de simi. Facit qd not. gloss. in d. §. quod dicitur, & quod no. in l. vulgaris. ff. de feurt. & l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad l. falci. & l. filius. §. secundum vulgarem. ff. de leg. i. nam vulgare etiam dicitur, quod inter sapientes, seu tractantes de illa materia comuniter tenetur, vt. dd. iuribus, & dicam statim in q. seq. & hæc opinio satis mihi placet. Et aduerte; quia debet esse inter illos ad quos spectat hoc scire; vnde si cuius istius ciuitatis esset mortuus ultra mare, dum esset in exercitu contra Saracenos, vel in aliqua militia in loquinis partibus, sufficit quod sit fama de morte ipsius in terra sua, in qua sunt homines, ad quos spectat hoc scire. 34. q. 1. c. cum per bellicam. & in auth. hodie. C. de repudi. & ff. de adul. l. miles. §. pen. & l. ff. de hered. 500 in l. i. ¶ Vigesimo quarto quero, in quo loco debeat esse fama? Sol. dicit Bar. in d. l. de minore. §. tormenta. ff. de quaestio. quod fama de aliquo homine in genere, debet esse in loco suæ originis, vt. d. §. tormenta dum dicit, in ciuitate sua, vel loco in quo conuersatur, vt est bonus text. in c. 3. §. de elect. & facit. 34. distinct. illud. & §. de præsum pt. c. quodam. & l. 2. C. vbi de cri. agi oportet. & l. nō omnes. §. a barbaris. ff. de re milit. sed fama alicuius rei, vel facti, prout est in delictis, de quibus plurimum inquiritur, & de fama queritur, videtur quod debeat esse in loco delicti, vt. d. l. 1. & auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. mi. agi oportet. Subdit tamen ipse Bar. quod de necessitate talis fama non exigit locum, quod probat ipse; quia fama debet esse inter eos, qd possunt scire illud de quo queritur, vt dixi in præcedenti. q. vnde si fama est in vniuersitate scholarium, quod. T. est bonus scholaris, vel quod fecerit furtum alicuius libri, fama erit probata; & tamen vniuersitas non habet locum, vt. l. in ratione. §. quod vulgò, cum alijs iuribus allegatis in præced. q. & vbiq; reperias locum, dic. quod ibi non ponitur locus; vt significet locum, sed vt significet, qui morantur in loco; vnde cum dico, fama est in ciuitate ista, debet intelligi, hoc est in ter homines istius ciuitatis. Vel fama est in ista vniuersitate, hoc est inter homines istius vniuersitatis.

Facit. l. inter omnes. iuncta glo. ff. qui satisd. cog. & l. apud Iulianum. §. Seio. ff. de glo. 1. & l. vulgaris. ff. de furt. cum alijs similibus iuribus allegatis in præced. q. Sed dicit Bart. de Salice. quod Bar. videtur sibi ipsi contrariari, secundum quod patebit ex his, quæ dicam. §. eo. articulo. versic. 3. Nec videtur hic ipse verum dicere, secundum eum; quia in vniuersitate, vt in vniuersitate, non potest esse fama; quia fama est communis opinio, & assertio, vt patet ex his quæ dixi. §. in. 20. versic. sed vnica solum assertio potest esse in vniuersitate; quia est vnica tantum persona facta, & representata. ¶ Cum ergo dicitur, quod fama est in vniuersitate, intelligitur inter eos, qui sunt de vniuersitate; & licet isti non habeant locum proprium, habent tamen habitationem in ciuitate, vel castro, in quo habitant, vel vniuersitatem faciunt; & extra locum illum non est vniuersitas illa, saltem eadē numero, vnde cum ista vniuersitas Senensis, saltem numero differat ab vniuersitate studij Bononiensis. & Paduani, ille qui habet bonam famam boni scholaris in hac vniuersitate, non propterea habet in vniuersitate Bononiensi; quia ibi incognitus; & sic saltem ratione veritatis indagande, & fidei habēda de fama, ¶ testes deponentes de fama iuridicè possunt interrogari de loco, & tenentur ad interrogata respondere, vt. l. testi. C. de testi. & dicā. §. ver. 3. nā si fama dicit a for. ris; vt. §. dixi in versic. 21. ergo in aliquo loco fatur, & quandoq; in loco minus lato, vt in tertio, vel quarterio alicuius ciuitatis; quandoq; in latiori, vt in tota ciuitate, quandoq; in latissimo, vt in tota prouincia; secundum ergo qualitatem, & exigentiam facti, querendus est locus, vt. c. postquam. & c. scriptum. §. de elect. & c. quosdam. §. de præsump. & in d. §. tormenta. & l. 1. §. si. præses. ff. de magistra. cō ue. tunc enim fama de delicto orta contra aliquem, contra eum præsumptionem inducit; quando contra eum fuerit scandalum, vel clamor generatus per villā, parochiā, vel viciniā. ff. de fun. instruc. l. cum delationis. §. a finā. de præsump. c. illud de cōsang. & affi. c. super eo. ff. de testi. l. 3. §. eisdē. & secundū quod statim dicā in versic. sed quero penes quos debeat inquiri de infamia episcopi. Et aduerte; quia quātū ad ppositū nostrū de inquisitione formanda, Bal. in d. l. 506 ea qdē. C. de accus. dicit, qd ex fama existēte in vno loco, nō pōt iudex ingredi in alio; vnde ex fama, quæ est Bononiæ contra Bononiensem, iudex Senensis non potest inquirere; licet aliqui contra; quia non refert vbi sit fama; sed malè dicunt secundum Bal. qui dicit, qd fama debet esse in loco iudicij, cum tendat ad ordinationem iudicij; & quia fama debet accusare, & loco accusatoris habetur, vt hic in text. & c. licet Hely. desimo. ergo adfistere debet in loco, sicut accusator, vt. l. si accusatoribus. C. de accusato. & 2. q. 507 §. per scripta. ex quo videtur inferendum, quod si testes sunt varij in loco, non videtur probare, de quo late dicam. §. versic. 39. Ego distinguerem, quod aut querimus, an fama quo ad se simpliciter sumpta, prout etiam loquimur de fama inter homines de aliqua persona, exigat locum; & ista non exigit locum; sed satis est, quod communis assertio hominū, vel maioris partis eorum, qui ipsos cognoscunt, & de eo notitiam habēt, habeat ipsum pro diffamato, siue sit istius ciuitatis, vel alteri, vel mixtim. Aut queri-

querimus de diffamatione, habito respectu ad locū, in quo debet fieri inquisitio. Et hoc casu dicā, quod vera sit opinio Bal. Aut loquimur, an fama sit in loco, & non est dubium propriè loquendo, qd nō est in loco, sed apud homines illius loci, vbi formatur inquisitio, & ita loquitur Bar. re. c. è intellectu. Aut querimus, an homines, apud quos est fama, debeant esse in loco, in quo formatur inquisitio, ad hoc vt inquisitio valeat; & hoc casu plus placet opinio Bald. & adde, quæ statim dicam, & quæ dixi. §. in. 7. artic. versic. 508. 6. quero. Sed iuxta prædicta quero, penes quos debeat inquiri de fama, seu infamia episcopi, ad hoc vt possit procedi ad inquisitionem. hoc est qualiter testes debeant deponere penes quos sit infamia episcopi? Sol. D. Ant. in. c. cum oporteat. §. eod. concludit post Innoc. qd de infamia episcopi inquirendum est a Capitulo, & Canonicis; & si apud eos non reperitur infamatus, non erit vterius procedendum; nisi alibi, & inter alios fuisset conuersatus; quia tunc etiā ab illis esset querendum. Facit. d. c. quosdam. & c. quāto. §. de præsumpt. & c. postquā. & c. scriptū. §. de elect. Facit etiam tex. noster. & hoc verum, nisi propter potētiam, & tyrannidem prælati, timeatur de occultatione veritatis per illos de Capitulo. Facit. c. tāta. de exco. c. præla. nam posset queri etiā a vicinis, qui si dicāt nūquam habuimus istum pro diffamato, vel si habuimus, errauimus, cessabit inquisitio; quia ¶ vltimo dicto eorum stādum est, & magis credendum est dicto viciniæ, quā paucis testibus. Facit. c. inquisitionis. §. ff. §. eod. & quod not. Bar. in d. §. tormēta. & sequitur Ioan. de Imo. in. d. c. cum oporteat. in pen. q. & Spec. in tit. de inquisi. §. nunc tractemus. versic. porrò. ibi, de ¶ prælato. ¶ Vigesimo quinto quero, in quibus personis, & vnde, seu quā originē debeat habere fama? Sol. text. noster videtur hoc expresse decidere; dicit enim, qd prouenire non debet a maleuolis, & maledicis; sed a prouidis, & honestis viris; & ad idē. 1. 1. q. 3. in cunctis. & §. de purg. can. c. cū in iuuentute. & l. miles. pen. ff. de adul. hoc tamen dicit Bart. in d. l. de minore. §. tormēta. ff. de quaestio. intelligendū est, quādo fama solū habet originē ex dicto personarū; quia popul' ideo credit; & ideo dicit, quia tales dixerūt, oportet enim illos eē nō maleuolos, aut maledicos. Intellige et nec leues; sed graues, prouidos, & honestos, vt hic; & talis autoritatis, qd deat eis fides adhiberi, vt. l. si quis decurio. C. de fal. facit. C. de repu. authē. hodie. Sed quādo fama haberet originē ab alio, quam a dicto personarū, tunc pōt habere originē et a villibus personis, secundum Bar. Tu verò distingue, qd interdum fama trahit originem nō a facto, seu delicto, sed extra delictū. Interdū trahit originem a facto, seu delicto. Interdum a persona. Primo casu, potest figurari exemplum, quādo fama esset, qd aliquid esset rector alicuius ecclesiæ, vel qd sit filius. vel seru' quia communi opinione ita tenebatur; vel vt rector se gerebat, vel vt filius. vel vt seru', de qua materia in l. Barbarius. ff. de offi. præto. & c. consultationib'. §. de iure patron. 29. q. 2. c. si quis. & §. de coniug. ser. uo. c. 2. & ff. 2. q. 4. c. Innocens. & l. 1. q. 1. c. dedit. & c. Christus. & c. multa. & c. prophetauit. & c. Caiphaz. cū simi. & l. 1. & 2. C. ad Maced. & l. 1. ff. ad Maced. & l. 1. C. de testa. & hoc casu non procedit quaestio nostra. Secundo casu, potest figurari exemplum in deli-

ctis, vt. C. de adul. l. si quis adulterij. cum ibi not. & l. capite. in ff. de adult. & quod not. in c. euidentia. §. eod. & l. itaq; ff. ad l. Aquil. & hoc casu similiter non procedit quaestio nostra. Interdū verò fama trahit originem a persona; & hoc casu subdistingue, qd quandoq; trahit originem ab incerto authore, vt. c. sanctum. de conf. dist. 4. & hoc plurimum in fama contingit; quia communiter trahit originem ab incerto authore, vt hic dicit gl. super verbo, a maleuolis, per d. c. sanctum. Interdum verò fama trahit originem a certo authore; & in hoc subdistingue, quod aut querimus de fauore illius, a quo fama traxit originem; & talis fama non opitulatur, nec probatur in fauore authoris, vt. d. l. miles. §. pen. secundum Barth. de Salice. qui text. non multum benè probat iudicio meo; ¶ dicitur tamen in se verissimum arbitrator, ¶ ne quis videatur esse testis in causa propria, vt. l. in omnibus. ff. de testi. & l. rationes. & l. exemplo. C. de proba. & adde quæ dicam. §. versic. 45. quero. Aut querimus de fauore alterius, quam eius, a quo fama traxit originem, & adhuc subdistingue, quod aut est talis materia, ad quam communiter probandam possunt haberi communiter viri graues, & prouidi, & honesti; & hoc casu requiritur, qd fama traxerit originem a talibus, non autem a maleuolis, aut maledicis, vt hic. ¶ Dicitur autē maledici, qui maledicere consueverunt, & alios iniuste diffamare, quibus minimè credendū est, vt. l. si cui. §. ijdem. ff. de accusa. & horū nō paruus est numerus, quorum natura pessima est, maxime illorum, qui ob inuidiam non cessant maledicere; sed audiāt Prophetam dicentem, Perdat Deus linguam maliloquam, de quibus etiam dicit, Os eorum maledictione, & amaritudine plenum est, & do lo. Item alibi, Sepulchrum patens est guttur eorum, & linguis suis dolosè agebant. Et rursus. Accurunt linguas suas sicut serpentes venenū aspīdum sub labijs eorum. Quid enim detrahētes faciunt, nisi qd in puluerem suffiant, vt vnde plus detractionis pertrahant; inde magis nihil veritatis videant. Iob. & Gregorius in moralibus, & transumptiue. 1. 1. q. 3. c. in ter verba. Item nec debent esse leues; nam ¶ leues homines de facili dicunt, quæ tamen de facili credi nō debēt, nec de facili pbari possunt. 2. q. 5. in. c. omnibus. & ibi glo. 1. 1. q. 3. in cunctis & ibi gl. Facit quod no. in. c. cum in iuuentute. §. de purg. can. tales enim vt plurimum, non adhibita diligenti inuestigatione, & causa cognitione incognita pro cognitis asserunt, quod valdè perniciosum, ac præcauendum est; & maxime in ferendis sententijs, vt inquit ille linguæ latinæ decus Cicero. 3. offi. & tex. est singularis. 1. 1. q. 3. ¶ c. summo opere. Item nec debent esse maleuoli. ¶ Maleuoli enim propriè dicuntur inimici, quasi malum volentes, dixi in d. c. cum oporteat. §. eo. & vide etiā ¶ quæ dixi in c. repellantur. §. eo. & ¶ dicitur esse maleuolus non solum, qui dicit se inimicum; sed etiam ille, qui interrogatus, an sit inimicus, dicit se non esse amicum, vt not. in. c. inquisitionis. §. tertia. §. eod. & ¶ ibi dixi. ¶ Inimicitia tamen, & malevolentia non est crimen; quia potest contingere ex iniuria illata ipsi, qui nunc est maleuolus, vel inimicus, vel ex aliqua iusta causa. ¶ ita indignatione, vt dixi in d. §. tertia. & ideo testis potest interrogari, an sit maleuolus, vel inimicus; sed ideo talibus fama nō debet prouenire; quia peruertit

tit humanū iudicium. r. r. q. 3. c. quatuor. dixi latius in. c. postremo. §. de appel. Aduerte tamen; quia posset esse talis materia, ad quam probandam nō posset haberi communiter; nisi ꝑ homines deprauati; vt puta, volo quōd inquiratur contra aliquem ex eo, qꝫ alicui vicit pecuniam suam cum falsis taxillis, vel per aliquam similem barateriam; vel peto, qꝫ procedatur cōtra eum per inquisitionē, tanqꝫ cōtra mittētē falsos taxillos; & ad probandam famā inducuntur testes baraterij, & tales personæ, quæ in ludis taxillorum quotidiē conuertantur; & quæ de talibus scientiam, & cognitionem habent; & hoc casu, secūdum præfatūm. D. Barth. de Salic. probabitur fama per huiusmodi viros, qui neq; graues, neq; honesti sunt; quia aliās per honestas personas de facili non posset probari; quia honesti cum talibus non habent commercium. Facit quod in simili dicimus, & not. in. l. de submersis. C. de naufra. lib. 1. r. & l. si vicinis. C. de nupt. Item aduerte; quia prædicta procedunt, quando fiet inquisitio super infamia ad specialem inquisitionem super veritate criminum; secus si iudex vellet examinare testes ad præambulum inquisitionis super fama; quia hoc casu potest procedi etiam ex delatione non fide dignorum, vt not. Doct. in. d. c. cum in iuuentute. Inn. & Ioan. And. in. c. licet. in glo. fi. §. eod. Archid. 2. q. 5. omnibus. in glo. pen. In no. in. c. cum in tua. de spon. & Guil. in cle. r. de offic. ordi. dixi post Inno. & Ioan. And. in. d. c. licet. in vltima opposi. & ratio est; quia talis inquisitio, de qua dixi. §. in vers. 10. ad hoc vt inquiratur postea super infamia, est modici præiudicij, vt ibi dixi, & in. d. c. licet. Vnde etiam ex denuntiatione maleuolorum, potest index illam facere; & volunt Doct. in iuribus præ allegatis, qꝫ super informatione famæ, per quam iudex intendit procedere ad inquisitionem super infamia, potest index procedere sine aliquo ordine iudiciali, & testibus non vocatis; & ꝑ hoc modo intelligo dictum Bal. in sua solēni repeti. l. 1. C. de summa Tri. quā tamen pauci habent, vbi dicit, qꝫ iudex potest procedere ad inquisitionem super infamia; consulerem tamen iudici, qꝫ non ita leuiter, & incautē, pcederet ad dictam inquisitionem, maximē ex dicto inimicorum; quia etiam talis inquisitio non procedit absq; lesione famæ inquisiti; cum ꝑ homines promptiores sint ad detrahendū, quā ad laudādū, vt sepe numero dicitur, nō secundum quod iudex inquirat. §. Vigesimo sexto quæro, ꝑ qꝫ, & quo tempore fama debeat oriri? Sol. Alb. Gal. dicit, qꝫ debet oriri tēpore commissi maleficij; aliās fama est suspecta; sicut ꝑ est suspectus testis, qꝫ ex interuallo reuertit ad corrigendū dictū suū, vt authē. de test. §. quia verō. & l. repeti. ff. de quæstio. & per Bart. in. l. eos. ff. de fal. & per. D. m. in. c. per tuas. de proba. & per Doct. & Ioā. de Imo. & ibi dixi in. c. cam. de testi. & ideō talis fama, vt vanā, non esset attendenda, vt. l. decurionū. C. de pæn. ibi, vanæ voces populi. Sed dicit Bart. in. d. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. q. d. opinio est truffa; vnde dicit, qꝫ fama potest habere originē tempore contracti maleficij, & post contractum maleficium ante accusationē, vel inquisitionē; secundū qꝫ manifestatur res, vel causa mouēs populum ad suspicionē; vel credulitatē, qꝫ suspicio, aut crudelitas mouet populū, vel viciniā ad sic dicēdum, & cōmuniter

ad sic asserendum, ex qua communi asserta opi. resulat postea fama; vt dixi. §. vers. 20. Exemplum ponit Bar. de tempore perpetrati maleficij, vt puta; si quis contra furem iuuentum in domo, & de domo exeun tē dominus, vel famulus occurrit post eum clamādo capiatis talem furem, qui mihi furtum fecit; nam tunc rumor insurgit, & ille aufugit; nam ex isto actu fugæ, & clamationis, & insequutionis, & rumoris, oritur fama in ciuitate, quōd talis furtum fecerit; & sic videtur, quōd fama potest habere originem hoc casu a vili persona. Sed dicit Barto. quōd verius est, qꝫ non a vili persona; sed magis ab illo actu videtur originem trahere, ex quo populus in suspicionem adducitur, vt probatur in. d. l. itaq; ff. ad. l. Aqu. & ꝑ ita potest intelligi. l. capite quinto. ff. de adul. dicit et Bart. qꝫ fama potest oriri tempore perpetrati maleficij, ex causa antecedenti. Exemplum pone, aliquis erat par uus homo, & malę conditionis, & famæ, & cōsuetus furari, & habebat notam domum in qua factum erat furtū; nam de furto perpetrato, si incipit suspicio in populo, vel viciniā, vel rumor, & tandem communis assertio, illa dicitur fama. Item potest etiam ex post facto insurgere fama ex aliquo actu manifesto, ex quo populus, vel viciniā incipit credere, qꝫ talis furtum commiserit, ex eo, quōd repertus est cum rebus alicuius defuncti, & derobati, & occisi longē anteriori tempore; tunc enim ex illo actu incipit rumor, & fama, quōd talis occiderit illum, & derobauerit; & hoc not. gloss. in. l. si adulter. ff. de adulte. Facit. l. in. ciuilem. C. de furt. & l. si qui adulterij. C. ad. l. Iul. de adulte. vbi autem talis fama ex iusta suspicionem non procederet, tunc tanquam ꝑ vana vox populi nō debet procedere; sed reijci, vt. d. l. decurionū. & hec opi. placet Barth. de Salice. & mihi. ¶ Vigesimo septimo quæro, ꝑ quid si fama contracta est, seu superuenit pendente processu inquisitionis? & est notabilis quæstio. Sol. Bal. in. d. l. ea quidem. C. eod. post Gād. dicit, qꝫ aut constat, qꝫ fama sumpsit ortum a maleuolis, & nō valet. Aut a fide dignis, & valet. Aut dubitatur, & tunc si adsistit famæ aliqua verisimilia, valet; aliās secus; quia præsumitur orta ex inimicorum rumore; sed hæc opi. mihi non placet; nam si nos quærimꝫ respectū inquisitionis formandæ, quæ requirit ad sui præambulum famam, hæc opi. omninō est falsa; nam ex terminis quæstionis prædictæ patet, qꝫ fama non est præambulū. Sed tex. nofter in vers. ad corrigendos itaq; dicit, qꝫ sicut ꝑ accusationē legitimā debet pcedere inscriptio; sic ꝑ inquisitionē clamosa insinuatio præuenire. Nam cū ꝑ fama loco accusationis succedat; nisi fama præcedat, nō debet inquiri, vt. dd. iuribus, & ideo cautus aduocatus illius, contra quē inquiritur, debet incontinētī petere copiam famæ, ad hoc vt possit impugnare pcessum inquisitionis, vt dicit Ange. in repe. l. si vacantia. Aduerte tñ; quia post prædictam meam considerationem reperi Hostien. §. eod. c. qualiter. & post eum Ioan. And. in versic. obseruari. vbi volunt, quōd si ꝑ ordo peruertitur, & inquiritur de veritate criminis priusquā constet de infamia, non valet processus; deficiente enim infamia, deficit inquisitionis accusator, ꝑ sine quo nullus regulariter damnatur, vt. c. vnico. §. vt eccle. bene. & vide qꝫ latius dixi. §. in. 8. articulo principali in principio. & ex tali iudicio inordinabiliter cæpto, nihil potest ordina-

ordinabiliter sequi, vt. c. qualiter. §. eod. & c. inquisitionis. §. tertia. 2. q. 1. c. in primis. Superfede debet ergo in processu criminis, & de nouo fiet inquisitio infamiae; & ꝑ sic dicit intelligendū. d. c. qualiter. Et subdit, qꝫ postea reperta infamia, non valebunt dicta testiū receptorū super veritate criminū; quia reperiūtur contra inquisitionis ordinem; putat tñ Hosti. qꝫ is contra quem inquiritur potest huic ordini renuntiare, arg. C. de fideicom. l. si. & ff. de oper. noui nun. l. 1. §. in operis. cum huic fauori pro se introducto renuntiare possit, vt. §. de regulari. statuiimus. non tamē est præsumendum, qꝫ de facili illi renuntiet. §. de renun. c. super hoc. Itē non putat Host. qꝫ per taciturnitatē inquisitus videat huic ordini renuntiare; vñ si iudex inquirat sup veritate crīs non præcedente infamia, & inquisitus nō excipiat, nō valet iudiciū. Sed Io. And. in. d. c. qualiter. in verbo obseruari. dicit, qꝫ hoc est falsum, per ea quæ not. in. c. 2. eo. tit. lib. 6. vbi probatur, qꝫ si inquisitus non opponit, qꝫ infamia nō præcessit contra eum, & patitur procedi super veritate criminis, qꝫ amplius non potest opponere, quōd infamia nō præcessit; & dixi in. c. qualiter. §. eod. Sit ergo cautus inquisitus, vel eius procurator, vel aduocatꝫ, qꝫ semper opponat, quōd infamia nō pcessit contra eum, & hoc sepius repetat. Et ex prædictis etiam clarius inferitur nunc repetat opinio Bal. Nā aut inquisitus opponit, quōd infamia nō pcedat; & hoc casu siue habuerit ortum infamia ex inquisitione formata, siue ante, non potest procedi; nisi prius procedatur super infamia. Aut inquisitus nihil opponit, & hoc casu dico, quōd siue infamia peruenerit pendēte processu, siue ante, valet processus super veritate criminū, adeo quōd probata veritate criminis, poterit sequi condemnatio, vt. d. c. 2. de accu. lib. 6. Et rō potest esse; quia iam crimen est effectum notorium, & ideo non est necessaria alia inquisitio, vt dicam. ꝑ. in vers. 46. & vers. 48. & adde quæ ibi dicam. Posset tñ decisio Bald. procedere ad hunc effectum, videlicet; vtum si pendente processu super speciali inquisitione criminum, superuenit infamia, & inquisitus opponit, quōd infamia nō præcessit, an possit fieri inquisitio sup infamia; & an sufficiat probare eā infamiam, quæ est orta ex inquisitione formata; & arbitror, quōd nō; si solū ab inquisitione ortū habuit, nec iuuat alijs verisimilibus circumstantijs; secus si nō habuit ortum ab ipso processu inquisitionis; sed ab alijs fide dignis; licet ortus superuenerit pendente processu; & sic saluo dictū Bal. & adde qꝫ dicā. ꝑ. in vers. 41. quæro. & vide et qꝫ dixi vers. 10. quæro. ¶ Vigesimo octauo quæro, ꝑ ꝑ quot testes probet fama, seu diffamatio? Sol. dicit, quōd ꝑba ꝑ duos testes, vt. l. vbi numerꝫ ff. de testi. sentit glo. in. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & satis videt probari in. c. inquisitionis. §. eod. & hoc tenet etiam Bart. in. d. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & Barth. de Salice. in. d. l. ea quidem. C. eo. Nec obstat, quōd fama requirat lōgē maiorem numerū ad ipsꝫ esse, secundum quōd dixi. §. in versic. 20. quia ꝑ licet instrumentum subscriptione plurium testium validetur, tamen quōd plures subscripserint, probatur ꝑ duos testes, vt. l. comparationes. C. de fide instru. & hoc mihi placet. Nā & ꝑ notoriū facti, quōd requiritur notitiam quasi totius populi, vel maioris partis, probatur per duos testes, vt not. glo. 2. q. 1. §. quan-

do autem tenet D. Anto. & D. meus. & Doct. in. c. vestra. de coha. cle. & mulie. & D. Domi. in. c. r. de offic. dele. lib. 6. in glo. 2. & Bald. in repet. l. data opera. C. qui accu. non pos. Nec obstat. c. inquisitionis. in fi. §. eod. vbi tex. vult, quōd dicta paucorū non infamēt; quia respondeo, vt ibi dixi, post Io. And. super glo. fi. quōd aliud est quærere, vtum sufficiat ad hoc vt qꝫ dicatur infamatus, quōd infamia sit apud paucos, & clarum est, quōd non sufficit, vt dixi. §. versic. 20. quæro. Aut quærimus, vtum duo, aut tres testes ꝑbent, si dicunt aliquem infamatum, & reddunt sufficientes causas dicti sui, de quibus sufficientibus causis dicitur in seq. qq. & dicendum est, quōd probat, sicuti probant septem, aut plurium testium subscriptionē, vt. §. dixi, & probatur in. l. 2. C. de bo. pol. secūdum tabul. Facit etiam quōd not. in. l. fi. C. de fideicom. Et hec opi. satis probatur in. c. tam literis. §. de testi. & tenent Doct. & D. meus in. c. cum in tua. §. de sponfa. & adde quæ dicam. ꝑ. in vers. 41. Et aduerte, quia prædicta ego arbitror procedere respectu ꝑbationis famæ, quæ requiritur ad formandam specialem inquisitionem causarum, vel ad similes actus, seu effectus; sed quo ad effectum procedendi ad inquisitionem infamiae, vel diffamationis; & sic ad inquisitionē preparatoriā, de qua dixi. §. vers. 10. quæro. non requirunt probationes multum exactæ; vnde particeps criminis hoc casu videretur admittendus, & etiam alij testes non idonei; & ꝑ isto modo potest intelligi tex. in. c. 3. §. de testi. qui loquitur de muliere in causa criminali, & de particeps criminis, dixi. §. in. 6. articulo principali. r. 2. & 4. q. sed ad probandā diffamationem, aut ad probandū indicia, particeps non esset idoneus testis. Facit quod not. glo. in. l. filiū. C. de libera causa. & vide quōd not. Bart. in. l. 1. §. si seruus. ff. de quæstio. & secundum prædicta poteris etiam limitare multa ex seq. qq. Item aduerte; quia ad hoc vt testes tales examinati super diffamatione præiudicent reo, videtur necessarium, quōd reus citetur, & quōd iurent reo citato; & sic in cōtradictorio iudicio, aliās aut si simpliciter examineretur in scio, & non citato reo, non præiudicaretur sibi, secundum nota. in. l. si quis. ff. de adulte. & ibi per Bar. Facit, qꝫ testes examinati super inquisitione generali non ꝑiudicant reo, cōtra quem postea specialiter inquirit, si reus non fuit citatus; qꝫ testes iurauerunt in inquisitione gñali, per. l. si qñ. C. de testi. & hoc voluit singulariter Bart. in. l. fi. ff. de quæstio. Ex quibus videtur inferendū, quōd sup probāda diffamatione, aut indicijs sit prius citandus reus; & sic vñ, quōd non possit capi anteqꝫ fama probetur; quoniam non præcedente legitima diffamatione non videtur procedendum ad capturam, vel similem actum arrestationis personæ, vel tormentorū, aut formationis specialis inquisitionis, secundū quōd hic traditur ꝑ Doct. & in. c. inquisitionis. §. eo. & per Ange. in repe. d. l. si vacantia. & Bal. in. l. neminem. C. de exhiben. reis & hoc videtur etiam tenere Doct. si alia legitima nō pcedat indicia; videlicet, quōd debet citari reꝫ, qꝫ testes deponunt sup indicijs; & sic vñ, quōd priꝫ nō debeat fieri captura, qꝫ fama probet; sed simplex citatio sufficit, quōd tñ cōiter non seruatur, & bene iudicio meo; vnde arbitror, quōd eo ipso, quōd iudex per legitima indicia probata ꝑ testes receptos parte ab Par. j. P sente,

50m. opin.



fente, aut per probatam diffamationem, simili modo si delictum est graue, debet facere capi malefactorum, sicuti dicimus in § debitor suspecto de fuga, contra que non citatum recipiunt testes, nisi ea, que plene traduntur per Ang. in repe. nemo carcerem. C. de exact. tributo. lib. 10. per Bar. in. l. ait prater. §. si debitorem. ff. de his que in frau. credito. Si enim hoc licet pro debito priuato, quanto magis debet licere, p publica vltione; sed carcerato reo, dico, q de nouo illo presente, & citato debent testes iurare, & postea deponere sup diffamatione, & indicijs; q primę depositiones nō p̄iudicant malefactori, quo ad verā probationem indiciorū, seu diffamationis; & ita intelligo, q̄ dicta sunt. §. per Bart. & Doct. de ci

537 ratione. ¶ Vigesimo nono q̄ro, † qualiter testes deponere debeant super fama ad hoc vt probent diffamationem? Sol. Inno. & Io. And. & D. Ant. & Doct. in c. cum oporteat. §. eo. & et hic multum intricatē loquunt, & confusē, non distinguendo species cārum, per quas testimoniū probet; sed q̄nq; transendo de vna specie ad aliā, vt ex. j. dicendis apparebit. Vnde ego, vt hac materia clarius, & facilius intelligat, primo tradam quandam regulam ḡnalem ad intellectu aliarum questionum, quas. j. subijciam; & per quas clarē, & distinctē intelliguntur dicta Doctorem. Sit ergo prima regula generalis, quod testis ad hoc vt probet diffamationem, debet talem causam reddere, quæ cadat in sensum suum; sicut generaliter dicimus etiam in omnibus alijs attestacionibus, in. l. qui testamento. §. si. ff. de testa. & l. 1. in princip. ff. de his, quæ in testa. delent. & ad hoc addenda sunt quæ dicuntur per Inno. & Doct. in. c. cum causam. & c. praterea. §. de testib. & 4. q. 3. §. item sola. & Bal. in rub. C. si ex fal. instru. & latius in repe. l. data opera. C. qui accu. non pos. per Ange. Bar. & Moder. in. l. sciendum. ff. de verbo. oblig. & per Bald. latē in. l. solam. C. de testib. non enim hic intendo singula prosequi, que traduntur per Doct. in dictis locis; quia esset examinare materiam testium, & attestacionū; sed solum intendo dicere, quātum attinet ad materiam diffamationis inter homines, que dirigetur in personas, in qua trado hanc generalem regulam, que colligitur ex iuribus, & auctoritatibus supra allegatis, quod siue loquamur de fama prædicta, quæ stat in suo genere generalissimo, siue de ea quæ consistit in indiuiduo speciei, pro quorum intellectu vide quæ dixi. §. in. q. 20. ad hoc vt testis probet, debet deponere, & concludere per aliquam sufficientem causam representantem alicui sensui corporeo proximo, & conuenienti scientię eius de quo quæritur, eo modo quo sciri p̄t illud, de quo quæritur; ita vt necessario concludat eo modo, quo p̄t necessariō concludi, habito respectu ad substantiam, & prædicamenta eius de quo quæritur; vñ cum in præsentia de probanda diffamatione agamus, debent testes assignare sufficientem cām, per quam concludatur substantia diffamationis, de qua agitur s̄n veram substantiam, & descriptionem, & prædicamenta ad ea necessaria, & minus, & plus prout quandoq; maior, & minor probatio requiritur, s̄n q̄ dixi in. 14. 15. & pluribus seq. questionibus. Sed vt hac materia melius, & clarius intelligat quo ad materiā nostrā, distinctē subijciam

plures questiones, quas confusē & hic, & in. d. c. cum oporteat. tradunt Doctores prosequendo tamen non solum ordinem. ¶ Trigesimo quæro, vtrum testes qui probant infamiam, teneantur reddere causam, seu rationem dicti sui, ad hoc vt probent? Sol. Inno. hic videtur tenere, q̄ non; dicit enim, q̄ non est necesse, q̄ testes concordent in causis scientiæ; q̄ illas probare non tenentur; verbi gratia, quomodo scis eum diffamatum? & testis respondet, quia audiuit, vel qualiter super hoc testes concordarent in causa, cum de causa inter loquentes nulla sit q̄stio; & ideō videtur dicendum secundum quosdam, q̄ non est necesse quod testes in hoc concordent in personis a quibus audiuerunt, si illas exprimunt; nec etiam in tempore, aut in loco, de quibus omnib' latē, & not. dicam. j. vers. 3. 9. ¶ Trigesimo primo quæro, Pone testis circa articulum diffamationis dicit vera esse contenta in dicto articulo, interrogatus de cā scientiæ, dicit, scio; quia maior pars populi hoc sentit, vel huic famæ, seu diffamationi consentit, an sufficiat illa causa, & sic an p̄bet? Sol. glo. in. l. 3. §. eiusdē. ff. de testi. videtur sentire, q̄ probet. Facit tex. in. l. si arbiter. ff. de proba. vbi text. videtur velle, q̄ testis debet deponere quod omnium est opinio, vel quod maioris partis. Sed hoc non placet Bart. in. d. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. nec Bartho. de Salice. in. d. l. ea quidem. Mouentur; quia vt dixi. §. q. 20. testis debet deponere de his, quæ ipse potest percipere per aliquem sensum suum corporeum proximum; sed quod populus, vel maior pars populi illud sentiat, testis non percipit aliquo suo sensu corporeo, nisi aliam causam reddat; ergo tale testimonium nō probat. Præterea, q̄ maior pars populi hoc sentiat, posset ipse testis comprehendere ex alio actu, quam ex voce, & assertionē; ergo non esset fama, cum non conueniat eius descriptioni, vt dixi. §. in. 16. q. Præterea, & tertio secundum Barth. de Salice. posset esse, quod testes audiuisent aliquem, vel aliquos dicentes maiorem partem populi, vel viciniā hoc sentire, dicere, tenere, vel consentire; & sic ad relationem alterius posset dicta verba simpliciter p̄ferri, & per consequens ratio prædicta non est bona; quia non concluderet necessariō. l. non hoc. C. vnde cog. not. in. c. in præsentia. §. de proba. l. ad probationem. C. de p̄ba. & l. solam. C. de testib. Non obstat. d. l. arbiter. q̄ illa verba, omnium est opinio, sunt

538 † verba Iurisconsulti, quæ debent intelligi secundum iuris dispositionem, & vt testis sic dicat, q̄ omnium, vel maioris partis est opinio; quia ob omnibus, vel

539 maiori parte audiuit dici; & per † hunc modum debet suppleri, & intelligi gl. in. d. §. eiusdē. Nec obq̄ dicitur. j. in vers. 34. secundum quod ibi dicam ¶ Trigesimo secundo quæro, quid si testis reddens causam dicti sui circa diffamationem dicit, q̄ scit; quia audiuit dici a maiore parte populi istius ciuitatis, vel a maiore parte hominum, seu gentium istius ciuitatis, contrata, vel viciniā? Sol. dic, quod probat diffamationē respectu ciuitatis, vel viciniæ;

540 referendo singula singulis, & ratio est, quia † nemo p̄sumitur dicere, id q̄ non agitare, vel teneret, aut non opinaretur in mente, vt. l. Labeo ait. vers. ceterum. ff. de suppellec. leg. 2. 2. c. 2. c. is. autem, nam

541 vt inquit Aristo. † verba sunt notæ passionum animarum;

542 m̄; & hinc est, q̄ † animus iudicis cognoscitur per verba inserta in iura, vel per ea quæ dixit iudex circa probationem sententiæ, vt est glossa singu. in. d. l. si

543 prætor. ff. de iudi. & ideō dicim', quod † mendacium est peccatum contra naturam, cum sit falsa significatio vocis. 2. 2. q. 2. c. beatus Paulus. & d. l. Labeo. & vide notabile dictum Baldi in. l. ad cognoscendos. C. de inge. manu. ¶ Trigesimo tertio quæro retentis terminis p̄cedentis quæstionis, Quid si testis non adijcet illa verba, istius ciuitatis, vel populi, an sufficiat? & videtur dicendum quod sic; quia in dubio debet intelligi de populo ciuitatis in qua fert testimoniū, vt. l. que conditio. §. cum in testamento. ff. de condit. & demon. & l. si cum dies. §. si arbiter. Contrarium tamen decidit Bar. in. d. §. tormenta. mouetur, quia

544 † dictum testis debet necessariō concludere, vt dictū fuit. §. sepius; sed istud dictū non concludit de necessitate famam ibi esse; ergo nō probat; vnde dicit Bar. ibi quod cautus esse debet q̄ deponit, quod dicat se audiuisse a maiori parte huius ciuitatis, vel populi. Sed dicit Barth. de Salice. quod Bar. videtur contrariari his quæ dixi supra secundum eum. vers. 24. sed tu dic, vt ibi dixi; quoniam intentio Bar. alia fuit iudicio meo. Item aduerte; quia D. Barth. de Salice. subdit, q̄ in. q. de facto vidit sententiarum contra Bart. nam ex quo in inquisitione, vel in articulo famæ, seu diffamationis est discriptus locus; sequitur q̄ testis, qui deponit, q̄ fama est apud maiore partē populi, intelligit, & refert ad maiorem partē populi illius loci, de quo loquitur articulus; nā † præcedentia declarant sequentia. l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbo. oblig. 18. distin. c. peruenit cum simil. Facit

546 etiam ad prædicta, quia † conuenit ex certa causa, iurans se dare non oportere; intelligitur iurasse se non esse obligatum dare, ex proposita causa, vt. ff. de iureiuran. l. si in princ. Facit. d. §. si arbiter. & hoc tenendum est secundum eum. Ego vero arbitror dictum verum, si modo in articulo super quo testis interrogaretur, exprimeretur de loco ciuitatis, castri, villæ, vel viciniæ; & interrogatus testis super tali articulo, responderet vera esse contenta in ipso articulo; & idem si locus non exprimeretur in articulo; sed exprimeretur in inquisitione, seu petitione; & testis produceretur super articulis, & tota causa, & interrogaretur super articulo, & petitione. Faciunt quæ dixi in clem. 1. de testib. & ita procedant iura, & opi.

547 Do. Barth. de Salice. pro qua etiam facit; quia † responsio intelligitur congruere præcedenti interrogationi, & ab ea recipit determinationem. §. de fide instru. c. inter dilectos. & de offic. ordin. c. ex parte. & j. de sen. excomm. c. cum pro causa. & l. Aurelius. §. Sticho. ff. de libera. leg. & l. defensor. §. qui interrogatur. ff. de interrog. actio. cum simil. sed si testis interrogaretur solum de contentis in articulo, & in articulo non contineretur locus, plus placet opinio Bart. licet in petitione contineretur locus ciuitatis, castri, vel contratę, propter rationes supra assignatas; quia de necessitate non concluderet. ¶ Trigesimo quarto quæro, quid si testis reddat hanc rationē; scio quia dicitur a maiore parte populi istius ciuitatis, an probet? Sol. Bar. in. d. §. tormenta. tenet. q̄ non; quia deponit de eo, quod sensu proprio percipit; ergo non probat, vt supra dixi. Alij tenent con-

trarium; quia ipse ponit pro certo, quod maior pars populi hoc dicat. Sed hoc pro certo non potest scire; nisi audiuerit, ergo saltem implicite videtur reddere causam per auditum ipsius, saltem p̄sumptiue, ea p̄sumptione, qua vicini p̄sumuntur talia scire, vt. l. 3. §. si præses. ff. de magistra. conue. & l. si ita fuerit. ff. de fundo instruc. & l. si vicinis. C. de nupt. Facit etiam, quia illa verba, quod a maiori parte populi dī, non implicent, nec vllō alio modo includunt, q̄ ab alio audiuerit dici, quod maior pars populi hoc asserat; ergo nō sunt trahenda ad talem sensum, quē non explicauit, & quem verba non includunt ex ferre, aut ex significatio, vt not. ff. de leg. 1. l. si quis, in fundi. & hoc est tutius tenere secundum Bart. de Sal.

548 in. d. l. ea quidē. quia ita interpretatur † cōis vsus loquendi, qui debet attendi, vt. l. Labeo. ff. de suppel. leg. Nec obstat q̄ dixi. §. q. 3. 1. quia vt ibi dixi, quis potest sentire, & comprehendere, quod maior pars populi hoc sentiat; aliter quam per verba, aut assertionem ipsius, vt puta; factis, quia cōiter ab omnib' vitatur eius cōuersatio, vt dicam. j. vers. 38. quod in casu nostro non potest contingere, vt de se patet. ¶ Trigesimo quinto quæro, quid si testis deponens famam esse, in redditione causæ dicit se scire; quia dī p̄ totam ciuitatem, an probet? Sol. Bar. in. d. §. tormenta. dicit, q̄ non; quia non deponit de eo quod percipit sensu corporeo; vt dixi in præcedenti. q. sed hæc ratio Bar. non est bona; quia imō videtur deponere saltē implicite, de eo quod percipit auditu p̄prio, vt dixi in præced. q. dictū tamen Bar. videtur verū in se, q̄n per talia verba necessario non concluditur fama; nam potest esse, q̄ ipse audiuit a duobus, tribus, vel quatuor in pluribus, ac diuersis locis ciuitatis, & quasi per totam ciuitatem; & tamen tot non faciunt famā, vt dixi. §. in vers. 20. sed dicit Barth. de Salice. in. d. l. ea quidē. q̄ credit, q̄ probet; quia vno impetu hoc non potest clamari, vel dici per totam ciuitatē, nisi in quolibet loco asseratur, quod nō possent duo, vel tres, decē, aut 20. facere; ideō, quo ad sensum loquentis, & et quo ad cōem intellectum, & vsum loquendi, qui debet attendi, vt dixi, † ciuitas non solū punitur p̄ continente, & sic pro loco, sed etiā pro contēto, & sic p̄ personis, & populo; quando ad hoc adaptatur subiecta materia. Facit. ff. locati. l. si vno. p̄bat etiam q̄ licet ciuitas interdum sumatur pro loco tñ prout muris cingitur, vt no. in. l. 2. C. de mune. & hono. lib. 10. & c. si ciuitas. de sent. excomm. lib. 6. & l. 2. ff. de verb. signi. tamen etiā sumitur interdum p̄ personis in loco commorantibus; & ideō ciuitas secundū Philosophum tertio Polit. dicitur ciuiū vnitas, vel vt primo economica; dicitur ciuiū collectio, agris, & pecunijs sufficienter abundans, quare non mirum cū secundum subiectam materiam famæ debet de vtroq; deponere, & de loco, & de maiore parte populi, si de vtroq; intelligitur deposuisse, cū non sit ratio; quare dictū suū magis debeat sumi secundū vnū sensū, quā secundū aliū; ergo debet vniformiter accipi secundum vtrumq; sensum, secundū Bart. de Salice. mihi tamen plus placet præcedens opinio Barto. pro qua facit quod dicam in sequenti quæstio. ¶ Trigesimo sexto quæro, Quid si in redditione causæ dicat testis, scio; q̄ audiui dici publice in ista ciuitate? Sol. dicit Bar. in. d. §. tormenta q̄ nō p̄bat; quia possibile est, q̄ vnus

homo publicè dixerit. i. nō occultè, vel clam; sed palam, & manifestè, in loco publico; & tū non erit fama, quia vt sapius dictum est, necessariò non concludit, & quòd huiusmodi significatum èt habeat illud verbum publicè, p̄batur in. l. nemo. C. de sum. tri. & C. de repud. l. vxor. & C. de his. qui per met. iud. non appel. in. l. 2. & ff. de appel. l. cū quidā. sed dicit Bart. de Sali. in. d. l. ea quidem. q̄ audiuit, q̄ Dyn. de facto consuluit contrarium; & ita vidit consuli Bononia. Et fuit motus consulator, quia inter alia significata istius aduerbij publicè, illud prælatius est, q̄ illud dicatur publicè, quòd cōiter asseritur, & p̄ homines opinatur, vt. l. 2. C. ad maced. sed fama est publica, & cōis assertio, vt dictum fuit in 20. q. ergò. & c. & pro dicto significato èt inducebat. l. 3. ff. ad macedo. & 550 1 verbum pleriq; quod ponit in. d. l. dicebat positū ex abundantia, vel declaratiuè, per. d. l. 2. vnde arguebat sic, q̄ cōiter populus opinatur, & asserit, illud publicè dicitur, vt. d. l. 3. ad maced. & s. probatum est; sed q̄ cōi opinione fatur, illud famam inducit, vt patet ex descriptione famæ, in. 20. q. ergò. & c. Tertio inducebat, quia verbum publicè, d̄r quasi populicè, vt. ff. de iust. & iu. l. 1. §. publicum. & melius. ff. de p̄cura. l. feruum quoq; §. publicè. & ff. de ope. no. num. l. de pupillo. §. si quis. in ver. publicè. tradit gloss. Instit. de suspe. tut. §. consequens est. vbi exponit publica accusatio. i. populica. & Instit. de pub. iudi. in prin. & ff. de pub. iudi. sup. rub. si ergo tanquam populicè dictam assertionem importat; ergò famā facit; nam & publicè notum d̄r, quod publicè innotescit. l. eum qui. C. de fal. Item ad p̄dicta facit, quod tradit 552 2 Vgul. & Catholicon. qui dicunt, q̄ d̄r deriuatur à publico. & publicum venit à populo; nam & publicum d̄r, q̄ ḡaliter ad omnes pertinet; & vide qd̄ not. glo. in. l. i. C. de sacros. ecclie. Quarto inducebat dictus cōsultor, q̄ communè vsum loquendi, qui debet attendi, vt dixi, & maxime. §. in. 3. 3. & 3. 4. q. & probatur in. l. cum delanionis. §. asnam. ff. de fun. instr. & l. annicus. ff. de verb. sig. Est. n. cōis vsus loquēdi, & interpretatio, quod prædicta verba in vulgari sermone important, ac si testes deponerent, hoc modo. E se dice publicamente in Siena. quæ verba idem important, ac si diceretur, Ognihomo dice apertamente. Quin 554 to mouebatur; quia q̄ sermones sunt intelligendi s̄n subiectam materiam, vt sapius dixi, sed subiecta materia est de fama, quæ est publica, & cōis assertio, vt dictum est, ergò, & c. & maxime, quia hæc videt̄ fuisse testificantis intentio, ex quo iam affirmavit capitulum de fama, dicendo vera esse contenta in articulo, & ex quo non repugnat proprio significato. Sexto mouebatur; quia illud verbum adiunctum, dum dicitur publicè dici, verbum illud dici, impersonaliter, & indefinitè profertur; & sic de sui natura p̄t etiam in omnibus verificari; cum ratio nō sit, vt magis vno, q̄ alio modo accipiatur, & subiecta materia vniformiter respiciat oēs; secus si personaliter esset, plati, vt puta, Ego audiui, q̄ T. publicè dicebat, vel audiui à T. vel S. publicè dici; & ita procedat allegatio Bart. facit qd̄ in simili dicimus, nam q̄ verbum ius publicū, simpliciter prolatur, intelligitur hodiè de Reipub. Romanorum vniersali. i. imperij, vt. l. eum qui ver. & sigal. ff. de verbo. sig. secus si cum adiuncto aliquo proferatur, vt tradit in rubro, & nigro. C. de iur. rei-

pub. lib. xj. & C. de ser. fugi. l. mancipia. & d. l. fin. C. de sacros. eccl. & subdit D. Barth. de Sali. ad plenio- 555 rem instructionem q̄ huius aduerbij publicè, distinguendum esse, q̄ aut profertur impersonaliter, vt publicè dicitur, vel publicè audiui dici; & tunc exponitur. i. populicè, hoc est à populo. Aut personaliter, quia dirigitur ad certam personam, vt puta, T. publicè dixit, & tunc secundū subiectā materiā, & eius exigentiam expositio variatur; nam interdum exponitur publicè. i. coram populo dixit, vt p̄bat Instit. de iure nat. §. respōsa prudentum. ibi dum tex. dicit, antiquitus statutū erat, vt essent qui iura publicè interpretarentur. nam tales interpretationes fiebāt publicè. i. in loco patenti, & coram populo. Interdum exponitur publicè. i. coram publicis personis, vt cum lex dicit, q̄ quis debet publicè protestari, vt. l. 2. ff. de his qui per met. iud. nō ap. & ff. de appel. l. cum quidam. In dubio aut vbi materia est indifferens, verbū publicè plus importat, q̄ palam; & d̄r quasi populicè, vt dixi; & in hoc residet Bart. de Salice. dicens, q̄ hæc vt quotidiana, sunt memoria digna. Sed tu aduerte; quia hæc fuit antiqua quæstio Iaco. Bald. quæ incipit, Aliquis intendit, in qua arguit ipse, q̄ tales testes non p̄bant, p̄ argū. §. formatum per Bar. Item 556 mouetur; quia fama est cōis asserta opinio; sed q̄ cōis opin. non colligitur ex opinionibus singulorum, vel ex eo, q̄ publicè dicatur, sed ex opinione, & existimatione vniersorum, vt colligitur in. l. 1. C. de testa. & l. cū delanionis. §. 1. ff. de fun. instr. & l. 1. §. 1. ff. de flumi. & l. cum quidam. §. qd̄ dicitur. ff. de acq. hære. Vnde cum testis deposuerit publicam famam esse, ideò quia publicè dicebatur, non sequitur opinionè, vel publicā famam esse. Præterea verbum publicè, est equiuocū, & publicè. i. palam, & publicè. i. in loco publico, & publicè. i. per oēs, & cōiter, vel p̄ maiorem partem; ergò simpliciter prolatur sine aliquo adiuncto, vel sine alia determinatione, debet referri ad eam interpretationem, quæ habeat minus odij. l. preses. ff. de p̄en. & l. pen. eod. tit. ff. de suspe. tut. l. non enim. §. non ergò. & in reg. in p̄enis. Sed quòd fama intelligatur probata, continet odium, quia in p̄iudicium rei, & c. ergò, & c. Subdit tandè ipse Iac. q̄ veritas est, q̄ fama est probata, per. l. 2. C. ad maced. & ita dicit de facto Dyn. consuluisse per iura præallegata; & ita etiam vidi de facto consultum fuisse à D. Dionisio de Perusio, & incipit consilium, Visa denuntiatione. Ipse non allegat, nisi autoritatem Dy. & etiam allegat Bal. in. l. testium. in fi. C. de testi. vbi dicit, q̄ ad probandum publicam opinionem, sufficit, q̄ dicat vera esse; & interrogatus de causa scientiæ, dicat, quia publicè dicitur, nec est tutum dicere, q̄ non reddat eo casu causam per sensum proprium, vt dicit Bar. quia immò, nam si publicè dicitur, p̄sumitur audiuisse; & ita etiam dicit Bal. esse in probatōne cuiuslibet famæ, quia q̄ sensus inclusus, siue p̄sumptus ex alijs accidentibus, debet haberi pro expresso ab ipso, pro quo dicto Bal. faciunt quæ dixi §. vers. 2. 4. Ego tamè circa prædicta plurimum dubito, qm̄ licet verba possint accipi multipliciter, dictū tamen testis non concludens necessariò, nisi ex adiunctione aliqua, pro qua nō remaneat ambiguum, & necessariò concludat, non p̄bat; licet s̄n subiectā materiā verbum videatur accipi eo modo, & accipi possit.

possit, vt probet, vt est tex. in. c. in p̄sentia. §. de p̄ba. nam ad vitandum ingressum religionis, seu ad probandum, quòd non erat facta professio, inducebatur ibi, quòd ingressus fuerat ibi minor annis. & dicitur ibi, quòd licet testes probent, quod ingressus esset minor annis, talis probatio nō releuat; quia minor annis potest accipi dupliciter; videlicet, minor annis. xiiij. & minor annis. xxv. & tamen secundum subiectam materiam, de qua agebatur, & quā inducens intendebat probare, erat necessarium, q̄ esset minor. xiiij. & tamen dicitur ibi, q̄ quia p̄batio necessariò non concludit, non fuit probata intentio opponentis, & ideò succubuit. Et aduerte; quia ibi dicendo minor annis, erat quid indefinitum; & ideò verior videtur opin. Bart. quia vt sapius dictum est, 558 testis debet necessariò cōcludere. Sed q̄ verbum ambiguum, seu æquiuocum, quod potest multipliciter accipi necessariò non concludit, vt de se patet; ergo, & c. licet enim in ipsa probatione verbi ambigui, non fuerit, nisi vna intentio proferentis, vt. l. in ambiguo. & ibi not. ff. de reb. dub. tamen illa confunditur propter ambiguitatem. Facit. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. Probatur etiam hæc opin. quia sicut 559 factore non probante reus absoluitur, vt. c. inter dilectos. de fid. instr. & Instit. de interd. §. commodum. & d. c. in p̄sentia. ita & in casu prædicto potius debet interpretari probatio prædicta pro reo, maxime cum quilibet à natura sit in quasi possessione bonæ famæ, vt. c. vnico. de scrutin. & c. dudum. de p̄sumpt. & l. merito. ff. pro foc. nisi probetur contrarium, vt in reg. semel malus. cum sua materia. de regu. iur. lib. 6. vnde propter dubiam probationem non debet quis priuari commodo istius quasi possessionis, vt not. in dictis iuribus. & l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. Facit etiam pro dicta opin. c. cum in tua. de spons. & quod not. in reg. in p̄enis. de reg. iur. lib. 6. cogita tu maturius. ¶ Trigesimoseptimo quæro, quid si testis in redditione causæ dicat, Scio, quia audiui palam dici? Sol. dicit, q̄ non probat, quia etiā dicitur palam dici, quod dicitur in publico loco, èt si ab vno diceretur, vt probatur in. l. sed & si pupill. §. proscribere. ff. de insti. & in. l. palam. ff. de rit. nup. & in. l. palam. ff. de verb. sig. secundum Salice. & mihi placet; & sic testis necessariò non concludit famam, & per consequens non probat, vt patet ex præcedentibus; & facit illud Evangelicum passionis, ego palam loquutus sum mundo, & c. ¶ Trigesimooctauo quæro, quid si testis, qui deponit aliquem diffamatum, in redditione causæ, dicat, Scio quia per talem infamiam homines istius ciuitatis vitant eius familiaritatem, an probet? Sol. Inno. hic videtur sentire quòd sic, pro quo facit. 3. 8. q. 1. c. sepè. 87. dist. c. negotiatorem. & idem videtur sentire hic Io. And. Sed hæc opin. mihi non placet, quia talis testis necessariò non concludit famam esse, quia potest esse, q̄ homines vitent illum, & tamen non loquantur de illo, 560 per ea quæ dixi. §. in ver. xx. & xxxj. ¶ magna tamen est autoritas doctorum Doctor. ¶ Trigesimonono quæro, vtrum testis, qui deponit fama esse, quia audiuit dici à maiore parte populi, vel iustitatis, teneat exprimere, & specificare à quibus audiuerit, & in quo loco, & quo tpe; & qd̄ si testes in talibus discordat? quæstio ista est notab. & vtilis, non solū quo ad hanc

subiectam materiā diffamationis, sed èt ad infinitas alias materias; & ideò diligenter attendenda. Studebo tū eam tibi clarius, & magis ordinatè declarare, q̄ alter adhuc declarauerit. Dic ergo, q̄ Inn. in. c. cū oporteat. §. eo. dicit, q̄ testes tenentur exprimere, èt si non interrogentur; quia non est commissum discretioni, seu arbitrio testium, q̄ sint prouidi, aut discreti, aut honesti, quales requiruntur esse diffamatores, vt hic in tex. sed relinquuntur arbitrio iudicis, vt. ff. de verb. obli. l. continuus. §. 1. & debent adijcere in testimonio, q̄ non tū semel, sed sæpè sciunt eos diffamatos esse apud discretos, & p̄uidos viros, & q̄ nul toties boni viri reputauerūt talem, vel tales apud se diffamatos. Si aut diceret testes, q̄ apud se talis esset diffamatus, quidam voluerunt, q̄ hoc non sufficiat, cum non sint tantæ autoritatis, q̄ sufficiat eum esse diffamatū apud eos, & quòd debent adijcere, q̄ clamorosa, & non tacita est in famia; & q̄ est tãta, q̄ facit crimen quasi manifestum. Idem tū Inno. hic dicit, q̄ testis debet dicere eum, de quo quaritur, de tali crie diffamatum; & si quarat ab eo, à quo est infamatus, debet rōdere apud tales; & nisi eos assignet, non v̄ reddere bonam cām dicti sui, & sic nō valeret dictū suum, vt. §. sapius dixi. Et p̄ea non p̄t aliter sciri, an sint graues, vel honesti, aut malevoli, vel suspecti, nisi hoc exprimat, vt tū, s̄n aliquos, quòd debet sufficere, si dicat se audiuisse à duobus, vel tribus p̄uidis, & honestis viris; quia tex. hic dicit, à prouidis, & honestis. nec adijcitur numerum, de quo dixi. §. in q. 2. 2. & ibi dicta videntur ad hanc. q. iungenda. Dicit tamen hic Inno. quòd hoc nō sufficit; sed necessariū est. quòd testis dicat, quòd aliqua pars vicinæ clamat, quòd is de quo q̄ritur, cōmiserit tale crimè; & hoc innuit litera nostra; dū dicit, quòd illi p̄uidi, & honesti debet dicere hoc. & quòd verbū, clamor, hoc innuit. Ad idè facit. 2. q. 5. c. p̄sbyter. & §. de eo q. cogno. confan. vxo. suæ. c. super eo. & de purg. cano. c. 2. Nec sufficit dicere se tū semel audiuisse, sed debet sæpè audiuisse, s̄n ea, quæ dixi. §. in. 1. 4. q. nec est necesse, quòd oēs testes ab eisdem hominibus audierint, sed sufficit, quòd audierint ab eisdem, vel à diuersis eodè tempore, vel diuersis temporibus. Et subdit Inno. rationem, quia cum tales testes in casu nostro teneantur solum probare infamiam, sufficit, quòd concordent solum in hoc; videlicet, quòd infamatus sit, arg. l. si quis libertatem. §. quoties. ff. de pe. ti. hære. & ff. de proba. l. si arbiter. & ff. de edi. edic. l. 1. C. de iur. & fact. igno. l. cum falsa. nec est necesse, quòd concordent in causis scientiæ, quia illas p̄bare non tenentur; sed tunc habent testes necesse probare, & concordare de tempore, quando tempus est 561 de substantia quæstionis; & q̄ sic intelligitur. 3. q. 9. c. nihilominus. & 30. q. 6. c. parentela. vt puta; quando vult probare eum, qui dicitur contraxisse, vel testamentum fecisse, vel quid simile, alibi fuisse ten. pore contractus, vel conditi testamenti. vt. C. de contrah. & commit. stipu. l. optimam. & §. de testi. c. ex tenore. & c. series. de quo per Specu. in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. & sic in eo, qui debet probari se possedisse de iectionis tpe, vt. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi arma. alias autem non tenentur in tpe 562 concordare, vñ q̄ si alijs vellent probare iurisdictionè in loco, de quo q̄rit, licet discrepēt in causis, & loco, Par. j. P. iij. & in



& in tempore, & personis, non nocet. Verbigratia, quæritur à teste, quomodo scis, q̄ talis iurisdictionem exercuerit, & vnus dicit, quia vidi eū facere suspendere Paulum die Lunæ, alius dicit, quia vidit, q̄ fecit exoculari Petrum die Mercurij, alius de alio, 563 die, & sic de similibus. Et idem quando petuntur decimæ, & vnus dicit se vidisse, quando colligit granum, alius dicit de vino, & alius de hordeo; & idem dicit hic Inno. de probāda præscriptione, & simili. Et subdit attendendum esse in contractibus; quia si 564 testes discordant de loco, & tempore initi contractus, & eum comitantur, de re iudic. c. abbate. in fi. lib. 6. licet discordent in causis, vel circumstantijs, vt puta; quia vnus dicit, Scio q̄ talis est in possessione iurisdictionis, quia vidi, q̄ fecit talem iustitiam; & alius dicit de alio, & alia persona iusticiata, quia hoc casu vterq; reddit bonam causam dicti sui. Subdit tamen hic, q̄ alij contradicunt, asserentes, q̄ vbiq; aliquis tenetur aliquid probare, nisi testes cōcordent de personis, loco, & tpe, & certis circumstantijs, non hñtur pro pluribus testibus. 3. q. 9. c. nihilominus. quia omnes sūt in suo testimonio singulares. S. de elect. c. cum dilecti. vnde dicūt, q̄ testes debent concordare in articulo nostro, q̄ tali die audierint talem rumorē, vel infamiam, & tali loco, & talibus personis; & idem de tempore, not. Vin. in. c. illud. de præsum. vbi etiam dicit, q̄ si vnus testis dicit famam esse in vna parte ciuitatis, & alius in alia parte eiusdem ciuitatis, non probatur fama, quia debent nominare easdem personas, 2. q. 8. c. libellorum. subdit tamen Innoc. q̄ licet dictum sit, q̄ debeant concordare, non tamen semper tenetur de prædictis certum quid rñdere. Si. n. interrogatur, a quibus audiuit, si recordatur rñdeat, & si non recordatur non rñdeat. Et licet non respondeat, valebit 566 testimonium. Nunquam. n. inuenitur, q̄ testes teneantur dicere diem, & horam; immò facit in cōtrarium. 2. q. 8. c. libellorum. nisi dies esset de substantia probationis, vt dictum est, videlicet; quando qs agit interdicto vnde vi, quo casu, vt. S. dixi, necessarium est probare se possedisse ea die, qua fuit spoliatus, vt d. l. 1. §. hoc interdictum. & idem dicendum de loco, vt. c. ex tenore. S. de testib. & vbi est necesse psonas illas, a quibus audierunt graues fuisse, debent illas exprimere, vt. S. de testi. c. licet. Est etiam notandum secundum Innoc. quod magis, & expressius tenetur concordare in personis, & loco, quam tempore; q̄ 567 illa duo melius memoriæ tenentur, q̄ tempus. n. facit lē recedit, & de facili quis de tempore obliuiscitur. 7. q. 1. c. fina. pro quo facit quod quotidie dicimus, 568 quod memoria hominis labilis est. 2. 3. dist. c. pretere. a. & l. iubemus. C. de testa. Item in præsentī casu, & simili, si plures audierunt a pluribus personis, & in pluribus locis, & testis de quibusdā recordatur, de alijs non, debet dicere, ego audiui dici à tali persona, & à tali, & a quibusdā alijs in tali loco, & tali die, & adjicere de quibus alijs personis, locis, & diebus non recordor; & sic per adiectionem gñalem præsumet iudex ipsum concordare cum alijs testibus; subdit deinde Inno. q̄ in præsentī casu quidam improbabiler dicunt, quod etiam nullis personis expressis, si testes dicunt solum, q̄ rumor, & infamia

fit per viciniam, quòd sufficiat; referuatur. n. alteri parti, q̄ ipsa probet, q̄ apud viles est hec infamia, vel q̄ a vilibus fuit orta, quo casu non procedit inquisitio, per tex. nostrum. & l. 1. q. 3. c. 3. & subdit, q̄ tex. noster hic non dicit, q̄ testes debeant hoc dicere, q̄ personę sint honestę, & c. sed dicit, q̄ superior non debet procedere ad inquisitionem, nisi per bonos, & graues ad eum peruenerit infamia, non in testes, vel in forma iudicij productos; sed tanquam volētes cōsulere statui ecclesię; si autem ea, in quibus discrepant sint talia, que non sunt de substantia probationis, non minus tanquam plurima valet eorum testimonium, cum id quod pbant, & in quo concordant sufficiat ad victoriā causā. Hęc sunt quasi formalia verba Inno. hic in verbo, famam. licet quedam addiderim, que etiam hic recitat Io. And. in verbo, honestis. & etiam p̄ maiori parte quasi formaliter ponit Spec. in tit. de inquisi. §. nunc tractemus. ver. quid si ille negauerit semel. vsque ad vers. quid sit testes. & hęc etiam sequitur hic D. Ant. Et ad prædicta etiam vide Bal. in. l. diffamari. C. de inge. manumif. vbi dicit, q̄ testis debet diligenter inquiri, & cautē interrogari de origine infamię, & coniecturis, per not. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quest. vbi etiam tractat Bart. Sed tu aduerte, quoniam ex omnibus prædictis, duę vidētur oriri dubitationes. Prima, an testes debeant exprimere illos, apud quos, is, contra quem agitur, sit diffamatus; & vna opinio est q̄ sic, etiam si non interrogentur. Alia opinio est, q̄ non, nisi interrogentur; sed si non interrogentur, valebit testimonium, etiam nullus personis expressis, dummodo testis dicat de fama vicinij. D. Ant. in. c. cum oporteat. S. eo. dicit. q̄ prima opin. est tutior; & illā videtur sequi Bar. in. d. §. tormenta. Sed dicit Io. de Imo. in. d. c. cum oporteat. q̄ satis videtur esse, si testes deponunt de fama vicinij, & dicunt, q̄ hoc audierunt a maiori parte vicinij, quòd istud sufficit, si vltius non interrogetur. Facit quod not. glo. in l. 3. de testib. quia tunc videtur sufficienter deponere; & videtur, quòd si duo testes deponunt, & quilibet deponat de fama vicinij, & quòd quilibet audiuit a maiore parte vicinij, quòd per hoc sit probata fama, per id quod not. glo. in. d. l. 3. & glo. 2. q. 1. §. quando autem. Facit etiam quod not. Bar. in. d. §. tormenta. D. Barth. de Salice. videtur idem concludere, & sic tenere secundam opinio. si interrogētur, alijs non. ¶ Secunda principalis dubitatio, quæ potest oriri ex prædictis est, an testes deponentes super diffamatione, debeant concordare in personis, a quibus audierint; hanc quæstionem prosequitur hic D. Anto. tam circa diuersitatem personarum, quam etiam circa diuersitatem temporis, & loci, secundū quod etiam fecerunt Inno. & Io. And. & alij, de quibus supra dictum fuit; distinguit igitur D. Anto. q̄ aut est diuersitas in personis, tempore, & in loco; & tunc, aut hęc sunt de substantia eius, quod probandum est, exemplum patet; quādo agitur de reprobatione testium; & dicitur, quòd talis fuit absens à loco contento in instrumento tempore confecti instrumenti; & tunc clarum est, quòd debent concordare de loco, & tempore; alijs non probarent. Facit quod habetur in. c. ex tenore. S. de testib. & l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipula. Aut tempus,

pus, & locus non sunt de substantia probationis eius, de quo quaritur; & tunc, aut testes non discordant in prædictis; sed vnus dicit de loco, vel tempore, alter dicit se non recordari, vel dicit fuisse in certo tempore, & alijs temporibus, ita q̄ saltem per adiectionem generalem possunt reduci ad concordiam, & tunc probant, vt not. Innoc. in. c. oporteat. & supra dixi; & facit quod habetur de fide instrum. c. cum Ioannes. Si autem omnes dicerent se non recordari de tempore, loco, vel personis; tunc suspectum esset eorum testimonium, vt not. Hostien. de testi. c. ex tenore. si autem diuersificat in tempore, vel loco, tunc si talis diuersitas loci, vel temporis inducit diuersitatem eius, quod probandum est; tunc non probant, per id, quod habetur de proba. c. licet. & quod traditur in historia de Daniele, & Susanna, vt Danielis. c. 13. & l. ob carmen. ff. de testib. secus si non induceret diuersitatem eius, quod probandum est, vt patet, quando agitur de probanda possessione iurisdictionis, vel de iure decimarum. Si autem est diuersitas in causis scientię, tunc dicit D. Ant. attendendum, quòd si datur diuersitas solum perēs sensum percipiendi, quod tunc probant, quia alijs nullus testis probaret; cum quilibet habeat suum proprium sensum separatum à sensu alterius. Facit qd not. Bart. in. l. 1. ff. quem ad. testa. aper. & quod not. in. c. nihilominus. 3. q. 9. Exemplum, quando duo successiue viderunt per vnum foramen T. & B. fornicantes. Facit etiam quod not. Cy. in. l. testium. C. de testib. Idem dicit, si solum datur diuersitas in organis representantibus ipsum sensatum ad ipsum sensum, vt quia vnus dicit, quòd vidit T. promittere decem. S. Alter dicit, quòd audiuit, licet cortina esset in medio. Facit quod not. glo. 3. q. 9. c. testes. & l. in summa. §. idem Labeo ait. ff. de aqua plu. arden. cum ibi not. per Barto. Aut datur diuersitas in causis dictorum; & tunc si causę se habent, vt partes totius eius, quod probandum est principaliter, & sint tales, q̄ simul inferunt ipsum totum, quod probandum est, sed neutra per se inferit; & tunc testes singulares non probant; vnde si vnus testis dicat, quòd T. præscripsit talem rem, quia vidit, quando emit à S. & est tantum tempus. Alter dicit, scio quia vidi ipsum possidere per tantum tempus, etiam si sit tempus sufficiens cum titulo, non probatur præscriptio, 569 quia solus titulus non concludit præscriptionem, nec sola possessio; & intellige de præscriptione longi temporis, vt. ff. de vsucap. l. Celsus. & l. diutina. C. de præscrip. lon. tempo. sed si duo testes deponerent de titulo, alij duo de possessione longi temporis, bene probant, per id quod habetur in. c. licet ex quadam. in fi. S. de testib. & c. series. eod. titu. per Inno. nam tunc bene fit dictorum testium coniunctio ad vnum totum, ad finem vt probetur præscriptio, ex quo quilibet pars præscriptionis probatur per partes, quia non sunt singulares, sicut alijs ad probandum parentelam, sufficit, q̄ duo deponant de vno gradu ab vno latere, alij duo de gradu ab alio latere, vt voluit Innocen. in. d. c. series. in glo. & d. c. licet. Quandoq; verò causę se habent indiuiduē ad vnum totum, & vnus deponit de vno actu, seu vna causa, alter de alia, & tales testes probant. Exemplum, dicit vnus testis, q̄ talis presbyter dixit mis-

sam tali die, quia vidit eum paratum paratu præbyterali, & audiuit dicere epistolam, vel euangelium. Alter vero dicit, q̄ audiuit ipsum paratum ad missam, & ad altare dicere Pater noster, vel q̄ assumpsit communionem, vel quid simile; nam hoc casu vult D. Ant. quod satis probatum sit talem præbyterum 571 missam celebrasse tali die; quia officium missę est indiuiduum, quoniam tota dici debet. 7. q. 1. c. nihil. & not. glo. in. d. c. nihilominus. Idem etiam dicit, si tales causę sint partes alicuius totius, & quilibet ipsarum inferit in ipsum totum, vt contingit in iure decimarum, & iurisdictione. Nam si vnus testis dicit, quòd vidit talem rectorem ecclesię recolligere decimam grani, ex hoc inferitur, quòd ille recolligens erat in quasi possessione iuris decimandi, & similiter si alius dicit, quòd vidit recolligere decimam hordei, vini, vel fabarum. Et eodem modo quando agitur de probanda quasi possessione iurisdictionis, quia si vnus dicit, quòd fecit talem decapitari; satis ex hoc inferitur quasi possessio iurisdictionis, & similiter si vnus dicit, quod fecit alium fuilgari, vel q̄ reddidit ius inter talem, & talem. Et idem videtur velle Accursius in dicta. l. ob carmen. quando agitur de probanda possessione alicuius; nam si vnus testis dicit, quòd vidit T. recolligere granum de tali prædio, ex hoc satis inferitur, quòd possidebat; & similiter si alius dicit, quòd etiam vidit ipsum recolligere vvas de dicto prædio. Si autem non agatur de aliquo toto vniuersali, sed alios dictę causę potius inferunt multiplicatos actus alicuius, & tunc secundum D. Ant. non probant, quia singulares; & ideò si vnus testis dicit, quòd talis fecit miracula, quia vidit, quòd sanauit unum claudū à natura, alter dicit, quod illuminauit unum cæcū, non probant illi testes, ut voluit Vincen. in. c. uenerabili. de testib. argumen. 26. q. 5. c. nec mirum. & eo modo, secundum eum, si vnus dicat quem hæreticum; quia dixit, quòd Christus non uenit in uirginē; alius quia dixit tres personas Trinitatis non esse æquales; nam per hoc non probatur hæreticus, licet Butriga. dixit contrarium in. d. l. ob carmen. & non bene secundum D. Anto. per not. in. d. c. uenerabili. & in. d. c. nec mirum. Et idem dicit, si vnus dicit T. usurarium; quia mutuauit Martino sub usuris, alter quia mutuauit Ioanni, quod per hoc non probabitur T. esse usurarium; & similiter si vnus dicit, quòd T. occidit. S. alter quòd interfecit Paulum, non probatur, quòd sit homicida; quia tales causę ipsorum testium potius inferunt multiplicationem delicti, quam probent unum totum; & ideò non probant; dicit tamen, quòd si agitur de probanda infamia, quia uidentur tunc satis tendere ad idem totum. Et etiam uidetur per prædicta secundum eum, quòd si vnus testis dicat T. mutuassee. S. decem, quia uidit numerari, alter quia uidit S. confiteri, quòd isti non probant, quia non sunt contestes super principali probando. Facit quod notat Specu. in titu. de teste. §. 1. uers. sed pone, Egit. Facit quod not. Bar. in l. 2. §. fina. ff. si cer. peta. & sic refert D. Anto. Et per prædicta patet, quòd satis in effectu quo ad articulum nostrum uidetur transire cum dicto Inno. Sed aduerte secundum Io. de Imo. ind. c. cum oporteat. in quantum D. Ant. reprobat Iacob. Butriga. nam Par. j. P iij pro

pro opin. ipsius Iaco. multum facit, quia si agitur de probanda fama, vel infamia, istud non est vnum totum consistens in iure vniuersali, sed est facti. Ergo sicut sufficit testes in genere concordare super fama, vel infamia, licet alii discordent, seu sint singulares in causa scientia; ergo eodem modo, & eadem ratione videtur, quod si agatur de probando contra hereticum, licet alii sint singulares in causis, debent sufficere. ¶ Item aduerte, secundum eum, quia licet Innoc. hic, & Spec. in tit. de inquisi. §. 1. verbi. quid si vnus. & §. nunc tractemus, ver. quid si ille contra se, videantur velle, quod probetur possessio iurisdictionis, & iuris decimandi per testes singulares in causis, tamen Host. in summa in tit. de testi. in §. diuersitas. tenuit contrarium. idem tenet Goffre. & forte ista opin. de iure est verior, secundum Ioan. de Imo, quia si dictum testis regulatur secundum causam, adeo quod si interrogatus de causa scientia, nullam assignet, vel minus sufficientem, non probat, vt not. in c. si quando. §. de rescript. & in c. cum causam. §. de testi. & l. sola. C. de testi. & ibi etiam per Bar. & ideo ex quo testis est singularis in causa per eum allegata, nec habet contemtem; videtur, quod non probet; & si sint plures, & sic ad inuicem non contestes, censentur singulares. Facit quod habetur in c. bono. 1. & c. dilecti. de elect. communiter \* tamen videtur teneri opin. Inno. quae forte habuit ortum a d. l. ob carmen. §. fina. & ideo durum est obtinere in practica opin. ¶ 574 Host. & praesertim, quia fauendum est praesumptio 575 ni, & non est probatio angustanda, vt. l. quoniam, in fi. C. de haereti. & de hoc etiam per Cyn. in l. 2. C. quae sit lon, consue. in. 4. q. verbi. sed quae. vbi dicit, ¶ 576 quod si vnus testis dicit de vno actu, non inferitur probatio consuetudinis, sed ex pluribus, cum requiratur frequentia actuum, vt. l. de quibus. & ibi per Bal. ff. de legi. & per Pau. de Liaza. in quaestio. quae incipit, contra instrumentum. vbi vide, quia concordat cum dictis per Inno. hic, & de hac etiam materia vide Io. de Imo. in l. inter pares. ff. de re iudi. vbi etiam teti- ¶ 577 gi, quid iuris, si vnus testis dicat, Vidi. T. possidere talem fundum. x. annis, alter de. xx. alter de. xxx. quod probant possessionem, saltem. x. annorum; de quo per Io. And. in c. 1. de arbitr. lib. 6. & per Bal. in l. 1. in fi. C. de testa. Et aduerte; quia licet Archidi. in d. c. nihilominus. videatur velle, quod dicti testes non probent, tamen Io. de Fantu. in d. c. 1. de arbitr. lib. 6. dicit, quod aut isti testes omnes specificant tempus illorum. x. annorum, ita, & taliter, quod concludunt de eodem tempore, puta; quia vnus dicit, quod possedit a. xxx. annis citra, alius a. xx. annis citra, alius a. x. annis citra; & tunc isti probant, quia omnes concordant in vltimis annis, arg. d. c. 1. aut non specificant tempus, ita quod concludunt de eodem tempore, quia vnus dicit de xxx. alter de xx. alter de x. simpliciter, & procedit dictum Archid. & hac distinctionem sequitur D. Domin. in c. 1. sed mihi non placet primum dictum, per ea, quae not. Bart. in l. 1. Celsus. ff. de vfu cap. nam si bene consideretur, nullus testis probat de. x. annis, quia sufficit vna die possedisse in vltimis. x. annis, & dicitur possedisse a. xxx. annis citra, a. xx. annis citra, & a. x. annis citra; vnde dicerem, quod praefatum primum dictum procedit, quando testis diceret a. xx. annis, & per ipsa tempora, & similiter dicerent alij, vel adij-

Com. ap. 14.

cerent simile verbum, vt traditur in d. l. Celsus. Circa secundum dictum Io. de Imo. in d. l. inter pares, vbi simpliciter vult, quod omnes praefati testes in possessione. x. annorum sint contestes, cum si in maiori numero insit minor, vt. d. c. 1. & l. 1. §. si stipulanti. ff. de verbo. obliga. & l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr. quod intelligo, quado vnusquisque diceret de continuata possessione, & concordarent in fine, vel in initio possidendi; secus si discordarent, vt voluit Bal. in d. l. 1. C. de testa. & vide Spec. in titu. de teste. §. iam de interrogatorijs. & Io. de Imo. in d. c. cum oporteat. Sed D. Barth. de Salice. in d. l. ea quidem. C. de accusa. dicit, quod si testes deponetes de fama, deponunt exprimitendo aliquos, a quibus audierunt, adijciendo clausulam generalem; quod est a pluribus alijs audierunt, quod probant, licet non concordet in expressis. Intelliguntur enim concordare quantum ad comprehensos sub clausula generali. Si vero testes non addiderunt clausulam generalem, tenet ipse, quod si in expressis diuersificat, nullus probat, quia nullus per se probat, nec omnes simul; quia non sunt co testes, prout exigitur, vt. ff. de testi. l. qui falsa vel varia. & §. de elect. c. cum dilecti. quod dicit intelligendum, quia nullus testis tot personas expressit, quod expressit faciant maiorem partem viciniae, vel populij; quia cum neuter semiplene probet, non poterit dici oes plene probare; sed vbi quilibet tot homines expressisset, quod essent maior pars populij, licet non eosdem expressissent; tunc, cum quilibet semiplene probet famam, dicendum est, quod oes simul intelliguntur plene probasse, nec est curandum tunc de varietate loci, aut temporis, quae non sunt de substantia, arg. not. in d. l. ob carmen. sufficit enim probare famam, ad cuius probationem principaliter intenditur. Facit. d. l. si quis libertatem. §. quoties. ff. de peti. hare. & l. si arbiter. ff. de proba. Et subdit, quod quia ratio ne non curaret de varietate temporis, vel loci, eadem ratione non curaret de varietate personarum, ex quo vnusquisque semiplene probat; & ita dicit intelligendum dictum Bart. in d. §. tormenta. & subdit secundum Inno. ibi, quod praesupposito, quod in populo, vel vicinia, de cuius fama agitur, essent. xx. & vnus ex testibus affirmatibus capitulum fama in redditione causae, & scientiae diceret, Scio, quia audiui a tali, & a tali, & nominaret sex, vel octo diuersos a nominatis, quod fama tunc esset probata; quia facta dinumeratione personarum reperitur ab omnibus, vel a maiori parte hoc dictum, vel assertum esse. Sed contra praedicta opponit ipse Barth. de Salice. quia clarum est, quod nullus testis ex praedictis semiplene probat; ergo nec omnes plene probant. Vnde dicit, tutius dicendum esse, quod sicut in plena probatione est dare gradus, secundum magis, & minus, vt. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & d. §. tormenta. & vt traditur in l. in bonae fidei. C. de iureiuran. & l. admonendi. ff. eod. de qua materia dixi plene in c. fi. de iureiuran. sic etiam est dare gradus respectu semiplene probationis. Vnde ad propositum retentis terminis praedictis, dicit, quod primus testis, qui nominat tantum sex personas, facit aliquem fidem de fama, sed in minori gradu, quam sit probatio semiplena, sed cum adiungitur alijs, qui sex alias exprimit personas, tunc quod minus deerat ad fidem semiplena probationis, supplet iste

iste secundus; & sic ambo simul iuncti videntur semiplene probare. Cum ergo postea adiungitur tertius, qui exprimit alios sex, vel octo, addit aliqualem gradum fidei, & probationi semiplena, sed quia per se non facit semiplenam probationem; ideo fidem per duos priores testes semiplene receptam, non possumus dicere plenarie fuisse completam, & integram effectam probationem; sed illam semiplenam aliquam fuisse corroboratam, quasi omnes pro vno semiplene probent, licet aliquam magis ample. Et ideo iudex ad plenam probationem poterit se informare per proprium auditum. Facit. c. cum Ioannes. §. de fi. instru. sicut enim iudex de his, quae visu percipiuntur, potest se informare subiungendo rem oculis, vt. ff. si. regun. l. si irruptione. & dixi. §. in septimo not. sic etiam potest se informare de his, quae auditu percipiuntur, & proprijs auribus fidem habere, vt §. eo. c. inquisitionis. in glo. in ver. infamatum. & sic residet D. Barth. de Salice. Sed aduerte; quia in primis ergo non reperio, quod Inno. hic ponat praefatos terminos, de quibus dicit ipse Barth. nec est aliquem Doct. hac referentem, dictum tamen in se esse peregrinum, & not. & memoria dignum. Sed an sit verum, dependet ab alia quaestio. ¶ an plures probationes imperfectae simul iungantur, & commisceantur ad faciendam plenam probationem, de qua materia in d. l. in bona fidei. & l. admonendi. & plene dixi in d. c. si. quasi circa finem primi membri. 3. q. princi. Et quoniam ad intellectum praedictae. q. aliqua sunt necessaria repetenda, breuissima conclusio videtur esse, quod ad probationes tendit ad idem, aut ad diuersa. Primo casu, sunt commiscibiles, & coniunguntur, & si sunt sufficientes ad inducendum animum iudicis ad credulitatem, vel certam fidem, inducunt plenam probationem, arg. not. in c. 3. de probatio. & ibi per ¶ 581 D. m. & hoc casu habet locum illud. Et si quae non profunt singula, multa iuuant. C. de probat. l. rones. & procedit hoc, siue probationes sint eiusdem speciei, vt in duobus testibus; siue diuersae, vt in vno teste, & fama, vt per glo. in ver. possessionis. 1. 6. q. 3. §. potest. item in vno teste iurato, vel alijs similibus ad minuculis, & coniecturis concurrentibus cum vno teste, arg. l. 3. ff. de testi. & 4. q. 3. c. si testes. Secundo casu, quando tendunt ad diuersa non commiscetur; vt si vnus testis deponit de mutuo, alius de confessione, nam haec sunt diuersa, nec tendunt ad vnum totum perficiendum, cum saepe sit vnum sine reliquo, vt est tex. singularis in c. cum dilectus. de success. ab intest. & probatur. C. de non nu. pec. per totum. tradit Bal. in l. 2. C. de confess. & D. m. in c. cum causam. de probat. & Bart. in l. 1. §. item cornelio. ff. de quaestio. vbi ponit plura similia exempla. & vide etiam Io. Cald. in c. veniens. 2. §. de testi. & aliquid per Spec. in titu. de fi. instru. §. nunc dicendum. in fin. & Bal. in l. 2. ff. de excusa. tuto. per Cyn. in l. proprietatis. C. de proba. & l. spadonem. ff. de excusa. tuto. & Iaco. Butriga. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Bal. in l. testium. C. de testi. & aliquid in l. 1. C. qui num. tute. & per glo. si. in c. praeterea. §. de testi. & plenius in d. l. admonendi. & plenissime per me in d. c. fin. & ideo ulterius non me extendo. Et videtur etiam concludi in dictis locis, quod probationes etiam tunc dicunt tendere ad diuersa; & sic non coniunguntur, quia

testes sunt singulares. Vnde dicit Bal. sing. in l. iurandi. C. de testi. quod testes singulares non probant, etiam si essent mille; quia ibi non est numerus contestium; vnde tantum probat vnus, quantum mille, allegat etiam not. per Spec. in tit. de inquisi. §. nunc videndum. ver. item not. Immo quandoque; singularitas operatur, quod minus probatur per plurimos singulares, quam per vnum solum, quando scilicet ex hoc praesumitur dolus, vel repugnantia, vt in testibus contra Susannam. Faciunt etiam plura, quae §. allegata fuerunt in recitatione, secundum Inno. Io. And. & alios Doctos. Et per praedicta etiam nunc infero ad opin. Barth. de Salice. & ad materiam nostram, quoniam ad videndum, vtrum dicta opin. sit vera, & aliquid opin. de quibus §. dictum fuit, videndum est, vtrum testes sint singulares, & si non sint singulares, considerandum est, vtrum differant in aliquo praedicamento, vel in materia, aut causa, aut reliquis circumstantijs, & an possint coniungi ad plenam probationem, quibus examinatis clara apparebit decisio materiae principalis. ¶ Et quanquam in materia trite, & alte examinata per tot, & tam claros Doctos. videatur praesumptuosum os aperire, aut verbum facere; tamen non vt alicuius praesumptionis, aut temeritatis vitium incurram, sed solum vt veritas verius, & clarius elucescat per alios Doctos. praestantioris ingenij, dicam quid sentiam in hac materia. Distinguo igitur in primis duo membra principalia. Primum est, quando agitur de probando actu, facto, vel negotio, cuius actus, facti, vel negotij totum est indiuiduum, & cuius reiteratio, si datur, aut fieri potest, infert ad totum vt totum. Secundum membrum erit de aliquo toto, quod consistit ex pluribus suis partibus.

¶ Circa primum membrum distinguo, quod aut agitur de probando aliquo actu, facto, vel negotio, cuius non datur multiplicatio. Aut agitur de probando aliquo actu, facto, vel negotio, cuius datur reiteratio, vel multiplicatio. Primo casu, quando non datur reiteratio, vel multiplicatio potes figurare exemplum. Volo probare, quod T. interfecit S. certe ista occisio non potuit fieri, nisi semel. Si ergo testes ad hoc probandum variant, dicerem, quod aut variant in praedicamento substantiae, & non est dubium, quod non probant. Exemplum. Si vnus deponit, quod T. interfecit S. alter quod interfecit Paulum, isti tamen testes non sunt contrarij, seu repugnantes, quia potest esse, quod vnus, & idem duos interfecerit; sed ideo non probant, quia de eo, de quo queritur, non deponit nisi vnus, & sic deficit numerus necessarius, vt. l. vbi numerus. ff. de testib. & §. de testib. c. in omni. Aut variant in causis representatis per proprium sensum cuiusque. Exemplum, vnus dicit de auditu, alter de visu, alter uero de tactu, & sic de singulis; & hoc casu dicerem, quod aut est talis actus, qui representatur per unum, duos, aut plures sensus, & deponentes per tales sensus, licet uarios, quo ad testimonium non dicuntur singulares, uel uarij; sed contestes, & concordantes, & probant, & unusquisque dicitur sufficientem reddere causam dicti sui, per not. in c. cum causam. de testi. & l. sola testatione. C. de testib. & alijs iuribus hic allegatis. Aut non est talis actus, qui representatur per omnes illos sensus, & tunc non probant; non quia dicantur singulares proprie, sed quia alter non reddit sufficientem

tem



tem causam exemplum; vnus dicit, q̄ vidit T. interficientem S. alter dicit, q̄ odorauit, vel gustauit, & quid simile. Tales enim non sunt sufficientes causae, & sic nō probant, vt. d. c. cum causam. & d. l. sola testatione. Aut testes variant in alijs circumstantijs, & pradicamento. Exemplum, in pradicamento loci, vnus dicit Senis, alter dicit Florentijs. isti nedum sūt singulares, & non probant, sed sunt suspecti, & repugnantes; nec huic casui subijcitur exemplum Susannae, quia non videtur mihi conuenire, sed actui, & facti multiplicabili, vel reiterabili, vt. j. di. cam in alio casu. Est enim necessarium, q̄ si testimonium vnus est verum, testimonium alterius sit falsum, & si tu diceris, possunt testes concordari; quia vnus considerauit locum, vbi vulneratus fuit, alter locum vbi mortuus est; respondeo, q̄ hoc non est verum, quia in talibus consideratur locus, vbi quis percutitur, vt dicit Bar. in. l. libellorum. ff. de accus. licet testes probando postea, q̄ ita contigisset, & q̄ eorum talis fuisset intentio, possent excusari. Et ideò si testes deponeret de pradicamento tēporis, quia vnus de mense Maij, alter de mense Septembris; vel vnus de nocte, alter de die, isti enim sunt singulares, & repugnantes, & suspecti; in hoc tamen vitimo casu non videtur tanta repugnantia, & excusantur, si forte fuisset in crepusculo, vel in aurora: vide quae dixi in. c. j. de homi. & idem de similibus causis. Secundo casu principali, quando actus, facti, vel negotij daretur multiplicatio, seu reiteratio, subdistingue, q̄ aut vnus, & idem actus, de quo queritur per multiplicationem, diuersificatur in substantia, immò melius probatur. Primo casu subdistingue, q̄ aut est singularitas, seu diuersitas in substantia eius, de quo queritur. Aut in causis penes sensum percipiendi, seu in organis representantibus sensatum, aut alijs pradicamentis accidentibus, seu circumstantijs. Primo casu, quando diuersitas est in substantia, non est dubium, q̄ non probant, etiam si essent mille, nec possunt coniungi huiusmodi probationes, quia non tendunt ad idem. Exemplum, dico, q̄ T. commisit adulterium cū Berta, vnus testis deponit, q̄ cum Berta, alius verò q̄ cū Seia; tales enim testes non probant, quia sunt singulares in substantia eius, de quo queritur; quia nō reperitur nisi vnus, qui deponat de eo, de quo queritur, vt dixi. s. in exemplo homicidij. & licet vnusquisq; in dicto suo, & in eo, de quo testificatur, si articulatum esset, & iurasset, faceret semiplenam probationem quia quodlibet testimonium per se respicit diuersum, factum, & sic patet, q̄ non sunt repugnantes. Secundo casu, quando variant in causis, quia vnus dicit, quia vidit, alter quia gustauit, & sic de simi. dic vt dixi. s. in primo membro de actibus, quorum non datur multiplicatio. Tertio casu, quando sunt singulares, vel diuersificant in alijs circumstantijs, dico, q̄ non probant; siue sint singulares in pradicamento, vbi; verbi gratia, dicit articulus, q̄ M. concubuit cum B. testes dicunt vera esse contenta in dicto articulo, interrogati de loco, vnus dicit in tali domo, alius verò in vinea, & alius in horto, vt in testibus contra Susannam, & hoc casu non est dubium, q̄ non probant, non tamen sunt repugnantes, nec contrarij, sed varij, & diuersi, quoniam actus adulterij, vel fornicationis potest multiplicari cum illa. Nec obstat q̄ sacerdotes,

qui deposuerunt contra Susannam Danielis iudicio, tanquam falsarij, fuerint damnati, & lapidibus intercepti, quoniam illud contigit, vel quia vnusquisq; deposuit de praesentia aliorum, adeo q̄ videbantur de vno actu testificari, & per consequens repugnantiā deponere, vt dixi. s. in primo memb. vel deponere de eadem hora, vel quia contra eos propter varietatem loci iurrexerat suspicio de falsitate; & visa varietate loci, arbitantes se deprehensos in varietate, confessi sunt eorum malignitatem, vel id factum fuit, propter reuelationem diuinam, & miraculosam factam Danieli infanti de falsa illorum testificatione. Et idem dicendum, si variat in tempore, vel quibus praesentibus, vel in similibus pradicamentis, per quae non tollatur potentia, q̄ videantur deposuisse de pluribus actibus. Praedicta etiam omnia procedunt, in contractibus, & testamentis, & alijs similibus actibus reiterabilibus. Nec obstat, q̄ locus, & tempus in multis non videatur esse de substantia, licet talia nō possint geri, nisi in aliquo loco, vel tempore; & sic videtur, q̄ varietas in talibus non debeat obesse probationi, per not. 3. q. 9. in. c. nihilominus, quia respondeo, q̄ licet talia non sint de substantia, tamen propter varietatem loci, temporis, & personarum, quibus praesentibus aliquid actum dicitur, testes redduntur singulares in dicto suo, quia quilibet de suo actu videtur deponere. Vnde licet respectu cuiuslibet testis omni exceptione maioris, testimonium quo ad actum suum, videatur facere semiplenam probationem; tamen cum testimonium omnium non referatur ad idem, seu eundem actum, propter diuersitatem inclusam, & inductam ex varietate, & diuersitate locorum, & temporis, & c. non probant plenè aliquem actum; & ideò si cautus in istis actibus reiterabilibus, quia si velles reprobare instrumentum, & testes non recordantur de loco, vbi actus fuit gestus, vel de tempore, quia facilius decidit à memoria, vt. s. dixi, q̄ si recordantur de actu, gestu, & substantia actus gesti, & q̄ aliter se habuit, q̄ contineatur in testamento, vel in instrumento, vt facias fieri interrogatorium à parte aduersa, vtrum ille actus fuerit multiplicatus, vel reiteratus, vel nō, vel facias fieri articulum de vnitate, verbi gratia, Itē ponit, q̄ inter T. & S. vnica duntaxat fuit contracta venditio de dicta domo, vel fiat similis articulus, facti exigentiam, vt not. singulariter Inno. Io. And. D. m. & Doct. in. c. cum Ioannes eremita. de si. instr. & ibi dixi. & Spec. in tit. de teste. §. iam nunc. ver. qd si vnus. Bart. Bal. & Barth. de Salic. in. l. testium. C. de testib. Facit quod colligitur ex glo. 1. & ex ibi traditis per D. m. in. c. cum contingat. s. de off. deleg. & ibi tetigi in fi. Secundo casu principali huius secundi casus istius secundi membri, videlicet; q̄ vnus, & idem actus non diuersificatur in substantia propter pluralitatem actuum, & reiterationem. Exemplum in fama probanda, & iurisdictione, & possessione, & iure decimandi, & probanda qualitate alicuius hominis, quod sit bonus, vel malus, haereticus, vel homicida, adulterosus, vsurarius, & similis; & hoc casu subdistinguo, q̄ aut testes sunt varij in substantia, aut in causis, aut reliquis circumstantijs, & pradicamentis. Primo casu potest figurari exemplum; ponit quis, & articulatur, quod fama est; quod T. interfecit. S.

cit. S. Vnus testis dicit, q̄ fama est, q̄ T. interfecit. S. Alius dicit, q̄ fama est, q̄ interfecit. P. Alius dicit de alio; & hoc casu idem dicendum est, q̄ dictū fuit in primo casu primi membri, & in secundo casu secundi membri. Secundo casu, quando variant in causis, dicendum est, prout etiam dixi in duobus alijs similibus casibus praecedentibus de varietate causarum. Tertio casu de varietate in reliquis circumstantijs, videtur mihi maior dubitatio, propter varietates, de quibus in praecedentibus opinio. Arbitror tū ita dicendum, q̄ aut tempus, vel locus erant de substantia actus, & negotij, de quo agitur; & tunc si non sunt tot testes, qui saltem simul iuncti concludat id, de quo queritur, quo ad possibilitatem inquirendi, testes nō probant; exemplum de tempore, dicit statutum, q̄ inquisitio nō possit formari de maleficijs commissis per duos, vel tres annos ante inchoatum officium iudicis, volentis inquirere. Pone ergo, q̄ iudex ad hoc vt possit formare inquisitionem contra T. de homicidio contra. P. vel de adulterio commissum cum G. vel de furto, & c. propter frequentem diffamationem examinat testes sup diffamatione, vnus dicit, q̄ fama fuit iam quatuor annis, q̄ T. adulteriū commisit cum G. Alius testis dicit de quinque, alius de tribus, certè diffamatio non videtur probata, maxime quo ad finem potentiae fermandi inquisitionem; nam quo ad se fama, vt statim dicam, bene videtur probata. Sed aduerte; quia licet. s. dixerim, q̄ testes praedicti videntur saltem probauisse de tribus annis, tamen duo primi videtur probauisse de quatuor annis, & sic cum fama sit post actum gestum circa actum adulterium, vel homicidium commissum, non videtur concludi potestas fermandi inquisitionem propter praescriptionem biennem, vel triennem. Et idem exemplum potest figurari in similibus casibus. Exemplum de loco ita potest figurari. Vnus testis deposuit famam esse eius de quo queritur, interrogatus in quo loco, dixit Senis, vbi iudex vult formare inquisitionem. Alius dicit Florentiae, alius Bononiae. Licet enim fama sit probata, quantum ad infamiam istius hominis, quia non exigit certum locum, vt dixi. s. 24. q. tamen quantum ad potētiam inquirendi, talis infamia non erit sufficienter probata, vt dixi in. d. q. retenta opin. Bart. de qua ibi; licet enim istae singularitates inferat ad vnum totum, videlicet; ad infamiam, & sic videatur probata, vt statim dicam, tamen non inferunt ad totum qualificationem eo modo, quo necessarium est ad potētiam inquirendi. Facit. l. 1. §. interdictum. ff. de vi & vi arma. & c. extenore. s. de testi. & quod probatur in. l. non solum. §. sed vt probari. & ibi per Bart. ff. de ope. no. nun. & adde quae statim dicam in seq. membro, de toto quod consistit ex pluribus partibus suis, cui materiae satis etiam videtur congruere hoc exemplum. Si vero locus, & tēpus, & aliae species similes, vel circumstantiae non sunt de substantia, arbitror, q̄ licet testes variēt in loco, tempore, & alijs similibus qualitatibus, q̄ plenè probent, si vnusquisque de per se semiplenè probat. Exemplum in diffamatione, vnus testis dicit famam esse, quod T. interfecit S. interrogatus de causa scientiae, respondit, quia audiuit dici in tali loco huius ciuitatis, & alia maiore parte populi ciuitatis de mense Maij, Inlij, & Augusti. Alius

dicit, quia audiuit dici de mense Septembris, & Octobris in tali, & tali loco istius ciuitatis, & à maiore parte ipsius populi, q̄ T. interfecerat S. & sic variat penitus in omnibus locis, & temporibus, certè arbitror, q̄ isti probent omnimò famam, quia ad hoc tendunt, & quantum ad hoc non sunt singulares, immò contestes, quia de eodem actu, & de eodem toto deponunt, licet diuersificent in his, per quae non diuersificatur ipsum totum; quinimò ipsae varietates, & singularitates melius inferunt ad ipsum totum probandum, sicut in simili, si est tale quid, quod potest percipi visu, & auditu probant duo testes, licet vnus dicat, q̄ scit, quia audiuit; & alius dicat, q̄ scit, quia vidit, vt. s. dictum est. Facit etiam, quia clarum est, quod vnusquisque dictorum testium facit semiplenam probationem eius, de quo queritur; ergo ambo simul iuncti, cum ad idem referantur, faciunt plenam probationem. Et idem dicerem, si variarent in personis, à quibus audiuerunt. Exemplum, vnus testis, qui asserit famam esse, in causa scientiae, dicit, quia audiui à talibus ipsum diffamatum, & exprimit, seu nominat viginti. Alius similiter dicit, & nominat alios viginti, quinque nominatos per primum, & quindecim non nominatos; & in loco non erant, nisi triginta, isti probant, quia quilibet probat semiplenè famam, ex eo, q̄ quilibet deponit de maiore parte populi illius loci, vt dixi. s. secundum Bartho. de Salic. sed si vnus testis nominaret. xij. aut. xv. alius similiter alios. xij. vel. xv. non nominatos, isti non probarent plenè, quia nullus eorum probat semiplenè, ex eo, q̄ nullus eorum deponit de maiore parte illius loci; ergo simul iuncti non probant plenè; nam & si decem testes deponerent famam esse, & vnusquisque in redditione causae diceret, q̄ audiuit à talibus, & nominaret. xij. & illos eosdem. xij. quilibet testis nominaret, non est dubium, q̄ fama non est probata semiplenè, quia nullum dictum eorum conuenit descriptioni famae; ergo quantum ad famam nullam fidem faciunt; sed si essent quatuor testes, & vnus nominaret. xij. alius alios. xij. alius nominaret. x. in quibus. x. continerentur. iij. iam nominati: & alius quartus testis nominaret alios. x. partim de nominatis ab vno, & partim de nominatis ab alio, ita quod duo testes coniuncti facerent semiplenam probationem; quia deponerent de maiore parte populi illius loci, posito, q̄ in loco, vt dixi, non essent nisi xxx. & alij duo testes coniuncti facerent semiplenam probationem, certè isti plenè probarent, arg. praedictorum, prout etiam dixi. s. secundum Bartho. de Salice. Et ex praedictis etiam infero, q̄ si ex quatuor testibus, duo nominarent eosdem. xij. q̄ fama esset plenè probata, quod probat; quia vnus ex primis duobus nominantibus. xij. coniuncto alio ex secundis duobus nominantibus alios. xij. faciunt semiplenam probationem; & alij duo. s. vnus ex primis, & vnus ex secundis, eo modo simul iuncti, faciunt aliam semiplenam probationem; ergo omnes simul iuncti faciunt plenam probationem; & idem ego dicerem in probanda iurisdictione; quia si vnus testis dicit, q̄ scit, quia vidit illum facere laqueum suspendi in tali die, & alius dicit, q̄ vidit eum facere decapitari in tali die, similiter semiplenè probat, ergo simul iuncti plenè debent probare, quando ambo testes infe-

runt ad vñū totum; & idē in probādo ius decimandi, si vnus vidit colligere decimas, granī, alius decimam vini, aut hordei, & sic de similibus. Idem dicerem in probando, q̄. T. possedit talem rem, nam si vnus testis dicat, q̄ vidit illum colligere vnas, alius dicit de frumento, alius vero de alijs fructibus, q̄ vnusquisq; probat semiplenē; ergō simul iuncti, cum inferant ad vnum totum, debent plenē probare. Similiter si volo probare q̄ frater Bernardinus fecit miracula, satis est, si vnus dicat, q̄ vidit eum illuminare cecum, alius q̄ fecit loqui mutum, alius q̄ mortuos suscitauit. Et idem si volo probare, q̄ T. sit hereticus, & vnus testis dicit, verum esse, quia asserbat Iesum non natum ex virgine, alij dicit, q̄ dicebat, seu dixerat animam Christi, tanquam hominis, non esse in paradiso; sed q̄ tanq̄ homo, debeat resurgere in nouissimo die, & sic de similibus. Et idem de vsurario, & alijs similibus qualitatibus quæ probabuntur, si sunt de bona fama, per bonas operationes eius, de quo quæritur; vt in pio propter exercitium officiorum piorum; & similiter de malo propter malas operationes; & sic patet ex prædictis reprobata op̄i. D. Ant. de qua. s̄. retenta op̄i. Iac. But. cui etiā Io. de Imo. potius videtur consentire. Nec ob. q̄ dixi. s̄. secundum D. Ant. de depositione miraculorum, vsurario, homicidē, & similibus testes non videntur probare; quia videntur singulares; quia licet sint singulares in accidentibus; tamen quia omnia accidentia prædicta referuntur ad eandem probationem vnus totius, & clarum est, q̄ si quilibet solus deposuisset, quilibet per se semiplenē probaret; ergō cum non tendat ad diuersa, sed ad vnum totum, commisseri, & coniungi debent ad plenam probationem. Et eodem modo potest responderi ad dictum Vinc. in. c. venerabilis. s̄. de testi. de quo. s̄. feci mentionem. & etiā ad dictum Io. de Imo. referentis Host. circa probandā iurisdictionem. Et aduerte pro declaratione, quia aliud est velle probare. T. homicidam S. & aliud est velle probare q̄ T. sit homicidiosus, hoc est, q̄ in eo inest qualitas viri sanguinolenti. Item aliud est velle probare, q̄ frater Bernar. fecit tale miraculum; quia vnusquisq; testis debet deponere de illo, & aliud est probare, quod sit vir miraculosus; ita quod hæc qualitas faciendi miracula; sit in eo; nā in prædictis casibus, & similibus probatur qualitas per pluralitatem miraculorum; & quanto magis multiplicantur, tātō melius probatur, quod queritur; & hoc arbitror voluisse D. Ant. s̄. cum dixit, quod si agitur de pbanda infamia, quod tūc videtur, quod testes probet; quia satis tendere videntur ad idem totum. Et ad prædicta facit, quod not. glo. in. l. ob carmen. s̄. fin. ff. de testi. & quod not. Doct. in. c. licet. ex quadam. s̄. de testib. & optimus tex. in. l. si arbiter. ff. de probatio. Facit qd̄ not. in. l. 1. ff. de ædific. edict. Nam ¶ in probando animali morbo sufficit, quod vnus testis dicit de aliquo morbo, & alius de alio; licet secus esset, si producerentur ad probandum morbosum tali morbo. Ad idem facit quod not. C. de iuris & facti igno. l. cum falsa. & ff. de pet. hæred. l. si quis libertatem. s̄. quoties. cum simi. Aduerte tamen, quia si probaretur diffamatio. quod T. sit diffamatus, quod sit homicidiosus modo prædicto; videlicet, qd̄ vnus deponit, quod fama est, quod interfecit G. alius quod inter-

fecit. B. Alius q̄ interfecit. M. & sic de similibus; nā per hanc probationem, arbitror, quod nō possit pro cedi cōtra T. tanq̄ cōtra diffamatū de aliquo speciali homicidio, vt patet ex prædictis. Nā licet ex prædictis resultet fama in genere, & pbata sit qualitas, quod sit homicida; tñ nō pōt contra ipsum inquiri speciali inquisitione, tanq̄ cōtra interfectore Gaij, vel Lucij; quia fama casu prædicto debet esse de hoc, vel illo homicidio plenē pbata. Sed clarū est, quod de hoc, vel illo homicidio non est plenē probata; ergō, &c. & prædicta diligenter no. vt nouissima. Circa secundum membrum principale de probatione alicuius totius, quod cōsistat ex pluribus partibus ipsius, ex 585 plum, in ¶ prescriptione longi temporis, in qua requiritur titulus, & possessio continuata. 10. annorū inter p̄sentes, & 20. inter absentes, vt. l. fi. & per to. 586 tit. C. de præscrip. long. tempo. Idem ¶ in canonizandō aliquem sanctum, ad qd̄ agendum requiritur pluralitas miraculorū, fides, & excellentia vitæ, & similibus. vt in. c. 1. per Io. And. & Doct. de reliq. & vener. sanc. & hoc casu, quia talia se habent vt partes totius, eius qd̄ probandum est, & sunt tales quarum neutra per se est sufficiens ad id, qd̄ intenditur, hoc casu dicerē, 587 quod ¶ si testes in partibus ipsis sint singulares, & varia deponentes, non probāt; vt puta, vnus probat de titulo, alter probat de possessione, certē hoc casu nō est probata intentio volentis probare prescriptionē longi temporis; & idem si duo probarent de titulo, & vnus, vel duo de possessione duorū annorū, alius de possessione duorum aliorum annorum, & sic de singulis; nam hoc modo non est probata possessio longi temporis. Facit quod dixi. s̄. de probanda fama, quæ requirit certum locum, vel tempus, quō ad intentionem potentia inquirendi; secus si de quibuslibet duobus annis, duo testes deponerēt; ita quod compleretur numerus annorum requisitus ad prescriptionem. Idem etiā in probatione miraculorum, si ad canonizationem requirerentur sex miracula, & vnus deponeret de vno, alius de alio nō esset probata intentio volentis fieri canonizationem, et si essent. 10. vel 15. testes, vel etiam mille, quorum quilibet deponeret de vno miraculo diuerso ab alio; quoniam nullum ex ipsis est plenē probatum. Nec ob. quod vnusquisq; semiplenē probet de miraculo, de quo deponit; ergō si deponunt de. 12. aut. 20. miraculis, dicentur saltem probare plenē sex, vel. x. miracula; quia hoc non est verum; quia nullum prædictorum miraculorum dicitur plenē probatum, cum in nullo testis habeat contestem; nec semiplena, pbatio alterius potest coniungi cum semiplena probatione alterius, cum qualibet semiplena probatio tendat ad singula miracula; nec probationes habēt respectum ad personam facientem miracula; ita vt dicamus illam miraculosam, vt. s̄. proximē dixi in alio membro; sed habent respectum ad ipsa miracula, & numerum miraculorum; secus si prædictæ attestations producerentur ad probandum virtum miraculosum, vt dictū est. Et sic patet, quod op̄i. D. Ant. de qua. s̄. circa miracula, non est bona; nisi intel ligatur secundū hanc considerationem. Et etiā ex prædictis inferitur reprobatio D. Ant. in eo qd̄. s̄. dixit, q̄ si vnus testis deponit, q̄ tali die talis presbyter paratus ad missam dixit xirieleison, & alter dicit, q̄

cit, q̄ dixit præfationē, seu Credo in Deum, & dicitur probatum plenē, quod ille celebravit missam, ex eo, quod iste partes se habent ad vnum totum indiuiduum, istud enim dictum est falsum; nam stant ista simul, q̄ presbyter prædicta fecerit, & tñ non celebraverit missam, & testes necessariō non concludūt; sed verum est, q̄ si vnus testis deponeret, q̄ presbyter paratus dixit præfationē, & leuauit corpus Christi, & alius, quod paratus ad missam, dixit Agn° dei, q̄ ex quadam vrgenti præsumptione videretur probatum, quod ille celebrasset missam, non tamen de necessitate, vt de se patet. Et ex prædictis habes clare, & late expeditam hanc difficilem. q. & eius vtilē, & quotidianam materiam memoria dignissimam. ¶ Quadragesimo quæro, vtrum testes teneantur exprimere causam, quare populus, vel vicinia sic dicat, fatur, vel loquatur? Sol. dicit Bart. de Salice. in. d. l. ea 588 quidem. C. eod. arguit primo, q̄ sic, quia ¶ fama est communis opinio, vel assertio ex sola suspitione pueniens, vt dixi. s̄. in. 20. q. ergo non potest testis scire, quod sit fama, nisi sciat populum moueri ex suspitione ad hoc asserendum. In contrarium tamen allegat, quia si hoc esset, nunquam fama probaretur, quia vt plurimum homines sic loquentes, dicentes, vel asserentes non expriment causam; cōcludit ipse, quod credit, q̄ si non interrogatur, non sit necesse exprimere; aliās secus per rationem primo loco allegatā, & per not. in. l. sola. C. de testi. & c. cum causam. s̄. de testi. & si testis dicat se ignorare causam; iudex debet se informare a sic dicentibus, vt tetigi. s̄. in simi 589 li in præceden. q. ad hoc vt iudex videat, ne sit vana vox populi, quæ non sit exaudienda, vt. l. decurionū. C. de pœn. Ego verō arbitror, q̄ hoc dictum non sit verum; vnde dico, quod etiā si testis interrogaretur, quare populus, vel vicinia sic asserat, non teneatur respondere, aut causam assignare, per tex. in. c. super hoc. s̄. de renū. vbi colligitur, & maximē per D. Ant. quod licet testis teneatur causam assignare, p̄ quam concludat se scire illud factum, vel non factum, de quo testificatur, non tamen arctatur causam existentem in eo, qui illud factum, vel non factum, aut dictum fecit, omisit, vel dixit assignare. Ad idem tex. & ibi dixi in notab. in. c. si cum nobis. s̄. de re iudic. 590 vbi tex. vult, q̄ ¶ testis deponens sententiam latam a iudice non tenatur assignare causam, quare iudex talem sententiam tulerit; & ratio est in promptu, quia 591 ¶ testis solū tenetur reddere causam de his, quæ potest percipere proprio sensu; sed quare alius sic asserat, necessariō non percipitur proprio sensu testis, etiam si aliquā causam assignaret, quia potest esse, quod aliam in mente teneat, vt quotidie fit fingēdo 592 vnum, & tenendo aliud; sed verum est, q̄ ¶ præsumptio est, quod quis id loquatur, quod in mente habet, aut in corde, vt. l. Labeo. ff. de suppl. leg. 22. q. 2. c. his autem. & c. beatus. ¶ Quadragesimo primo quæro, 593 vtrum probata infamia per testes, si inquisitio vult probare bonam famam ad finem excludendi inquisitionem, debeat admitti? Sol. hæc quæstio est valde nota, & quotidiana, & variæ in ea reperiuntur opin. Io. And. in. c. cum oporteat. s̄. eod. recitat quosdam tenere, quod sic, qui dicūt, ad hanc probationē innocentia admittendos etiam familiares, cubicularios, & domesticos, 2. q. 7. c. cum pastoris. 1. 2. q. 1.

sint manifestæ. 18. q. 2. in decima. 2. q. 5. omnibus in fi. 91. distin. c. clerici. & in auth. de monachis. s̄. cogitandum. in fi. c. cum in tua. de spons. In contrarium allegat, quod hoc non videatur prodesse, quoniam etiam si mille testes dicerent eum bonæ famæ, postquam iam probatum est contrarium, tamen videtur præualere dictum paucorum, saltem quantum ad indicendam purgationem, vel etiam ad faciendam inquisitionē; quia videtur sufficere, quod remaneat infamatus apud alios, quorum respectu indicenda est purgatio; licet propter paucorum dicta non inducatur infamia, vt. s̄. sapius dictum est; & hoc dicit tenere Io. & Philip. ad quod adducit, quod ipse not. in. c. super hoc. s̄. de renuntia. super glo. 1. Tancre. & Vinc. tenent contrarium, dicentes, testimonium plurimorum præferendum; dummodo probent bonam famam, sicut alij testes malam; & idem tenet Specu. in titu. de inquisi. s̄. nunc tractemus. versi. qui plures. Hostien. dicit, quod probatio debet admitti, sed an præiudicet probationi contraria, debet attendi qd̄ habeat, & teneat communis vox exterior, & etiā qualitas testium, & personarum; & sic secundum diuersas qualitates arbitrabitur, quæ probatio præualeat. Innoc. in. c. inquisitionis. s̄. eod. tangit hunc articulum, & vix pōt comprehendere quid ipse velit, dicit. n. quod licet testes dicant aliquem infamatum, & communis vox non habeat eum infamatum, vox communis præfertur dictis plurimorum testium, vt. d. c. inquisitionis. Nec obstat. s̄. de spons. c. cum in tua. quia bene dicendum est probari infamiam per testes, & maximē vbi probationes inducuntur de loco, vbi infamia dicitur contracta, sed tutius, & melius est semp proprijs auribus habere certitudinem, & in loco, vbi dicitur infamatus, quam si per testes, & in alijs locis, vt. j. de purga. cano. c. cum dilectus. & s̄. de elect. c. scriptum. & de præsump. c. quia verisimile. & tunc quando constat aliquem esse bonæ famæ, licet duo, vel plures, vel multi, dummodo non sint aliās iurati, dicant eum malæ famæ, non fiet inquisitio, vt. d. c. inquisitionis. sed si hoc modo non constat de bona fama alicuius, & per duos testes probetur eum diffamatum, dicit Inno. se non credere iudicem teneri recipere probationes super bona fama, quia licet probaret per multo plures non proficeret sibi, cum possit esse bonæ famæ apud aliquos, & malæ apud alios, & propter illos sit indicenda purgatio, vt. d. c. inquisitionis. non tamen est quin benefaciat si illos recipiat, & in hoc parti morem gerat. ff. de proba. l. circa. nam & per eos poterit instrui. Facit 2. q. 7. c. cum pastoris. & d. c. omnibus. & c. sint manifestæ. & c. in decima. & d. s̄. cogitandum. Sed finaliter Inno. dicit se credere contrarium, & sic residet; & sic vix comprehenditur quid velit. Archid. in. d. c. omnibus. 2. q. 5. formaliter recitat Innocen. & etiam opin. Ioan. & Vinc. & sic pertransit; dicit tñ, quod si testes hinc inde producti probant famam, & infamiam, iudex attendet qualitatem testium, & an vox cōmunis exterior concordet cum infamia, vel non, vt post modum super hoc arbitretur. Ioan. Andr. in. d. c. inquisitionis, dicit, quod vbi primi, & secundi testes deponunt de infamia vicinæ, putat verum dictum Tancre. per. c. cum in tua. s̄. de testi. in glo. fina. Sed si primi, licet pauci deponant de fama vicinæ, & alij,



& alij, licet multi deponunt de fama alterius loci, procedit opi. Ioan. & Philip. Idem tamen Io. Andr. in. d. c. inquisitionis. dicit, quod si testes deponunt de infamia, & vox communis sit in contrarium, quod iudex de hoc potest se informare proprijs auribus; & sic informatus ad dictum primorum testium non fiet inquisitio, arg. d. c. inquisitionis. Sed si iudex non potest se informare modo prædicto; sed recipit testes super bona fama, & tunc aut testes vtriusq; partis deponunt super fama habito respectu ad communem opinionem, & habet locum opi. Tunc aut habito respectu ad se; quia testes vnius partis dicunt eum infamatum apud se; alij verò dicunt contrarium, & tunc indicet purgationem, ex quo apud legales, & bonos viros est infamatus, vt. d. c. omnibus. Barto. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de questio. & D. m. post eum, in. c. cum oporteat. §. eod. distinguit, quod aut vtriusq; partis testes deponunt super fama eiusdem loci, & eiusdem temporis; aut super fama diuersi temporis, aut super fama diuersi loci.

594 Primo casu, ex quo probaciones sunt omnino contrariæ habito respectu ad locum, & ad tempus standum est testibus magis idoneis; ad hoc quod not. in l. ob carmen. §. fin. & l. 3. ff. de testi. & latius in. c. in nostra. de testi. & c. cum in tua. de spon. Est tamen primo attendenda dignitas, & fama testium. Item qui aptiora, & magis verisimilia deponunt circa negotium, de quo queritur. Item, & maioritas numeri; & secundum Hostien. etiam attenditur qualitas actoris, & rei. Sed hoc vltimum non est multum ponderandum. Et dicit D. m. in. d. c. cum oporteat. se putare, quod qualitas probationis magis verisimilis, præferatur alteri qualitati etiam respectu numeri; nam licet pro vna parte sit maioritas numeri; tamen præferatur probatio magis verisimilis. Mouetur, per not. in. d. l. ob carmen. §. 4. q. 3. si testes. & quod not. Innoc. in. c. auditis. §. de præsumpt. & per glo. in. c. 1. eod. tit. lib. 6. & maxime in infamia, in qua debet attendi verisimilitudo; quia vt dicit Barto. in. d. §. tormenta. non sufficit dicere talem infamatum apud 595 populum; quia si vanæ voces populi non sunt audienda, vt. c. Ofius. de elect. & d. l. de curionum. vnde debent testes reddere causam, secundum ea quæ latius dixi. §. ver. 29. v. q. ad ver. 29. Ego verò dicerē, qd hoc totum relinqueretur arbitrio iudicis, per. l. 3. §. tu magis. ff. de testi. habebit enim iudex considerare qualitatem depositionis, qualitatem testium, quantitatem numeri; & hæc etiam adinuicem miscere; & hinc inde ponderare, secundum ea, quæ latius dixi post Doctō. in. c. in nostra. §. de testi. Secundo casu, quando testes vtriusq; partis deponunt de diuerso tempore, vt puta; quia quidam probant T. malæ famæ tempore, quo dicitur commissum delictū. Alij verò deponunt eundem T. præsentis tempore bonæ famæ; & tunc est præferenda ista secunda probatio propter mutatam opi. populi, si quæ non præsumitur mutata sine causa, vt. l. 2. ff. quis ordo. in bo. pos. serue. & in. c. non debet. de confan. & affin. 12. q. 1. certē, quod ego arbitror limitandum, si modo testes deponerent etiam de eodem loco; sed si de diuerso cum diuersitate temporis, idem dicendum arbitror, quod dicam in tertio seq. casu. Tertio verò casu, quando testes concludunt super diuersitate

loci, puta; quia testes vnius partis dicunt eum infamatum in tali castro. Alij dicunt eum bonæ famæ in ciuitate; & hoc casu quæ probatio sit præferenda, debent considerari reliquæ circumstantiæ; nam si in loco à ciuitate remoto fuit commissum delictum, & ibi sit infamatus; licet in ciuitate sit bonæ famæ, præualebit probatio malæ famæ; & ita debet limitari quod dixi. §. secundum Ioan. Andr. Si vero locus commissi delicti pariter distaret à ciuitate, & castro, in quibus diffamatus diceretur, attendenda est causa, propter quam testes mouentur, & etiam tem 597 pus, vt dixi in præcedenti casu; & si omnia sunt paria, probatio bonæ famæ confundit probationem malæ famæ, vt no. in simili in. l. admonendi. ff. de iureiuran. de quo latissime dixi in. c. fi. de iureiuran. Nam si probaciones propter æqualem potentiam adinuicem se confundunt, remanet præsumptio iuris, qd quilibet præsumitur bonus, arg. reg. semel malus. de regu. iur. lib. 6. & l. meritō. ff. pro socio. Sed ego hoc arbitror procedere quantum ad potestatem inquirendi super veritate criminum; sed quantum ad indicendam purgationem, probatio sequens bonæ famæ non releuat quominus sit indicenda purgatio, si apud aliquos infamatus est; ita qd ex infamia generetur aliqua suspitio, vt. d. c. omnibus. 2. q. 5. & sentit Ioan. Andr. vt dixi & sequitur D. Ant. in. d. c. cum oporteat. licet non sit infamatus quo ad totam viciniam, vel quantum ad testes deponentes de bona fama; tamen potest esse infamatus quantum ad aliquos alios, quod sufficit ad indicendam purgationem; licet non sufficiat ad inquisitionem; & ita dicit D. Anto. intelligendum dictum Innocen. in. c. inquisitionis. in glo. in verbo, infamet. & opin. Bart. etiam sequitur D. Barth. de Salic. licet sub breuius, in. d. l. ea quidem. C. eod. Sed Bald. ibi dicit simpliciter, quod si istæ famæ sunt incompatibiles, testes sunt contrarij; si compatibles, sunt diuersi, sed non contrarij; quasi sentiat, quod in primo casu recurrendū est ad qualitatem depositionis, qualitatem personarum; & quantitatem numeri, & ad alia, de quibus dixi. §. secus in secundo casu. Aduerte etiam circa prædicta; quoniam videtur procedere, quando iudex admitteret probaciones hinc inde, vel ad inquisitionem procederet ad promotionem, seu inquisitionem alterius; sed si ex officio procederet, non tenetur admittere probaciones super bona fama, nec debet fidē facere de infamia. Cui. n. fidē faceret cum ipsemet sit iudex; Sed si inquisitus appellaret, platus pōt corā superiore fidē facere de infamia, arg. eorū, qd traduntur in. c. cū cessante. §. de ap. in gl. & hoc tenet Spec. in tit. de inquisitio. §. nunc tractemus. verū nunquid publicatis. Et hoc ne indistinctē correctio illudatur, vt. c. licet. de offic. ord. Sed quasi semper illuderetur, si aliud diceremus. Nam semper quis diceret, se bonæ famæ, vide ibi, & adde ad ea quæ dixi. §. de loco. in versu. 24. & quod dicam. in. 11. articulo principali. ¶ Quadragesimo secundo 598 ro, si vtrum infamatus de aliquo crimine speciali, contra quem probata est diffamatio, probando bonam generalem famam releuetur; & videtur dicendum, quod non; quia si species derogat generi, vt in reg. generi. de reg. iur. lib. 6. cum similib. Sol. Gandi. in tracta. de malef. tenet contrarium; nisi fama specialiter

cialiter probata, aliàs inuaretur exterioribus, & certioribus circumstantijs; & ratio est, quoniam tales factus est reus, omnium factus est reus, vt in. c. defleat. 600 me sunt incompatibiles; quia si qui de vno crimine factus est reus, omnium factus est reus, vt in. c. defleat. 601 j. de reg. iur. de pœnit. dist. 5. fratres. nam & pœnit. virtus detrimentum patitur ab vno vitio, de pœnit. dist. 5. c. consideret. §. defleat. vnde non potest esse bonæ famæ etiam in genere, qui infamatus est de aliquo delicto in specie, arg. prædictorum; & per consequens probaciones prædictæ ad inuicem se confundunt; & sic dicta probatio generalis inuariat probantē. Non ob. iura in contrarium allegata; quia illud est verum, quando genus posset saluari in alijs speciebus, & species excepta, seu exempta non est incompatibilis cum suo genere; & hanc opi. sequitur Bal. in. d. l. ea quidem. C. eo. & mihi placet. ¶ Quadragesimo 602 tertio qro. si pone statutum dictum, qd fama habeatur pro plena probatione in certis delictis, & probatur fama de illo delicto contra reum, contra quē iudex intendit specialiter inquirere, reus vero probat de contraria fama super innocentia sua, queritur, quæ probatio præualeat? & videtur, qd præualeat, probatio famæ de delicto; quia ex quo cōtra ipsum reū probatio famæ prædictæ priuilegiata est, & exequata veræ probationi, perinde est, ac si verè probatum esse delictum contra reum, vt not. in. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad. l. Falc. & l. 1. ff. de leg. 1. & l. si quis. C. de 603 furt. Sed si vera probatio delicti, quæ est de ipsa re, præualeat probationi famæ de innocentia; quia illa nō est de re; sed extra rem; ergo, & c. Præterea vtraq; fama potest esse vera propter varietatem temporis, 604 & personarum; quoniam si multas varietates habet 605 tempus; & similiter si intellectus noster habet varios motus, & si lingua nostra magnæ lubricationis est; adeo quod de eodem, & eodem die poterunt esse contrariæ famæ. Sol. Paul. in. d. l. ea quidem. tenet contrarium. Mouetur, quia quoties priuilegium conceditur a Cui, debet constare de illo actu, vt. ff. de mili. testa. l. diuus. sed de fama contra reum non constat, arg. l. scripturę. C. de fide instru. & c. imputari. de fid. instru. quia probatio secundæ contrariæ famæ confundit primam, vt patet in duabus. qq. præcedentibus, ergo. & c. Et per hoc constat responsum ad primum argumentum. §. in contrarium formatum. Non ob. secunda ratio; quia verum est, prout in ea dicitur, qd hoc potest esse. Item & verum est, 607 qd potest etiam esse contrarium; & si in dubio pro reo iudicandum est, vt in. c. inter dilectos. in fi. de fid. 608 instru. Præterea, si in iudicij priuilegium concessum accusatori videtur concessum reo, vt seruetur æqualitas, vt. l. si. C. de fruc. & lit. expen. & in regula, non 609 debet actori. de reg. iur. lib. 6. ergo ita si debet esse priuilegiata probatio rei, sicut actoris; hæc tamen ratio non concludit, quando statutum aliquid dispo- neret solum in odium accusati; nam tunc non esset pro reo interpretandum; secus si simpliciter, & hæc decisio satis mihi placet. ¶ Quadragesimo quarto 610 quæro, quid si testis postq̄ aliqua capitula affirmati, & probauit, & super aliquibus dixit se ignorare, & nihil scire, & tandem interrogatus super articulo famæ, dixit, qd de omnibus præmissis est publica vox, & fama, an probet saltem famam esse de his super quibus dixit se ignorare? Sol. quidam dicunt, hoc di-

ctum de fama restringendum fore solum ad ea capitula de quibus depouit, & probauit, non ad ea quæ dixit se ignorare. Alij dicunt, qd debet referri ad oia, cum possibile sit testem nihil scire de essentia, & quidditate rei, de qua capitulatur, & sup qua interrogatur; & tñ de hoc eodē de cuius essentia, & quidditate ignorat, scit publicam famam, & vocem esse; & hoc tenet Spe. in tit. de fama. §. fi. Et ideò equū est, si Io. qd testis repetatur hoc casu, vt declaret dictū suum; & asserit sese de facto fecisse in. q. vertente. coram eo inter Archiepiscopum Rauennatē & cōmune Forliuij; sicut si repetitur testis, qui obscure depouit. §. de testi. cū clamor. sed si dictū suū non posset testis corrigere postq̄ potuit loq̄ cū parte, vt not. in auth. de testi. §. si quis verò. coll. 7. & sic refert, & sequitur. d. Barth. de Salic. in. d. l. ea quidē. C. de accus. Sed tu aduerte; quia circa hoc vidj complures practicos errare; nā factis plurimis, ac plurimis articulis in fin. omnium articulorum faciunt vnum articulum sub ista forma. Item ponit, qd de prædictis omnibus, & singulis est publica vox, & fama; & notarij qui examinant, faciunt qd testis dicit, & communiter etiam scribunt, qd de testificatis per eum est publica vox, & fama, & c. de non testificatis non est, aut similia; tamen in veritate quandoq; sciunt famam esse de aliquibus, de quibus, quo ad veritatem nihil aliud sciunt. Et ideò ad fugiendum hunc errorem, ego semper post articulum, maxime de quo timeā, qd testis nihil aliud sciat, nisi per famam; facio immediatē articulum, qd de contentis in dicto articulo est publica vox, & fama, & c. & sic multiplico articulum famæ post singulos articulos tales. Vel facio fieri interrogatorium, qd si testis dixerit se nescire de contentis in tali, vel tali articulo, & c. Interrogatur super singulis separatē, & particulariter, an saltem aliquid sciat per famam; & ita consulo qd facias; nā poteris sepe numero honorem non paruum reportare. ¶ Quadragesimo quinto quæro, si de effectibus famæ, seu diffamationis? Sol. licet varij sint effectus; tamen, secundum meam consuetudinē viderentur attingendi solum effectus, quo ad potestatem inquirendi; verum quia in hac materia inquisitionis, cuius præambulum necessarium est ipsa fama, vel diffamatio, vt sæpius dixi; & propter hanc causam plurima dicta sunt in præcedentibus questionib. & quia multi Doc. plenē hanc. q. examinant, vbi examinant hæc materiā inquisitionis. Ideò, vt tu plenē habeas hanc materiā, ego etiam illam hic tractabo. Dico igitur in primis, qd fama bona magni est effectus, & sum meliorandum est, vt conseruetur; quia si plus valet, q̄ multus thesaurus, vt dixi. §. in. 20. q. Nā per bonam famam sepe numero conseruantur homines, sicuti contra pp malam plerumq; vexantur, & torquent. Vnde summopere debent cauere homines, 615 ne quæ infamant; si tenent enim ad restitutionē bonæ famæ, si falsò infamant; nec remittit peccatum nisi restituatur ablatū, vt in reg. peccatū de reg. iur. lib. 6. Et quātum difficile sit infamatum restituere, docet experientia rerū magistra; & satis colligi pōt ex præcedentibus, & sequentibus. Aduerte tñ; quia debet quis laborare vt fama bona nō sit fallax; sicut 617 si contingit in maledictis, & detestabilibus, & protinus fugiendis hypocritis, qui cum maxime fallat, id agunt

agunt vt boni videantur. Est enim hypocrita fictor, simulator, & representator alterius personæ, quam fit. Facit. n. actum laudabilem à corde valdè discrepantem. 27. dist. q. interrogasti. vnde in Euangelio; Hypocritæ tristes exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Et exterius agni mansueti apparent; interius verò sunt lupi rapaces. Sed

618 h i viuunt corporaliter; spiritualiter verò mortui sunt. 1. 2. q. 1. nollo. & c. certè. vnde subeunt picula de quibus, de penit. dist. 2. §. euidèter. vbi inter alia plurima dicit, Illa virtus ante Dei oculos nō est virtus, quæ abscondit qd displicet, & perdit qd placet. Quæ itaq; apud Dominum possunt esse merita, quando & mala occulta sunt, & bona publica. Vide ad hæc not. Satyram. 2. Iuuenal. Poetæ. Ultra Saurobatas fugere hinc libet, & glaciale Oceanum, quoties aliquid de moribus audent, Qui curiosi simulant, & Baccanalia viuunt. Secundus effectus famæ est; quia facit præsumi bonam fidem, vt. l. si mater. C. ne de sta. defunc. & l. 2. C. si ser. ad decurio. aspira. quod verum est, si ad hoc proposita est. Quandoq; etiam facit præsumi malam fidem, vt not. in. c. apostolica. de cle. excom. mi. & c. cum contingat. de rescript. & ibi dixi traditur per D. m. in. c. de quarta. de præscript. super glo. fi. & ibi tetigi. & not. glo. in. l. si tutor. C. de pericu. tuto. & curato. Et in prædictis locis vide alia similia iura. Tertius famæ effectus est, vt quis propter famam quandoq; excusetur à dolo, vt. C. ad. l. Iul. de plagiar. l. plagij. 2. & ibi not. gl. & ff. de abige. l. 1. §. si. cum ibi no. nisi talis sciuerit contrarium esse verum, vt. l. miles. §. vltimo. ff. de adulte. & probatur in d. l. 2. C. si seruus aut libe. ex quo infertur, quod author famæ non excusatur. Quartus effectus est, quod per eam excusatur testator, ita vt non vitietur testamentum propter defectum testis non legitimi, qui legitimus reputabatur. l. 1. C. de testa. nec etiam propter defectum institutionis, vel exheredationis, vt. l. si. ff. de hæredi. insti. Similiter etiam excusat contrahentes. l. 1. & 2. C. ad Mace. & l. 3. ff. eod. Quintus effectus est, quod validat acta iudicialia, quæ alias fuissent nulla. l. Barbarius. ff. de offi. præto. & l. si aliter. C. de senten. & interlo. om. iudi. Sextus effectus est, quia videtur facere valere collationem beneficij, vbi aliàs non valeret, de quo dic. vt traditur per Innoc. & Doct. in. c. nihil. §. de elec. Septimus effectus est, quia facit vt filij, qui alias essent illegitimi, reputentur legitimi, & succedant sicut legitimi, vt. §. qui fil. sint legi. c. cum inter. & c. ex tenore. traditur in. l. si. ff. de condic. sine causa. & l. qui contra. C. de incestuo. nup. Octauus, quia excusatur quis quandoq; à peccato, vt habetur Iosue. c. 9. transumptiuè. 2. 2. q. 4. c. innocens. vbi, Gabaoitis seruatum fuit pactum quia fama erat, & quia communiter aduenere reputabantur, Nonus, quia permittit hæreditatem interim adiri, quæ aliàs adiri non posset. l. cū quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. here. Decim⁹, quia declarat intentionem loquentis, & significatum vocabulorū. l. cum delanionis. §. asnam. ff. de fun. instruc. l. auunculus. ff. de verb. sig. l. 1. §. 1. ff. de flumi. prædicta tamē iura potius videntur loqui in communi vsu, q̄ in fama. Item videtur esse potens ad remouendam exceptionem oppositam contra agentem interdicto vnde vi, secundum aliquos. Inna. contra. in. c. 2. de ressi. spol. dixi ibi

post glo. in vers. extra glo. oppo. Vndecimus, quia est sufficiens indicium ad torturam, vide Bar. in. l. de minore. §. tormenta. & in. l. si. ff. de questio. & fortè aliquid. j. dicemus. Duodecimus effectus est, quia quædoq; plenè probat id de quo queritur, quandoq; semiplenè, circa quem articulum variæ reperiuntur opi. Quidam enim dicunt, qd plenè; & hoc sentit glo. in. l. atqui natura. §. si cum me. ff. de nego. gest. & l. 3. C. de proba. & l. vbi adhuc. C. de iure dot. & c. cū causam. de proba. Aduerte tñ; quia licet illa glo. in d. l. 4. communiter ad hoc allegetur; tamen nō probat secundū Barth. de Salice. in. d. l. ea quidē. & bene; nam gl. ibi super verbo, legitimis probationibus, dicit, hoc est per famam consentientem; & Pet. ibi sentit, qd semiplenè; nam t consentire idem est, qd simul sentire, arg. l. 1. §. 1. ff. de pac. & l. cōsensu. ff. de ac. & obli. Aliqui verò dicunt, qd fama inducit semiplenā probationem; hoc vult glo. in. l. admonendi. ff. de iur. iuran. & l. in bonæ fidei. C. eod. & l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & c. 1. §. de appell. & 4. q. 3. §. item sepè. Alij volunt, qd fama nullo modo probet; sed dumtaxat cōfirmet probationem iam factā; vñ; si sint probationes hinc inde pares, ille debet obtinere, cuius probationis iuncta est fama, vt. d. §. eiusdē. & §. itē sepè. qui tex. loquunt per verbū, confirmat; & tenent lac. de Are. & Iac. de Belui. & Thomas de Piperata in tractatu de fama. Gof. verò. i. c. pterea. §. de spon. tenet, qd non plenè probat, sed præualeat dicto vnus testis; sentit gl. in. c. super eo. de confan. & affi. & d. §. item sepè. Alibi dicit glo. qd inducit presumptionem, non probationem, in. c. illud. de presump. & c. præterea. de testi. Alibi verò dicit, qd sola fama nō sufficit, sed cōiunctis, alijs adminiculis pbat, in. c. cū in diecesi. de vsur. Alibi verò dicit in. c. sanctum. de consec. dist. 4. qd nedū plenè, aut semiplenè; sed nec partē probationis facit Dy. in. l. excusantur. §. 1. ff. de excu. tut. & Cy. in. l. si. C. de questio. & in. l. 4. C. de pba. tenent, qd

621 in ciuilibus fama cum vno teste probet; secus in criminalibus, vbi probationes debent esse luce clariiores, vt. l. si. C. de proba. Spe. etiam tangit hunc articulum in tit. de proba. §. videndū. ver. 6. & in tit. de not. cri. §. fama. & satis variè loquitur, nec firmat pedes; & tangit etiam Io. And. in addi. ibi. Bar. verò latius reassumpit in. d. §. tormenta. vbi distinguit, qd quedam sunt in quibus sufficit famā sic esse, vel fuisset; licet in veritate aliud fuerit; & tunc sufficit probatio famæ, vt. l. Barbarius. ff. de offi. præto. & l. 1. C. de testa. & l. 1. C. de sent. & interlo. 3. q. 7. §. tria. vers. veruntamen. Quedam verò sunt in quibus non inspicitur sola fama; sed exigitur veritas, & in his subdividit, qd quedā sunt in quibus fama, seu cōmunis opi. hominum facit veritatem, seu habetur pro veritate; & sufficit probatio fame, vt. l. Labeo. ff. de sup. leg. & in alijs iuribus allegatis. §. in. 1. 1. effectū. Quadā verò sunt, in quibus cōis opi. seu fama aliud nō disponit, sed inducitur ad probandum aliquid dispositū; & tunc, aut fama probatur simpliciter ex voce populi nulla data presumptione, seu legitima causa, ex qua fama originē traxit, & non probat; quia dī vana vox populi, vt. l. decurionū. C. de pen. coadiuuat tñ probationes, vt. d. §. eiusdē. Aut probatur, qd fama traxit originē ex probabilibus coniecturis; & dicit Bar. qd in quibusdam casibus facit plenam probationem; videli-

videlicet; in his, q̄ sunt parui præiudicij; ita intelligit qd not. gl. in. d. l. vbi adhuc. Item quandoq; habet esse et um translatiuū; quia transfertur onus probandi de vno in alium; vt. l. si mater. C. ne de sta. defunc. & not. in. c. vni. ut eccl. beneficia. regulariter aut, vt ipse dicit, fama non facit plenā probationem. An aut faciat semiplenā, videt concludere, qd potius sit arbitrariū; quā quod sit dari, certa doctrina; debet enim iudex animaduertere ad presumptiones, & coniecturas, ex quibus fama traxit originem, per quæ poterit informare motū animi sui. Ex quib⁹ oibus infert Bart. ad decisionē multarū. qq. quas ibi vide p eum. Bal. hunc articulum tetigit in pluribus locis; videlicet, in. l. 2. §. 2. de excu. tu. & in. d. §. eiusdē. in authen. qd locum. C. de colla. & in. l. gall⁹. §. ille casus. ff. de libe. & posthu. & l. conuenticulā. C. de epi. & cle. & l. at qui natura. §. cū ea. ff. de nego. gest. & l. 1. C. de confes. & nunq̄ firmat pedes. D. m. hunc articulum latè tractat in. c. veniēs. §. de testi. & facit vnā distinctionem nouam, quæ tñ iudicio meo in multis est imperfecta. Vides ergo, qd variæ, & dissonæ, ac contrariæ sint Doctorū nostrorū sententiæ. Quare ego in hoc articulo dico principaliter cōsideranda tria mēbra, ac distinguenda. Primū, an fama probet. Secundū, quid probet. Tertiū, qualiter, & quantum probet, & qualis sit eius probationis effectus. Circa primū distinguo, qd aut fama pcessit ex incertis authoribus, aut ex certis. Primo casu, non pbat etiā in his, quæ sunt parui iudicij secundum D. m. in. d. c. veniens. 1. quia tunc potius dicenda est vana vox populi, per. l. decurionum. C. de penis. & c. 2. §. de elec. & supra dixi sū Bar. Secundo casu, dic. qd aut processit ab inimicis, & suspectis, & de ea nō est curandū, vt. c. cum in iuuentute. §. de presump. & c. licet ex quadā. §. de testi. & hic in tex. nostro; & idem dicendum si processit ab eo, in cuius vtilitatem tenet, & fauorem. Aut constat, qd omnino processit ex inimicis, sed ex aliqua probabili cā; & tunc probat, sed quantum probet statim videbimus. Circa secundū membrū, quid pbat fama; clara est decisio, qd solum probet illud, quod ex fama percipit, & probatur, vt. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & clarius apparebit ex sequentibus. Circa tertium membrum qualiter, & quantum probet, dic. qd aut loquimur in his, in quibus cōis hominum opinio operatur, & consuetudo hominum versatur, vt circa imponenda nomina, & in capiendo, aut intelligendo, an aliquid sit magnum, vel paruum, longum, altum, vel breue, durum, molle, vel asperum; & sic de singulis; & in his fama probata, & vulgaris opi. plenè probat, vt. l. r. ff. de flumi. & l. cum delanionis. §. asnam. ff. de fun. instruc. & l. si qs. ff. de leg. 1. & l. labeo. ff. de sup. leg. & C. de ingenu. manu. l. ad recognoscendos. imò dicit tex. notab. in. l. librorum. §. quod tamē Cassius.

622 ff. de leg. 3. qd cōis opin. seu vulgaris vsus in talibus præualeat proprio significato verborum. Et ex prædictis infertur, quare fama in prædictis plenè probet. Quadā verò sunt, in quibus communis opinio principaliter non operatur, sed veritas; & in istis subdividit, qd aut loquimur in his, in quibus principaliter non tractatur de præiudicio alicuius; licet in quandam consequentiam, & in quibus fauor publicus suadet vt opinio præferatur veritati; & in istis fama, seu communis opinio plenè probat, vt. l. Barba-

rius. ff. de offi. præto. & 3. q. 7. §. tria. vers. veruntamen. & l. 1. C. de test. & l. si arbiter. C. de sen. & interlo. om. iud. Aut loquimur in his, in quibus tractatur de præiudicio tertij; nec publica vtilitas facit, vt communis opinio præferatur veritati; sed solum est præferenda veritas. Et tunc aut loquimur in casibus, in quibus ex sui natura impossibilis; seu difficilis est probatio directa veritatis, vt in filiatione, vt. l. Lucius. ff. de condi. & demon. & fama inducit plenam probationem; coniuētis tamen his, de quibus per Cy. & Doct. in. l. si vicinis. C. de nupt. & l. filium. C. de his, qd sunt sui, vel alie. iur. & ibi per Bal. & maximè vbi agitur de filiatione antiqua. Facit quod not. in. d. c. licet ex quadam. & hinc est quod dicimus, quod dī fama facit incestuosos haberi pro legitimis; vt. l. qd contra. C. de incest. nup. Item permittit adiri hæreditatem eo tempore, quo non posset adiri, vt. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. hære. Aut loquimur in casibus, in quibus probatio est impossibilis de sui natura; & tunc aut est factū, cuius nulli hominū nunc viuat, per proprium sensum potuit competere cognitio, & scientia propter factū antiquitatem, & fama inducit plenam probationem, vt. l. si arbiter. ff. de probat. & l. 2. §. item Labeo. & ibi per Bar. ff. de aqua plu. arcen. traditur in. c. cum causam. de proba. Facit qd not. gl. in. l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & per Inno. in. c. veniens de verb. sig. & D. Ant. tenet in. d. c. veniens. 1. §. de test. Quod tñ non placet ibi D. m. mouetur; quia imputandum est parti quare à principio sibi non prouidit. Nec est dicendū secundum eum, qd si proba per famam, qd domus tua fuerit ecclesia consecrata iam sunt mille anni, quod hoc sufficiat; quia communiter iura volunt, qd fama plenè nō pbat; quia t sepè fallax est; & probationes debent necessariò concludere, vt in. c. p̄sentia. §. de pba. Nec ob. l. si arbiter. & similia iura, per quæ mouetur Doc. quia loquunt, qd est probanda scriptio tanti tēporis, qd memoria non extat in contrariū; nō aut procedit ḡnalter in omnī facto, aut dicto antiquo, qd dictū est singulare, cogitabis; & vide Bal. in. l. 2. C. de rei vendi. & l. conuenticulā. C. de epi. & clerici. & in auth. quas actiōes. C. de sacrosan. eccle. Et vide qd dixi in rub. de cau. pos. & p̄prie tracta. primo. art. §. ver. item probatur per famam. Aut est factū, quod representari p̄t sensui viuētū; quia recens, & cui⁹ extat memoria; & subdividit, qd aut est tale factū, qd non p̄t deliberatè cerni, & intelligi; verbi gratia, in eo t qui decessit in naufragio, vel in bello; & tunc fama, vel communis opinio probat illum mortuum, vt per Cy. in. l. si quidem. C. sol. ma. qd tñ qualiter intelligatur, vide per gl. D. Ant. & Doc. in. c. p̄sentia. §. de spon. & Bar. in. l. 2. §. si dubitē. ff. quædamo. test. apetiā. & gl. & Doc. in. c. quoniā. §. vt lite nō conte. est bo. tex. in. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re. mili. Aut est tale factū de quo in p̄senti p̄t haberi notitia, & memoria, & p̄t deliberatè cerni; & subdividit, qd aut loquimur in ciuilibus, aut in criminalibus. Primo casu, aut sumus in materia piculosa peccati, ita qd agendo contra famā via est piculosa; qd posset quis incidere in peccatū; sed abstinēdo, via est secuta, vt in causa matrimoniali, & in hoc fama inducit plenam probationē, vt in. c. sup. eo. §. de confang. & affi. & ratio est in promptu; quia negari



627 non potest quin fama saltem faciat rem dubiam;  
 628 sed in re dubia in causis animarum, semper securior pars est eligenda, vt. c. iuuenis. de spon. & c. significati. & c. ad audientiam. de homici. cum simil. & in. c. illud. de cler. excom. min. & vide qd not. in. c. super eo. §. 1. de testib. Aut loquimur in alijs causis indifferētibus, & subdistingue, qd aut loquimur in his, quæ sunt magni præiudicij; & clarum est, qd fama non probat plenè. An autem probet semiplenè, in hoc est dubium; & tex. v. velle, qd non, in. c. tā literis. §. de test. in prin. vbi tex. exp̄sè probat, qd fama non probat semiplenè; quia si probaret semiplenè, cum ibi essent plures alij testes, licet singulares, deberēt plenè probare, qd tamen est falsum; nisi diceret, qd alij testes singulares de per se non faciebant semiplenam probationem, vt. §. dixi. In contrarium tamen, 629 qd fama faciat semiplenam probationem, est tex. in d. §. eiusdem. & videtur cōmunis opinio, vt. §. dixi. in prin. Ego tamen in hoc arbitror plurimū versari arbitrium iudicij, vt animaduertat famam, & eius probationem, negocij qualitatem, & reliquis circumstantias, ex quibus omnibus poterit informare motum animi sui, & comprehendere vtrum fama faciat semiplenam probationem, vel indicium; & hoc exp̄sè vult tex. in. d. §. eiusdem. Aduerte tñ; quia 630 vbi cumq; gl. & Doc. dicunt, qd fama cum vno teste plenè probat, intelligo de teste, qui nō sit singularis; secus si esset singularis; nam cum testis singularis non probet semiplenè; vt dixi in. c. fi. de iureiurā. sequitur, qd non plenè probaret, vt probatur in. d. c. tam literis. Et ideò, ego semper fui huius opinionis, qd si vnus testis interrogatus dixit vera esse contenta in hoc articulo, interrogatus quibus præsentibus, dixit solum de se teste, & cum talis sit singularis, non probat semiplenè, de quo tamē dic, vt latius dixi in d. c. fi. Aut loquimur in his, quæ sunt modici præiudicij, & in talibus fama plenè probat, secundum Ia. c. But. pro quo bonus tex. in. c. cum causam. §. de testib. dummodo habeat ortum ex probabilibus coniecturis, vt. §. dixi. Dicit tñ Iac. Butri. qd etiam isto casu iudex consultus faceret, si vltra famā deferret iuramentū; & aduerte, quia licet negotium in se sit magnum; tñ, si illud super quo principaliter agitur est parui præiudicij, verbi gratia, in restitutione dotis pp vergentiam mariti ad inopiam; nā licet dos sit magna in se; tamen fama signatio propter prædictam causam est parui præiudicij; & ideò fama plenè probat vergentiam ad inopiam, vt traditur in. d. l. vbi adhuc. C. de iure dot. & probatur in auth. de æquali. doti. §. illud. & vide qd lati dixi in. c. fin. §. de iureiurā. in prima. q. pri. in. fi. dicit tamen Spec. in tit. de noto. 633 cri. §. fama. ver. quid si agenti. qd licet exceptio excommunicationis opposita in vim dilatorie, non sit magni præiudicij; tamen non probatur per famam cum vno teste; quod not. perpetuò propter ipsius auctoritatem; sed non videtur esse verum, arg. eorū quæ dicta sunt. Si vero loquimur in criminalibus, 634 dic, qd fama quādoq; tribuit materiam procedendi ad inquisitionem; vt patet ex præcedentibus, & hic in tex. nostro, & quādoq; indicendi purgationem. 2. q. 7. c. presbyter si à plebe. & §. c. proximo. cum simil. quāq; suspendendi à beneficio, & officio, donec se purgauerit; distinguendo, vt dicam in. c.

C. d. m. v. p. m.

cum inter. §. de purg. cano. & per Io. And. in. c. 2. cō. lib. 6. Quādoq; coadiuuat probationes iam factas, seu alia adminicula, vt. c. præterea. §. de testi. Gra. dum tamen probationis non facit; quia in criminalibus, probationes debent esse luce clariores, vt l. sciant cuncti. C. de proba. & 2. q. 8. c. sciant. & c. Epiphanius. 5. q. 6. vbi probatur, qd non facit etiam semiplenam probationem; nisi ageretur de crimine ciuilitate. Vide gl. in. c. veniens. 2. de test. & adde que dixi in. d. c. fi. de iureiuran. in. 4. membro. 3. q. principalis. ¶ Quadragesimo sexto quaro; qd vtrum non precedente inquisitione super infamia valeat processus habitus super veritate criminum? Sol. Inno. in d. c. cum oporteat. tenet, qd sufficiat relatio famæ; licet super hoc iudex non inquisuerit, nec sit sibi facta probatio per testes, vt. §. de purg. cano. c. inter. & hic in tex. nostro. ego tetigi in. d. c. cū oporteat. sed hic latius intendo examinare. Io. And. hic in glo. r. dicit, qd Moderni. Doc. in hoc articulo posuerunt varias, & contrarias opi. Nā Pet. & Abb. distinguunt, qd aut iudex procedit alio promouente inquisitionem. Aut ex mero ipsius officio. Primo casu, volunt, qd inquisito ne gante infamiam præcessisse, non possit iudex procedere; nisi primò probetur infamia per promouentem inquisitionem. Secundo casu, volunt, qd possit de veritate inquirere; licet inquisitus neget se infamatum; nam satis est, qd sibi constet de infamia; quia non est iudex coram quo debeat fidem facere, cum non sit alius iudex, nisi ipsemet; si tamen appellaretur, sufficit, qd delegat inquirens faciat fidem de infamia coram superiore; idem tenet Spec. in tit. de inquisi. §. nunc tractemus. ver. hoc autem. & hoc ne inducatur correctio; & tenet etiam Abbas in. c. inquisitionis. §. eod. & sequitur Hosti. in ordinario; secus autem in delegato; hæc etiam dicit vera Do. Ant. in d. c. cum oporteat. vbi proceditur ex officio ad penā criminis; quia tunc sufficit infamiam subesse; licet illa non sit probata coram ordinario; sin autem procedatur ex officio necessitante, vt in matrimonio carnali, vel spirituali, hoc casu dicit procedi posse absq; aliqua infamia. Primum probatur, in. c. 2. de clandest. despon. Secundum de spirituali, in. c. cum nobis. §. de elec. Idem etiam dicit vbi cumq; ex mero iudicis officio procederetur; maxime in his, in quibus veritur periculum animarum, vt. c. ad nostram. 2. de iureiuran. & c. 1. de offi. ordi. D. m. pro concordia opi. distinguunt, qd aut iudex est delegatus, aut ordinarius. Primo casu, aut in rescripto est facta mentio de infamia, & processus factus super veritate criminum tenet; de quo tamen articulo dic, vt latius dixi. §. in. 1. 2. q. Aut non est facta mentio de infamia; & tunc aut iudex procedit super veritate criminum obmissio processu famæ, sciente, & patiente inquisito, & tenet processus. Nā exceptio non precedentis inquisitionis sup infamia est dilatoria, & indulta in fauorē inquisiti; vbi sibi imputandū est si a principio non excipit, p. not. tex. in. c. 2. eo. tit. lib. 6. Contra hoc tñ fortiter ob. qd peruersio ordinis cāq; ad cām non reddit processum nullum, sed tribuit instam cām appellandi. l. 1. & ibi not. C. de appell. glo. 2. q. 6. 1. sum. & in §. diffinitiva. & Doc. in. c. vni. de mutuis peti. & c. dilectus. de ord. cog. Ioan. And. & Archi. in. d. c. 2. licet secus sit in peruersione ordinis causæ de se

de seipsa, ad seipsam; quoniam illa vitiat processum, vt. l. prolata. m. C. de sent. dicit Io. de Imol. in. d. c. cum oporteat. quod potest dici, qd hic peruertitur ordo eiusdem causæ de seipsa ad seipsam; quia ex iuris dispositione nō debet ad inquisitionem criminis procedi, nisi prius quaratur de infamia, vt. d. c. cū oporteat. & c. qualiter. §. eo. & hic. Hęc sol. nō videtur mihi bona, maxime eo casu, quando iudex procederet alio principaliter promouente inquisitionem. Et quia uideo, qd contra tertium possessorem non debet prius agi, qd excutiat debitor principalis, & tñ dicitur peruertitur ordo cām ad causam, vt dicit Bal. in auth. hoc ita. C. de pign. & in l. 1. C. si quid in frau. patro. nisi diceret, quia potest imputari parti, & respicit partem, sed hic potest imputari iudici; sed hoc nō vñ verum, quia vt dicit Io. And. in. c. 2. de pen. lib. 6. ista est propriè puerisio cām ad cām, que non vitiat processum. Vnde posset dici secundo modo sñ Io. de Imo. qd peruersio ordinis causæ ad causam, qualis est ista, non vitiat processum regulariter; prout est regulare est in alijs; nisi aliud a iure reperitur expressum, prout reperitur in casu nro qd vitiet, ut. d. c. qualiter. & d. c. cū oporteat. Aut inquisitus erat præsens, sed ignorabat testes recipi super veritate criminis, crederat enim illos recipi super fama, & tunc non valet processus, ut. d. c. inquisitionis. §. tertius. §. eo. & ibi tenet Io. And. in verbo, duo. dicens, qd per hoc non ob. c. 2. eo. tit. lib. 6. Aut inquisitus erat absens, & per contumaciam, & tunc aut adhuc non est processum ad actum, per qd præcludatur via potentia opponenda dilatoria exceptionis, vel alterius acti, qd habeatur pro lit. contedente, & nō admittet, vt flatim dicam. Facit qd not. gl. in. c. 2. de elec. lib. 6. & ad prædicta allegat no. per Inno. in. c. præterea. de dila. qm non debet esse melioris conditionis cōtumax, & inobediens, in facultate opponendarum exceptionum. quam præsens, 640 & obediens; & per prædicta dicit D. m. limitandum dictum. c. 2. eo. tit. lib. 6. vbi tex. exigit p̄sentia absque reclamatione; nam idē dicit si erat absens per contumaciam; & ad idē allegat tex. in auth. qua in puincia. C. vbi de cri. agi. op. Si vero inquisitus erat præsens, & excepit vt prius inquireretur super fama, & quia non fuit admissa exceptio appellauit; & hoc casu processus habitus super veritate criminum nō tenet; quia appellatio fuit legitima, nā eo ipso qd opponitur talis exceptio iudici, si est delegatus, debet prius recipere testes super infamia, quā super veritate criminum, vt. d. c. 2. nec sufficit, qd iudex dicat sibi cōstare de infamia. Facit. d. c. 2. & sequitur Hosti. in. d. c. cū oporteat. & prædicta, ut dixi procedunt in delegato sñ eū. Quòdego arbitror pcedere in delegato ad vnā speciē, seu ad vnā cām; secus in delegato gñaliter, seu in inquisitore gñaliter dato, vt. c. cum dilecti §. eo. & ibi dixi in. 2. not. & facit. glo. & ibi dixi in. c. qualiter. §. eo. Nā in eo arbitrarer idem dicendū, qd dicā in ordinario. Si vero esset ordinarius, distingue, qd aut pcedit alio principaliter proponente inquisitionē, & dic, vt dixi in pcedenti mēbro. Aut pcedit ex mero suo officio, & tunc si vult, potest recipere testes super infamia, si vero non vult; quia dicit sibi constare de infamia per inuestigationem extrā

iudicialiter factā, vel per frequentem clamorē, & potest pcedere super veritate criminum, et parte contradicente, vt hic; qm satis est, qd ad eū frequens, & clamosa criminum relatio puenit; vt probat in. c. cū dilecti. & c. cū oporteat. §. eo. de qua nō tenet alicui fidē facere. Si tñ inquisitus appellaret ex eo, qd asserat se non infamatum, tunc oportet iudicē ordinariū facere fidē de diffamatione corā iudice ad quē. Facit tex. nr. & Doct. hic, & Spe. in tit. de inqsi. §. nunc tractemus, ver. hoc aut scias. Sed tu aduerte; quia multū mirabilis vñ opi. Io. And. & aliorū qui volunt, qd processus teneat inqsiito opponente, si non appellat, cū tex. nr. in. ver. debet igit. dicat tradendo formā, qd capitula de quibus fuerit inquirendū, exponenda sunt inquisito, vt facultatē habeat se defendēdi; & nō solum dicta, sed et nomina testium sunt ei publicanda; & dicit hic Io. And. post. Hosti. simpliciter in. ver. fuerit. qd si primo fieret inqsiito, & postea inqsiito traderent capitula, qd nihil agerēt; quia peruertit reū ordo, per. c. cum post. petita. §. de elec. & idē sequitur Io. And. in addi. Spe. in tit. de inqsi. §. nunc tractem. ver. qd si inqsiitor ad locum. p. d. c. cum post. Si ergo hoc casu processus est nullus, fortius debet esse nullus cōtradicente inquisito, quamuis non appelauerit, & quāuis sit ordinarius, qd pcedit; & ex officio suo pcedat, quia hæc capitula non vident inqsiito exhibenda, & dicta testium, nisi ad finē vt videatur, an sit infamatus, ut possit se defendere, ut patet, ibi, ne p suppressionem nominum infamandi, per exceptionum verò exclusionē, deponendi falsum, audacia pbeat. Vnde hic articulus est mihi valdē dubius, & pp ea quæ supradicta sunt in. q. 1. 2. & per ea qd dicta sunt hic, & etiam pp dicenda; maxime quia tex. noster loquitur simpliciter, & indistinctē. Nec potest iudicio meo aliter responderi; nisi quod prædictum dictum Hosti. & Io. And. hic, in verbo, fuerit, sit intelligendum sñ p̄dictā distinctionem, & quòd hic non est ordo substantialis causæ de seipsa ad seipsam, vt. §. dixi. vel quòd dum tex. loquitur hic de capitulis exponendis, non loquitur respectu processus infamiae; sed respectu processus habēdi super veritate criminum; huic tamen intellectui non benè adaptantur verba Hosti. & Io. And. de quibus. §. qui dicunt, qd si primo fiat inqsiito, & postea capitula tradantur, qd nihil agitur; quia peruertitur ordo. Videtur tamen dictus intellectus conuenire tex. nostro, in quantum nihil aliud loquitur de processu inquisitionis super veritate, sed solum de infamia ferenda. Sed primo intellectui cōuenit textum dicit, de quibus fuerit inquirendum. & non dicit, de quibus inquiritur; quasi ista requirantur, ut præambula ad inquisitionem. Item facit tex. dum dicit infamandi audacia prabeatur, quasi sentiat, qd loquitur de capitulis, & dictis testium super infamia. Et ideò iste intellectus magis videtur cōuenire textui. Et ad tex. dum dicit, de prolacione sententiæ iuxta formam iudicij, potest responderi, quia non solum refert ad inquisitionē; sed ad accusationem, & denuntiationē, vt dicit hic gl. in. ver. iudicij. Aduerte tñ; quia vbi dixi, qd inqsiito tacete, & nō opponete; vel opponete, qd nō p̄cessit infamia, & nō appellate tenet processus, p. c. 2. eo. tit. lib. 6. videt hoc posse sustentari ex alio capite, quia postquam de crimine

par. j. Q ij mine

mine probatum est, iam crimen est effectum notorium, ergo frustra querendum est de processu super infamia, quia quoniam crimen est notorium, iudex a principio potest inquirere absque solennitate processus infamiae, quoniam si adeptus sine cessante quaerunt ad finem, ut c. euidencia. vbi dixi. §. eo. & dixi in c. p. tuas. 1. §. de fimo. & not. in l. post finitā. ff. de susp. tut. facit quod statim dicam in q. 48. Ex quo videtur inferendum, quod solatio validitatis, & in validitatis processu super veritate criminum non precedente processu super infamia, vendicat locum antequam crimen effectum sit notorium. Cogitabis; quia nouissima sunt, Nec miremini silo. And. in principio dixerit, quod in hoc. Doct. sunt varij, & contrarij, & vide, quod dixi. §. q. 27. & quod dixi. §. in sequenti bus. qq. Et vide duo not. dicta Ang. in repe. l. si vacatia. C. de bo. vac. lib. 10. in ver. Et per hoc cauti rectores. vbi dicit, quod si cautus rector ne habeat ostendere famam, ponit inquisitionem, quod intendit inquirere ex mero suo officio, de qua forma dicam. §. in 1. articulo. prin. Aliud dictum ponit in ver. si igitur cautus aduocatus. vbi dicit, quod cautus aduocatus ante omnia debet petere dari sibi copiam diffamationis, & si videbit aliquid deesse debet objicere, non tamen sufficit sola obiectio sed debet appellare, ut patet ex supradictis. Et ex omnibus praedictis breuiter concludo, quod si non processit inquisitio super infamia, reus caute agat si opponet, quod non processit inquisitio super infamia, & si iudex, non obstant exceptione, procedit, omnino appellet siue iudex sit delegatus, siue ordinarius, siue procedat ex officio, siue ad partis instantiam; dummodo non sit talis delegatus, qui solum haberet procedere super veritate criminum, nisi ea quae dixi. §. in 12. q. ¶ Quadragesimo septimo quo, quod si iudex permixtum inquirat de infamia & de criminibus? Sol. Spe. in tit. de infra. §. nunc tractemus. ver. quid si inquisitor. dicit, quod non seruatur ordo; quia inquisitio infamiae debet procedere cognitione veritatis, nec processus debet tali comixtione confundi, aut intricari, ut. §. de rescrip. c. cum dilecta. §. pen. & si ibi not. quod non debet simul cognosci de principali, & exceptionibus contra prosequentem propositis; sed prius de exceptionibus dilatorijs, seu declinatorijs inquirere. Idem tenet Host. i. c. cum oporteat. §. eo. & sequitur ibi Io. de Imo. Sed tu aduerte; quia in contrarium facit. Primo, quod dixi in praecedenti. q. Item facit in contrarium, quod singulariter not. Ang. in l. de cem. ff. de ver. ob. & l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & vtrobiq; sequitur Io. de Imo; vbi dicit

644 ¶ in iudicio excusationis potest agitari simul, cum iudicio quod intentatur contra tertium possessorem. Facit etiam quod not. Bal. in l. 2. C. de iudi. unde ergo arbitror, quod decisio huius. q. dependeat a decisione praecedentis. q. unde diceret, quod in casibus, in quibus dixi in q. praecedenti processum non tenere, quod etiam in casu nostro non teneat; quia inquisitio super infamia videtur necessarium praebulum ad inquisitionem specialem super criminibus, & hoc casu procedat op. Spec. In alijs vero casibus, vbi dixi in q. praecedenti quod tenet, tenebit et hoc casu. Non ob dictum Ang. & Io. de Imo. his quae dixi in primo casu; quia in illo casu nihil interest tertij, si uere probet principalem non esse soluendo, secundum eos, ad quod allegant gl. singulari in l. nisi hoc actum. ff. de pac. Nemo enim

potest opponere, si non interest sua illam opponere. cum ¶ vires exceptionum ex persona opponentis debeant estimari. ff. de milli. testa. l. militis. §. v. teranus. l. militis. & l. ille a quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. & l. qui liberis. §. testamento. ff. de bo. pos. in tabu. & quia paria sunt non posse opponere, vel non opponere; sed in casu nostro, in varias oppositio inquisitus coram ordinario, uel in similibus casibus, non opponit exceptionem prosterationis, vel si opponit, quod non procedatur, nisi praecedat inquisitio super infamia, interest multum ipsius inquisiti; igitur, & c. Et praeterea licet Ang. dicat, quod potest admitti iudicium excusationis cum iudicio, quod intentat contra tertium possessorem. Compende igitur, quod si non opponitur contra iudicem permixtum inquirentem, tenet iudicium, in casibus, in quibus dixi valere in q. praecedenti. Si vero opponatur, licet sit maius dubium; tamen videtur quod non teneat; & hoc casu procedat op. Host. & Io. And. & Spe. & aliorum, saltem dato remedio appellandi, ut dixi in praecedenti. q. Et haec notabis quia non tanguntur per Doct. ¶ Quadragesimo octauo quo. Pone

646 ¶ si iudex processit ad inquisitionem criminis non precedente infamia, reus excipit, quod non poterat, tamen confessus est delictum, an ualeat processus, ita quod sequi possit condemnationem? Sol. arbitror dicendum, quod sic ad quod faciunt quae dicta sunt in duabus praecedentibus qq. dummodo talis confessio fuerit spontanea; secus si per tormentum; & adde quae latius dicam. §. in 1. articulo. prin. ¶ Quadragesimo nono quo. quid si datus libellus diffamationis per diffamantes in occulto? Sol. dicit Ang. in d. l. si uacantia. quod talis diffamatio est suspecta, per c. inquisitionis. §. eo. & ideo dicit quod iudex semper debet esse cautus, ut recipiat diffamationem ad banchum sededo per tribunali, ne possit opponi, quod diffamatio facta sit in occulto; & sic debet dicere notario maleficiorum, quod scribat in libris suis qualiter praedicta, dicta, & opposita, fuerunt dicta, & deposita apud banchum iuris iudice sededo per tribunali; & hoc est sententia gl. in verbo, solummodo. in d. c. inquisitionis. Sed tu aduerte; quia in illi sup illa gl. & Io. And. volunt, quod loquat, quod fieret inquisitio generalis super statu ecclesiae. Si vero de speciali crimine fiat inquisitio, post acceptam inquisitionem non est querendum de fama; sed an testes illud sciunt et si occulte; nam a principio querendum fuit de fama; ut patet ex praecedentibus. maxime ex his quae dicta sunt

648 in q. 46. & 47. ¶ Quinquagesimo quo. Pone si formata inquisitione super infamia, testes deposuerunt super veritate criminis, an ex hoc iudex possit punire? Sol. dicit quod non, tex. est secundum unum intellectum in d. c. inquisitionis. §. tertia. §. eo. de quo ibi dixi in 3. notab. & ratio est; quia testes fuerunt praedicti super infamia, & non super veritate criminis; & sic super veritate criminis deposuerunt non iurati, & per consequens nihil probat. vt. c. de testibus. §. de testi. & l. iurifuradi. C. de test. cum similibus. & in terminis nostris, sicut gl. in uerbo, super illis. in d. §. tertia. dixi in d. 3. notab. ¶ Quingagesimo primo quo. quid habeat facere iudex probata infamia? Sol. dicit Io. And. in c. cum oporteat. §. eo. quod tunc debet inquirere de ve-

de veritate criminis; & iste est effectus inquisitionis super infamia, de quo dicam. §. in 17. princ. artic. facit quod dixi. §. eo. c. si conlittera. in 6. not. ¶ Quinquagesimo secundo quo. quod concludit, quod regulariter ad inquisitionem formandam necessarium est praebulum diffamationis; & tunc quando; conclusum est in pluribus casibus, quod non requirit. Ideo vt breuiter, & sub compendio habeas casus in quibus non requiritur praebulum diffamationis, dicam, quod dicta regula fallit in infra scriptis casibus, videlicet, Fallit primo, in Ange. in d. l. si uacantia. vbi inquit de remotione praetorij regularium; quia tunc non est necessarium, quod diffamatio sit tanta, quod sine periculo vitari non possit; haec tamen vt vides non est proprie fallentia; quia licet non requiratur tanta infamia, quanta in praetatis secularibus; tamen requiritur frequens, & clamorosa, de quo late dixi. §. in 13. q. Fallit secundo, vbi inquisitio fit praesente parte, & non opponente, quod diffamatio non processit, per c. 2. de accu. lib. 6. vide ad hoc quae dixi. §. in 18. q. & 46. & seq. Fallit tertio, vbi inquisitio formata contra confessorum, de quo dixi. §. in q. 48. Fallit quarto, in inquisitione generali quo ad delicta, & quo ad personas, de quo latius dixi. §. in 7. q. huius. §. articulo. principalis. Fallit quinto, secundum Ang. in inquisitione generali, quae fit contra caput, & membra alicuius ecclesiae, ciuitatis, castri, vel vniuersitatis de delicto in genere, de quo latius dixi. §. in hoc. 6. articulo. in 2. q.

651 Et per praedicta infert Ang. quod syndicatores ciuitatis, qui syndicant aliquem officialem, vel eius membra, possunt contra eos inquirere de delictis per eos perpetratis, & collaterales, & familiam, non praecedente aliqua publica, vel clamorosa infamatione; & ita dicit de consuetudine obseruari. Fallit sexto, quod ad inquisitionem procederetur per denuntiationem publici officialis, sicut not. in l. ea quidem. C. eo. & c. 1. de off. ordi. dic. vt latius dixi. §. in 4. q. huius. §. articulo. Fallit. 7. quando fieret inquisitio ad publicam utilitatem in causa meretrix civilis, vt d. l. si uacantia. de quo latius dixi. §. in 5. q. huius. §. articulo. Fallit. 8. secundum Ang. vbi inquireretur ad utilitatem priuam, vt dixi in d. 5. q. Fallit. 9. vbi iudex inquit ex puro; & mero officio suo, non ad postulationem, aut instigationem alterius, vt. c. 1. de off. ord. & tenet hic Io. And. in verbo, clamore. in. fi. maxime in his, in quibus vertitur periculum animarum; & sequitur Host. in summa in tit. de inquis. §. & qualiter, & vide quae latius dixi. §. in 7. q. Et ex praedictis infert Ang. quod cauti rectores, & officiales, ad hoc, vt ab eis non possit peti copia diffamationis, quod semper in formanda inquisitione dicunt. Haec est quaedam inquisitio, quam talis iudex ex suo officio facit contra talem, & c. secundum quod latius dicam. §. in 1. articulo. princ. & vide quae dixi. §. in 39. & 46. q. Fallit. 10. vbi iudex inquit ex necessitate sui officij, vel vbi verteret piculum animarum; vt. c. ad nram. 2. de iure iuran. & c. cum nobis. de elec. & tenet Hosti. sed satis comprehendebatur sub praecedenti fallentia, & has fallentias ponit Ang. in loco praedicto. Tu adde alias ex varijs locis collectas. Fallit igitur. 11. in Papa in quirente, hoc voluit Guil. in. cl. 1. de off. ord. vbi vult, quod quando eunq; & quotiescunq; sibi uideretur, potest inquirere etiam nulla praecedente diffamatione, ma-

652 xime vbi inquit de iuribus ecclesiarum; ita dicit intelligendum. c. olim. §. de testi. & §. ut ecc. benefici. c. ut nostrum. in prin. & ibi per Hosti. uel etiam super peccato. in. c. nouit. §. de iud. & ratio potest esse; quia in materia positina qualis est ista, omnia iura in Papa degenerant. ut not. in. c. in nostra. de sepul. & c. 1. de lit. conte. Et eadem ratione dico, quod idem dicendum est in Imperatore; quia & ipse similiter solutus est legibus posituis, vt. l. princeps. ff. de legi. & Insti. de iur. nat. gen. & ciui. §. sed & quod principi. & idem etiam dicerem in quolibet alio principe, aut vniuersitate non recognoscente superiorē. Faciunt not. per Bar. in l. infamem. ff. de pub. iud. & l. hostes. ff. de capti. Fallit. 12. in inquisitore generaliter dato, vt not. in. c. cum dilecti. §. eo. & ibi dixi in 2. not. nam factis est, quod ad eum per frequentem clamorem veniat infamia non facta processu, nec receptis testibus super infamia; de quo latius dixi. §. in 12. q. Fallit. 13. si committeretur per principem, vt fieret inquisitio super crimine, & eius veritate, per. c. fi. §. eo. secundum intellectum Io. And. quod tamen declara, & limita sicut ea, quae latius dixi in 12. q. & facit, quod statim dixi in 1. fall. Fallit. 14. in inquisitione generalissima, de qua late dixi. §. in 1. q. huius. §. articulo. Fallit. 15. in inquisitione, quae fit per superiorē; vbi agit de confirmatione electi, vt dixi in 6. q. huius. §. articulo. Fallit. 16. in inquisitione, quae fit per oculorum inspectionem, vt dixi. §. eo. articulo. in 3. q. Fallit. 17. in inquisitione generali, quo ad personas; & speciali quo ad delicta; nam respectu personarum non est necesse, quod procedat infamia, vt dixi. §. eo. arti. in 8. q. Fallit. 18. in inquisitione, quae fit super infamia, & sic in inquisitione preparatoria ad inquisitionem specialem criminis; quia cum ista sit preparatoria, non requirit aliam praecedentem inquisitionem; sed satis est, quod habeat aliqua suspicio, quod talis sit diffamatus et per testes non legitimos, vel inimicos, vt dixi. §. in 10. & 25. qq. Fallit. 19. quoniam ex forma statuti regulariter permittitur inquisitio sicut coiter est in ciuitatibus Italiae. Nam hoc casu, cum inquisitio sit auxilium ordinarium, seu regulare sicut est accusatio; sequitur, quod sicut in accusatione non est necessarium praebulum diffamationis; ita & hoc casu; & hoc voluit Ang. in d. l. si uacantia. Sed tu aduerte; quia hoc videtur continere magnam dubitationem; nam dum statutu simpliciter disponit, quod de quolibet crimine possit iudex inquirere, videtur, quod tale statutu debeat recipere interpretationem non passiuam, videlicet; dummodo procedat diffamatio; & frequens clamor, vt dicunt Doct. in materia interpretationis statutorum; maxime Moderniores in l. si uero. §. de viro. ff. sol. ma. & in alijs iuribus vulgatis, Facit et quod not. idem. Ang. in d. l. si uacantia. in tertio

655 not. ubi dicit, quod licet statutu simpliciter dicat, quod sit simpli dictio alicui, det intelligi cum iuramento. Facit & quod not. Bal. i. l. inuit. C. de pcur. vbi vult

656 quod licet statutu dicat, quod in causa appell. vel nullitatis non recipiat probationes, intelligit super antiquis capitulis, vel directis contrarijs. Itē quod not. idem. Bal. in l. 1. §.

657 ut initio. ff. de postul. ubi dicit, quod licet statutu simpliciter dicat, quod infamis non possit esse aduocatus; debet intelligi, nisi per personas a iure exceptis. Facit et quod not. idem. Bal. in repe. l. data opera. C. qui ac. non

658 pos. ubi vult, quod licet statutu simpliciter dicat, quod ho-



micida decapitetur; intelligit de homicida, qui decapitandus est de iure cōi, videlicet; quando homicidium est dolo cōmissū. Vide et qd no. Bal. in auth. vt ingressi. C. de sacrosā. epif. & Pet. de Ancha. & D. Domin. in c. gūrali in gl. pen. de elec. lib. 6. vbi volunt, qd licet statutu simpliciter dicat, qd Potestas teneatur pro familia sua, intelligitur quo ad pertinentia ad officia; & vide alia plura exēpla, quę posui in similib' terminis in clē. i. de seque. pos. & fruc. 659 in si. nam ꝑ recipiunt statuta interpretationem pasuam à iure communi, vt in l. i. in princ. iuncta gl. C. de sacrosanct. eccle. & optimus tex. in l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de. mu. & hono. & c. cū dilectus. §. de consue. & maximè hoc videt dicendum in casu nro, cum statutum videatur satis operari respectu delictorum, de quibus officialis pōt generaliter cognoscere, cum regulariter de iure cōi non possit de omnibus delictis inquirere, secundum qd late dixi. §. in. §. artic. princ. Præterea contra decisionem Ang. facit, quia statutum in dispositione sua nihil dicit de forma, aut ordine ꝑcedendi; ergo qd non mutatur pari iure stare censetur, vt. d. c. cum dilectus, & d. §. de viro. & l. ꝑcipimus. C. de appel. cū simi. Cōcludo igit, qd dicta opi. Ang. nō est vera; & aduer te; quia dicta reprobatio est magni effectus, per ea quę supra dicta sunt in ꝑced. q. maximè in 46. q. Fallit, 20. ratione scandali, de quo tū dic, vt latius dixi. §. in. 15. q. Fallit, 21. ratione suspicionis, quod tamen limita, & declara, vt dixi. §. in. 16. q. Fallit, 22, quando iudex vellet inquirere de delicto notorio, secundum Io. And. in. c. si constiterit. §. eo. & Hosti. in summa in tit. de cri. sine ordi. puniē. dixi in d. c. si constiterit. in. 6. notab. ratio potest esse duplex. prima, quia in plus se habet notorium, qd diffamatio, vt dicit Spec. in. tit. de noto. §. fama. & §. iam de notorio. Itē, quia ꝑ adepto fine, cessant, quę sunt ad finē, vt. d. c. euidentia. §. eo. Faciunt quę dixi. §. in. 2. & 3. fallentijs. Fallit, 23. quando inquisitus spontē se obtulit subiturum iudicium specialis inquisitionis super crimine, Faciunt dicta in. 2. & 3. fallen. mos. n. sibi gerendus est. Facit. l. circa. ff. de probat. quia qd ꝑcedat diffamatio est inductum in fauorē suum, vt hic, cui potest renuntiare, vt in iurib' vulg. Fallit vltimo, quando à iure persona est suspecta; seu habetur ꝑ diffamata de illo delicto, secundum Barth. de Salic. in. d. repe. l. ea quidem. C. de accu. exem- 662 plum ꝑ in nauta, contra quem potest inquiri absque alia hominis diffamatione, vel clamore frequēti, vt. l. quoties. C. de naufr. l. 11. Facit. l. 1. §. 1. ff. nau. cau. 663 stabul. & idē dicit ꝑ aduersus seruos, quorum dñs reperitur strangulatus, ꝑcipitat', vel saxo, fuste, seu lapide, vel alio telo percussus, aduersus quos ꝑceditur absq; alia diffamatione; quia lex illos habet ꝑ diffamatis, vt. l. 1. §. occiforum. ff. ad senatuscō. Silla. ¶ Quinquagesimo tertio quæro, quia. §. plenissimè dictū fuit de infamia, & qualis, & qualiter ꝑcedere 664 debeat; nūc querit, ꝑ vtrū alia sint necessaria ad ꝑambulū inquisitionis de veritate? Sol. tex. hic in ver. debet igit. coniuuctis his quę dicit Io. And. post Host. in ver. fuerit. requirit, qd illi exponēda sunt capitula, contra quem inquirendum est; & non solum dicta, sed nomina testium sunt publicanda inquisito, vt facultatem habeat se defendendi; & vt testibus ause-

ratur audacia falsa deponendi; & dicunt Host. & Io. And. qd si talis ordo peruertitur; quia primo inquiritur qd capitula ostendantur, nihil agit, de quorum verborū intellectu, dic, vt dixi. §. q. 46. & dicit Ang. in. d. l. si vacantia. qd inquirend' debet interrogari de his, de quibus iudex intendit inquirere; vt habeat reus facultatem se defendendi; & postea debet inquisitio formari, & si talis ordo peruertitur, qd primo fiat inquisitio, quam inquisitus interrogetur, inquisitio est nulla; vt hic in ver. debet igitur. Subdit tamen Ang. quod hoc de consuetudine non seruatur, imò oppositum, quia primo fit inquisitio, & postea inquisit' interrogatur, & examinatur. Item subdit, qd debet dari inquisito copia attestationum, & nomina testium, ad hoc, vt facili' possit se defendere; & talia nosa testium sunt tradenda inquisito post testium depositionem, & non ante; vt cesset omnis facultas, & cā corrūpēdi testes; & ita tenet hic Host. & hæc expositio capitulorum, & aliorum pōt fieri tam inquisito, quam eius procuratori, qui potest interuenire secundum Hosti. nisi personaliter esset citatus, de quo tu dic, vt dixi in. c. veniens. §. eod. & adde ad hanc quæst. quæ dixi. §. eod. in. 27. & 46. q. 665 Quinquagesimo quarto quæro, ꝑ vtrum ad formandam inquisitionem sit necessarium ꝑambulū monitionis? Sol. gl. magna hic i. ver. cū verò ꝑcedit ad denuntiationem. tenet, qd non; quia non agit ad penitentia, quo casu esset necessaria sū formā Euāgelij, si peccauerit in te, & c. & aliter formā petitiō denuntiationis cum agit ad penā; & aliter cum qs denuntiat ad penitentia, & idē tenet glo. pen. hic in ver. iudicij quoq; forma. Sed tū aduerte; qd d. Ant. hic intelligit, qd dicta particula gl. velit ꝑsequi tertium mēbrum, qd scilicet ꝑcedit ad denuntiationem alicui'. Sed gl. magna hic in ver. si verò ꝑcedat. loquit, qd fieret inquisitio ad inquisitionem alteri'. fortē tū de mente glo. non fuit in d. ver. facere diffamatio istam, sed solum voluit querere, vtrum qd ꝑceditur per viam inquisitionis ad denuntiationem alteri', sit necessaria monitio; quia ꝑ denuntiationem non fit ad finem penitentia imponendę, sed penā; & idem videtur velle dicta glo. pen. super verbo iudicij quoq; forma. in ver. cum verò ꝑcedit ad denuntiationem. dum dicit, in ꝑdictis duobus casibus. & glo. loquuta fuerat de accusatione, & inquisitione. Vnde 667 Io. And. hic cōcludit, qd si fieret denuntiatione Euan gelica, planū est, qd ꝑcedere debet monitio, vt. c. no. uit. de iudi. & hoc qd denuntiatione fieret ad finem, vt ꝑcedatur ꝑ viam denuntiationis. Sed si fieret ad finem, vt ꝑcederetur per viam inquisitionis, non est necessaria monitio; & sic dicit intelligendā hanc gl. in. d. ver. cū verò ꝑcedit. & limitādū esse dictum Spe. in tit. de inquisitione. §. i. ver. sed nunqd, vbi Spe. reprobat hanc distinctionē; & videt indistinctē sentire, quod monitio debeat ꝑcedere. Vbi et dicit, qd 668 hæc pars gl. fuit additio. Mouetur; quia ꝑ cū Papa ad denuntiationē alicuius cōmittit inquisitionem, tunc inquisitor non ꝑcedit ꝑ modū inquisitionis, sed ꝑ viā denuntiationis, quantū ad hoc vt repellat imperator, & ꝑsequitur inquisitionis, nisi ꝑmouerit, qd dicit expresse probari. j. de. sim. c. licet. Hely. ver. cōtra quos. & ita dicit notari. j. de calum. c. 2. Sed Io. And. ibi in addi. Spe. dicit distinguēdū, ꝑut ipse dicit su-

cit super hac gl. vt. §. dixi; quia absurdum esset, qd im petrans inquisitionem, qui tenetur etiam probare infamiam, teneretur etiam ꝑbare monitionem, & aduerte anteqd ad alia ꝑcedā, ne gl. ista te decipiat; 669 licet. n. dicat, qd ꝑ vbi ꝑceditur per viam denuntiationis non sequitur impositio penę; sed penitentia; nam hoc non est verum, nisi ꝑcederetur per viam denuntiationis Euan gelicę; sed in denuntiatione canonica secus est; quia per illam etiam imponitur pena, de quo dic, vt latius trad. per D. m. & Do. in. d. c. nouit, & per Spe. in tit. de denuntiatione. §. 2. ver. vt aūt. Io. de. Imo. dicit hic, qd ꝑ dictā Spe. facit. c. 2. j. de calum. & gl. i. ibi. Item dicit hoc probari, per 670 c. licet Hely. vbi dicit probari, qd ꝑ Papa non inquit, vel cōmittit inquisitionē ad denuntiationē alteri', nisi ꝑcedat monitio, quę debet esse trina, vt. d. c. no. uit. vñ dicit, qd tuti' est, qd ꝑmittatur. Ego verò in d. c. 2. i. gl. 1. & in d. c. licet Hely. in. 6. not. tenui, qd sit necessaria, ꝑ illū tex. & vtrōq; tenet D. m. sed hic tenet D. m. distinctionē. Io. And. vz. qd si fit inquisitio per viam denuntiationis, ita qd ꝑ dictā viam iudex inquit; non solū vna, sed trina monitio ꝑcedere debet; vt in euāgelica; sed si fieret ex puro, & mero officio iudicis; licet fieret ad denuntiationē, vel ad imperatorem alterius, nō requireret monitio, & hæc opi. vñ satis æqua, & iusta; & hanc sniam, qd requiratur trina monitio, tenet Arch. 12. q. 2. c. indignē. qui dicit eam tenuisse Io. Vinc. Gof. Philip. & Beltran. in d. c. 2. j. de calum. ꝑ qua et allegat. c. cū dilectus. §. eo. vbi dicit, qd Io. & Gof. idē not. & sentit gl. 2. i. prin. in c. inquisitionis. §. eo. ibi dū dicit, qd ideo ibi nō requiritur monitio; quia in illis casibus, in quibus ordinis exequutio impeditur, et post peractam penitentiam nō potest quis se corrigere retento beneficio; secus ergo sentit gl. in alijs casibus. Et aduerte; quia licet gl. loquatur in denuntiatione; tū ex ratione sua habet notabile limitationē ad opi. illorū, qd volunt, 671 qd requiratur monitio; videlicet, qd ꝑ ꝑcedat nisi sint talia crimina, quę impediunt ordinis exequutionē 672 et post peractā penitentia; & ratio pōt esse, qd ꝑ frustra expectatur euentus nihil operaturus, vt. c. cum cōtingat. de offi. delega. cū simi. Sit ergo cōclusio, qd aut nō ꝑcedit ad denuntiationē, & non est necessaria monitio. Aut ad denuntiationē, sed non ꝑcedit denuntiantē ꝑsequente inquisitionē, sed ex mero officio; & idē. Aut denuntiantē ꝑsequente, & regulariter requiritur monitio. Fallit in criminibus, quę post peractā penitentia impediunt ordinis exequutionē. ¶ Quinquagesimo quinto quæro, ꝑ vtrū ad hoc vt iudex possit ingredi, sit necessariū, qd pri' ꝑrefigat terminum accusare volentibus? Sol. gl. magna hic in ver. Item, & illud pōt facere ꝑlat'. dicit, qd qd infamia peruenit ad ꝑlatum de aliquo criminoso pōt ꝑrefigere terminū volentibus accusare; & si alijs apparuerit accusator; debet illum audire, & ꝑcedet in accusatione sū ordinē, & formam, quam requirit iudicium accusationis. Si verò non apparuerit; pōt inquirere, vel indicare purgationem, in qua si reus deficit, punitur, vt. §. c. proximo, subdit tū gl. qd melius est, qd inquirat, quia periculosum est accusare; quia de facili nullus accusaret, & videtur tenere Spec. in tit. de inquisi. §. nunc tractem'. ver. porrō. & sic patet, qd glo. hic loquitur

consultiue, non necessitatiue. Sed glo. 1. in. c. inter. j. de purg. cano. simpliciter tenet, qd iudex debet ꝑfigere terminum accusare volentibus; sed illa videt potius intelligēda sū istā, & sentit Io. And. in addi. Spec. in. d. ver. porrō. vbi dicit, qd ideo non est statuendus iste terminus de necessitate; quia posset la bi inutiliter; dicit tū hoc admittendū, quando mora esset periculosa, assignat et ibi Spec. aliā rationē, 674 videlicet; quia ꝑ accusatio est illaudabilis genus intentionis. 2. q. 7. c. si quis episcopus. quæ ratio non multum astringit, vt de se patet; & ideo Io. And. assernat aliā, quam dicit meliorem; videlicet, qd posset submitti accusator amicus rei, cum quo colluderetur; sed dicit, qd istam fraudem tollit timor penę talionis; vnde subdit, qd in locis in quibus non imponitur pena talionis, multum pullulat, & frequentat ista fraus. Et ideo dicit, qd cum Bononiæ esset statutum, prout et est hic, qd non probans accusationem, condemnaretur in viginti solidis; & sic ꝑfissimè ꝑtales accusationes inquisitiones impediunt, quod postea fuit additum aliud statutum, qd per accusationem non impediretur inquisitio; sed ꝑcederet sup vtraq; ne delicta remanerent impunita; & hoc 675 facit ad ea quę dicam. j. in. 13. prin. artic. ¶ Quid autem si reus, contra quem iudex vult inquirere dicit, dñe iudex volo qd inquiratis, qd ꝑrefigatis terminū accusare volentibus, & accusatore deficiente sum paratus purgare me? Sol. Spec. in. d. §. nunc tractem'. ver. fed qd si re'. dicit, qd nō debet audiri; nā purgatio sequitur inquisitionē, vt. c. inter. j. de pur. cano. Sed contra hoc opponitur; nam id quod reus petit est ordinariū; sed illud qd iudex vult facere. f. ingredi est extraordinariū; ergo debet ꝑponi ordinariū. 2. q. 1. c. multi. ad si. ff. de mino. l. i. ea. 2. sed dicit. Spe. qd ex quo reus est infamat', pōt ꝑlat' ingredi ex suo iure, & satis est ordinaria inquisitio, ex quo non apparet accusator, vt latius dixi. §. in. 3. princ. artic. & sū Spec. hanc opi. tenuerunt Vincen. Goff. & Host. sed dicit ibi Io. And. in addi. qd indubitāter tenendū est, qd iudicem volentem inquirere nequaꝑ excludit oblatio purgationis, per. c. ad nostrā. §. de ꝑba. Conclude ergo, qd est in electione iudicis, & termini assignatio, & inquisitionis, & purgationis. 676 ¶ Quinquagesimo sexto, & vltimo, quæro, ꝑ quid si sit vulneratus quis ad mortem, an possit fieri inquisitio ante mortē de morte, & quid si fuerit facta de vulnere, an possit ꝑcedi super morte? Sol. Vide ad hoc Bart. in. l. senat'. ff. eo. in ver. sed aduerte, & i. l. ꝑrator. ff. de iniur. & in. l. nunq. plura. ver. qd circa hoc. ff. de prin. 2. delic. & dicam. j. in. 11. artic. princ. & in. 14. artic. princ. Et ex ꝑdictis Deo duce est expeditus hic nonus principalis articulus. Decimo loco principali examinandus est decimus articulus principalis, quo queritur, vbi, seu in quo loco inquisitio sit formanda, circa quem articulum declarandum ꝑsequemur istas. qq. ¶ Primo, in quo loco sit peragenda generalissima inquisitio. Secundo, quid de generali inquisitione, quæ fit super statu ecclesie, ciuitatis, vel loci, tam in capite, qd in mēbris, Tertio, quid de inquisitione, quæ fit per oculorum inspectionē. Quarto, qd de inquisitione, quæ fit ad denuntiationem. Quinto, quid de inquisitione quæ fit in causa mere ciuili. Sexto, quid de inquisitione par. j. Q. iij quæ

que fit per superiorem, vbi agitur de confirmatione electi. Septimo, quid de inquisitione generali quo ad delicta, & quo ad personas. Octavo, quid de inquisitione generali quo ad personas, & speciali quo ad delicta. Nono, quid de inquisitione generali quo ad delicta, & speciali quo ad personas. Decimo, & ultimo in quo loco debeat fieri inquisitio super infamia, vt deueniat ad specialē inquisitionē veritatis delictorum; & quid iuris de ipsa inquisitione speciali delictorum. ¶ Pri-  
 677 mo igitur quæro, in quo loco generalissima inquisitio fit peragenda? Sol. patet ex his q̄ dixi. S. in secūdo mēbro princ. q̄ in Cōcilio puinciali, seu synōda  
 678 li pagenda est, in quo aut loco debeat cōgregari conciliū puinciale, seu synodale, nō reperi exp̄sē dispositū; videt̄ ergō, q̄ puinciale possit fieri in quo libet loco puincia, dūmodo honesto, & dicecāle  
 679 in dicecesi. 23. dist. per totū. Secundo quæro, in quo loco debeat celebrari inquisitio generalis, quæ fit super statu ecclesiæ ciuitatis vel loci, tā in capite, q̄ in mēbris? Sol. clarū est, q̄ superior debet accedere ad locū quē visitat, vt ibi inquirat, dūmodo ipsum locū  
 680 tutē adire possit, vt et̄ latius dicā. ¶ in 10. q. Si verō nō possit tutē accedere ad illum locum, citabit prælatus, & alios de capitulo, conuentu, seu vniuersitate, vel regentes vniuersitatem, castrum, vel villam ad aliquem locum tutum, vt. c. accedens. 2. vt lite non contest. & adde quæ dicam in. 10. q. Tertio  
 681 quæro, in quo loco debeat fieri inquisitio quæ fit per oculorū inspectionem? Sol. patet ex se, quia accedere debet ad locum, qui inspiciendus est, vt. l. si irruerit. ff. finitū  
 682 regundo, & s. dixi in. 6. notabili. Quarto quæro, in quo loco sit pagenda inquisitio, q̄ fit ad denūtiationē? Sol. dic. vt dicā in. 10. q. quia ista dependet ab  
 683 illa. Quinto quæro, in quo loco sit fienda inquisitio in causa merē ciuili? Sol. dic. q̄ in loco iudicij; sicut et̄ ceterę actiones expediuntur; & hoc sine fiat ad pu-  
 684 blicam vtilitatem, siue ad priuatam; & in quo loco sit tenendum iudicium, dic. q̄ in loco idoneo, vnde late in. c. fortius, de verb. signi. & c. statum. 2. de offic. deleg. lib. 6. & l. penul. ff. de iusti. & iure. Sexto  
 685 quæro, in quo loco debeat fieri inquisitio vbi agit de confirmatione electi in prælatus? Sol. dic. q̄ si fiat per viam contentiosę iurisdictionis, debet fieri in loco iudicij; sed si voluntarię, potest fieri in quo-  
 686 libet loco etiam extra locum iurisdictionis; nam in ea quæ sunt voluntarię iurisdictionis, possunt expediri extra territorium, vt trad. in. c. nouit. de offi. lega. & in cle. 1. de foro cōpet. & c. statutum. de p̄be.  
 687 libr. 6. Septimo quæro, in quo loco sit fienda generalis inquisitio, & quo ad personas, & quo ad delicta? Sol. dic. q̄ in loco quem quis intendit purgare malis hominib; vt probatur in. l. cōgruit. ff. de offi. p̄sbi. & c. 1. de offic. ord. Octavo quæro, in quo loco sit fienda inquisitio generalis quo ad personas, & specialis quo ad delicta? Sol. dic. q̄ in loco vbi cō-  
 689 missum est delictum; quia in illis de illo loco præsumitur cōmissum, vt not. Bar. in l. si ita testamento §. si. ff. de fundo instru. & not. in. l. dominus horreorum. ff. locati. Facit quod not. in. c. quosdam. de p̄sumpt. & ibi dixi. & not. in. l. si vicinis. C. de nupt.  
 690 Nono quæro, in quo loco debeat fieri inquisitio generalis quo ad delicta, & specialis quo ad personas? Sol. dic. q̄ in loco in quo quis est infamatus, vt

691 dicā in seq. q. Decimo quæro, in quo loco debeat fieri inquisitio super infamia, vt deueniat ad specialē inquisitionē delictorum? Sol. exp̄sē colligitur ex tex. nostro. dum dicit descendā, & videbo. per quę verba, vt hic dicit glo. patet, q̄ superior debet accedere ad locū vbi est infamia. 2. q. 1. c. Deus omnipotens. 86. dist. c. si quid. & ratio est, quia ibi melius potest inquiri. 24. q. 1. c. pudenda. 23. distin. c. illud. de elect. c. postquam. & 23. q. 1. c. paratus. & hoc idem Spe. in tit. de inquisitione. §. nunc tractem. in princ. allegat etiam. c. cum dilectus. §. eo. & c. cum dilectus. §. de rescrip. Alibi enim nō potest de vita, & conuersatione alicui melius inquiri, quā in loco vbi infamatus degit; quia ibi potest commode instrui. l. 2. C. vbi de crim. agi. opor. & l. vnica. C. vbi causa tam ciuili. q̄. mili. & in auth. de administ. §. in super. vers. iubemus. coll. 7. & §. de elect. c. scriptum. in prin. & Io. de Imo. in. c. si. j. eo. per. c. quosdam, & c. quanto. §. de p̄sumpt. & hac procedunt p̄supposito, q̄ volēs inquirere. habeat iurisdictionem, vt dictū fuit. §. in 5. artic. princ. Et si superior nō possit tutē accedere ad illum locum; debet vocare ad se infamatum ad alium locum idoneum, & securum, vt. d. c. accedens. & c. ex parte. §. de appel. & d. c. si quid. 86. dist. & ibi Archi. debet igitur iudex volēs inquirere, personaliter accedere ad locū vbi debet fieri inquisitio, siue sit ordinarius, siue delegatus; limitando tñ in delegato, nisi delegatus esset facta sub certa forma, vt certo loco inqueret. Nā hoc casu nō debet alium locum querere; si modo ibi tutē possit se habere; & idem si alia cā rationabilis subesse, vt. d. c. statum. 2. de offi. leg. lib. 6. qui text. licet loquatur in delegato ab Apo. Sede tñ idem videtur dicendū in delegato ab inferiore; cum eadē videatur ratio. Sed contrarium determinat ibi glo. 2. vt verbum ab A post. Sede, ibi positū, aliquid oportet; vide ibi per eam, & simile qd̄ allegat; & illam glossam sequuntur doct. Sed aduerte; quia locus debet esse securus nō solum inquisito; sed etiam iudici inquirenti, & partibus, vt. d. c. ex parte. & glo. & doct. in. d. c. statum. Item aduerte; quia licet talis delegatus eo casu quo nō potest inquirere in loco sibi commissio possit in alio, dic. q̄ est verum si sit idoneus, & securus, & vicinior loco contento in delegatione. In distantiori nō possit, vt dici ibi Io. And. in nouell. per clem. vnicam. de foro compet. & per c. vbi periculum. §. porrō. de electio. libr. 6. & mihi placet. & arbitror idem dicendum in ordinario. videlicet, q̄ casu quo in loco quo regulariter tenetur inquirere, nō possit inquirere; debeat & ipse etiā querere, locum viciniorē, & idoneum magis.  
 693 Sed quæro iuxta prædicta, in quo loco debeat inquiri extra locum sibi deputatū sine causa, an teneat  
 694 processus, & an si citatus in prima, secunda, & tertia citatione nō excepit, possit postea excipere? Archi. in. d. c. statum. tenet, q̄ sic, per not. p̄ Vincē. & Cōpostel. in. d. c. dilectus. §. de rescrip. Nec obstat q̄ ista exceptio, vt dilatoria, nō possit semper opponi, vt. c. inter monasterium. de re iudi. quia fallit quā oritur de nouo, vt. c. insinuante. de offi. deleg. sed hæc exceptio toties oritur, quoties quis trahitur, vel citat̄ ad locū vbi trahi nō debet, vt not. Spec. in tit. de cita.

de cita. §. l. vers. quid si reus. Sed tu aduerte, quod secundum prædicta videt̄ sentire præfati Doct. qd̄ si inquisitus nunquam opponeret, quod delegatus nō posset in illo loco procedere, quod processus teneret, cui cōtrarium videt̄ur exp̄sē velle Archid. in. d. c. statum. & Io. And. ibi in nouel. vbi super glo. 1. volunt, quod per illum tex in quantum loquitur per verbum, statum, quod est noui iuris inductum, quod reprobata sit opi. quam posuit in c. cum I. & A. §. de re iudic. vbi voluit, q̄ valeret processus factus extra locum decretū, licet fieret extra locum assignatum, ex quo nō opponeretur; sed de iure nouo nō videtur valere; de quo articulo vide ibidem; sed propter hæc, prædicta decisio remanet dubia. Tu ergo cogitabis. Itē aduerte; quia Specul. in. d. titu. de inquisi. §. nunc tractemus. in princ. dicit; quod si per statum inquisitio deberet fieri in loco maleficij, & maleficium fuit inchoatum in vno loco, & terminatum in alio, vt puta; quia fuit homo captus ad prædam in vno loco, & ligatus super equū, & ductus ad alium locum, in quo fuit bonus, & reb' omnibus spoliatus, quis dicatur locus maleficij, vt ibi possit iudex inquirere, quam. q. dicit disputasse Iac. Butrig. in qua tenet per. l. vna est via. ff. de seruit. rursi. prædico. quod sicut vna est via, licet per eam ad plures fundos eatur, sic vnus sit locus maleficij; licet per plures villas protēdatur. Itē sicut si per modicū tractū durasset, quisq; diceret vnū locum; ita, & si p̄ longum, arg. l. fin. ff. de fun. instruc. & pro loco maleficij totus ille locus esset seruandus, vt. ff. de censibus l. forma. & sic quacunq; parte loci inquisitio fieret, seruata diceretur forma statuti, arg. l. vulgaris. ff. de 697 furtis. Inducit etiā simile; quia in contractu extensus de tempore, ad tempus, dicitur vnus cōtractus, nō diuersus, vt. l. sed si manente. ff. de præcar. & l. si cum dies. ff. de arbit. Sic ergo locus extensus dicit vnus, nō diuersus. Sed tu aduerte; quia Bal. in. c. i. §. iniur. de pace iura. fir. in vfi. feu. vbi format hanc. q.  
 698 dicit, q̄ in eatenus, quatenus in suo territorio commissum est delictum, si duo sunt territoria, vterq; potest cognoscere, quia delictum hoc habet plures partes diuisibiles. Itē quia in iurisdictione, & pena, diuisio nem recipiunt, arg. ff. de stipu. seruo. l. si seruus. §. si. & l. apud antiquos. C. de furtis. & idem dicit Bal. de  
 700 insultu, & vulnere, in quo insultus fuit in vno loco, vel territorio, & vulnus in alio; nec enim videtur insultus confundi cum vulnere propter diuersitatem territorij; & vide Bar. in. l. quod ait. ff. de adult. possent plures similes. q̄. formari, vt puta; de eo, qui existens in vno territorio cum balista, vel telo vulnerauit existentem in alio. Est etiā animaduertendum, quod hæc disceptatio videtur respicere dubitationem illam; videlicet, quis locus sit ponend' in libello inquisitorio; de quo late videbimus in seq. artic. princ. Sed quātum attinet ad propositum nostrum, in quo loco possit iudex inquirere, videtur breuis doctrina, q̄ in loco maleficij, seu vbi habetur infamia de maleficio, vel in loco viciniori, vt. §. dictum est; dummodo alia extrema concurrant habilia ad inquisitionem respectu iurisdictionis, & potestatis, qualitatis delicti, & qualitatis delinquentis, & alia, de quibus plenē in præcedentibus articulis; & per hæc sit expeditus decimus princ. articulus.

¶ Decimo articulo principali absoluto, transeundum est ad vndecimum principalem articulum, in quo examinabimus qualiter in inquisitione procedatur, & de forma, & de practica seruanda in processu inquisitionis, qui articulus est difficillimus, & multum inordinatē, & defectiue traditur per Doct. Vnde ego pro posse illum tibi, & clarum, & ordinatum reddam. Idcirco ad ipsius examinationem prosequendo aliorū supradictorum articulorum ordinem, examinabo infra scriptas quæstiones. Primo, qualiter in inquisitione generalissima sit procedendum. Secundo, qualiter procedatur in inquisitione generali. Tertio, qualiter procedatur in inquisitione quæ fit per oculorum inspectionem. Quarto, qualiter procedatur in inquisitione, quæ fit ad vtilitatem publicam. Quinto, qualiter procedatur in inquisitione, quæ fit ad denuntiationē publici officialis. Sexto, qualiter procedatur in inquisitione, in qua agit de confirmatione electi in prælatus. Septimo, qualiter procedatur in inquisitione generali, quo ad delicta, & quo ad personas. Octavo, quæ sit forma generalis inquisitionis, quo ad personas, & specialis quo ad delicta. Nono, qualiter procedatur in inquisitione generali respectu delictorū, & speciali respectu personarum. Decimo, qualiter procedatur in inquisitione speciali respectu personarum, & delictorum. Vndecimo, quid debet facere iudex volens inquirere specialiter. Duodecimo, an sit necessaria citatio inquisiti. Decimotertio, an sit necessarius libellus. Quartodecimo, sub qua forma fit concipiendus libellus. Quintodecimo, quare dicantur hæc verba, hæc est quedam inquisitio. Sextodecimo, quare ponatur illa verba; quæ fit, & fieri intenditur. Decimoseptimo, quare adijciantur illa verba, per D. Franc. Potestatē. Decimooctauo, quare addantur illa verba, & per D. F. iudicem maleficiorum. Decimonono, quare apponantur illa verba, ex mero officio. Vigesimo, quare apponantur illa verba, necnon ad denuntiationem Capitanei, & c. Vigesimo primo, quare dicatur contra, & aduersus Ser. Ioannē vocatum Salabriga de nobilibus Coradinorum. Vigesimo secundo, quare in inquisitione apponatur dicta verba, de nobilibus Coradinorum. Vigesimo tertio, quare dicatur de Senis. Vigesimo quarto, quare dicatur homicidam. Vigesimo quinto, quare dicatur, & Narcisum Mantij Barbitonforis. Vigesimo sexto, quare dicatur de partibus Hispanię. Vigesimo septimo, quare dicatur auxiliatorem. Vigesimo octauo, quare dicatur, & Iulianum Radulfi lanificem. Vigesimo nono, quare dicatur illud verbum forenses. Trigesimo, quare dicatur mandatum. Trigesimo primo, quare dicatur, In eo, de eo, & super eo. Trigesimo secundo, quare dicatur, fama publica p̄cedente, & clamosa insinuatione referente. Trigesimo tertio, quare dicatur, non quidem a maleuolis, & suspectis, sed honestis, & c. Trigesimo quarto, quare dicatur, non tñ semel, & c. Trigesimo quinto, quare dicatur, & etiam per modum notorij. Trigesimo sexto, quare dicatur, de anno presentis, & de mense Maij. Trigesimo septimo, quare dicatur, existens in domo habitationis in parochia, & c. Trigesimo octauo, quare dicatur, commisit, & mandauit. Trigesimonono, quare dicatur dicto Sempronio. Quare-



dragesimo, quare dicatur, q̄ A. Meuij Martini de Senis. Quadragesimoprimum, quare dicatur popularis; & de numero refedorum. Quadragesimofecundo, quare dicatur, in ciuitate Senarum vulneret. Quadragesimotertio, quare dicat, ad hoc colloquium; & tractatū qualiter hoc fieri posset habuerunt. Quadragesimoquarto, quare dicatur. Deinde dictus S. de anno presenti, & de mense Iunij. Quadragesimoquinto, quare dicat, de nocte. Quadragesimosexto, quare dicatur, vno stocco ferreo. Quadragesimoseptimo, quare dicatur, scieret, & dolose. Quadragesimooctauo, quare dicatur, appēlatē. Quadragesimono, quare dicatur, mouendo se de loco ad locum fecit insultū, & c. Quinquagesimo, quare dicatur, in platea cōis Senarum. Quinquagesimoprimum, quare apponatur dicta verba, iuxta palatium dominorū. Quinquagesimofecundo, quare apponatur illa verba, & contra dictum A. Quinquagesimotertio, quare apponatur illa verba, dixit verba iniuriosa, & cōtumeliosa. Quinquagesimoquarto, quare apponatur illa verba. Che mi hai adulterato la mia donna. Quinquagesimoquinto, quare apponatur illa verba. Che hai tradito la patria tua. Quinquagesimosexto, quare apponatur illud verbum admenauit. Quinquagesimoseptimo, quare dicat, sāguis exiuit. Quinquagesimooctauo, quare apponatur illa verba, & dictus A. se. defendēdo; & c. Quinquagesimono, quare apponatur illa verba, vltimū rubeā foderatam, & c. Sexagesimo, quare apponatur verba; & vt dictus S. prādicta omnia habilius committere posset, dictus N. quodam ense de ferro, & c. Sexagesimoprimum, quare apponatur dicta verba, contra voluntatem dicti A. Sexagesimofecundo, quare apponatur illa verba, contra formam iuris, & statutorū. Sexagesimotertio, quare apponatur illa verba, super quib⁹ omnibus, & singulis. Sexagesimoquarto, quare subdantur illa verba, emergentibus, & conuenis. Sexagesimoquinto, quare apponatur illa verba securdū formam iuris, & statutorum, & sic ponitur disiunctiue, non copulatiue. Sexagesimosexto, quare apponatur illa verba die 20. Iunij inchoata, facta, & formata fuit, & c. Et qd in delictis, quę nō habēt causam momentaneam; sed successiuam, seu permanentem. Sexagesimoseptimo, quia infra dixi. q. 63. quod non videtur esse necessariū, quod in libello inquisitorum ponatur conclusio. Vnde quaro an istud sit necessarium. Sexagesimooctauo, vtrum libellus inquisitorius debeat continere inscriptionem; si cut libellus accusatorius. Sexagesimono, quid debeat facere iudex post formatam inquisitionem; secundum varias casuum cōtingētias. Septuagesimo, quid debeat facere iudex his peractis, quid autē si statuto disponitur, quod de certo crimine possit qs puniri, condemnari, & sententiarī nulla iuris solēnitāte seruata; an tunc requiratur citatio? Septuagesimoprimum, quia vidim⁹ supra, quod inquisitus est citandus; quęro, an sit citand⁹ ille, qui iniuriam passus est. Septuagesimofecundo, quid si passus iniuriam non citatur, nec hoc requirit statutum; tamen ipse cōparet, & vult assistere causę, & processui, an sit admittendus? Septuagesimotertio, quoniam sapenūmero cōtingit, quod postquam iudex formauit inquisitionem; & secundum illam citauit propter ha-

bitam de nouo veriore notitiam, vult addere, seu detrahare aliquem qualitatem, an possit? Septuagesimoquarto, quoniam visum fuit supra de forma inquisitionis, & modo citadi, & post citationem contingit, quod quādoq; inquisitus cōparet; quandoq; verō non comparet, & est contumax, quaro qd debeat facere iudex tali inquisito existente contumace; & sub hoc etiam continetur, quę solēnitates debeant obseruari in dando huiusmodi banno, ratione contumacię. Et quid si reo citato, & non comparente, cōparet aliquis amicus, allegās causas absēntiā; an hoc non obstante, possit iudex procedere ad sententiā banni, & adaptatur etiam ad hanc materiam notabilis quęstio, quę sapē de facto cōtingit; quod in criminalibus quis debeat citari personaliter, vel ad domum bis. Deinde si non comparuerit debeat citari per proclama, siue bānū praconis cū termino trium dierum, quo termino elapso habeatur pro confesso, & banniat, dato sibi certo termino, quid si statuto cauetur, quod antequam quis banniat debeat per loca publica p̄ proclama assignari terminus trium dierum, intra quem quilibet, qui velit defendere reum, vel adesse causę possit cōparere, aliās, null⁹ possit bannire. Et stante statuto pallegato, quid si iudici notum est, quod citatus est in loco, ex quo non potest in termino in citatione appposito comparere, & vt omnis cesset dubitatio, est ibi ex causa volūtaria, an iudex habeat necesse expectare lapsum termini? Additur etiā alia quęstio, iudex formauit aliā inquisitionem contra P. Ioānis de populo sancti Martini, & in illo populo non erat P. Ioānis, sed P. Antonij, vel erant duo Petri Ioānis; & fecit citari. P. Ioānis, citatus est contumax, & sic eum banniuit; quaro an valeat; an autem in casibus prādictis, possit quis pro absente cōparere procuratorio, vel defensorio nomine, vel pro suo interesse, aut alio modo nomine alieno. Septuagesimoquinto, pone, citatus comparet, quid debeat facere iudex inquirens? Septuagesimosexto, qualis sit hac forma iuramenti eo modo quo prestatur. Septuagesimoseptimo, quid debeat facere inquisitus auditis verbis iudicis, an possit petere terminum ad deliberandum; & videtur, q̄ non sit dandus, cum de facto suo quaratur, de quo certus esse debet, de rescr. c. ab excōmunicato. Septuagesimooctauo, quid debeat facere inquisitus, dato sibi termino ad deliberandum? Septuagesimono, quid si fiat inquisitio cōtra collegium; vtrum quilibet de collegio possit p̄dictas exceptiones opponere. Octuagesimo, vtrum requiratur litis contestatio? Octuagesimoprimum, vtrum in criminibus leuibus prādictę solēnitates requirantur, puta; reperitur qs ludere ad Zardum, vel cū armis, vel de nocte. Octuagesimofecundo, quid debeat facere reus circa confessionem, vel negationē, qui sentit, vel non sentit se culpabilem, videlicet; an debeat negare, vel cōfiteri. Octuagesimotertio, Pone inquiritur contra P. quod ipse percussit L. officialem cōis Senarū, & de numero refedorum, quos percutere est grauissima pœna, inquisitus fatetur simpliciter se percussisse dictū L. potestas vult ipsū condemnare pœna, qua tenetur percutiens officialem, & refedorum, quę longe grauior est, vt dixi, quaritur, an possit? Octuagesimoquarto, vtrum in

causa

causa inquisitionis iurandū sit de calumnia? Octuagesimoquinto, quid si is contra quē inquiritur est minor; vtrum debeat admitti eius responsio, nō dato sibi curatore? Octuagesimosexto, quid si inquisitus comparet, & confitetur, quid debeat facere iudex? & quid si talis cōfessio facta sit coram iudice incompetenti, & quid si per iudicem in p̄cedendo non fuerunt seruata solemnia à iure requisita, vel ex forma statutorum; inquisitus tamen confitetur delictum, an ex tali confessione possit sequi condemnatio? Vterius sequit, vtrum confessus de maleficio semel, sit necesse, q̄ iterum confiteatur. Octuagesimoseptimo, inquisitus comparet, & respondens inquisitioni partem negat, & partem confitetur, vel confitetur factum, & negat aliquam qualitatem, q̄ritur, qd iuris de isto respondente? Octuagesimooctauo, pone inquisitus respondens inquisitioni, respondet se non culpabilem, an hac responsio sit admittenda? Octuagesimono, quid si inquisitus cōparet, & negat per verbum, non credo, vel cōfiterur per verbum credo, an admittatur? Nonagesimo, inquisitus cōparet, & simpliciter negat, quid debeat facere iudex? Nonagesimoprimum, qd debeat facere iudex post dictam negationem, & concessam licentiam; & an vnus ex malefactoribus possit fideiubere pro alio. Et si talis fideiusor nō repræsentat principalem, ad quid teneatur. Et an talis fideiusor, qui promittit sistere, possit promittere omnem pœnam pecuniariam. Sed quaro, fideiusor presentauit principalem, & principalis aufugit de carcere, an teneatur amplius ad sistendum? Sed pone, fideiusor promittit sistere inquisitum ad voluntatem iudicis sub certa pœna, qui tandem per illum iudicem fuit captus, & man⁹ eius aufugit, quid iuris? Sed pone, fideiusor promittit inquisitum sistere sub certa pœna tali die, vel soluere condemnationem; Cōtingit, qd̄ j. illum diem accusatus bannitus est propter illud malefictum, quia se non præsētabat; Die verō elapsa fideiusor conuenitur, quia eum non repræsētauit; quaritur, an fideiusor habeat hanc exceptionē, quod non pōt presentare, quia bannitus? Et quid si inquisitus dedit fideiusorem de soluendo omnē condemnationem, & bannitus fuit in mille; an mortuo bannito, possint fideiusores conueniri? Et quid si fideiusor non potest inquisitum in iudicio exhibere, vult tamen eum defendere, & iudicium in se suscipere, vel vult ad illum p̄sentādum inducias habere? Sed quaro, an talis fideiusor teneatur ad duplum, vel ad quartum plus, ad quod venit condemnandus ex forma statuti, si non soluit intra. x. dies. Sed quid si est tale crimen, propter quod veniat pœna pecuniaria, ita quod re⁹ veniat fideiusoribus relaxandus, tñ iudex non vult illum fideiusoribus idoneis relaxare, sed ipsum tenet in carcere, an possit contra iudicem agi? Item quaro, pone inquisitus dicit iudici, Do vobis huiusmodi fideiusores, qui ad vestri requisitionem præsētabunt me de die in diē sub tali pœna. Illi erant præsēntes, & nihil dixerūt, & sic fuerunt scripti in libro curiæ. Item pone, inquisitus est absolutus, postea indē ad annum fit statutum, quod non obstante quacunque absolute, possint reuideri processus præteriti, quo facta talis fuit cōdemnatio, an fideiusor teneatur? Nonagesi-

mofecundo, his peractis, quid debeat facere iudex. Sed quaro circa hoc, an reus possit renuntiare huic termino defensorio. Sed si talis inquisitus sciens se non habere aliq̄ defensionem sic renuntiaret, videlicet. Talis inquisitus spontē, ex certa scientia, sciens se carere omni specie defensionis, renuntiauit cuilibet termino sibi statuendo, tā ex forma iuris communis, q̄ statutorum, qd̄ perpetuō notabis, tu iudex malefactorum. Sed quęro, quas defensiones possit facere dictus inquisitus. Quid autē si produceret instrumentum pacis de vulneribus tantum, & secuta fuerit mors, an sibi proficit? Et quid si statutum requirit, quod habeat pacem à filijs occisi, an sufficiat, quod habeat à spurijis? Et vtrū pax facta per episcopū de maledictione, seu blasphematione Dei proficit? Et qd si statutū dicit, quod p̄ homicidio nō admittat beneficium pacis, vel concordie, an admittatur cum mandante. Et quid si statutum permittit fieri pacem de omnibus criminibus, excepto furto, vtrū possit fieri de robbaria? Nonagesimotertio, quid debeat facere iste iudex pendente isto termino dato ad defensionem, & c. Et vtrum ex probationibus factis in inquisitione generali, possit puniri reus, & probatus culpabilis absq; alijs, probationibus? Nonagesimoquarto, examinati testib⁹, qd debeat facere iudex. Quid autē si reus potest facere defensiones, & non facit, an iudex possit illas facere? Nonagesimoquinto, quia plerunque testes subtrahunt se à testificationibus in causa criminali, & latitant quandoq; suasionibus delinquentis, vel alterius potentis, quęritur, quod sit remedium ad hoc vt compellantur venire? Sed quaro, an testes sint torquendi, an verō credatur eis sine tortura. Item quaro, vtrum in casibus, in quibus testes possunt torqueri, an seruanda sit forma. l. custodias. ff. de pub. iudi. videlicet; vt citētur eorum aduocati, vt videant eorū indicia, q̄ sunt cōtra ipsos testes, & q̄ ipsi sciunt ea, quę iudex vult ab eis scire. Nonagesimosexto, quid si iudex fecit quicquid potuit vt per testes, vel per alios modos, q̄ per tormenta haberet veritatē plenam, & claram, non tñ potuit illam plenam, & claram habere, quid facere debeat. Sed pone, statuto cauetur, quod officialis vltimo mense sui regiminis nō possit aliq̄ absoluerē, vel cancellare d̄ banno, inquisitus tñ venit absoluerendus, quid debeat facere? Nonagesimoseptimo, his peractis, quid debeat facere iudex. Sed quaro, vtrum in ferenda sententiā prādicta sit necessaria citatio? Nonagesimooctauo, de forma sententię ferende, quęro, vtrum talis sententiā debeat fieri p̄ Præsidentem, seu Potestatem, an possit fieri p̄ eius assessorem, seu vicarium? Vterius quaro, vtrum in ferenda sententiā inquisitionis, iudex, seu Potestas debeat sedere pro tribunali? Itē, quaro, quoniam frequēter iudices, & Potestates in sententijs, quas ferunt in causis criminalibus, apponunt istam clausulam, Condemnamus in centum; & si sententiā, vel condemnatio est facta in plus, vel min⁹, quā debeat ex forma statutorum, illam reducimus ad debitam quantitatem statutorum, vel hoc modo. Et hanc condemnationem facimus sū formam statutorū, & eatenus, quatenus esset vltra; vel præter formam statutorum, illam cassam⁹, & an nullamus, & ad formam statuti reducimus, vtrum aliquid

aliquid operentur huiusmodi clausula. Quæritur et circa articulum sententiæ, vtrum in sententiâ sit inferenda causa. Nonagesimonono, vtrum a sententiâ in causa inquisitionis lata, possit appellari. Sed vtrum procurator inquisitionis possit appellari. Itē quando appellatur a sententiâ iudicis inquirentis, an sit citandus syndicus, vel procurator fisci? Et quid si reus condemnatus decessit intra tempus appellandi, quid faciendum est? ¶ Centesimo, circa hanc materiam, visa sententiâ, & eius forma, & solemnitatibus necessarijs, & etiam visis quibusdam circa articulum appellationis, in hac materia videntur aliqua circa executionem. Vnde quæritur, vtrum iudex lata sententiâ possit ipsam sententiâ statim executioni mandare. Sed quid si appelletur a sententiâ lata in criminali, & iudex ad quem confirmat appellationem, quis debeat sententiâ executioni mandare? ¶ Centesimoprimo, quæritur pro complemento istius articuli, vtrum in causa inquisitionis detur instantia.

¶ Prima questio. II. articuli principalis.

- 701 Primo igitur quæro, quomodo sit procedendum in inquisitione generalissima. Sol. quia hæc questio potius pertinet ad materiam concilij provincialis, & synodalis, quâ ad materiâ nostram principalem; ideò dic de hac materia, vt latè traditur per Inn. D. Ant. & melius per Io. de Imo. in. c. graue. §. de præben. vbi ipse tradit quod sint conciliorum species; & qui sunt vocandi ad concilium; & qualiter, & quæ expediri possint in concilio, & præcipuè provinciali, vel synodali; & qualem potestatem, vel iurisdictionem habeant congregati in concilio; & quis possit concilium conuocare; & an vocati ad concilium teneantur ibi indifferenter respondere? Tetigi etiâ de hac materia aliqd in. c. seq. & vide. 42. disti. in sum. per totū. 44. dist. in sum. per totū. ¶ Secundo
- 702 quæro, quomodo qualiter procedat in inquisitione generali, quæ fit super statu alicuius ecclesiæ, vel super statu alicuius ciuitatis, vel loci, tam in capite, quàm in membris. Sol. Spec. in tit. de inquisitione. §. viso igitur. vers. si igitur aliquo prosequente, dicit, quod si fiat aliquo prosequente inquisitionem, citari debet tam is, qui prosequitur inquisitionem, quàm illi contra quos inquiritur; vt puta, abbas, vel episcopus, siue monasterium, vel ecclesia de cuius statu inquiritur; & etiam clerici, canonicus, seu monachi ecclesiæ, vel monasterij infamati, & partibus presentibus proponere debet ille, qui prosequitur inquisitionem, seu illâ impetrauit; quâ liter monasterium infamatum est super talibus criminibus apud bonos, & graues; & hæc infamia frequentibus clamoribus ad superiorem peruenit, quàm ob causam cum inquisitio commissa fuerit inquisitoribus supplicat, quod debeant in illa procedere via regia, habentes solum Deum præ oculis sine personarum acceptione, & iuxta delegationis formam. Vel si est ordinarius dicat, & iuxta formam iuris, secundum not. in. c. qualiter. §. eo. & in. c. cū dilecti. de rescrip. & subdere debet ad terrorem inquisitorum, quod ipsi debent diligentius animaduertere ne perperam aliquid agant; quia quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & c. vt. d. c. qualiter. Facit. c. cum inter vni.

uerfas. de elect. & 2. q. 1. in. c. Deus omnipotens. 13. q. 1. §. 1. circa medium. Facit. C. de indi. in. l. rem nō nouam. vers. fit etenim. Deinde debet legere literâ commissionis, vel si sit ordinarius, qui debet inquirere, debet coram eo verum proponere, vel dare libellum, secundum Roffre. in. tit. de inquisitione. in 5. membro. & hoc expressè de libello dicit Roffre, quia verbo, causam proponere debet ecclesia, non prælatus. Canonici, seu monachi, contra quos inquiritur, debent per exceptiones suas, si quas habent, repellere prosecutorem a prosecutione inquisitionis; vel ex eo, quod rescriptum sit surreptitium, vel per aliquam aliam inhabilitatem contingentem in personam iudicem, de quibus. §. in. 5. artic. princ. vel contingentem personam ipsorum executorum, de quibus in. 6. artic. prin. & 7. etiam tangitur. Sin autē fieri non potest, vt ab inquisitione prosequator remoueat, faciet iudex inquirens litem contestari ab vtraque parte, & iurari, & positiones, & articulos fieri, testes produci, & examinari, & etiam instrumenta produci, secundum quod in iudicijs fieri consuevit, secundum Roffre. Sed dicit. Spec. quod salua reuerentia Roffre. cum inquiritur generaliter super statu ecclesiæ, iudex debet generaliter inquirere, & inuestigare super dispositione, seu ordinatione, & ornatu ecclesiæ tam in capite, quàm in membris, etiam aliquo prosequente inquisitionem. Er tu subde, quod si per eos contra quos inquiritur proponuntur exceptiones, quæ possunt proponi attentâ consideratione eorum quæ dicam. §. debent prius inquisitores de ipsis exceptionibus cognoscere, arg. c. cū oporteat. §. eo. Vnde dicit. Inn. & Hosti. quod exceptiones declinatoriæ sunt proponendæ ante ingressum negotij; & sequitur Io. And. in. c. exhibita. in princ. §. de indi. Et aduerte, quod quilibet de collegio, seu ecclesia potest tales exceptiones obijcere in prædicta inquisitione; de quo latius dicitur. §. Deinde subdit, Spec. contra opi. Roffre. quod non est necessarius libellus, nec lites contestanda, arg. §. de testi. c. cum olim. imò debet de plano procedi, & sine strepitu iudiciario, vt §. eo. c. pen. quâuis ibi loquatur de inquisitione regularium. Ex quo etiam patet, secundum Vincen. 705 in. c. qualiter. in princ. §. eo. quod nec fient interrogationes, quæ succedunt loco probationum, quæ non habent fieri; nisi post lit. contest. nisi in certis casibus, qui traduntur per Spe. in tit. de interro. & posi. §. 1. & quia is, contra quem inquiritur, iurat; licet non semper, vt statim dicam, & recipiuntur testes. Aduerte tñ, quia Archi. in. c. quia pleriq. de offi. ordi. lib. 6. & ibi Io. And. in nouella. & idem Archid. 2. q. 1. in. c. De omnipotens. dicit, quod in ista inquisitione exprimuntur capitula, super quibus fieri debet inquisitio; quia generaliter inquiritur de vita clericorum, & officijs, & statu ecclesiæ vt statim dicitur. Item non potest excipi contra testes, quia recipiuntur quales inueniuntur; & est speciale, quia quæ in capitulo agunt, non facile possunt nisi per canonicos probari. Facit. §. de testi. c. veniens. 2. in. fi. Allegat etiam not. per Lau. Goffr. Io. & Bern. in. c. per inquisitionem. §. de elect. Item dicit, quod si talis inquisitio fit de plano, non competit capitulo contra inquisitiones exceptio recusatationis, de quo dic. vt dixi. §. in. 5. artic. princ. q. 2. 1. Deinde redeundo ad verba Spec.

Spec. subdit Spec. quod testes iurant dicere plenam, & meram veritatem super his, quæ sciunt, vel credunt reformanda tam in capite, quàm in membris exceptis occultis, vt in. c. qualiter. in. §. fi. §. eo. De quo iuramento aliquid dixi, in. c. cum dilecti. §. eo. nam secundum quod ibi dicitur in tex. duplex in hac materia tradit forma, vna de qua statim dixi. Alia vt iuret solum respondere ad interrogata, & quæ sita; & dicunt aliqui, secundum Hosti. quod vtraque forma potest immisceri, videlicet; ut plenam, & meram veritatem ad interrogata veraciter respondere debeant; quoniam nam, & bonorum optima est mixtura. 12. dist. c. no. uit. in fi. & tradit Spec. in tit. de teste. §. nunc tractandum. in fi. Inn. verò in. c. licet Hely. §. de simo. dicit, quod aut inquisitio fit de certis criminibus, & debet seruari prima forma, videlicet; vt iuret plenam, & meram dicere veritatem. Aut fit generaliter de criminibus, & tunc quia periculosum esset iurare secundum prædictam formam, cū anceps posset subire periculum debet seruari alia forma, videlicet; vt solū iuret ad interrogata respondere. Aduerte tamen; quia hoc vltimum videtur esse contra. c. qualiter. in fi. §. eo. vbi tex. loquitur de generali inquisitione, & temen tex. vult seruari illam formam, quod iuret plenam, & meram dicere veritatem. Vnde Inno. concludit: quod sufficit iurare secundum vnam, vel aliam formam quali tercunq; agatur; & hoc communiter tenet Doct. & sequit Io. de Imo. in. d. c. cū dilecti. Sed dicit ibi D. m. quod non putat hoc verum, in d. c. qualiter. in fi. vbi dicit, quod i criminalibus vult obseruari illam formam de plena, & mera dicenda veritate. Subdit tñ, quod licet iudex malefaciat non seruando debitam formam, quod tamē actus valet, vt. d. c. cum dilecti. Spe. tamē in tit. de teste. §. sequitur. ver. ego verò. miscet vtranque formam, hoc modo, Tu iurabis super his quæ scis, & credis in hac ecclesia reformanda, vel super alijs quibuscunq; tam ciuitatis, quàm diocesis, & tam in capite, quàm in membris quibuslibet; super vita, & conuersatione ipsorum, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, exceptis criminibus occultis, excluso timore, odio, vel amore, plenam, & meram quàm scis, & credis mihi dicere veritatem; vt quod ad inquisita, & interrogaciones meas per ordinem veraciter respondebis. Satis mihi placet, quod iudex possit vnam, vel alteram formam seruare, & etiam commiscere; sed aptius faciet seruando proprias formas; vt ad id, de quo quæritur adaptari faciat iuramentum testium; post iuramenta verò a testibus recepta, interrogantur testes secundum Spec. in tit. de teste. §. nunc tractandum qualiter. vers. porrò. sub hac forma, videlicet; Quæro a te, an scis, credis, vel fama est episcopus, vel prælatus, aut aliquem clericum ciuitatis, vel diocesis fecisse confessionem super aliqua re spirituali pro pecunia, vel alia re temporaliter data, promissa, vel retenta ex pacto, vel conuentione. 1. q. 2. c. quampio. & 7. de simo. c. cum in ecclesijs. Item, an scis, vel credis, vel fama est, quod aliquis dedit aliquid episcopo pro eo, quod est incontinens, vel pro eo, quod habuit concubinam, vel sustinuerit eum delinquentem pro aliquo commodo temporali. §. de vita, & hone. cleri. c. clericorum. §. de simo. c. nemo. Itē, an scis, vel credis, vel fama est, quod episcopus aliquid receperit, vel habuerit per se, vel aliū, faci-

tè, vel expressè; vel clericus aliquid dederit, vel promiserit per se, vel interpositam personam pro beneficio ecclesiastico obtinendo, vel vt eligeretur, arg. 1. q. 1. c. reperiunt. & c. sunt nonnulli. & 7. de simo. c. de hoc. & c. sicut. & §. de ata. & quali. c. tuam. Itē, an episcopus negligens fuerit in monendo clericos suos super vita, & honestate, & super indiligentia in diuinis officijs, & alijs, & quod delinquentes non punierit, vt. d. c. clericorum. & 12. dist. c. de his. de celsi. c. Romana. §. sanè. lib. 6. Item, an clericum aliquem scis, vel credis, & c. cuiuscunq; stat, vel ordinis concubinam habere, vel suis expensis in domo, vel extra retinere; vel ad aliquam accedere; aut ipsam ad se facere venire, aut cum aliqua suspecta muliere consortium, vel colloquium habere. §. de cohabi. cleri. & mulie. c. 1. 2. & 3. & c. seq. & c. de epi. & cle. authen. episcopus. 32. dist. c. presbiter. 81. dist. c. legitur. Itē, an scis, vel credis, & c. aliquem clericorum aleatorem esse. §. de vita & hone. cle. c. clerici. & c. inter dilectos. §. de excess. præla. vel blasphemum, vt. c. 2. §. de maledi. cum simi. vel vsurarium, vt. 46. dist. c. nō licet. & seq. & 7. de vsuris. c. præterea, vel coniuratore, vel conspiratore. 11. q. 1. c. coniurationum. & seq. & §. de re iud. c. cum. I. & A. vel alienatorem rei ecclesiasticæ. 12. q. 2. c. monemus. & tribus seq. §. de rebus eccle. non alie. c. si quis psbyterorum, vel obligator, §. de pigno. c. 1. & 3. vel malè administratè, aut res ecclesiasticas dilapidatè, vel consumptè, vel male dispensantem. 28. dist. c. de Syracusanis. & 7. de simo. c. licet. Hely. & 7. eo. c. fi. 3. q. 2. c. quia ea. Item, an scis, vel credis, vel fama est, quod Sacrifista, vel thesaurarius, vel custos, vasa, vestimenta, vel res alias ornamenta, & libros seruauerit, vt in. c. vnico. de offi. custodia. & §. de offi. Sacrifistæ per totum. Et sic quærit. & de singulis officijs; prout diligens inquisitor ad talia officia nouerit pertinere. 21. dist. c. clericos. & 25. dist. c. perlectis. Itē, an diuina officia deuotè, & solenniter congruis horis sint celebrata, & mos ecclesiæ suæ obseruatus. §. de celeb. mis. c. 1. & c. dolentes. 12. dist. c. de his. & de conse. dist. 2. c. institutio. Et an in exequijs mortuorum, & circa eucharistiam, & reliquias obseruandas, & similia adhibuerint debitam diligentiam. Item circa baptismum, penitentias, hereticorum expulsionem, eorum fautores, & receptatores qualiter fuerint diligentes circa expellendū, & puniendum. Et sic de pluribus similibus, de quibus per Spec. in loco præalleg. vbi etiam subdit, quod querendum est in quibus consistit honestas clericorum, & ad quæ sint obligati; & qualiter edocti in his, quæ seire tenentur. Vnde patet prædictis, quod cum inquiritur de statu ecclesiæ, testes super omnibus prædictis examinantur, quæ sciunt, vel credunt, vel fama sit in ecclesia reformada, tam in capite, quàm in membris, exceptis criminibus occultis; & vide plura alia quæ ponit Spec. in tit. de inquisitio. §. 2. vers. vt autem compendiosè. vbi tractat, & ponit singulariter de quibus inquirendum sit a regularibus; tam circa spiritualia, quàm temporalia; vbi vide. Et aduerte; quia dicit. Io. And. in. d. c. qualiter. in. fi. quod licet tales non debeant occulta crimina reuelare; tamen occultas circumstantias reuelare tenentur, vt probatur in. d. c. dilecti, siue fuerint interrogati, siue non.

Et per



Et per similem modum posset discurre in similibus, quando fieret inquisitio super statu ciuitatis, uel aliquis vniuersitatis, querendo de rectoribus, officialibus, & subditis. Addunt etiā quidam, q̄ tales debent iurare non reuelare dictū suum alicui, donec testes fuerint publicati. ¶ Tertio quæro, † qualiter procedatur in inquisitione per oculorum inspectionem? Sol. satis clarè patet ex se, & ex prædictis in præcedentibus articulis circa hanc questionem. Et aduerte, quia circa inspectionem amafiarum scholaribus Senensibus non est opus doctrinam tradere; quia practici sunt propter nimiam frequentiam.

709 ¶ Quarto quæro, † qualiter procedatur in inquisitione quæ fit ad publicam utilitatē, vel ad priuatā in causa merè ciuili. Sol. dic. q̄ proceditur sicut in ciuilibus causis. ¶ Quinto quæro, † qualiter procedatur in inquisitione, quæ fit ad denuntiationem publici officialis? Sol. dic. q̄ quandoq; ex tali denuntiatione iudex format inquisitionem generalē, quo ad personas; & specialem quo ad delicta. Et de hac dicendum est, vt statim dicam in vers. quæro. Interdum format inquisitionem specialem quo ad delicta, & quo ad personas. Et de hac dicendum vt dicam statim in vers. 10. quæro. Item quandoq; iudex prosequitur inquisitionem aliquo promouente, & instigante siue sit denunciator, siue alius. Interdum ex suo officio mero, de quibus latius in dictis questionibus. Et aduerte; quia idè dixi, q̄ interdū propter denuntiationem talium officialium formatur inquisitio specialis quo ad delicta, & generalis quo ad personas; quia licet † delicta, quæ per tales denunciatores denuntianda sunt, debeant esse notoria, ad hoc vt possint denuntiarī, vt. l. ea quidem. C. de accusa. & ibi per Cy. & Doct. in l. diuus. ff. de custo. reo. Tamen illud est verum quo ad maleficia, non quo ad personas. Nam potest esse delictum notorium; & tamen ignoratur a quo commissum fuerit. Item potest sciri quis commiserit, & tamen nō erit notorium. De iure tamen canonico videtur, q̄ possit denunciari delictum non notorium, vt colligitur ex tex. in. c. episcopus. in synodo. 35. q. 6. Sed de iure ciuili est maius dubium, & cōmuniter \* tenetur qd̄ non; tamen ex forma statutorum contrarium obseruatur, de quo latè per D. Bartho. de Salice. in. d. l. ea quidem. in principio. ver. nono. quæro. Et aduerte etiam; quia vt supra dixi, facta denuntiatione, superior debet formare inquisitionem, ex eo, q̄ talib⁹

712 † officialibus denuntiantibus non creditur, quo ad plenam probationem; sed quo ad potestatem inquirendi, ut. C. de curiosis. l. 1. lib. 12. & ibi not. Barto. in d. l. diuus. ff. de custo. reo. quod intellige in grauib⁹, secundum q̄ traditur in dictis iuribus. Et licet secundum iura, denunciatores debeant probare vera esse quæ denuntiant, vt. d. l. diu⁹. & in. l. ab accusatione. §. nuntiatores. ff. ad Turpil. tamen usus, & cōmunis \* practica hoc non admittit, sed solum in cedula denuntiationis inscribunt testes, quos asserunt scire ueritatem circa delicta perpetrata, vt per Bartho. de Salice. in. d. l. ea quidem. ¶ Sexto quæro,

713 † qualiter procedatur in inquisitione in qua agitur de cōfirmatione electi in prælatū? Sol. lo. And. post Inno. in. c. l. §. de postu. præla. dicit, quod fit de plano sine iuramento, & in genere, nō in specie; quādō

Cōis obf.

Cōis pract.

quaritur de criminibus promouendi, sicut aliās in simili. ff. de questio. in. l. 1. §. qui questionem. Est tamen inquirendum de ætate, scientia, moribus, irregularitate, natiuitate, & fama personæ. Sed non intendendo insistere, quia magis pertinet ad materiam electionis. Vide latius per Host. in summa, in tit. de electio. §. & qualiter. Spec. tamen in tit. de inquisi. §. nunc tractemus. in fi. dicit, quod † ubi agitur de cōfirmatione episcopi, superior ex officio suo, etiam nulla infamia præcedente, aut nullo denuntiante inquirere debet de meritis personæ electæ, de studijs eligentiū, & forma electionis. ut. §. de electio. c. scriptū. c. postquam. c. cum nobis. & c. nihil. 47. dist. c. de Petro. 61. dist. c. miramur. Sed vt dixi, non intendo insistere. ¶ Septimo quæro, † qualiter procedatur in inquisitione generali, quo ad delicta, & quo ad personas? Sol. dicit Bald. in. d. l. ea quidem. C. de accusat. q̄ proceditur in hac forma, videlicet: Hæc 714 est † inquisitio, quæ fit per. D. B. Potestatem ciuitatis Sen. ad inueniendum oēs, & singulos malefactorum, & homines male conditionis, & famæ, qui sunt in suo territorio, & districtu, ad hoc vt possit illū purgare malis hominibus, & in ista inquisitione nemo citatur; quia nemo est hic pars, uel reus, nec appareret quis possit citari, & ex eo non potest sequi condemnatio; quia si nemo est reus; ergo nemo potest recipi inter reos, & sic nec condemnari. Item quia proceditur sine citatione singulorum; ergo non potest aliquis condemnari, ut in. l. absentem. ff. de penis. & etiam ex eo, quia non deducitur certum factum, seu delictum; vnde etiam non potest dari copia articulorum, ut de se patet. Facit q̄ tradit Archi. 2. q. 1. in c. Deus omnipotens. Item, quia talis inquisitio non continet locum, & tempus, secundum. l. libellorum. ff. de accusa. ergo super ista nil habet iudex pronuntiare; sed est quodammodo preparatoria ad inueniendū, uel vt malefactores fugiant, & sic purgetur provincia malis hominibus. Vel vt per eam descendant ad secundam inquisitionem specialem, & sic prædicat totus mundus, secundum eum. Ang. verò in. d. repet. l. si vacatiā. dicit, q̄ ista est forma istius inquisitionis, videlicet; hæc est quædam inquisitio generalis, quam facit, & facere intendit nobilis, & potēs miles dominus. B. sub examine sapientis, & iuris periti viri domini L. & sub eius iudice malefactorum domino F. & eius arbitrio, & balia, ad inueniendū, perquirendum, & inuestigandum omnes fures, latrones, grassatores, robatores, & castitatis, violatores, & oppugnatores prouinciæ, & incendiarios, & sacrarium monialium, uel virginum raptores, adulteros, & contra alios, & singulos homines male, & improbatæ uitæ, cōditionis, status, & famæ, existentes in suo territorio, uel districtu, ad hoc vt purgare possit dictam prouinciā, eiusq; comitatū, fortiam, & districtum dictis malis hominibus, vt dicta prouincia pacata semper, & quietā permaneat. Hæc doctrina traditur secundum eum. in. l. congruit. ff. de offic. præsid. Et hæc forma in effectu concordat cū forma Bal. licet sub quodam maiori ornatu uerborum, licet longè magis ornatè potuisset concipi; & eam concepit melius ornatè in singulis ingressibus officialium Riccius insignis bannitor Senensium. Et addenda sunt reliqua, quæ dixi supra secundum Bald.

Bal. quæ uerissima sunt. Et plura etiam adaptari possunt, de quibus. j. in. 15. q. in forma inquisitionis

717 specialis. Octauo quæro, † quæ sit forma generalis inquisitionis quo ad psonas, & specialis quo ad delicta? Sol. dic. secundum Ang. quod hæc est forma, videlicet; Hæc est inquisitio quæ fit, & fieri intenditur per nobilem militem dominum B. Potestatem excellentiæ ciuitatis Senarum, ad inueniendum omnes, & singulos qui interfecerunt P. in tali loco, & in tali tēpore; & ad inueniendum, & inuestigandum omnes illos qui occisoribus prædictis præstituerunt aliquod auxilium, cōsilium, uel fauorem. Et hæc forma, ubiq; seruatur secundum Ang. & in ista nemo citatur; quia nemo est hic pars, & satis uidentur etiam hic dicenda, quæ dicta fuerunt secundum Bald. in præced. q.

718 Arbitror tamen, quod † ad inueniendum illud maleficiū, potestas, uel officialis debeat exquirere per testes, quos reputauerit idoneos, per indicia, coniecturas, uerisimilitudines, & præsumptiones, per quas induci possit ad suspicionem, opinionem, uel aliquè credulitatis gradum, perquirendo, & inuestigando; utrum ille interfectus habuerit inimicos capitales. Et quales homines sint sui inimici capitales. Facit 3. q. 5. c. accusatores. 1. Item, an aliquis fuerit illi minatus mortem, secundum quod traditur in. c. literas. §. de præsumpt. & per Spec. in tit. de inquisitione. §. 2. vers. sed pone. & in tit. de pba. §. uide dū. vers. decimotertio. Per Cyn. Bar. & Doct. in. l. metum. C. quod metus causa. uel quia interfectus sit ante ostium alicuius, de quo aliquid uide per Barto. in. l. ædiles. ff. de ædi. ciuilibus. ubi est text. not. in fine. Aliqui tamen non habent rubricam; sed ille tex. est sub tit. de via publica rescien. Item considerare, an esset aliqua suspicio inter interfectum, & uxorem domini domus, iuxta quam reperitur cadauer, uel filiā, aut sororem illius, uel quid simile. ¶ Considerare debet et qualitatē illius domus. Itē an fortè interfectus haberet corruales, aut cōcurrētes, & sic de singulis, & p singulas coniecturas, circūstātiās, & præsumptiones inuestigandū est de alijs criminibus, ut in dānis

719 datis, & furtis perpetratis. Nam † potius a uicinis, quam ab exteris præsumuntur facta, & illata, secundum quod dixi in præced. art. versic. 20. quæro, & maxime a pauperibus, & dicholis inertibus, nullam artem exercentibus, & facientibus sumptus non cōuales introitibus, sed longè excedentes. Et sic in similibus prudenter, & sapienter prætorum arbitror oportere discutere, & cūcta cū prudētia inuestigare, atq; rimari anteq̄ rē periculosa suscipiat, ne se ra sit penitētia. Et adde quæ dicam. j. in. 15. q. in forma specialis inquisitionis, put hic adaptari possent.

720 ¶ Nono quæro, † qualiter procedatur in inquisitione generali respectu delictorum, & speciali respectu personarum? Sol. Ang. in. d. rep. l. si vacantiā. ponit talem formam, videlicet; Hæc est inquisitio quæ fit, & fieri intenditur per talem syndicum, & syndicatorē electum, & assumptum per communem Senarū ad syndicandum nobilem militem dominum B. olim Potestatem dicti Communis per sex mensibus proximè præteritis, inchoatis in Calendis Maij proximè præteritis, & finitis, vt. j. sequitur, cōtra, & aduersum dictum dominum. B. & contra omnes, & singulos suos iudices, notarios, milites, biruarios, & fami

liam vniuersam dicti domini B. De eo in eo, & super eo, quod ad aures, & notitiam dicti maioris syndici auditu peruenit, quod dictus dominus B. & dicti iudices, notarij, milites, domicelli, & biruarij in dictis mensibus, & palatio olim residentie, & eorū habitationis postea intra tales confines, multas, varias, & diuerfas baratarias, furta, & falsitates commiserunt. Et quod dictus B. non tenuit totam familiam, quam tenere debuit, secundum formam electionis de eo facta. Necnon dictus dominus B. & dicti iudices absoluerunt multos condemnandos, & condēna uerunt plures innocētes, qui debebant absolui. Nec uenerunt ad sedendum pro iure reddendo ad banchum diebus debitis, & cōsuetis horis, secundū formam electionis prædictæ. Et prædicta commissa, & perpetrata fuerunt per supradictos superius nominatos, tēporibus supradictis, & in loco supradicto, contra formam iuris, statutorum, & ordinamentorum dicti communis, super quibus omnibus, & singulis, connexis, & dependentibus ab eisdem, ac prius extraneis syndicator inquirat, & intendit inquirere, & procedere, expedire, & punire repositos culpabiles secundum formam iuris, & statutorum dicti communis. Et hanc formam dicit approbatam esse secundum consuetudinem totius Italię. Possent tamen etiam multa alia adiungi. Et quare etiam multa ex prædictis uerbis ponantur, & ad quæ finem, & effectum patebit ex his quæ dicam. j. in. 11. q. & sequentibus. ¶ Decimo quæro, † qualiter procedatur in inquisitione speciali respectu personarum, & delictorum? Sol. Hic aduertendum est; nam cum hæc inquisitio fiat dupliciter, uidelicet; ex puro, & mero officio inquirentis, quandoq; ad instigationem, & prosecutionem alterius, ut sæpius dictum est; & isti modi differant inter se quo ad quædam, prout etiam hic diuersificat glossa nostra; idè prosequar singulas quæstiones circa hunc articulum, quālibet de per se singulariter examinando. Primo, circa inquisitionem, quæ fit ex mero iudicis officio. Secundo, circa inquisitionem quæ fit ad instigationē, & insuper animaduertendum est, quod iste articulus est difficilis, & intricatus; quoniam confusè per Docto. commissentur ea, quæ distinctè tradenda essent. Et idè prosequar distinctas quæstiones prosequendo ordinem præmissum. ¶ Undecimo quæro, quid debet facere iudex uolēs inquirere specialiter? Sol. dic. Aut iudex uult inquirere ex mero officio suo. Aut ad partis postulationem. Primo casu, dicit gloss. nostra in verb. ad inquirendum. vers. si ex officio. quod si est prælatus, qui uult inquirere contra aliquam ecclesiam, uel subditum, debet descendere ad locum, in quo intendit inquirere, ut hic. de quo latè dictum est in decimo articulo principali. Deinde dicit glo. in vers. Si uerò procedat. quod idem est si uellet inquirere ad partis postulationem; quia eadē uidetur ratio in utroq; casu. Specul. uerò in tit. de inquisitione. §. nunc tractemus. vers. porrò. dicit, quod iudex, seu prælatus præfixo termino accusare uolentibus, quem ipse potest præfigere, & non præfigere, secundum quod latè dixi in. 9. art. q. 55. uocatis deinde senioribus ecclesiæ, hoc est canonicis, procedit ad inquisitionem hac uia, & forma, ut idem Specu. tradit in. d. §. versic. hac igitur uia. Nam postquā accessit ad locum, ubi

uult

vult inquirere, & vbi de infamia confiterit, secundum quod latius dictum fuit in. 1. 1. artic. princ. Superior, seu iudex vocabit ad se illum contra quem vult inquirere dicens ei; Amice, Deus omnipotens, vt nos compeferet a prolacione sententia licet ei omnia sint nota, & aperta, noluit tamen parte inaudita, mala Sodomae iudicare; nisi prius cognosceret quae dicebantur. Vnde ait. Descendam, scilicet; mittendo angelos meos, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non, vt sciam, scilicet; tanquam iudex, vt. d. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Cum igitur iohannis Christi actio, nostra sit instructio. 12. q. 1. c. exemplum, ipsum conor, quantum ad est possibilitas, imitari, Licet ergo multa sinistra de te pluries, & a pluribus fide dignis, & idoneis sint mihi nuntiata, quae vrgente conscientia vltius nequeo dissimulare; ea tamen diuino ductus exemplo non ad plenum credo, nec me mouet ad te condemnandum; nisi prius constiterit mihi probationes luculentas, de quibus. j. dicitur. Sicut etiam dominus dixit villico diffamato, quid audio de te? redde rationem villicationis tuae, & c. vt hic, & in. d. c. Deus. & in. c. licet Hely. j. de simo. & j. de collu. deteg. c. intantum. Deinde subdit praelatus, seu iudex. Idcirco super his volo inquirere veritatem. Et tunc debet inquisito capitula exhibere, seu articulos super quibus intendit inquirere contra illum, quod tamen intellige, vt statim dicam. Certus enim debet esse reus, contra quem inquiritur, de eo, super quo inquiratur. Quare nisi copiam faciat, potest ab eo appellari, vt not. in. c. nos inter. j. de purg. cano. Nec inquisitio debet fieri per chartalem inscriptionem. Nam si aliqua super quibus non esset infamatus, probarentur contra eum, non propterea puniendus esset, sicut Tancre. vt hac probantur in tex. nostro in. d. debet. & s. eo. c. inquisitionis. & de ordi. cogni. c. 2. in fi. Deinde iudex debet facere iurare reum; & si inquiritur de statu ecclesiae infamatae, exigit iuramentum praelati, & clericorum, secundum quod dixi. s. in 2. q. huius artic. Si vero praelati solius, ab ipso solo praelato exigit iuramentum, vt. s. eo. qualiter. & c. cum dilectus. & s. de re iudi. c. cum I. & A. Et hoc procedit cum iudex ex officio procedit, si ei hoc videbitur expedire. Sed cum aliquis inquisitionem persequitur; tunc non iurat ille; sed is contra quem inquiritur. Sed si reus confitetur, procedendum est ad poenae impositionem. Si vero negat, debent testes induci per iudicem, & cogi testificari, si necesse fuerit, vt. s. de testi. cogen. c. super his. licet secus sit in iudicijs ordinarijs, si pure, vel incidenter inquiritur de criminibus, vt in. c. delictorum. s. de testi. cogen. Item & ipse reus poterit suos testes inducere ad probandam innocentiam suam, vt. s. eod. c. cum oporteat. & 1. 1. q. 3. c. praecipue. & hoc quod iudex ex officio procederet. Sed si inquiratur aliquo inquisitionem promouente, seu prosequente cuius nomen est insertum in rescripto; tunc secundum Spec. in. d. s. nunc tractemus. vers. sin autem inquiratur, debet seruari haec forma. Quia primo debet citari is contra quem inquisitio formatur, & contradicens admitteatur, vt. C. de bon. vacan. l. si. lib. 10. ibi, data reclamandi copia, & c. & fiet sibi copia rescripti, & ipsum impugnet, si voluerit, & queretur ab eo, an sit in-

famatus super tali crimine, & si confitetur bene esse, & secundum Roffre. procedetur sine libello, & liti cotestacione. s. vt lit. non conte. c. qm. s. sunt & alij. & s. de re iudi. c. cum I. & A. & j. eo. c. fi. Et exponuntur illi capitula, super quibus debet inquiri, & dabitur ei facultas se defendendi; & dabuntur ei nomina testium, & dicta eorum sunt illi publicanda, & copia facienda; vt se defendere possit tam contra testes, quam contra eorum testimonia, ne praebatur materia dicendi falsum testimonium, vt hic in tex. nostro. in. d. s. debet. & c. olim. & c. inquisitionis. s. eo. 5. q. 2. c. si primates. ff. de eden. l. 1. s. edenda. Alias autem si haec negarentur, tanquam grauatus posset appellare. Goffre. verò & Vinc. hic dicunt, & bene secundum Specul. in. d. s. q. vbi aliquis prosequitur inquisitionem contra singularem personam; quod dabitur libellus, & fiet liti cotestatio, & seruabitur ordo iuris, arg. tex. nostri, & tex. in. c. cum dilectus. j. de purg. cano. & testes, & probationes debet inducere talis inquisitionis promotor, secundum Tancre. Goffre. & Roffre. arg. l. quit accusare. C. de ede. & tangit Spec. in. d. s. nunc tractemus. vers. inquisitores quoque. Et hoc casu non exigitur iuramentum a reo; quia non tenetur contra se iurare; quia post positionem criminosa non tenetur quis respondere; siue agatur de crimine per modum accusationis, siue inquisitionis, aut exceptionis iuxta illud, non tibi dico vt te prodas. Circa quod vide, quod not. per Spec. in rit. de teste. s. iam de interrogatorijs. vers. sed nunquid queritur, ad si. & in tit. de positionibus. s. 7. vers. 1. 9. & in. c. 2. s. de confes. & aliquid hic per Io. And. Sed si ex superioris officio inquiritur; tunc iurabit propter infamiam ortam contra ipsum, vt in. c. 1. & in. c. quotiens. j. de purg. cano. & s. eo. c. cum dilectus. & c. si confiterit. 2. q. 5. c. presbyter. & c. omnibus. ad finem. Si vero inquisitor ad locum accedat, & inquirat, nec exprimit, an ex officio, vel ad alicuius instantiam, dicit Spec. post Bonaguadam, & Egi. in. d. s. nunc tractemus. vers. quid si inquisitor ad locum. quod ille, contra quem inquiritur poterit petere a iudice, quod exprimat, an aliquis accuset, seu denunciet, vel inquisitionem promoueat. Quod si hoc reperiat, poterit petere libellum sibi dari, & inducias deliberatorias super eo postulare. Sed si dicat se ex officio inquirere, tunc poterit petere, quod sibi edantur capitula, sicut per quibus iudex vult inquirere, & poterit petere tempus, vt se possit defendere; & si ei denegatur, poterit appellare, vt sepius dictum est; & subdit Spec. quod praemissus ordo non est vsquequaque; in regularibus obseruandus, qui de facili, & ex leuibus causis a suis administrationibus remouentur; vt hic in fi. & j. de simo. c. per tuas. Et praedicta procedunt, quando is contra quem inquiritur est praesens. Si vero per contumaciam se absentaret, proceditur contra eum non obstante contumacia, & lite non contestata; secundum quod traditur in. c. quoniam. s. porrò. & s. sunt & alij. s. vt lite non contest. & hic per Io. And. in vers. nisi se per contumaciam absentauerit. Haec quasi sunt in effectu quae dicit Spec. circa hunc articulum, qualiter procedatur in inquisitione in. d. s. nunc tractemus. licet ego magis ordinate retulerim ea, & quibusdam adiunctis; & etiam ea quae dicunt hic Doc. Sed vt vides, ex his dictis materia remanet adeo confusa,

fusa, & adeo intricata, quod vix potest colligi certus intellectus, & certa forma. Nec et Moderniores practici seruant hanc formam, immo omnino discrepat a forma quae in practica quotidiana habet. Ideo, vt haec materia clarius, & distinctius habeatur, praeparauimus eam per singula acta iudicialia. ¶ Duodecimo igitur quero, an sit necessaria citatio inquisiti? Sol. dic. quod sic, arg. tex. nostri, ibi, dum dicit sensus esse debet. & probatur ex eo, quod dictum fuit. s. de villico, dum dixit dominus, Redde rationem villicationis tuae, per quae verba apparet, quod praesens erat, & patet ex tex. nostro ex dictione illatiua dum dicitur, debet igitur, in tex. nostro. sicut Hosti. & Io. And. qui hoc et tenet in verbo, contumaciam, & tenet etiam Ang. in d. l. si vacantia. C. de bo. vaca. lib. 10. & probatur in auth. vt nulli iudicum. s. si quis verò, & addae quae dixi. s. in. 7. artic. princ. vers. 7. quare, & ratio est in promptu, quia pars ex tali inquisitione potest laedi; ergo citanda, vt in cl. pastoralis. & in. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. cum simi. & j. etiam tange in forma citationis. q. 70. & q. 87. Et aduerte; quia licet statutum diceret, quod contra notorie infamatum, vel aliter possit de facto, & sine solemnitate cognosci, quod nihilominus requiritur citatio, nec per verba quae tunc unquam; lata intelligitur sublata defensione, quae est iuris naturalis, vt in cl. 2. de re iudi. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. & sic nec citatio, quod fit ad defensionem, vt d. cl. 2. & l. na ita dicitur. ff. de adop. & quia cognitio non potest fieri, nisi de partium assertione, vt. l. fin. de fruct. & lit. expen. Non obstat quod traditur in l. verum si ex facto. ff. de mino. Quia verum est, quod tolluntur, aliae solemnitates iuris; sed defensio non; seculus si diceretur, quod defacto quis possit capi; quia non requiritur citatio. Nam tunc personalis citatio habet loco verbalis, sicut permittitur in multis casibus, vt d. l. ait praetor. & ibi per Bar. ff. de his, quae in frau. credi. & l. consentaneum. C. quo. & quando iudex. & l. neque. ff. de in ius voc. nec tunc tollitur defensio, sed pernititur; quia vbi prius potuisset se defendere ante capturam; nunc captus defendit se. Si vero verba adiungant executioni, vt de facto puniatur; & tunc si adijceretur post probatum crimen, non requiritur citatio. Cuius amplius non sit locus defensionis; & per idem dicerem de statuto dicente, 729 condemnatur de facto, & ita potest intelligi gl. in l. idus sustium. ff. de infami. Alias debes pars citari, sed possent dilationes abbreviari, vide D. Nellu de sancto Gemin. in tract. bannit. in. 4. q. tertiae partis 731 primi temporis. ¶ Decimotertio quero, an sit necessarius libellus? Sol. quidam dixerunt, quod non, volentes, quod in causa inquisitionis possit procedi sine scriptis. Et patet ex his quae supra dixi in. 1. 1. q. Sed Azo quem sequitur glo. in auth. de exhib. & introdu. reis. s. sancimus. tenet contrariam sententiam, & huc sequitur Ang. in dicta repet. l. si vacantia. & idem voluerunt Iac. But. & Bal. & etiam senserunt Goff. & Vincen. Roffre. verò videtur velle, quod cum inquiritur contra aliquam specialem personam, non sit necessarius libellus; & etiam hoc videtur voluisse Tancred. Sed ex his quae dixi. in. 1. 1. q. videtur concludendum, quod si iudex procedit ex mero officio suo, non sit necessarius libellus; secus si ad partis instantiam; & haec opi. cõiter approbatur; licet quidam tenuerint cõ-

trarium etiam hoc casu, quod tamen intelligebat Spe. de promotore inquisitionis, qui assumit telam iudicij, & inquisitionis; secus si simpliciter veniret, vt assisteret iudici, & hoc etiam tenet Io. de Imo. in. c. cum clamor. de testi. & adde quae dicam. j. hoc eod. articulo. q. 80. & q. 99. Sed tu aduerte; quia hodie obseruat, vt etiam quod iudex procedit ex officio suo puro, & mero, quod formet libellum, & ad ipsum libellum faciet inquisitum respondere; & in ipso libello exponuntur capitula, seu crimina super quibus inquiritur, de quibus hic dicit tex. nostro. in. d. s. debet, & haec practica plus mihi placet; quia est magis expedita, & apta, quae dicat Io. And. post Hosti. in. c. licet. Hely. s. de simo. in verbo officij. & sicut hac opi. po nemo practicum libelli, & ea quae necessaria sunt. 732 Sub qua ergo forma sit formandus libellus inquisitionis, quod procedit ad petitionem alicuius. quo casu vt dictum fuit in. qq. praecedentibus sicut opi. Goff. Spec. & aliorum, dandus est libellus. Haec questio videtur mihi satis ambigua, & multum intricata; nec reperi tex. qui expresse probet hoc. Et difficilis videtur forma istius libelli. Arbitror tamen, quod ille, quod promouet inquisitionem debet tenere hanc formam; vide licet, coram vobis reuerendo in Christo patre D. D. B. Dei gratia dignissimo Episcopo Senensi, M. parochianus parochiae sancti Iacobi dolosae, & appensate Deum praeculis non habendo, & animo, & intentione committendi infra scriptum maleficium tali anno, & mense in d. ecclesia. j. tales confines, sicut quod publica est vox, & fama apud oes homines, vel maiorem partem ipsius parochiae, & locorum circumstantium, adulterum commisit cum F. in ipsa ecclesia; & sic ipsam ecclesiam violauit. Quare cum tanta sit infamia, quod generet scandalum, nec possit sine periculo tolerari, petit per R. D. V. inquiri contra dictum P. & ipsum repertum culpabilem puniri, sicut quod iura, & sacri canones disponunt. ¶ Hanc formam ego arbitror satis aptam circa inquisitionem fiendam ad instantiam partis. Quare autem ponantur illa verba dolosae, & appensate, & quare tempus, & locus, & quare de fama publica, satis dicitur in sequentibus questionibus. Quare autem apponantur illa verba, quod generat scandalum, & quod sine periculo tolerari non potest. Aduerte; quia ista videtur esse necessaria, quod fieret inquisitio contra praelatum secularem. Sed alias non essent dicta verba necessaria, sicut quod colligi potest ex his, quae dixi in. 9. articulo principali; & secundum praedicta etiam arbitror regulandam formam, quando iudex procederet ex officio; & aduerte, quia in fine concludit iudici, vt illum puniat; non autem petitur aliquid a parte. Et intellige praedicta de eo, qui non est datus a iudice; sed qui se obtulit ad instigandum inquisitorem, & prosequendam telam iudicij; vt supra sepius dictum est. Episcopus verò, vt arbitror, vel alius iudex habita notitia prius de infamia, quam potest assumere etiam absente parte, citabit inquisitum, vt veniat ad se defendendum aduersus dictam inquisitionem, quam promotione talis, per ea quae dixi supra in praeced. q. & ipsi citato faciet copia dicti libelli, & contentorum in eo. Na formabit iudex inquisitionem super contentis in dicto libello; & haec procedunt in ordinario. par. j. R In de-



In delegato verò, cui cōmitteretur inquisitio, qualis forma seruanda sit, est in arg. c. cum dilecta. §. de rescrip. cum similibus. Si verò nulla forma exprimeretur tunc si ad promotionem, vel instigationem alterius qui promouit dictam inquisitionem, seruanda est forma, de qua dixi in princ. huius. q. Si verò ex officio, seruanda est forma, de qua statim dicam. ¶ De-

832 qd primum sit verius; quia qd si iudex inquit de delicto commissio in villa sancti Martini, & plures sint

villa eiusdem nominis, & vna sit subdita sua, & alia non; intelligitur de subiecta. Vnde de delicto alibi commissio non posset fieri inquisitio, nisi ratione originis, vt tradit Bar. in. l. 1. C. de summa Tri. & vide quæ dixi. §. in. 5. art. princ. vers. 1. 1. quæro. mouetur etiam, quia delicta non debent remanere impunita, vt in iuribº vulgatis; sed parum astringunt ista rationes; sed bene facit, qd dixi. §. eo. artic. ver. 23. quæro. ibi, sed quæro iuxta prædicta. Insuper aduert

834 te; quia id qd dixi. §. qd de confinibus apponendis, nò est necessarium, qn locº est publicus, & notorius, vt tradit Bar. in. l. demonstratio falsa. ff. de condit. & demonst. & Bal. in. l. si quis in fundi. ff. de leg. 1. vt putata; in palatio dominorum, vel palatio Potestatis. Facit qd not. gl. in. l. vinu. ff. si cer. per. & in. l. 1. §. 1. C. de rei. vxo. actio. & in. l. 1. in fi. ff. de dote præle. & quod

835 dixi. §. eo. art. vers. 21. quæro. & not. qd si aliquis existens in vno loco percutitur, & deinde in alio loco moritur, apponendus est locus percussiois, non mortis, tradit Bar. in. d. l. libellorum. per. l. ait lex. ff. ad. l. Aquil. & p Floria. ibi. Idè not. Bar. in. l. bello amissi. ff. excusa. tut. & in. l. damni. §. sabini. ff. de dam. in fec.

836 ¶ Quid aut si existens in vno loco percutit telo, vel sagitta exilitem in alio loco? distingue, vt per Bar. in. d. l. libellorum. & vide Cyn. in simili in. l. 1. C. vbi

837 de crimine agi opi. & qd quid de insultante vnum in vno territorio, & interficiente in alio? vide Bar. ibidem, & Cy. in. l. qui de crimine. C. de accu. & D. Flo.

838 in. d. l. ait lex. Item qd quid de eo qui misit gentè de vno territorio ad aliud, quis locus apponendus sit, distingue, vt p Bar. in. d. l. libellorum. & in. l. semper. §. hoc interdictum. ff. qd vi, aut clam. vbi tenet, qd loco

839 cus ad quem. ¶ Quid autem, si volo accusare, vel inquirere cõtra testem de falso, qui iurauit coram iudice in vno loco, & deposuit in alio, vide qd tradit Bar. in. l. presbyteri. C. de epi. & cle. & qd dixi in. c. 1. j. de crim. fals. & latius in clē. 1. de offic. deleg. vbi post Pet. & Io. de Imo. dixi, & tenui de loco iuramè;

840 ri, Et qd quid si vno loco mandatum est delictum, & in alio commissum; debet inferi locus delicti commissi, vbi agitur de puniendo eum ratione commissi delicti; secus vbi ageretur de puniendo eum pena extraordinaria ratione mandati, & vide quæ dixi. §. eo. art. vers. 30. quæro. & collige ex iuribus ibi allegatis. Facit qd dixi. §. eo. art. vers. 43. quæro. & vide omnino quæ dixi in clē. 1. in verbo, collatio. vt lite

841 pen. vbi etiam tradidi qd quis locus sit apponendus,

842 an commissi delicti, an verò ratificationis. ¶ Quid autè si inquiritur de crimine ciuilitè eo casu, quo potest, secundum ea quæ dixi. §. in. 8. art. princ. dic, qd etiam apponendus est locus, tradit Bar. in. l. prætor. edixit. ff. de iniur. & in. l. ff. vti possid. Bal. in. c. 1. qb. mo. feu. amit. D. m. in. c. tuæ. §. de procur. & notant domini de Rota decisione. 43. & est cõmunis\* opi. Cõs. opi.

843 qd videtur concludendum, qd in libello inquisitorio debent omnes circumstantiæ exprimi necessariæ ad faciendum delictum punibile, super quo qs principaliter intrèdit inquirere, & punire, & omnes alias circum-



circumstantias, quibus sublati, quis possit vagari cum aliena iactura, & sic persona delinquens cum circumstantiis personaliter, vel res in quam delinquit cum circumstantiis, delictum cum qualitatibus aggravantibus, tempus, & locum, & cetera huiusmodi similia. Sed adverte, quia in contrarium fortiter ob stare videtur. c. fi. j. de pur. cano. ubi fuit admessa inquisitio generalis, quae non videbatur debere admitti; immo specificandum videbatur crimen cum nomine, & loco secundum praallegatam generalem doctrinam; & tamen ibi indicata fuit purgatio generalis, quod non videbatur fiendum; quia licet aliquis dicatur infamatus in genere, & non de certo delicto, aut contra certam personam, vilipendenda videtur talis infamia, nec videtur indicenda purgatio taliter infamato, arg. not. in. d. l. libellorum. & quod legitur, & not. in. c. tua. s. de procura. & quod not. in. c. penul. de elect. lib. 6. Nec enim in criminibus vagari oportet cum discrimine alterius, immo necesse est, quod certum quod proponatur, ut ff. de iniur. l. pretor edixit. i. responso. & s. q. autem praetor. & ff. de ver. ob. in. l. ubi ait. s. qui illud. & ff. de iure fisci. in. l. ita fidei. Item est hic tex. expressus in vers. debet igitur. quod in inquisitione talia sunt exprimenda, & specificanda. In contrarium tamen facit, quia in inquisitione fieri potest in genere, ut patet. j. de symo. c. licet Hely. & s. eo. c. licet. & c. veniens. c. qualiter. & c. olim. & c. cum dilecti. & c. pen. & s. j. eo. s. de offi. ordi. c. i. & c. irrefragabili. & s. de sta. mona. c. in singulis. & c. ea quae. ff. de offi. pfi. in. l. 3. & in. l. congruit. & in auth. de collat. s. iubemus. coll. 3. in quibus non habetur, quod aliquod crimen fuerit specificatum, & in genere indicitur purgatio, ut in. c. fi. & in. c. accedens. & c. constitutus. & c. ex tuarum. & c. accepimus. j. de purg. can. & in. c. nos inter. & c. si quis de gradu. & c. moniales. eo. tit. ubi etiam si in aliquibus exprimantur crimina in genere, scilicet furto, periuicio, falso, libidine, & similibus, ut in d. c. accepimus. non tamen descenditur de necessitate ad specialem expressionem, sicut nec ibi fit; & licet secus sit in accusatione, hoc non est mirum secundum Inno. quia illa est odiosa, & communiter fit ad prosecutionem iniuriam, & quandoque gravissimam poenam habet. Quod non sic est in inquisitione. Subdit etiam, quod nec aliter esse potest. nam propter infamiam fit inquisitio, & indicitur purgatio, ut in dictis iuribus, quae tamen quandoque ex incerto auctore procedit, de conse. disti. 4. c. sanctum est. In accusationibus igitur, & libellis accuatoris, ubique; inter partes iure ordinario agatur, & in positionibus, exceptionibus, responsonibus, & similibus ordinariis agitur, non debet illis dari si in genere proponuntur; sed sunt omnia specificanda, & declaranda, quando quis accusatur criminaliter indistincte; ut patet in eo quod legitur, & not. in. d. c. tuq; & idem in civilibus, & personalibus accusationibus. licet quandoque in vniuersalibus admittatur incerta petitio, quando quis non ex facto suo est incertus; sed ex facto aduersarij, vel alieno, dummodo postea in processu negotij declaratur. ff. quorum. leg. l. 1. s. qd' autem, de quo dicit, ut plenè traditur, in. c. 1. & ff. supra de libel. obl. Et idem secundum Hosti. in exceptionibus criminum propositis, ad hoc, ut quis repellatur a testimonio, vel ab ordine, vel a benefi-

cio; sunt enim omnia expressim specificanda, ut in c. super his. s. eo. & in. c. praesentium. s. testes. ibi, primo tamen recepta. & s. si verò. vers. similiter nominatum. de testib. lib. 6. & ibi per Io. And. super glo. ubi dicit, hoc per illos tex. non probari. Dixit etiam Inno. quosdam dicere, quod si in modum exceptionis, contra aliquem opponatur, ut à dignitate repellatur, eo quod infamatus est de crimine, pnta; adulterio, vel simili, non semper cogitur dicere personam, cum qua commissum est crimen, si iuret se ignorare, arg. ff. de fur. in. l. in actione. Et subdit deinde Hosti. quod ubi aliquis index procedit ex officio suo generaliter inquirendo, non habet excessu aliquid specificare illis contra quos procedit; licet postea testes debeant in processu interrogari specificè, & specialiter, ut index possit certè ferre sententiam, ut Instit. de actio. s. curare. 3. o. q. 5. iudicantem. & quod legitur & not. s. de testi. c. cum clamor. & sic loquitur iura. s. eo. qualiter. s. de offi. ord. c. 1. & c. irrefragabili. & de sta. regu. c. in singulis. & c. ea q. cum alijs similibus. & subdit, quod si quis contra aliquem specialiter inquit, & generaliter infamatus sit, ita quod non appareat per famam de specialibus circumstantiis, id iuris est. Nec obstat. tex. nofter in s. debet igitur. quia intelligendum est, secundum subiectam materiam; ita quod, secundum off. fama est generalis, vel specialis, capitula generaliter, vel specialiter tradi debent, secundum not. p. Io. And. in. c. statumimus. s. q. si ex locutione. de se. excò. lib. 6. & sic locum habet regula, quod tantum facit generalis infamia quo ad omnia, quantum specialis quo ad quaedam. ff. per soc. l. actione. s. renutiare. & ff. de admini. tut. in. l. si duo. in. fi. Et eo modo dicendum est, quod ubi quis est infamatus, nec apparet specificè de speciali delicto, indicenda est purgatio in genere; sic intellige quod dicitur in. d. c. accepimus. & in contrariis ibi signatis; verum si de specialitate constat exprimenda est in purgatione, sicut de ipsa constat; cum fieri possit, ut in. c. cum dilectis. j. de pur. cano. 1. respon. ver. cum q; & s. de praesump. c. cò in iuven. tute. & s. eo. tit. c. cum P. & j. de purg. can. c. quoties. cum similibus. & secundum hoc in traditione capitulorum, non est aliquis specialiter infamandus, hoc enim est specialiter obseruandum, ne aliquis cogatur ad denuntiandum occultam infamiam alterius, arg. eorundem quae leguntur, & not. s. de testi. cog. c. delictorum. Alioquin si diceretur, quod de necessitate omnes circumstantiae essent exprimendae, & quod aliter non posset inquisitio procedere, saepe còtingeret, quod multa occulta publicarentur, & plerumque correctiones peccatorum impedirentur contra mentem, & verba iurium praedictorum secundum Inn. & Hosti. Et praedicta quasi formaliter ponuntur per Io. And. in. c. fi. j. de purg. cano. Et eandem sententiam licet sub paucis verbis, in effectu sentit Paul. in clè. constitutionem. de elec. in verbo, circumstantiarum. Sed tu adverte; quia Iac. Butri. vsupra dixi, in hac. q. & s. q. 3. q. 6. quem etiam sequitur. Bar. in. l. 2. s. si publico. ff. de adul. & plures alij, de quibus s. feci mentionem, tenent contrariis volentes, quod sicut in accusatione; ita & in inquisitione debeant exprimi omnes circumstantiae delicti; quia 846 inquisitio succedit in locum accusationis, ut facta 847 pius dictum est, & quod ad tex. in. c. fi. j. de purg. cano. respondet Bar. quod procedit quando fit inquisitio non ad pœ-

ad poenam imponendam; sed ut praelatus, tanquam indignus remouetur ab administratione, quod casu 848 etiam tutor, tanquam suspectus potest remoueri ex generali suspitione, ut l. ha. enim causa. ff. de sub. spec. tuto. & sic videtur idem dicendum in praelato propter generalem infamiam. Sic dicit D. m. in. d. 849 c. fi. aduertendum esse, quoniam priuatio beneficij in clerico; videtur esse poena non modica; cum ex illo sustentetur, & fortè tale beneficium multis sumptibus acquisiuit, & laboribus, ut dicit tex. in. c. super hoc. s. de renuntiat. Facit quod not. in. c. super his. s. eo. & in. c. quarelam. s. de procu. Nec obstat simile de tutore, quia esse praelatum est honor, & commodum; sed non sic esse tutorem; & ex hoc dicit fati dubitari posse de dicto Bar. Sed defendendo Bar. dicit posse dici, quod aut inquisitio fit, ut praelatus dumtaxat remouetur ab administratione; non autem ut poena inferatur; & tunc non dicatur causa criminalis, ut dixi in. c. super his. s. eo. Et hoc casu procedit 850 opi. Bar. Nam infames non debent administrare in ecclesia Dei; maxime cum se purgare non possint; secus videtur, quando iudex procedit inquirendo, non ut remoueat ab administratione, sed ut puniat de delicto, & tunc non procedit dictum Inno. Ex quo inferit D. m. quod ubi praelatus procedit contra subditum beneficium, & non exprimit ad quem finem agat, quod tunc poena sit arbitraria, & possit punire aliter quam priuando beneficij, ut not. in. c. in inquisitione. & tunc non admittitur inquisitio sine 851 circumstantiis, sicut dicimus, quoad agitur de iniuria criminaliter, ut non possit interuenire procurator; quado poena est arbitraria, ex eo, quia potest contingere, quod imponatur poena corporalis, de quo arti. latissime dixi in 5. q. primè. q. princ. secundi art. princ. in. c. veniens. s. eo. & haec dicit D. m. notandas quia quotidiana sunt; & subdit, quod considerandum est, quod Innocen. tacite sentit praedictam opi. Iac. & Bar. in eo, quod reddit rationem specialitatis; quia inquisitio fit ut reddat bona fama, & vitetur infamia, quae quidem ratio non procedit, quando fit inquisitio principaliter ad poenam imponendam; & ideò in foro civili cum semper inquisitio fiat ad poenam imponendam, debent exprimi circumstantiae. Nec Inno. videtur sentire contrarium per praedictam rationem; & sic residet D. m. & haec opinio mihi placet, unde concludit, ut supra dixi, quod in hac specialiter inquisitione ad poenam imponendam locus, & tempus exprimi debent, & aliae circumstantiae. Unde si inquiritur de homicidio, exprimat quem interfecerit, ubi, & quando. Si adulterium, feruetur quod habetur. 3. q. 8. c. libellorum. & hoc ne cum alterius detrimento vegetur in incerto, ut d. l. praetor edixit. & c. ut qui duos. de elec. lib. 6. de testib. c. praesentium. & ibi not. Inno. & Archi. Vel posset dici fortè, saluando vtranque opinionem, si pars non opponit, procedit inquisitio sine specificatione circumstantiarum; sed parte postea petente specificationem circumstantiarum, tenebitur inquirens specificare. Nec per hoc 852 dicitur aliquid de nouo proponere; quia qui declarat, non mutat, vel aliquid de nouo proponit: sed propositum declarat. s. de dilat. c. litere. & ff. de testa. l. haeres palam. s. sed. & si not. c. pastoralis. s. i. de sen. excom. plus tamen placet praecedens opi. Sed in

generalis inquisitione, & in ea quae fit super stat' ecclesiae; & similibus non videntur haec necessaria, vel quando feterit ad finem indicendae purgationis, ut sic per eam rediret quis ad bonam famam. Ita possunt intelligi iura. s. in contrarium allegata, & vide omnino quae dixi. s. ver. 3. 6. quaro. Sed quaro iuxta praedicta, pone, 853 j. ex forma statuti in inquisitione non requiritur locus, vel tempus, an saltem requirantur in probatione? Sol. Bar. si rectè memini, consuluit in hac questione, & incipit, consilium populi hns. Sed ad praesens videre non potui; quia fuerunt mihi subtracta, & erat in ordine conf. 3. 9. & c. ¶ Quinquagesimo primo 854 mo quaro, quare apponantur illa verba, iuxta palatium dominorum? Sol. dic. quod dicta verba non sunt necessaria, nisi ad maiorem demonstrationem, loci, in quo perpetratum est delictum, vel nisi ponantur ex eo quod augmentetur, vel duplicetur poena, propter delictum ibi perpetratum, secundum ea quae late dicta fuerunt in praecedentibus. ¶ Quinquagesimo secundo 855 quaro, quare apponantur illa verba. Et contra dictum A. Sol. dic. ut denotetur persona in qua commissum fuit delictum. ¶ Quinquagesimo tertio 856 quaro, quare apponantur illa verba, dixit verba iniuriosa, & contumeliosa? Sol. dic. ut denotetur haec species delicti, quando tale delictum commissum fuit. Nam haec verba sunt apponenda secundum facti contingentiam, si sic in facto contingit, ut dixi s. q. 2. 5. & idem dicendum est, de pluribus alijs speciebus delictorum, de quibus j. subijcitur. Nam si singula perpetrata sunt, prout singulariter perpetrata sunt, in inquisitione ponenda sunt; quoniam 857 niam j. ex pluralitate, & geminatione delictorum, multiplicatur, & augmentatur poena. De qua materia vide tex. in. c. 1. qui cleri. vel noue. & Bar. & Doc. ibi, & in. l. nunquam plura. ff. de priua. delict. Bar. in. l. senatus. s. i. ff. de accusa. & l. si adulterium cum incest. s. 1. ff. de adulter. & l. sanctio. s. i. ff. de penis. l. agraria lege. de termi. mo. & l. si in rixa. ff. de fica. & per Bal. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugi. & in. l. curationibus. C. qui accu. non pos. & per glo. & Bar. in l. fi. C. de primip. lib. 12. & tradit Bal. in d. l. quicumque. C. de seru. fug. ubi ponit plures notabiles quaestiones. & per glo. 1. 5. q. 8. c. 2. qui. & tradit. 2. 5. q. 2. c. ita nos. & de cohabi. cleric. & muli. c. clericos. & per Bar. in. l. vulgaris. s. 1. ff. de fur. & per Io. And. in reg. in penis, & in reg. in obscuris. de reg. iur. lib. 6. & in reg. delictum. in mercurialibus. gl. in. clè. 1. de priuili. Spec. de contum. s. nunc dicamus. versic. sed pone. 858 ¶ Quando autem dicatur iniuria illata, & quae differentia sit inter verba iniuriosa, & minatoria, aut diffamatoria, & an blasphemare sit verbum iniuriosum, & quae differentia sit inter blasphemare, & maledicere, vide per Bar. & Doc. in. l. turpia. de lega. primo. & in. l. item apud. s. sed quod adijcitur. ff. de iniur. & quae dixi in. c. 2. s. de male. & quae dicam latius in rub. de iniurijs. in quo titulo, in locis congruis dicemus de poena, & alijs necessarijs ad materiam iniuriarum; haec enim, & alia similia circa alias species delictorum sunt requirenda in congruis titulis. ¶ Quinquagesimo quarto 860 quaro, quare apponantur illa verba. Che mi hai adulterata la mia donna? Sol. dic. 861 ut dixi in. q. praeced. in prin. Et quid sit adulterium, & quae differentia sit inter adulterium, & stuprum, ince-

incestum, & fornicationem, vide que dixi in rub. de adulte. & de. qq. quæ circa hanc materiam adulterij contingere possunt, & qua pœna singula species prohibiti coitus sint puniendæ, videndum est sub congruis titulis. ff. & C. de adulte. & J. de adulte. & maximè per summistas Azo. Goffr. & Hosti. & alios.

862 ¶ Quinquagesimo quinto quæro, quare apponantur illa verba. Che hai tradito la patria tua? Sol. dic. vt dixi. 5. q. denotatur enim species alteri delicti, & quasi crimen lese maiestatis. Et idem dicendum de omnibus alijs verbis sequentibus, per quæ denotantur diuersæ species delictorum, de quorum delictorum materia, & quid sint, & quando committi dicantur, & in quibus personis vendicatio sibi loci, & quæ sit pœna, recurrendum est ad proprios, & congruos titulos; & maximè ad summistas, & etiam ad Spe. & de hoc crimine, quod est crim. lese maiestatis, seu perduellionis, videndum est in titulo. ff. & C. ad l. Iul. maie. & de falsario in tit. de fal. & de incendio in tit. de incen. rui. naustra. & sic de singulis; & etiam sunt mihi circa prædicta verba, pro noticia inquisitionis formandæ aliqua specificè examinanda.

863 ¶ Quinquagesimo sexto quæro, quare apponantur illud verbum admenauit? Sol. dic. quod illud verbum est iuxta vulgare Italicum, quod idem importat, quod vibrare; & est ponendum in inquisitione, & adijcienda species armorum, an fuerit cultellus, telum, seu hasta; vel simplici manu; & quando non fuit infecuta percussio, seu vulnus, ita quod delictum persistit, & finem accepit in sola admenatione, seu vibratione etiam punibile est, vt est tex. singularis, & ibi latè Bar. in l. item apud Laboneum. §. si quis plures. ff. de iniur. Et quia quandoque statuta magis puniunt, si tale delictum committatur cum vna specie armorum, quam cum alia, exprimentanda est species armorum; vt in simili dictum fuit. §. q. 23. 29. & 41. Sed si ex tali vibratione, seu admenatione sequutum fuisset vulnus, seu percussio; ita quod maior esset pœna de vulnere, quam de percussione, tunc non esset necessarium facere mentionem de admenatione, sed solum de vulnere; quia vibratio tunc confunditur cum vulnere, secundum ea quæ dixi. §. q. 49.

864 ¶ Quinquagesimo septimo quæro, quare dicatur sanguis exiit? Sol. dic. quod istud ponitur ad denotandum vulnus, seu percussionem grauius vindicandam, seu vindicandam, & puniendam. Nam communiter secundum formam statutorum grauius puniuntur percussiones, ex quibus sanguis exiit, vel quæ sunt cum sanguinis effusione, quæ si non exeat sanguis; &

865 hic debes animaduertere, quod differentia est inter percussionem, & vulnus; vulnus enim proprie dicitur fieri, quando fit scissura in cute, vel separatio in corpore, vt est tex. in l. si seruus seruum. §. rupisse. ff. ad l. Aquil. & ibi D. Flo. & Bar. in l. prætor. §. si. ff. de iniurijs. & idem dicendum, si fit facta talis tumefactio ex percussione, quæ ei causa sit facta scissura, seu separatio intransitus; licet non appareat, ita quod rumpatur pro sanie intrinsecam; vt dicit Bar. in d. §. si. Bal. in d. §. rupisse. dixi. J. in rub. de honi. aliàs aut si non fit scissura, seu talis separatio, sed solum tumefactio, tunc dicitur percussio, vt in dictis iuribus; & tradidit Yesse in extrauaganti, quæ incipit dierum. Ioan. 2. 2. quæ notanda sunt singulariter, vt scias formare

inquisitione de vulnere, & percussione, quando pœna essent diuersa. Item est aduertendum circa prædicta, quod differentia est, vtrum statutum sequatur sanguinis effusione, an verò quod sanguis exiit, quoniam statutum loquens de effusione, non vendicat sibi locum; nisi abundanter exeat, vt not. gl. in verbo effusionem. in c. cum illorum. J. de sen. excom. & not. gl. in verbo effundentis. in clem. de Romani. §. si. de electio. & per D. m. in d. c. pposuisti. de consec. 866

867 ecc. vel alta. Facit tex. 16. q. 1. in c. reuertimini. vbi J. verbum effusio, denotat abundantiam; & ideo si fieret inquisitio de vulnere cum sanguinis effusione, & non probaretur, quod abundanter exiisset, sed parum sanguinis; tunc non posset sequi condemnatio pro effusione, seu ex forma statuti loquentis de effusione, ita dicit Bal. in l. 2. C. de iure emphy. Circa quantitatem tamen, & abundantiam arbitror relinquendum arbitrio iudicis. Secus si statutum loqueretur, quod sanguis exiit; quia tunc verificatur in quacumque parua quantitate. Item est aduertendum circa hunc articulum vulneris, & percussionis, vt addatur in qua parte corporis fuit facta percussio; si pœna diuersificatur, prout communiter prouident statuta, quæ maiorem pœnam imponunt percipienti in facie, quæ alibi a facie. J. Paciam ea quæ dixi. §. q. præced. & q. 23. & q. 29. in simili, & quæ dixi de tpe. & loco. §. q. 36. & 50. Et meritò statuta maiore imponunt pœna, propter eius excellentiam, de qua de conse. dist. 4. c. propter gloriam. & ff. de reli. & sumpt. fune. in l. cum diuersis. & C. de pœnis. in l. si quis in metallum.

868 Vt autem scias, quando dicatur vulnus, seu percussio illata in facie, dic. quod facies protenditur descenditue vsq; ad barbam, & ascensitue vsq; ad capillos exclusiue. Ita dicit Ang. in d. l. si quis in metallum. & est bo. tex. cum gl. secundum eum in l. item melam. in princ. ff. ad l. Aquil. Sed parum facit iudicio meo; vnde non contineretur cutis capillorum, aut occiput. Secus si statutum loqueretur de percussione facta in capite. Item est aduertendum, quod si ex vulnere, ex quo remansura est cicatrix venit maior pœna imponenda, vt iudex inquirens diligenter inquirat, & in inquisitione ponat si ex vulnere remansura sit cicatrix. Dicitur autem cicatrix, quasi ex cecis faciem, hoc est deturpans faciem, quæ post sanatum vulnus remanet. Et aduerte, quia dicit D. Flo. in l. si. ff. de noxa. per illam gl. per quam probatur, posse esse duplicem cicatricem, vnam faciem deformantem, & aliam non deformantem, quod ad hoc vt inquisitio procedat respectu cicatricis, non sufficit dicere simpliciter de cicatrice, sed est necessarium addere de cicatrice faciem deformante. Facit quod in simili dicitur in l. qui venenum. ff. de verb. sig. & idè dicit præfatus. D. Flo. in l. ex hac. ff. si qua. pau. fe. dica. vbi dicitur.

870 cit. quod statutum loquens de cicatrice, debet intelligi de tali, quæ habeat deformitatem. Item est etiam aduertendum ad prædicta, quod si ex vulnere sequatur fortè aliqua debilitatio membri, vt etiam addatur talis qualitas in inquisitione, per quæ pœna grauior venit imponenda. ¶ Quid autem veniat appellatione membri, vide latè per Bal. in l. data opera. C. qui accu. non pos. & per Io. de Imo. in l. 2. ff. de pub. iud.

872 ¶ Dicitur autem debilitatio, quado impedit exercitium alicuius membri non data carètia membri; vnde

vnde pro vulnus, vel pro percussione remanebit percussio, seu vulnerato membrum necessarium, sed non potes ad exercitium appropriatum illi membro. Vnde hæc est differentia inter mutilationem, & debilitationem;

873 quia mutilatio dicitur fieri proprie ex abscissione, seu truncatione membri, vt in cl. 1. de homi. & in c. 1. qui in cl. vel vo. de quibus dic. vt dixi. §. eo. in c. accusasti. vbi posui differentiam inter debilitationem, mutilationem, deformitatem, & vitium. Et aduerte;

874 quia si prætorio pictori, vel scriptori, vel simili fabrico pollex sit abscissus, vel debilitatus, tota manus videtur debilitata, arg. l. inde Nerati. §. idem Iulia n. vers. & ideo si. ff. ad l. Aquil. Est et notandum, quod supra dixi in formatione inquisitionis, quod de pluribus, & pluribus vulneribus, quod per illa verba intelligit quatuor vulnera. Nam cum verbum pluribus, aut verbum multis sit verbum pluralis numeri, & sic ad pluralitatem referatur, ad minus duo intelliguntur, vt regula, pluralis locutio, de reg. iur. lib. 6. & in l. vbi numerus. ff. de test. & not. per Bar. in verbo multis in l. 1. §. hoc refertur. ff. ad Syll. & not. gl. Infi. de iure perso. §. si. de quo vide quod dixi in c. latores. J. de cleri. excom. vbi dixi, quod accipiatur secundum subiectam materiam; & ideo hic cum simus in materia penali, solū de duobus intelligemus, per l. si præses. & l. si de interpretatione. ff. de pœnis, quod Geminata ergo dicta verba, geminatum significatum important; & ideo 878 si dicitur, quod de pluribus, & pluribus, intelligemus de quatuor, vt in l. si gemina arbor. ff. arbo. fur. c. 1. & ibi Bar. per illum tex. vbi subdit, quod quando volumus denotare diuersos actus, proprius est modus loquendi si diceremus, percussit plures; & ibi vide 879 per eum singulares quæstiones. ¶ Quando dicantur plura vulnera, seu plures percussiones, tam ex parte inferentis, quam ex parte recipientis, ita quod quis debeat puniri pro pluribus percussionibus, aut vulneribus. Et quid si cum vna percussione, seu cum vno ictu fuerint illata plura vulnera, vt puta; quia cum bide, aut rastro fuit facta percussio; vel percussio descendit a capite in brachium, & in manum tandem, multilo plures digitos vno ictu; vel si percutiendo quos vnico ictu fregit os, puta; maxillam, aut dentem, & os fractum vulnerauit linguam, vel guttur, aut palatum. Et sic de similibus. ¶ quod quid si pluries percussit te in eodem loco cum vno cultello, an videantur plura iacta vulnera, & sic de similibus. qq. vide ibi per eum. Et de hac materia vide quæ latè dicam in c. 1. J. de pœnis. vbi congruit. Quinquagesimo octauo 880 quæro, quare apponantur illa verba, & dicitur A. se defendendo, & c? Sol. non apponunt de necessitate, nisi prout de facto contingit; & ista defensio cum pertineat ad excusationem delinquentis, potius venit examinanda in responsionibus fiendis per inquisitum; & ideo de ea. J. dicam. ¶ Quinquagesimo nono quæro, quare apponantur illa verba, vestè rubea, & c? Sol. dic. vt denotetur rapina, seu furtum. Vnde debes diligenter animaduertere, quod si inquisitio fit propter rapinam, furtum, inuasionem, occupationem, deuastationem, damnum, aut incendium, aut per similes species delicti, in quibus veniat damnū emendandum, & pœna simpli, dupli, tripli, aut quadrupli rei subtrahæ, inuasa, aut occupata, debes diligenter animaduertere; quia quacumque illa res sit, siue im-

mobilis, siue mobilis, siue se moues, debet certis de bitis demonstrationibus demonstrari; ita vt non possit fieri vagatio cum aliena iactura; vnde res immobilis demonstrata est per confines, secundum ea quæ dicta fuerunt. §. q. 37. & q. 50. Si verò est mobilis, designetur per eius qualitates, vt si est liber, ponatur eius facultas, videlicet; in theologia, in iure canonico, vel iure ciuili, & nomè autoris, vt beati Augustini, Ambrosij, Hieronymi; & sic de singulis, vel decretis, decretales, Sextus, Codex, Digest. vetus, & c. & an in membranis, vel papiro, & an ad modum nouissimū, nouum, vel veterem; & per alia signa similia; & si fuerit vestis; ponat color, & aliæ similes qualitates, & an fuerit foderata, vel non, & qualiter, seu quibus pellibus, aut serico; & si fuerit res se moues, vt homo, designetur per staturam, per pilum, & aliquam cicatricem, aut alia similia signa. Si verò equus, aut simile animal similiter designetur per pilum; vt leardum, mollellum, & similia. Si fuerit triticum designetur eius species tritici, an frumentum, ordeum; & etià designetur per mensuras, & sic de singulis rebus dicendum est, vt hæc latius traduntur in materia libellorum; & omninò addatur valor, & cōs affirmatio ipsius rei, aliàs enim si non apponeretur, tunc pro pœna acciperetur valor minimus rei, per prælegatam. l. præfens. & l. si de interpretatione. ff. de pœnis. ita dicit Bar. in l. prædus. ff. de incen. rui. naustr. per illum tex.

882 & l. hoc enim. ff. de suspec. tut. Et aduerte; quia proprie occupatio, & rapina pertinet ad res mobiles, seu 883 se mouetes. ¶ Inuasio vero ad res immobiles, vt not. glo. in verbo, occupare. in c. generali. de elec. lib. 6. & vide glo. quæ de occupatione aliter dicit, in verbo, occupare. in c. dilecto. de sen. excomm. lib. 6. & vide per Archid. 1. 2. q. 2. c. 3. & glo. 7. q. 1. c. non furem. & per glo. in verbo, furtum. in c. dudum. 2. de elec. & vide gl. 1. in l. domum. C. de rei vend. & tex.

884 Infi. vi bo. rap. §. pen. ¶ Sexagesimo quæro, quare apponant dicta verba. & vt dicta. §. prædicta oia habilis committere posset, dictus. N. quodam ense de ferro, & c? Sol. dic. ad denotandum quandam aliam speciem delicti, videlicet; præstantis opem. Nam denotatur assistentia in maleficio, vt facilius committeretur, per quam assistentiam cum aggressor efficiatur audacior, & aggressus timidior, talis assistentia dicitur opem præstare, vt dicit singula. Bar. in l. si in rixa. ff. de fca. & in l. q. seruo. §. si. ff. de furtis. & adde quæ dixi. §. q. 27. Et aduerte tu quod iudex inquirens, quod quando sunt plures vulnerantes, & vnus solum vulnus intulit mortale, quod si tu iudex vis, quod etià aliqui, qui non lætaliter percusserunt, teneantur de occiso, vt apponas post narrationem vulnerum vniuscuiusque hæc verba, quod vnus alteri dicto homicidio, vt habilis committi posset, assistit, ita singulariter dicit Bar. in d. l. si in rixa. ff. de fca. Nam tunc licet vnus per prius ex suo vulnere diceretur teneri de occiso, tamen ex eo quia assistit vulnere lætali consocij assistendo, opem præstitisse videtur, & per consequens tenetur de homicidio, ope præstito. Et aduerte; quia non sufficit dicere, & ad prædicta committenda præstiterunt auxilium, & fauorem; quia ex tali inquisitione non potest sequi condemnatio de auxilio; quia non exprimitur qualiter præstiterunt auxilium, vel fauorem; & ideo dicta verba debent intelligi



in benigniorem partem, vt in l. p̄fes. ff. de p̄nis. & s̄. sapius dictum est, quare intelliguntur, quod vn̄ percutiendo p̄stiterit auxilium alteri, & alter percutiendo alteri; vnde percussio vn̄ius fuit auxilium alterius, & e contra, quare cum de actu percussionis puniatur principalis, non debent puniri, vt p̄stans opem, debent igitur addi verba, de quibus s̄. dixi; vt dicatur, quod alter assistendo dicto maleficio, vt habilis cōmitteretur, opem p̄stetit, & sic teneretur, ex eo, quod p̄stetit auxilium per alium actum, quā per principalem actum suā percussionis, de qua principaliter venit puniendus, & quod licet quis sit p̄stans maleficio, non dicitur p̄stare opem maleficio, nisi probetur, quod ibi assistit vt habilis maleficio posset committi, vt est tex. & ibi Bal. in l. i. §. fed in eo. ff. ad Sylla. & sequitur d. Lodo. Pont. & idem dicendum est, si adieceris in inquisitione, quod vn̄s alteri cōsiliū p̄stetit. Nā ex eo quod dicit cōsiliū p̄stetit, opem p̄stare videi, vt in l. qui seruo. ff. de fur. vnde illud cōsiliū de necessitate p̄supponit alium actum, quā illum de quo inquisitus est, eo quod proprijs manibus cōmiserit; & ideo tenetur de ope, vt singulariter dicit 886 Bar. in d. l. qui seruo. in fi. & de materia p̄stantis opem, vide in l. is qui opem. ff. de fur. & remissiones, quas dedi. §. q. 2. 7. Aduerte etiam, q̄ ad hoc, vt possit procedi contra p̄stantem opem maleficio, oportet, quod constet principalem deliquisse, & delictū perpetratum fuisse vere, vel p̄ testes, vel p̄ p̄p̄riam confessionem principalis, non autem per fictā confessionem principalis, vt q̄a habeatur pro confesso ex forma statuti, ex eo q̄ est contumax. Ita etiā singulariter dicit Bar. in l. si is qui. §. si tu Titium. ff. de furt. & in l. denuncia. §. si. ff. de adul. & adde ad p̄- 887 dicta, quod valeret processus, si specialiter inquiritur contra aliquem, & generaliter contra omnes eius auxiliarores, & mādatores, vt est tex. in clē. pastora lis. de re iudic. & ibi sequitur Pet. de Ancha. de quo art. dixi. §. eo. in. 7. art. prin. & est aduertendū circa 888 p̄dicta, quod ille qui habebat arma ad latus, licet manum ad arma non posuerit; nihilominus dicitur cum armis p̄stetisse auxilium, vt singulariter dicit Bar. in l. 3. §. i. ff. de vi, & vi arma, & tenet. Bal. in 889 l. i. c. de verb. sign. vbi dicit, quod statutum quod loquitur de insultante cum armis, habet locū in eo qui armatus percussit; licet manus ad arma nō posuerit; & ita hoc anno de facto obtinui. ¶ Quinquagesimo sexto quæro, quare apponantur illa verba, cōtra voluntatem dicti A? Sol. dic, quod ista verba necessariō apponuntur, q̄ esset tale quid cōmissum in personam alterius, quod requireret ad faciē dum illud delictum, contrariam voluntatem recipientis, seu patientis. Exemplū, in furto, q̄ non potest committi, nisi ex cōtrariatione facta inuito domino, vt in l. i. §. furtū. ff. de fur. & in l. inter oēs. §. re clē. ff. de furtis. vel si est talis leuis iniuria, quā q̄ sola voluntate recipiendo faciat illam non esse iniuriam; vt quia non contineat vulnus, aut fractionē, vel grauem percussionem, vel quid simile, q̄ quis in personam suam posset cōmittere, vt in l. i. §. v̄que adeo. ff. de iniurijs. & in l. cū transactionis. C. de transactione. Sec⁹ autem si esset tale delictum, quod quis ex sola voluntate non posset facere; quod non esset de-

lictum, vt in homicidio, mutilatione, aut vulnerib⁹ adulterio, & similib⁹ in quibus, nec quo ad se, nec quo ad alios, in ipso actu adhibitus consensus tpe delicti excusat delinquentem, vt in l. raptores. in fin. C. de 892 epi. & cle. cum similib⁹. quāuis, si ex post facto remittatur iniuria, quantum ad ipsum remittentem tollatur; sed nō quo ad publicā vindictam, vt dicit Bar. in d. §. v̄q; adeo. & traditur in l. 2. ff. ad Sylla. Nā his casibus non esset necessē adijcere illa verba, contra voluntatem, & c. quo ad publicam vindictā; nisi forte ex forma statuti grauius esset puniendum tale delictum propter contrariam voluntatem. Exemplū, in statuto Senensi de adulterio, quod cōmissum in vxorem volentē, leuiter puniit, & grauius in inuitā. 893 ¶ Quinquagesimo septimo quæro, quare apponantur illa verba, contra formam iuris, & statutorum? Sol. dic, q̄ apponuntur, vt designetur, quod delictum est omni capite est punibile. Facit quod dixi in p̄ceden. q. Nam potest contingere, quod sit aliquod delictum, quod ex forma statutorum sit punibile, & ex forma iuris communis non esset punibile; & e contra de iure communi esset punibile, & ex forma statutorum non esset punibile, quod fieri potest, secundum ea quæ tradit Bar. in l. i. §. i. ff. si quis test. lib. 894 esse ius. Sicut ergo in simili dicimus, q̄ procedit accusatio de consuetudine, peto te condemnari secundum formam iuris, & statutorum, vt not. glo. in l. senatus. & ibi Bar. ff. de accu. & Bal. in l. 2. C. de proba. Ita, & in inquisitione, cum iudex in ea representet personam accusatoris, vt not. Bar. in l. i. §. si publico. ff. de adulte. & s̄. sapius dictum fuit. Sed contra p̄dictam opi. videtur enim quod dicta verba non possint apponi; quia super legibus non constat testatur lis. Necq̄ interrogationibus super iure respondendum est, vt c. sopita. de censu. traditur in c. 2. de confes. lib. 6. & l. ornamentorum. ff. de aur. & argen. leg. Item, quia videtur intētari diuersę leges, quod est prohibitum. ff. de accn. l. senat⁹? Sol. Potes dicere, quod quilibet lex videtur intentari quo ad iuuandum libellum; & si quidem lex communis, & municipalis disponant idem per idem, non est nisi vna lex, vt not. in c. i. de consti. lib. 6. Si verō habent se, vt gen⁹, & species, videtur intentata species, & genus, tanquam in specie, non tanquam extra specie; quia gen⁹ representatur in qualibet sua specie, vt l. i. ff. si cer. pet. Si verō adinuicem contradicunt, non videtur vtranq; intentare; sed solum id quod ostendit intentatum. Alterū verō quod principaliter nō facit pro intentata inquisitione, vel accusatione, videtur esse quedam allegatio simplex ad corroboracionē inquisitionis, vel accusationis; sicut quotidie faciunt allegantes, qui dicunt, allego talē legem, & si illa lex non determinat hoc, allego statutū municipale; nam nemini prohibitum est vti pluribus rationibus, quæ in varijs legibus consistant. Quoniam si per statutū aliquod est prohibitum, quod non est prohibitum de iure communi, vt extrahere bladū; & inq̄stio dicat, q̄ extrahit bladū cōtra formā iuris, & de statutis nihil dicat, q̄ p̄cedit dicta inq̄stio tū rationibus p̄dictis; tū quia ipsum statutum est pars iuris communis. Nam eius autoritate fit, vt l. oēs populi. ff. de iusti. & iur. Facit etiam, quia cum officialis iurauerit seruare leges, & statuta, ad hoc vt non

non sit periturus, debet supplere ex eis, etiam partibus inuitis; & standum est; quia in illis non requiritur strepitus iudiciorum, vt l. lecta. ff. si cer. pet. hæc quasi formaliter dicit Bal. in l. i. C. de confes. que dicit notanda, quia quotidiana sunt. Sed aduerte; q̄ licet ita cōmuniter apponantur dicta verba; tamen 896 quia copula, & videtur de sui natura propria require cōcursum vtriusq; ; & sic ex proprio significato videtur requiri, quod sit contra formam iuris, & statutorum, & sic vtroq; iure prohibitum, vnde p̄p̄rie non videt verificari, si altero tantum iure esse prohibitum. Ideo in talibus, & similibus, ad omnem dubitationem tollendam, sum solitus dicere hoc modo; videlicet, cōtra formam iuris, & seu statutorum, vel secundum formam iuris, & seu statutorum. Nam p̄dicta verba, vt de se patet, copulant, & alternatiue accipiuntur, & sic verificantur in vtroq; vel altero tantum. Facit quod statim dicā in q. 65. Possent etiam intelligi dicta verba, contra formam iuris, & statutorum, sicut à iure approbatorum. Circa qd̄ vide qd̄ not. gl. & Doct. in l. rerum amotarum. ff. rer. 897 amota. ¶ Sexagesimo tertio quæro, quare apponatur illa verba, super quib⁹ omnibus, & singulis? Sol. 898 dic, quod cum in libello accusatorio, seu inq̄sitio rio non esset necessaria conclusio, vt. j. dicam, consuetudo tamen obseruat, quod loco cōclusionis apponantur dicta verba, super quibus omnibus, & singulis dictus Potestas procedere intēdit, & reatum culpabilem punire, vt statim dicam. ¶ Sexagesimo 899 quarto quæro, quare subdantur illa verba, emergentib⁹, & connexis? Sol. dic, q̄ hæc clausula est magni effectus, qm̄ si inquireretur simpliciter de vulnere, nō posset sequi condemnatio de morte ex eodē p̄cessu, licet ex vulnere esset secuta mors, vt not. Bar. in l. p̄tor edixit. ff. de iniur. & in l. nunquam plura. ff. de priua. deli. dicam. j. in. 15. artic. princ. Sed quādo apponuntur dicta verba, vel dicta clausula, quoniam emergens; & contingens est, vt ex vulnere sequatur mors; potest ex eodē processu fieri cōdemnatio de morte; quia quoties iudici inquirenti, pendente iudicio superuenit de nouo ius, quod habuit causā antiquam ante iudicium, valet iudicium, & sequi debet condemnatoria, vt in l. si rem. §. fin. ff. de pig. actio. & q̄ plenē not. Bar. in l. i. ff. de exceptione. q̄ tamen intellige, si vulnus fuit causa mortis; quia potuit esse, q̄ fuit mortuus ex negligentia, & ex mala cura, secundum ea quæ latē dixi in c. p̄sbyterum. j. de homicid. item intellige hoc, secundum ea quæ not. Bar. in l. senatus. ff. de accus. videlicet; qm̄ ex forma statutorum requiritur vera occisio, ad hoc vt q̄s 900 punatur de occiso. Nam j. de iure communi lex Cornelia de fica. non requirit, quod vulneratus moriatur; sed quod quis vulnerauerit animo interficiendi, ad hoc, vt teneatur de occiso, vt in l. is qui cū telo. ff. de fica. Item operantur dicta verba, quia si in inquisitione omittatur aliqua qualitas, per quā magis aggrauaretur delictum, vt puta; loci, vel temporis s̄m ea quæ dixi. §. ver. 45. & ver. 50. quæro. Nam si inq̄stio sine dictis verbis esset intentata, nō posset vigore process⁹ inchoati sine dicta qualitate inquisitus condemnari grauiori pena, attentata dicta qualitate, s̄m ea quæ tradit Bar. in d. l. senatus. ff. de accus. & in l. in delictis. §. si detracta. ff. ad l. A qui-

& ibi per. D. Flo. & ea quæ dixi in c. de his. §. eo. Sed appositis dictis verbis, super emergentib⁹, & connexis, & c. si dicta qualitas probatur in dicto processu, potest sequi condemnatio, arg. not. in l. i. C. de ordi. 901 iudi. ¶ Sexagesimo quinto quæro, quare apponantur dicta verba, secundū formam iuris, seu statutorum, & sic ponitur distinctiue; non copulatiue? Sol. Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adulte. videtur velle, q̄ hæc clausula sit vtilis, ad hoc, vt inquirens possit punire repertum culpabilem, vel secundum formā iuris, vel secundum formam statutorum. Nam poterit ipse alterum sequi, circa quod vide; quod tradit idē Bar. in l. i. C. de summa Tri. & si. carbo. ver. item quæro. quid si hoc in statuto. Et adde quæ dicam in 14. prin. art. in ver. 5. quæro, est etiam vtilis dicta clausula, ex eo, q̄ per ipsam iudex p̄sumitur nolle procedere connexē, sed diuisim; cum dicta clausula sit diuisoria; & ideo sufficit alterum ex intentatis probari. Nam cum non loquatur copulatiue; sed alternatiue; sufficit alteram partem adimpleri. Facit qd̄ not. Bal. in l. 2. C. de proba. & q̄ not. D. Flori. in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. importat enim ista clausula in criminalibus illum effectum, quē in ciuilibus importat clausula non astringens se ad ali quod onus p̄bationis, & c. & quantum est illa clausula, & p̄dicta dicit, & petit fieri coniunctim, & diuisim; de qua clausula vide in l. diuus. ff. de re iud. & per Bar. in l. edita. C. de eden. Item importat secundum Ang. de Are. effectum illius clausule, quæ cōmuniter ponitur in libellis, petens sibi iustitiam ad ministrari, de qua dic, vt in c. 2. §. de ord. cog. & c. i. de mutu. peti. & per Io. de Imo. in l. si cum nulla. ff. de re iud. & in c. si cautio. §. de fide instr. & per Bal. in l. incerti. C. de interdi. & effectum illius clausule, & p̄dicta petit non tm̄ dicto modo; sed omni alio meliori modo, & c. de qua per dictum Io. de Imo. in d. l. si cum nulla. & in d. c. si cautio. & adde quæ dixi 903 xi. §. q. 62. ¶ Sexagesimo sexto quæro, quare apponantur illa verba, die 20. Iunij inchoata, facta, & formata fuit, & c? Sol. die, quod hæc verba habent illum effectum, quem verba sonāt, videlicet; cognitionis, inchoationis ipsius inquisitionis, quæ cognitio pot multos notabiles effectus operari, de quib⁹ videbimus. j. eo. 18. prin. art. Operatur etiam, & alios effectus hæc cognitio. Pone enim, quod statuto caueatur, quod potestas debeat causam inquisitionis expediri intra mensem à die inchoati p̄cessus. Nā per illam clausulam dicitur inchoari inq̄stio. Facit q̄ not. in rub. C. de in ius voc. & Inst. de perpe. & tē. ac. §. si. & quod not. in simili per Guil. & Doc. in l. i. ff. de in ius voc. Facit. l. 2. C. vt intra certum tēp. Item possunt operari respectu p̄occupationis, stātib⁹ statutis, quod inchoata inq̄stione per vn̄ officialem, non possit alius de dicto delicto cognosce 905 re, de quā materia p̄occupationis, vide per doc. in l. si quis postea. ff. de iud. & p̄ Bar. in l. sepulchri. ff. de sepul. v̄o. & l. 2. ff. de custo. reo. & l. i. ff. de p̄nis, & per Bal. in l. i. C. vbi de cri. agi oportet. per Bal. authē. sed nouo. C. de fer. fugi. & l. i. in. fi. C. de spor. & Bar. in l. i. ff. de offi. consul. Io. And. in c. i. de obli. ad. ratioci. Item possent operari hæc verba alium effectum, qui colligitur ex dictis Bar. in l. fin. ff. si quis test. lib. cf. ius. ius. Pone enim, quod statutum diceret,

diceret, quod potestas solum posset inquirere de delictis commissis per annum ante inchoatum processum; unde ex die commissi delicti, & ex die dictæ inchoationis inquisitionis poterit cognosci, an fuerit præscriptum potestati cognoscendi. Sed circa prædictam materiam, iudici inquirenti possent occurrere plures dubitationes, quas sub compedio decidendo subijciam. Prima, an dictum statutum habeat locum in delictis occultis, & Bar. in d. l. ff. si quis test. lib. eff. ius. sue. dimisit indiscussum; videtur tamen Bar. ibi, coniuncta. l. pen. eo. ti. inclinare in hanc distinctionem, quod aut delictum, & persona delinquentis erat incognita, ut in exemplo, quod formarat de falsitate; & tunc non currit præscriptio, aliàs fecus; quia cum maleficium esset notum iudici, potuit investigare, & inquirere, & scire malefactorem, quod si non fecit, sibi imputet, & sibi currit præscriptio, arg. regula, quæ non facit. ff. de reg. iur. Et hanc consilendo secutus fuit quidam D. Lod. de Alberg. de Are. Doc. solemn. Idem tamen Bar. in l. eum qui. §. in populis. decidit, quod solum currit tempus à die scientiæ. Sed Bal. ibi tenet contrarium; quia accusatio, vel inquisitio est certa, eo ipso, quod est commissum delictum; ergo ignorantia non impedit præscriptionem maximè, quia in præscribenda libertate non requiritur factum præscribentis, nec requiritur scientia, ut ff. quemadmodum ferui. amit. in l. si partem. §. si per fundum. Et idem tenet Bal. in l. genero. ff. de his qui not. in fa. ubi etiam dicit, quod quantuncumque inquisitus post præscriptionem completam ex lapsu temporis fuisset confessus deliquisse, nihilominus esset absolvendus; quia paria sunt absolutum esse, vel maleficio præscriptum esse, ut in l. sed vnus. §. si cum ante. ff. de iniur. Facit. C. de iniurijs, in l. si non cõiitij. Tetigi in c. de his. §. eo. ubi reprobaui hoc dictum de confessione; quamuis in contrarium faciat, ex eo quod talis confessus videtur prorogare iurisdictionem illius iudicis de tempore ad tempus, cum aliàs esset suus iudex, quod potest, iuxta not. per Cyn. & Bal. in l. si ex consensu. C. de epis. audi. tenet Ang. de Aretio. in tractatu maleficiorum, in versu. comparent inquisiti, & confitentur. Sed non placet, quia ista non est simplex prorogatio temporis ad tempus; immò esset rei extinctæ ad diem suscitandam; quod esse non debet. Vide quod dixi in c. de his. §. eod. in l. i. artic. princ. Nec ob. secundum eum. quod delicta remanent impunita, quia non omnia illicita puniuntur, ut l. pen. ff. quod met. causa. Et ad hoc dicendum allegat etiã theoreticam Guil. in l. si cum exceptione. §. i. ff. quod met. cau. ubi dicit; quod ubique tractat de odio finiendo propter tempus, intelligit continuum, & currit et ignoranti, ut in l. si. ff. de dolo. & in c. statutum, in versu. numerandum. de preben. lib. 6. Sed ita est in casu nostro; igitur, & c. Et hoc etiam tenet Bal. in l. si. C. de dolo. Sed adverte; quia ut dicit. Lod. Pon. in l. i. §. occisorum. ff. ad Sylla. §. si per fundum. non probat prædictam opi. quia ubi ibi not. Bal. ille rex. loquitur in præscriptione extraiudiciali, quæ causatur ex non usu, & ideo currit etiam ignoranti. Secus est in præscriptione facti iudicialis; ut est in casu nostro. In qua etiã si tractatur de odio finiendo, aut libertate inducenda non currit nisi à die scientiæ, ut l. annus. ff. de calum. & in l. cum sex. ff. de adili. edicto, & sic

videtur, quod non curat ignoranti sicut d. Paul. de Castr. in cons. suo, quod incipit, Potestas supradictus non habet in syndicato, & c. Quidam Doc. qui idem consulerunt, dicunt, quod non omnis ignorantia ius potestatis conseruat. Nam quædam sunt crimina, quæ per diligentem inuestigationem, & inquisitionem generalè potuissent in notitiam Potestatis deuenire; quia non sunt ita occultè commissa, quod de facili non possint deuenire in notitiam per generalem inquisitionem, de qua in l. congruit. ff. de offi. presi. ad quam iudices tenent. Secus est in crimine falsitatis, quod secretissimè committi potest. Nam hoc casu ignorantia conseruat ius inquisitionis, quia fundata est super ista rationabili causa, ut l. semper. §. sed & si is. ff. quod vi, aut clam. quæ probat istã distinctionem, quæ probatur etiam ex coniunctionem duarum legum, videlicet, ex l. pen. coniuncta. l. fin. ff. si quis testam. lib. esse ius. sue. Nam l. pen. probat primum membrum de his, quæ potuerunt aliquo modo in notitiam deuenire. l. fin. probat secundum. Et prædicta distinctione dicunt esse casum, in c. cum in tua. §. qui ma. accu. poss. Et videtur, quod hæc distinctio sit satis rationabilis, ut si aliquo modo potuit inuestigari delictum, quod currat tempus; quia redarguitur negligentia eorum, ad quos pertinet; tã officialis, quam et aliorum. Sed si delictum est omninò secretissimum; tunc non est quod imputari possit officiali, aut partibus. Sed adverte; quia D. Nellus de sancto Gemini. in tractatu bannitorum, in 3. q. secundæ partis primi temporis simpliciter tenet, quod non possit cognoscere, etiam de omninò occultis; quia annalis præscriptio, quam introducit statutum, succedit in locum præscriptionis. 20. annorum, de qua in l. quærela. C. de fal. aut similis, & sic assumit illius naturam, ut l. eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. Sed tales præscriptiones currunt et ignorantiam, ut l. omnes. & l. sicut. C. de præscrip. 30. vel. 40. annorum. & l. si quis. emptio in si. iuncta. l. absentem. ff. de pœnis. ergo, & hæc annalis, pro qua opi. videt casus in d. l. pen. & ibi tenuit Ang. quia ab ipso initio tempore commissi maleficij ortum fuit ius, & actio; licet propter ignorantiam non fuerit deductum in iudicium; & ideo ignorantia non nocet initio cursus præscriptionis, ut l. si partem. §. si per fundum. ff. quemad. ser. amit. Et est ratio secundum eum, quia præscriptio currit absque aliquo facto ipsius præscribentis, & est præscriptio fauorabilis. Sic etiam dicitur, in l. sequitur. §. si via. ff. de vsu cap. & allegat. Guilt. ita tenuisse in dicta. l. si cum exceptione. §. i. Et ita dicit D. Nellus se pluries obtinuisse, & consuluisse, & vidisse iudicari; licet quandoque viderit contrarium ob immanitatem criminis, & baliæ concessæ officiali. Et adverte; quia secundum eum hæc dubitationes procedunt in quantum respectu talium statutorum esset tractandum de præscriptione. Sed hoc dicentes non rectè sentiunt; quia d. statutum, quod concedit, quod Potestas possit cognoscere tantum de criminibus commissis per annum retro à die ingressus sui, concedit iurisdictionem limitatam; ut ipse latè tradit ibi in præced. qq. Et sic clarum est, quod de illo maleficio non habet iurisdictionem, aut cognitionem, ut l. diligenter. ff. mandati. iuncta. l. & quia. ff. de iurisd. om. iudi. & quia necesse est in inquisitione appo-

ponere tempus commissi maleficij, ut dixi. §. q. 36. ergo sequitur, quod ex defectu iurisdictionis non possit. Et quod habeant iurisdictionem limitatam, probatur etiam, quia tales rectores nullam habent iurisdictionem, nisi à statutis eis attributam, ut dicam. §. q. 74. in tertio membro. Sed dictum statutum concedit iurisdictionem de commissis per annum retro tantum, ergo, & c. Quinimò etiam sine dictione tantum; & per has rationes, & aliàs plures videtur de talibus ab eis iurisdictionem excludere. per l. cum pretor. ff. de iudi. & c. nonne. §. de præsump. et si de iure cõi iurisdictionem haberent, per l. maritus. C. de procura. secundum veram lecturam; & sic non videtur tractandum de præscriptione, in qua sunt dubitationes. §. tracta. Et secundum hoc sequitur singulariter, quod pro talibus delictis non possit potestas tales contumaces ponere in banno, sicut eum ibi. 2. 3. & 4. q. de qua materia tangã. §. q. 74. in tertio membro. Item secundum hoc, non obstat, quod licet virtute obstantis præscriptionis non possit ipso iure cognoscere, tamè poterit per viam restitutionis in integrum ob iustam ignorantiam per clausulam generalem. l. i. in. ff. ex qui. cau. ma. & habetur. l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. ob. & per Bar. in l. i. §. si quis pp. ff. de iti. actus; prima. & l. ab hostibus. §. si quid simpliciter. ff. quibus. ex cau. ma. & l. Emilius. ff. de mino. & ff. quod cum falsum. l. si falso. C. si aduersus ven. pig. l. 2. p. Dyn. in reg. si quis in ius. de reg. iur. lib. 6. Quia hic non tractamus de præscriptione, sed de iurisdictione, ut dixi; Et posito, quod tractemus de præscriptione, tamen prædicta iura non vendicant sibi locum in pœnarum executionibus, ut l. auxiliu. §. in delictis. ff. de mino. Et ita respondet Ang. in d. l. penul. ff. si quis testa. lib. esse ius. sue. Quæ pœnæ notabiles; quia peregrina, & quotidiana sunt. Item quæ iuxta prædicta, quod in delictis, quæ non habent causam momentaneam, sed successiuam, seu permanentem. Exemplum, aliquis edificauit in loco prohibito, & edificatum tenet, vel tenet appetitum, & transacti sunt plures anni, an poterit Potestas, seu officialis de hoc crimine cognoscere, non ob. lapsu temporis respectu initij? Glo. videtur velle, quod non, in l. eum. qui. §. in populis. ff. de iure iuran. In contrarium facit. l. i. ff. de vsu fructu. accre. & in l. eum, qui emit. & quod ibi not. ff. de fur. facit. l. si. ff. de his qui deie. vel effu. Sed dic, de hoc articulo, ut latè tradidit per Bar. & Moderniores in d. l. eum, qui. §. in populis, & per Petr. de Ancha. in cl. 1. de constan. & affi. Et vide omninò D. Nellus de sancto Gemini. in tracta. bannito. in 4. q. secundæ partis primi tempus. Et adverte circa prædicta, quod si stante statuto prædicto, licet Potestas non possit principaliter cognoscere; incidenter, & secundario potest, sicut quod tradit Bal. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Facit quod not. Bar. in l. si quis nec causam. ff. si cer. peta. in illa. q. an valeat statutum in fauorem bannitorum, de quo ibi per eum, & 909 in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. Sed si in statibus prædictis statutis, licet iudex non possit inquirere; an saltè talia delicta aggrauent alia delicta super quibus inquiritur. Et similis quæstio formatur de alijs delictis alibi commissis. Cõmuniter tenetur quod sic, per Dy. & alios in l. si cui. §. fin. ff. de accu. Et ita cõmuniter seruatur p assessores, quos Io. And. vocat

iudices feroces, in addi. Specul. super rubri. de furt. ubi non firmat aliquã opinio. Sed hoc firmat Bal. in auth. se nouo iure. C. de fur. Sed D. Nellus de Sancto Gemini. in d. tracta. bannito. in 6. q. 2. partis primi tempo. dicit, quod quicquid sit de iure, si statutum dicere, quod de talibus maleficijs ante tempus, vel in alio loco commissis, non possit formari processus, & quicquid actum sit in contrarium sit ipso iure nullum, tali maleficio ad aggrauandum non possit allegari; quia eorum narratio, & pro illis formatus processus nullum producent effectum, ut in l. si pater. C. ne de statu defuncti. & in l. accusaturus. ff. de adult. cum simil. dicit tamen, quod officiales cõmuniter seruatur contrarium, & in eorum animarum perniciem, & contra ipsorum iuramenta de obseruando statuta. Item adverte singulariter, quod licet intra tempus statuti iudex incepisset inquirere, si tamen inquisitio non haberet sua substantialia, adeo quod esset nulla ex aliquo defectu formæ omiffa, & iudex vellet emendare, & talis emendatio iam fieret elapso tempore, quod hoc facere non possit, nec amplius de dicto delicto cognoscere possit; ita dicit singulariter Bar. in questione de facto determinasse, in l. edita. C. de eden. versu. pro hoc determinatur quæstio. al legat. l. accusaturus. ff. de adult. quod est notatu dignum. Facit quod not. Iac. de Aret. in l. i. ff. de dam. infec. & quod not. in auth. offeratur. C. de litis contest. & quod not. Bal. in l. si pater. C. de sta. defunc. & quod in simili traditur in c. vt debitus. §. de appel. in glo. 2. & per Io. And. in addi. Spe. in tit. de litis contest. §. effectus. & gl. 16. q. 7. §. potest. & D. m. in c. illud. §. de præscrip. & Bar. in l. naturaliter. ff. de vsu capio. Patet igitur ex prædictis præced. quæstionibus declaratum esse formam prædicti libelli inquisitorij, & quæstiones ad prædictam formam pertinentes. Verum circa ipsum libellum, & formam procedendi aliæ plurimæ oriuntur dubitationes, quas hic subijciam. ¶ Sexagesimo septimo quæro. Quia. §. q. 63. dixi, quod non videtur esse necessarium, quod in libello inquisitorio ponatur conclusio, unde quæro, si an istud sit verum simpliciter? Sol. Ang. in l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. tenet, quod non sit necessaria conclusio, quod apparet ex eo, quia illa non ponitur in l. libellorum. ff. de accu. & 2. q. 7. libellorum. Item, quia ipsum ius concludit ad pœnam, ut in l. i. ff. ad Turpill. Facit quod not. 2. q. 3. c. notandum. & quod tradit hic Inno. ergo eodem modo non est necessaria in inquisitione, cum in locum accusationis succedat. Et hoc idem tenet Barth. de Salic. in repet. l. ea quidem. C. de accu. & in l. penul. eo. tit. & Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. & Bal. in l. si quis se. in fi. C. de accusat. & Bar. in d. l. libellorum. & hoc dicit Bal. teneri per omnes Doc. & allegat etiam Bal. gl. 1. q. 4. c. quia præfulatus. Adverte tamen; quia gl. illa loquitur in spoliationem, & possessorio recuperandæ, quod non sit necessaria conclusio. Tamen contrarium voluit Host. in summa, in tit. de restit. spo. §. à quo. versu. est aut notandum. Sed non est materia nostra. Vide per Io. And. in c. cum ecclesia. & c. pastoralis de causa pos. & p. p. & p. d. ant. in c. in literis de resti. spolia. & in c. examinata. §. de iudi. Sed quantum ad articulum nunc dico, quod cõis\* conclusio est Doc. quod conclusio non est necessaria, quod tenet D. m. in c. 1. de lit. contest. in 2. q. ver. hoc est alibi par. j S Subdit

Cõis. opi.

Cõis. opi.

Cõis. opi.



subdit tñ Ang. q̄ licet conclusio non sit necessaria in accusatione, aut inquisitione; tamē in Italia semper ponitur conclusio in vtraq; ; quia accusans semper petit accusatum puniri, secundum formam iuris, vel statutorum civitatis; & inquirens semper cōcludit per hæc verba, de quib⁹ dixi supra. q. 63. vidi licet; super quibus omnibus, & singulis, connexis, & dependentibus ab eisdem, vel prorsus extraneis dictus iudex inquirat, & inquirere intendit, & procedere, condemnare, & punire secundum formam iuris, & statutorum civitatis; & est valdē vtilē hanc cōclusionē facere. ¶ Iudex enim pōt intentare certam legem in accusando; & hoc ē tenet Bar. in. d. §. si publico. & adde quæ dicā infra in. 1. 4. artic. princ.

912 ¶ Sexagesimo octavo q̄ro, ¶ vtrum libellus inquisitorius debeat continere inscriptionē, sicut libellus accusatorius? Sol. dic. q̄ non. Hoc cōiter tenet hic Doc. & Bar. in. d. l. 2. §. si publico. ff. de adul. Ang. in d. l. si vacantia. quia fama, & clamosa insinuatio, est loco inscriptionis, vt hic; & sequitur Barth. de Salic. & Iac. Butr. in. d. l. ea quidem, & D. m. in. c. fin. 7. de purg. can. & est hæc omniū cōis opinio; & vide quæ dicam. 7. in. 14. art. princ. & quid sit inscriptio, vide Bar. in. l. si cui. ff. de accu. Ego latius dixi in. c. super 914 his. §. eo. in. fin. gl. 2. ¶ Sexagesimo nono quæro, ¶ quid debeat facere iudex post formatam inquisitionem in debita forma sū varias casuum contingias? Sol. dic. q̄ in quibusdam locis ex forma statuti disponitur, q̄ copia transmittatur ad cameram cōis, put est in hac ciuitate, in qua viget statutum, q̄ immediatē vna copia transmittatur ad Bichernam, & alia ad officium Montis; vñ iudex tūc immediatē debet dicere, qui dñs iudex vt. §. pro tribunali sedens, cōmisit P. publico, & iurato nuntio cōis Senarum, q̄ copias dictæ inquisitionis secū portet, & vñ dimittat apud officiales Bichernæ, & aliam apud officiales mōtis; & hoc appareat in actis, & sub qua die; & demū nuntio referente se dimississe, & fecisse q̄ habuit in mandatis, scribi faciat relationem nuntij in actis, & sub qua die; & p̄dicta dispositio videt satis conformis iuri cōis; quia sicut in ciuilibus vnus libellus porrigit, & alius datur parti aduersæ, vt in auth. offerat. C. de litis cōtest. & in. l. 1. & ibi Bar. ff. de edē. ita ē in criminali mittendo copiam ad camerā supioris, vel ad aliū locū publicū, p̄inde est, ac si iudex inquirens, qui locū tenet partis, vt sapius dictum est, mittendo dictū libellū ad dictum locū daret ipsum superiori, seu iudici; & est satis vtilis hæc p̄uisio iuris municipalis, & ob hanc vtilitatē factū fuisse arbitror, ne iudices pro libitō voluntatis, possint de facili mutare formā inquisitionis, & sic auferre defensionē reo, aut Reipublice nocere; qm̄ oportet, q̄ inquisitio sit conformis exēplato transmissio ad camerā publicā, vel similia loca, arg. l. si qs ex argentarijs. §. ex hoc edicto. ver. prinere. & ibi Bar. ff. de edē. & in. l. Sēpronio. ff. d. leg. 2. & est ē aduertendū, vt si ex forma statuti alia forma statuere; illa ante oīa seruanda est, vt sapius dictū est. ¶ Septuagesimo q̄ro, ¶ quid debeat facere iudex his pactis? Sol. Io. And. hic in gl. 1. in. vēr. Sed ergō vocato subdito, dicit, q̄ iudex vocato subdito, cōtra quē vult inquirere debet dicere subdito, ego intendo inquirere contra te, super tali crīe, sup quo es infamat⁹, & si subditus cōfiterē

vt runq; , scilicet. crimen, & infamiam, procedet superior ad penam criminis; sed mitius punit p̄ confessionem. §. de elect. c. innotuit. si negat vt runq; , scilicet. crimen, & infamiam; vel solam famam, si nota est infamia, pōt p̄cedere ad inquisitionem veritatis, non laborando in causa circa inquisitionē fame. §. eo. c. euidentiam. licet tutius sit aliquos testes ad cautelā recipere; tñ, quia ¶ facile dictum vni⁹ sequitur multitudo, vt. 7. de purg. cano. c. cū in iuuetute. §. 1. tum qa requiritur, q̄ infamatus sit apud bonos, & graues, vt sapius dictum est; tum quia multa dicuntur notoria, quæ nō sunt; ergō ad cautelam recipiat testes. c. bonē. §. de elect. alias si appellaret, in periculo esset processus, cum sit necessē coram superiore probare infamiam negatam, vt dixi. §. art. 9. vers. 2. q. quare si talis subditus cōfiteretur infamiam, vel sufficienter probatur, securē proceditur, vt in. c. qm̄ cōtra. §. de probatio. Sed hæc practica cōiter non seruatur. Sed communiter citatur inquisitus, cuius citationis forma hæc debet esse, videlicet; supradictus D. Iudex pro tribunali sedens vt. §. commisit P. publico, & iurato nuntio, q̄ citet, & requirat p̄dictos S. N. & I. inquisitos, & quemlibet eorum in personis, aut ad domos habitationis, & cuiusq; eorum. Et schedulam continentem totum tenorem dictæ inquisitionis secum portet, & ei dimittat, & scribat sub qua die, & adijciat terminum, intra quē debent comparere ad se excusandum, & defendendū, vel sū formam statutorum si hoc prouisum est; vel sū qd̄ sibi videbitur conuenire; deinde rescribare relationem nuntij, & sub qua die, hoc modo, videlicet; Qui P. nuntius publicus p̄dictus retulit se citasse dictos inquisitos, & quemlibet eorum in personis, vel ad domos, prout contingit, & c. & omnia alia fecisse, & dixisse, quæ habuit a dicto D. iudice in commissione, & mandatis, & c. & est aduertendum circa p̄dicta, q̄ sicut in ciuili non videtur necessarium, q̄ transmittat copia libelli cum citatorio, vt not. Bar. in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. & Cy. in. d. auth. offerat. ita ē in criminalibus de iure cōi nō videtur hoc necessarium; sed videtur, q̄ sufficiat, q̄ citetur, q̄ veniat responsurus inquisitioni formatæ cōtra eū super tali delicto, vt not. Bar. in. l. inter accusatorem. ff. de publi. iudi. & ibi etiam Io. de Imo. videtur tamen satis esse cautum, & magis conuenire, vt transmittatur copia libelli, & hoc cōiter obseruatur, & praticatur; & ex forma statutorum disponitur; q̄ cōis obseruantia, & practica potuit habere originē ex dictis gl. & Doc. in. c. praterea. §. de dilat. quæ videtur velle, q̄ debeat mitti copia toti⁹ libelli, vt possit reus esse cert⁹, & instructus ad quid citetur ad petitionē actoris. Alias aut, si gñaliter citatur vt compareat, nec aliter instrueretur ad quid deberet comparere, non comparens, non videtur esse contumax arg. tex. in auth. de litigiosis. §. ad excludendas coniuuncto princ. cū fine; & eorum quæ not. Bar. & Io. de Imo. in. d. l. si finita. §. Iulian⁹. ff. de dam. infect. Sicut ergō in ciuilibus videtur hoc necessarium; ita, & in criminalibus, in quibus proceditur ad similitudinē ciuiliū, vt in. l. absentem. ff. de penis. Sed vt dixi, cōmuniter hoc non tenetur de iure cōi, vt sit necessarium transmittere copiam libelli. Nec obstat, q̄ dicit gl. in. d. c. praterea. dum dicit, q̄ debet mitti copia;

Cōis. opi.

Cōis. opi.

copia; quia intelligi debet generaliter, videlicet; vt compareat ad respondendum super tali delicto; nō autem videtur requiri, q̄ explicitē narretur delictū cum circumstantijs loci, & temporis, & alijs simili- 918 bus, vt in. l. 1. c. de exhibē. reis. vbi dicit, q̄ postq̄ reus citatus venit, iudex debet exprimere, & declarare crimen, & causam p̄ quam fuit citatus, vt probatur hic in tex. nostro in vers. debet. vbi dicitur, q̄ ipsi comparenti exponenda sunt capitula, & c. Ex quibus manifestē colligitur, q̄ de iure cōmuni sufficit citare vt veniat ad respondendum super tali delicto, seu tali accusatione, absq; eo q̄ mittatur copia totius inquisitionis; & est tex. in. c. licet in beato P. §. eo. per quem tex. ita dicit Bar. in. l. inter accusatorem. ff. de publi. iudi. & in extrauagan. ad reprimendā. vers. per edicta. & Pet. de Ancha. in clē. 1. de foro compet. Et est aduertendum, q̄ vt. §. dixi, terminus est statuendus ad comparendum, & respondendum, sicut dicimus in ciuili, in auth. offeratur præalleg. & 919 in. l. si. ff. de ferijs. & in. c. 1. §. de dilat. & qualis terminus sit statuendus in criminalib⁹, habetur in. l. 2. D. de exhibē. reis. quæ. l. 2. procedit de iure cōmuni. Et qualiter per tria edicta terminus sit statuendus, vide varias opiniones per Bar. in. d. l. inter accusatorem. Sed cōmuniter per statuta aliter prouidetur, quæ statuta seruanda sunt, & omninō attendenda. ¶ An aut iudex possit talē terminem abbreviare. Iuris cōis, vel statutorum? dic. vt tradit p̄ Bar. & Doct. Moderniores in. l. 2. ff. de re iudi. & per gl. in. c. cupietes. in. §. q̄ si per viginti. & c. licet canon. de elect. lib. 6. & in. c. cum sit Romana. & in. c. cum te neamur. §. de appell. & p̄ Io. de Fantucijs, & Doct. 3. q. 3. c. iudicia. §. spatium. cum similibus. Item est aduertendum, q̄ sufficit, q̄ talis citatio fiat in personam, vel etiam ad domum, vel alibi; ita q̄ verisimile sit, q̄ ad notitiā inquisiti deuenierit citatio, vt in. l. 1. ff. de requi. reis. tenent Bar. & Io. de Imo. in. d. l. inter accusatorem. & vide Spe. in tit. de accu. §. 1. vers. sed nunquid sufficit. & hoc etiam cōiter prouidetur per statuta, q̄ sufficiat, q̄ citatio fiat ad domum; & 921 gñaliter vtrū citatio facta ad domum teneat, & in quibus casibus; & quid si plures habeat domos, vide quæ latē dixi, in clē. cām. §. de elect. vbi etiam dixi de citatione facta ad stationem, seu apothecā, & §. de dilatio. in rub. et. & 16. q. 2. p̄ totum. Itē est aduertendū, q̄ si inquisitio sit ad denuntiationem officialis, dicit B. in. l. ea quidem. C. de accu. q̄ iudex citabit inquisitum sub hac forma, q̄ veniat ad se excusandū a quadā inquisitione facta ad denuntiationē talis officialis. Facit tex. in. d. l. ea quidem. sū vnum 922 intellectu ¶ Quid aut si statuto disponit, q̄ de tertio crimine possit qs de facto puniri, condēnari, & ban niri, nulla iuris solemnitate seruata; an tunc requirat citatio? vide D. Nellum de sancto Gem. latē distinctio in trac. bannit. in. 4. q. 3. temporis primæ partis prin. ¶ Septuagesimo primo quæro, dixi. §. q̄ inquisitus est citandus; quæro nunc, ¶ an sit citad⁹ ille q̄ iniuriā passus est? Sol. tex. in. l. si vacatia. C. de bo. vacantib. lib. 1. o. videt concludere, q̄ sic; vbi patron⁹ fisci debet esse p̄sens; nam licet ibi prima fronte inquisitio videat tendere in fauorem fisci; tñ posset in effectu in eius fraudem redundare; & ideo dicit ibi, qd̄ p̄sente fisci patrono debet causa pertractari;

Cōis. p̄nc.

Cōis. p̄nc.

& ex hoc infert ibi Ang. qd̄ licet ex forma statutorum Tusciæ Potestates habeant arbitrium inquirendi de maleficijs; tñ non poterunt inquirere irrequisito illo, qui iniuriam passus est, ne per eorum inquisitionem possent fraudare passum iniuriam, puniendo illum, qui iniuriam intulit in minus quā debeat; Aut ē absolueno iniuriā inferentem, vbi esset cōdemnandus, & hanc opi. sequitur Ang. in. d. repe. l. si vacantia. dicit tñ, q̄ de consuetudine hoc non seruatur, nec nos seruare debemus, cnm̄ ¶ consuetudo optima sit legum interpret. Sed in ciuitate Florentinæ fecus seruatur per formam statutorum, nulla enim inquisito ibi fieri pōt, nisi primo iudex citet passum iniuriam; & hoc multum mihi placet. Quia sæpenumero fiunt collusiones, quæ nō ferent si citaret passus iniuriā; & adde q̄ dicā. 7. in. 14. princ. art. q. 17. ¶ Septuagesimo secundo quæro, ¶ quid si passus iniuriā non citat; quia hoc nō requirit statutū, tñ ipse cōparet, & vult assistere cause, & p̄cessu, an sit admittendus? Sol. hæc q̄stio. reperio tactā in terminis per D. Ant. de Prato veteri in. l. a snia. ff. de appel. vbi per ea quæ latē ibi dicuntur per Doct. & per eum latius, dicit, q̄ sic, ne fortē colludatur cum inquisito. Et idem dicit de syndico denuntiante, p̄ l. accusatore. §. denuntiatores. ff. ad Turpil. vñ & in curia poterit assistere, vt not. Spe. in tit. de inquisitio. §. si. vers. porrō. Facit ad p̄dicta q̄ habetur. ff. ad Turpil. 1. §. incidit. & §. de dolo, & cōtuma. c. veritatis. & §. eo. c. cū oporteat. ¶ Septuagesimo tertio quæro, ¶ quoniam sæpenumero contingit, q̄ postq̄ iudex formauit inquisitionē, & sū illam citauit, & p̄ habitam de nouo veriore notitiam, vult addere, seu detrahere aliquam qualitatem. Exemplum, inquisitum propter homicidium cōmissum in aliquem, tanq̄ in publicum officialē, cuius homicidij pena est grauior, quam homicidij cōmissi in priuatū, vult nunc detrahere aliquam qualitatem; vel e contra, non erat prius addita illa qualitas, nunc vult eam addere; vel pri⁹ posuerat, q̄ de nocte erat cōmissum delictum, nūc vult detrahere, vel prius nō posuerat, nunc vult addere; vel prius posuerat, q̄ in platea, quo maior sit pena, nunc vult detrahere, vel prius nō posuerat, nunc vult addere, & sic de similibus. ¶ quæritur, vtrum hoc facere debeat? Sol. dicit præfatus D. Ang. qd̄ ante omnia debet citare partem; & ratio est, quia potest ledi, vt in. l. de vnoquoq; ff. de re iudi. & ita sentit Bar. & d. Floria. in. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. Sed aduerte; quia hæc ratio videtur concludere respectu additionis, p̄ quā inquisitus venit maiori pena puniendus; secus autē respectu detractio- nis, per quā venit minori pena puniendus; quia tūc pars non leditur, & ideo ea non citata videtur fieri posse. Sed potest responderi, q̄ imō etiam tunc posset ledi, respectu absolutoria, quæ veniret pro inquisito, si non esset facta detractio; sū ea, quæ dicam. 7. in. 15. princ. art. Secundo scias, q̄ sicut copia primæ inquisitionis formatæ debuit transmitti in Bichernam, seu ad Mōtem, seu ad camerā fiscalem; ita hæc additio, vel detractio, vt tradit in. d. §. si detracta. Facit, q̄ not. glo. & Bar. in. l. 1. §. cū adijcitur. & in. §. si. ff. de verb. ob. Et aduerte; quia talis additio debet fieri ante litem contest. vel anteq̄ nomen inquisiti, aut accusati sit receptum inter reos; & ita communiter \* 926 par. j. S ij practi

Cōis. p̄nc.

926 practitur; nam sicut ¶ in civili iudicio debet fieri emendatio ante litem contestatam, secundum plenè tradita per Doc. in l. edita. C. de ed. ita etiã in criminali, vbi proceditur ad similitudinem civilium, vt in l. absentem. ff. de penis. qd' est verum, secundum Bal. in d. l. edita. in. 6. q. princ. si qualitas addita, vel detracta alterat delictum, & delicti obligationem, & facit ipsum cadere sub alia obligatione, aut pena lege, vel statuto. Exemplum, si pro maleficio de die sit pena pecuniaria; sed p maleficio de nocte sit corporalis; quia si fit inquisitio sine qualitate de nocte, nõ potest fieri additio qualitatis de nocte nisi ante litem contestatã. Si verò qualitas non alterat delictum, & delicti obligationem, nec ipsum facit cadere sub alia lege; tunc potest fieri additio, vel detractio vsq; ad finem exclusiue, secundum eum; & ita etiã fecit. Bar. in l. denuntiaste. §. qui tamen. ff. de adul. exemplum, sicut Bar. si statutum dicit, qd' pena in nobis pro vulnere duplicetur; quia ista qualitas nobilis hoc casu non facit nouum delictum, aut nouam penam; sed dicitur taxat penam augmentat; & ideo poterit fieri additio vsq; ad sententiam; & vide quã dixi in c. de his. §. eo. in. 12. & ultimo art. princ. & vide quã dicã. §. eo. in. 14. art. princ. verf. 10. q. ¶ Septuagesimo quarto quæro, quã visum fuit de forma inquisitionis, & modo citandi, & post citationem contingit, quod quã; inquisitus comparet, quandoq; verò non comparet, & est contumax; quò, ¶ quid debeat facere iudex in tali inquisito existente contumace? Sol. vt hæc quæstio clarè habeat, distinguo tria membra, seu tria iura. Primum, quid iuris de iure civili. Secundum, quid de iure canonico. Tertium, quid de consuetudine, seu ex forma statutorum. Circa primum distingue, qd' aut pena, quæ venit imponenda ex delicto est a relegatione. ¶ Aut a relegatione. §. Primo casu, iudex examinabit testes absente inquisito, & habita fide de delicto procedat ad condensationem, vt in l. absentem. ff. de penis. & hoc voluit Bar. ibi, & in l. inter accusatorem. ff. de publi. iudic. & hoc est verum, secundum glo. in d. l. absentem. siue sit absens, & contumax ante litem contestatam, siue post; & il lam glo. sequitur Iac. de Are. Sed contrarium tenet gl. in l. quoties. C. de digni. lib. 10. & Pet. de Bel. Per tica, qui vult, qd' ante litem contestatam non procedatur ad sententiam; ita dicit ipse, vt refert Cy. in d. l. absentem. C. de accus. nã tex. in d. l. absentem. ff. de penis. dicit, qd' in criminalibus a relegatione. ¶ proceditur ad instar civilium iudiciorum; sed in civilibus non proceditur ad sententiam contra contumacem ante litem contestatam, vt. §. vt. lit. nõ contest. per totum. igitur, & c. Moderniores comuniter, \* & Bar. in d. l. absentem. tenent primam opi. Nec obstat, qd' in civilibus non procedatur ad sententiam; quia in illis proditum est remedium missionis in possessionem ex primo, & secundo decreto. Aut causa rei seruandæ, secundum ea, quæ late traduntur. §. de eo. qui mitti. in pos. & in tit. de dolo, & contu. per totum, & Bar. & Legistas in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & per Spe. in tit. de primo, & secundo decreto per totum. qd' remedium non est proditum in criminalibus a relegatione infra; & ideo lite et non contestatur, proceditur ad finem. Nõ obstat. d. l. absentem. vbi dicitur, qd' procedit more civilium iudiciorum; quia hoc

intelligitur quo ad quãdam, non quo ad omnia, vt ibi traditur maximè per Bar. Si verò pena venit imponenda a relegatione. §. distingue, qd' aut reus inquisitus est contumax lite adhuc nõ contest. Aut contest. Primo casu, non est dubium, qd' non potest procedi ad finem diffinitiuam condempnatoriam regulariter, vt in d. l. absentem. in prin. & in l. r. ff. de acqui. rerum do. Fallit in casu. l. ne diu. C. de penis. videlicet; in ap paritore delinquente in officio; & in casu. l. lege Cornelia. §. item a diuo. verf. & qui hoc crimine. ff. ad l. Corn. de sic. videlicet; in seruis qui spadonè fecerunt. Fallit et in crimine læsæ maiestatis, vt in extrauagan. Henrici Imperatoris. fit aut hæc annotatio; quia reo existente in contumacia bona eius describuntur, & adnotant in fiscum, vt in l. r. §. si præfides, & §. si. ff. de requi. reis. & in l. quicunq;. C. eo. de forma huius descriptionis, & annotationis, vide p Spe. in tit. de accusa. §. sequitur videre. in prin. & in verf. sed qualiter fiet. & si talis contumax, cuius bona sūt adnotata venerit. ¶ annu cõputandũ a die, qua innotuit sibi de annotatione, & contumacia, vt in d. §. si præfides, in. fi. & in l. ante. eo. tit. bona prædicta denotabuntur, & ei in solidum restituunt, offerendo satisfactio nẽ, qd' respondebit inquisitioni. Quinimodò, & si in tra annu accusatus moriatur, vel intra annu satisfactio nẽ prædicta offerat, bona prædicta ad hæredes trãferuntur, vt in d. l. r. §. si. Si verò persistit in contumacia a die notitiæ annotationis per annum; tunc incipit puniri eius contumacia post annum hoc modo, quia bona illa annotata confiscantur, vt. d. l. r. ff. de requi. reis. & in l. r. in. fi. C. eo. sed non fit infamis, licet secundum eos grauetur in aliqua eius opi. apud bonos, & graues, vt dicit Spe. & Io. And. in d. verf. sed qualiter. admittitur tamè post annum, & omni tempore ad defendendum, vt in d. l. annus. & in d. l. diuus. ff. de custo. reo. tradit Bar. in d. l. r. in prin. ff. de requi. reis. & aduertet; quia ita demum confiscantur dicta bona si a procuratore fiscali capiuntur, alioquin etiam si sint adnotata, nisi fiscus illa capiat intra. 20. annos, post, 20. años nõ potest illa petere, vt in d. l. anni. & traditur de materia in l. in omnibus. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & dicit Spe. in d. verf. sed qualiter. qd' hodie fortè bona seruarentur filijs, & ascendentibus vsq; in tertium gradum, vt in athen. vt nulli iudicum. coll. 9. & Io. And. post Goff. in addi. Spec. tenet, qd' etiam dotes conferuntur vxoribus. Secundo casu, quando loquimur de contumacia contingente post litem contesta. quidam voluerunt, quod possit perueniri ad condemnationem de delicto, per d. l. absentem. ff. de penis dum dicit, secundum morem priuatorum iudiciorum.

928 Nam ¶ in priuatis delictis proceditur ad sententiã contra contumacem absentem, vt in l. properandũ. §. r. C. de iudic. & ad hoc etiam adducunt. l. adulter gram. C. de adul. & l. si qui adulterij. eo. tit. Sed ¶ Azo. Vgoli. & Doct. comuniter \* tenent ibi contrariam opi. sententiam, quam sequitur ibi Bar. per d. l. absentem. quæ generaliter loquitur, qd' absens non potest damuari; ergo nec post litem contestatam poterit damnari, & idem probat in l. r. C. de requi. reis. & in l. r. ff. eo. Non obstat. l. absentem. quia dũ tex. ibi dicit, sicut morem priuatorum iudiciorum. intelligit de delictis non grauibus, in quibus venit imponenda pena a

na a relegatione. ¶ de quibus statim dixi. Nõ obstat. l. adulteram. quia ibi non dicit, qd' damnetur, sed qd' inter reos recipiatur. Non obstat. l. si quis adulterij. quia ibi reus erat præfens, contra quem suã ferebatur; licet accusator esset absens; & hæc procedunt quo ad primum membrum de iure civili. ¶ Quantum 930 verò ad secundum membrum, ¶ quid iuris sicut canones? dicit Spe. in d. §. sequitur. verf. porro. qd' si lis non est contestata, vel est contestata; sed non liquet de causa, nec liquere potest; excommunicatur, vt. 4. q. 5. c. quicunq;. & 5. q. 2. c. presentia. & r. q. 3. c. rursus. & c. quicunq;. et si intra annum venerit, absoluitur; & au ditur super illo crimine; post annum verò super illo crimine non auditur. Nam intelligitur iuris interpretatione confessus, vt in d. c. rursus. & c. quicunq; & §. de psumpt. c. nullus. & post huius excõicationis finem potest aggruari, vt procedatur ad suspensionem, vel perpetuam priuationem officij, & beneficij; vel ad ¶ relegationem, vt. d. §. sequitur. verf. ceterum. quæ suspensioni comparatur. Si autem lis est contestata, possunt recipi testes contra eum; & si de causa liqueat, sententia diffinitiuã pferri potest; & ita intelligit Spe. d. c. decernimus. 3. q. 9. & 24. q. c. de illicita. Host. autem non currat, an lis sit contestata, vel non; sed distinguit solum, an liqueat de cautione, vel non, qd' non admittit Spe. quia ¶ nunquã proceditur contra absentem lite non contestata, arg. tamen contra. §. de dol. & contu. c. veritatis. vbi testes contra absentem lite non contestata super eise recipiuntur, & sententia profertur. Sed potest rãderi, qd' ibi absens non condemnatur lite non contestata de crimine, de quo ibi contra reum agebatur, scilicet; homicidij, incestus, & dilapidationis: sed Papa illud deposuit, ex eo solo, qd' propter contumaciam excommunicatus, celebravit. & ibi dicitur in vers. nos igitur. qd' potuit iuste fieri, vt. r. q. 3. c. de illis. ¶ de cle. excom. mi. c. latores. & sic non est contra; vel dic si placet, speciale est ad dilapidationem, de qua ibi loquitur, vt in ea, lite non contestata procedat, & testes recipiantur; & est ratio; quia in ea publica 933 comoda periclitantur, vt. 3. q. 2. c. quia ea quæ. ¶ Nullo enim priuilegio gaudere debet, qui malè ministrando suos contubernales affixit, vt. C. vbi de crimi. agi oportet. l. 2. vel ibi loquitur in causa inquisitionis, vt. §. vt. lit. non contesta. c. quã. §. sunt & alij. vel. sicut alios, speciale est, vt contra quemlibet Prælatum, & Clericum contumacem procedatur lite non contestata ad depositionem, vt ibi, & de cle. non resi. c. in eo. de præben. c. ex tua. Sed tu aduertet; quia hæc quæstio videtur esse magis dubia respectu accusationis, de qua loquitur proprie Spec. in loco præalleg. tã respectu inquisitionis, maximè de iure canonico 934 non videtur esse ita dubia; quia ¶ de iure canonico non videtur requiri litem contestatio; & ideo videtur posse procedi contra absentem; de quo, dic, vt latius dicam. §. q. 80. Quo ad tertium membrum, de consuetudine, & ex forma statutorum, dic, qd' statuta maximè in Italia communiter disponunt qualiter procedatur contra absentes contumaces; volunt enim illos poni in banno, & haberi pro confessis de 935 crimine. ¶ Est aut bannum quædam sententia inter locutoria, vt habet in l. r. de req. reis. & auth. itẽ nulla. C. de sac. san. eccle. & not. Bal. in l. si quis filio. §.

eius qui. ff. de iniust. rupt. & irri. test. & gl. in l. r. §. qd' ergo. ff. de ventre inspici. in verf. multis coercenda. & l. 3. in prin. ff. de susp. tur. & Bal. in c. r. in princ. hic finit lex Corrad. in vsibus feudorũ. & est sciendũ, qd' licet rectores, vel potestates ciuitatũ equiparent præfibus prouinciarum in aliquib; vt habetur in l. fi. C. de pscript. longi temp. nullam tñ aliam habet potestatem, quam illam, quam tribuunt eis statuta locorum, vel quã habet ex forma electionis ipsorũ, sicut Iac. But. in l. alsiduis. C. qui pot. in pig. habeatur. & in auth. statuimus. C. de epi. & cle. & Bal. in auth. casta. C. de sacrosan. eccl. Io. And. in addi. Spe. super rub. de syndic. quare tales rectores, quibus specificè concessa est potestas bannendi, habet merũ, & mixtum imperiũ, & poterunt subditos vbiq; delinquentes, vel non subditos intra iurisdictionem delinquentes bannire seruata forma statuti. Vñ dicit Bart. qd' tales rectores non possunt bannire de iure cõi; nisi ex forma statutorum concedat, ita dicit ipse in l. l. licitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præf. Solũ enim de iure illi possunt bannire, qui habent potestatem relegandi, seu deportandi, vt. l. r. §. deportatus. ff. de lega. 3. & not. plenè per gl. Insi. quib. mo. ius pa. pot. sol. §. relegati. & §. cum aut. & per Guil. in l. imperium. ff. de iurif. om. iudi. & quoniam statuta circa hanc materiam bannitorum, & banni specialiter, & specificè prouident sub certis, & diuersis formis, debent iudices illas diligenter attendere, & obseruare. Et qualiter contra contumaces ferenda sit sententia banni, quã habentur pro confessis, habes generales formas satis notas omnibus officialibus. Circa quorum et statutorum interpretationem, & eorum effectum, & materiam banni, & bannitorum essent plurima videnda; quæ exigent longum tractatum, quæ omninò ppeuitandã tantam prolixitatem prætermittenda institui. Eo maximè, quã clarissimus doctor. d. Nellus de sancto Gem. solennissimũ, & ordinatissimũ, atq; omni ex parte absolutissimũ tractatum edidit, qui inscribitur, Tractatus de bannitis. in quo habes in principio. Qui sint illi qui possint in banno poni, in quo in effectu continentur, qd' omnes illi, qui præsentem ex delicto possunt diffinitiuã sententia condemnari, possunt, & absentes citari, sicut formã statutorum, & non comparentes, tanquam confessi, banniri. Qui verò præsentem non possent condemnari, non possent et banniri. vide ibi, in verf. primo igitur. & ibi in verf. 2. quæro. vide an inquisitus contumax possit defendi ante litem contestatã. excipiendo, qd' etiam si vera essent contenta in processu, non potest procedi; quia ille contra quem proceditur, erat talis, contra quẽ non potest procedi, secundum ea quæ late diximus. §. in. 7. art. princ. & etiam an pro eo possint opponi aliæ exceptiones similes, & quæstio etiam incidit in aliam difficilem materiam, an possit quis p isto absente interuenire, vt procurator, aut vt defensor, vel similis, de quibus dic, vt latissimè dixi in c. veniens. §. eo. & ibi in. 3. q. late, vide et, an semel bannitus possit iterũ banniri. Et in. 5. q. vide, ¶ an vniuersitas possit poni in banno; nam vniuersitas potest delinquere, & puniri, sicut ea quæ latissimè dixi, in c. dilectus. 2. §. de simo. & potest congregari, & citari, sicut ea quæ latissimè dixi in c. dilecta. §. de excel. prælat. & ideo citationibus factis vniuersitas contumax compar. j. S iij stituitur,

Cõis opi.

Cõis opi.





C618  
951

xit Bar.in.d.verf.neglexerit. Tutius tamen est, q̄ requiratur pronuntiatio, per regulam. l. inter accusatorem. ff. de pub. iudi. & l. absentem. ff. de penis. p̄t tñ hęc pronuntiatio fieri vna cū diffinitiva, vt. d. l. eius qui delatorē, & ibi Bar. Hinc est, q̄ cōiter in omnibus bānis dicitur habita dicti inquisiti, vel accusati, vel eius contumacia pro vera, & legitima confessione, quæ satis includunt dictam interlocutoriam. l. cum clericis. & q̄ ibi not. C. de epi. & cle. dicit tamen D. Nellus q̄ credit, q̄ etiam sine vlla expressione, bannum valeret; quia tacite videret pronuntiare, sicut dicimus in l. r. C. de indi. viduit. & in l. pē. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iud. & in l. qd̄ in diē. §. si rōnem. ff. de compensa. Forma tñ cōis in pronuntian- do est talis, videlicet; & quia constat nobis dictū. S. cōmississe dictū homicidiū, &c. Et idem de alio delictō; &c. per verā, & legitimam confessionem habitā ex sua contumacia sū formam statutorum, &c. idcirco dictū S. in amputationē capitis condemnamus, & eius bona publicamus; & si quo tempore venerit in fortiam cōis, ducat, & duci debeat vsq; ad locum iustitiæ, & ibi decapitetur, &c. Et sic verba sūa formantur non sub conditione, pro qua practica facit, qd̄ not. glo. in auth. de leno. §. si quis aut. in verf. expellat. quā gl. alleg. Ia. de Bel. in vfi. seu. in tit. de pace tenē. in prin. Quę aut̄ practica fit seruāda, si talis venit postea in fortiam cōis, vide q̄ dixi §. eo. art. q. 21. & j. & c. Formatur etiam alia questio, stante statuto præalleg. quid si iudici notum est, qd̄ citatus est in loco, ex quo nō pōt in termino in citatione apposito comparere; & vt omnis cesset dubitatio, est ibi ex cā voluntaria; an iudex habeat necessē expectare lapsum termini, an verō possit eum bānire, & sicut virtute statuti bona occupare? Bal. in l. 2. C. si pen. app. mors interue. p. plures notabiles rōnes tenet, q̄ non; sed q̄ expectand⁹ est finis termini, & placet p̄dicto D. Nello in dicto loco. q. 1. r. per not. in l. infulā. ff. de verb. obl. & vide ibi p̄ eū. Induco et̄ pro dicta sūa, qd̄ tradit Bar. in l. cum stipulatus sim mihi a Proculo. ff. de verb. oblig. vbi dicit, q̄ stante statuto, qd̄ bannitus possit impune offendī, si is qui bānitus est Senis, est Venetijs, & dat⁹ est terminus 5. dierum ad comparendū, & lapsi sunt iam 4. ita qd̄ impossibile est, q̄ compareat; quod tñ non potest impune offendī, vide etiā ibi per Io. de Imo. Additur etiam alia notabilis questio, iudex formauit inquisitionem contra P. Iohānis de populo sancti Martini, & in illo populo non erat P. Iohānis, sed P. Antonij, vel erant duo Petri Iohānis; & fecit citari P. Iohānis; citatus est contumax; & sic eum banniuit, quæritur, an valeat, bannum, hac, q. depēdet ab his, quæ dixi. §. eo. arti. q. 21. Bar. in l. demonstratio. ff. de condi. & demon. tenet, q̄ sic, si constat, q̄ ille erat, qui de maleficio erat inculpat⁹; & ideō dicit, in l. stipulāte. §. 1. ff. de verb. obl. & in l. diu. ff. de custo. reo. q̄ cauti rectores faciunt postea captū recognoscere, q̄ est ille, &c. de quo latius dixi in dicta. q. 21. sed dicit D. Nellus in dicto loco. q. 1. 2. qd̄ credit Bar. intellexisse, qn̄ citatio fuit facta persona liter, vel ad domum; quia tunc citatio non fuit inualida, aut rōne erroris, aut ratione incertitudinis, p̄ ibi not. cum de corpore citati constaret; & per cōse quēs inquisiti, vt in iuribus ibi allegatis, & in l. si qs

in fundi. ff. de leg. 1. sed si citatio fuisset facta per loca publica, vel ad ecclesiam principaliter, vel ad ianuā palatij rectoris, sū qd̄ statuta interdum permittunt; tunc putat bannum nō tenere ratione erroris, vel ratione incertitudinis, per l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. & l. si quis serui. §. si inter duos. ff. de leg. 2. dicit tñ quod cōmuniter rectores obseruant cōtrarium; quia faciunt captum fateri se esse illum qui deliquit, vt in sententia continetur, vt dixi in d. q. 21. An autem in casibus prædictis possit quis per absentem comparere procuratorio, vel defensorio nomine, vel pro suo interesse, aut alio modo nomine alieno, plene dixi in c. veniens. §. eo. & §. remisi, & ibi vide in 3. & vltimo articulo principali. in 2. q. vbi plene notauit, an vbi proceditur per viam inquisitionis admittatur procurator; & est aduertendum 944 omnino circa prædicta, q̄ bānum datum ratione contumacię, reuocatur quamprimum illo citato cōparente, etiam si compareat post terminum in banno assignatum vsq; ad pronuntiationem sententię; quia sic fit in ciuili, vbi contumax patitur primum decretum, ad cuius similitudinem proceditur in criminali, in quo patitur bannum, quod afficit personam suam, & alligat nomen suum inter reos. Facit l. 1. ff. de requi. reis. & sicut in ciuili fit missio in bonis, vt tedio affect⁹ veniat responsur⁹, vt l. si is a quo. ff. vt in pos. leg. ita. & in criminali bannitus afficit; & nomen eius, licet sit cōtumax, ascribit̄ inter reos, vt 945 tedio affect⁹ compareat. Vñ sicut in ciuili quoad docunq; comparendo intra annū resectis expensis, & p̄stita fideiussione recuperat bona sua, vt in c. qm̄ frequenter. §. in alijs. vt lit. non cont. ita in criminali quicunq; ante sūam comparēdo, annullat virtutem bāni, perinde, ac si nunq̄ fuisset bannitus; & sic comparendo, & faciēdo nunc illud, quod si a principio fecisset, non fuisset bānitus; & sic patet, q̄ in banno certus terminus statuit̄, intra quē cōparere debeat; aliās est, & intelligit̄ bānitus in tali pena; & talis terminus non currit nisi a die notificationis p̄sonaliter factę, vel ad domū cum schedula sū formā statutorum. Nō autem incipit currere a die annotationis, & sic facti bāni, vt l. 1. §. 1. & ibi Bar. ff. de requi. reis. & quamprimum talis comparet in termino banni, statim bannum, & eius virtus annullatur, vt l. 1. §. si. & ibi Bar. ff. de requi. reis. & p̄inde est ac si non fuisset bannitus; quoniā fiebat ad istum finem, vt cōparenter; vnde si comparet, statim expirat virtus, & esse 946 effectum comparitionis, & reuocationis cōsequetur, etiam si comparet per procuretorem, de quib⁹ latissimē dixi in c. veniens, supra eo. Postremō circa hanc materiam banni ratione contumacię in dicto notabili tractatu, ponuntur per præfatum D. Nellū plures alię notabiles quæstiones, quarum solum titulos recitabo, & remittam, vt saltem per remissiones de facili habeatur earum notitia; & si breuiter affirmatiuē, vel negatiuē decidantur ponam etiam decisiones. In quarta igitur particula primi temporis format istas quæstiones. Prima, an possit appellari a tali banno dato ratione cōtumacię; & post multa argumenta pro, & contra; decidit, q̄ sic. Quod t̄net etiam Ang. de Aret. in tractatu suo maleficiorum in fine tractatus, super gl. præfate Caio, & appellante.

pellante. in princ. Secunda, posteo, quod liceat appellare, cui incumbat onus probandi, an inquirēti, an ipsi qui habetur pro confesso, & decidit, q̄ iudici vel accusatori, si sumus in accusatione; nisi iudex ante diffinitiuā interlocutoriē pronuntiasset eum haberi pro confesso, quo casu ideam si non poterat ab interlocutoria ex forma statuti appellare, aliās secus; vide ibi. Tertia, an pendente tpe ad appellandum, intelligatur sic bannitus, taliter bānitus, q̄ in eo locum habeant statuta de bānitis loquentia, & determinat, quod non, quo ad effectus requirentis hominis factum, vt est offendere. Secus in effectibus iuris non requirentis hominis mislerium, quę opinio fundatur super opinio. Bar. in l. qui vltimo. ff. de p̄mis. Sed cōtrarium tenet quidam solemniss. Doctor Mo dernus in l. 1. ff. nil in noua appel. pen. in glo. 1. vide per eos, quia nō intendo insistere. Quarta, an possit dici bannitus appellatione interposita pendente. Quinta quid iuris pendente causa nullitatis. Sexta, quid iuris pendente causa restitutionis in integrum per viam iustitię. Septima, quid iuris pendente causa supplicationis. Octaua, quid iuris si nondū est bānitus, sed notorium est eum commisisse crimen. Nonna, quid si statuto cauēt, q̄ certo modo delinquens, ipso facto bānitus intelligatur. In prima autem parte secundi tēporis secundum ordinem præfati Doc. in quo secūdo tempore tractantur ea, quæ occurrūt post perfectum bānum, ipso banno durante. Et in prima parte tractatur de his, quæ bāniti in se ipsis patiunt, & agant cum suis appēditijs, & ibi in materia prædicta vide per ordinem. 80. quæst. Deinde in secunda parte secundi temporis tractat de his, quæ per alios sunt in præiudicium bānitorum per 60. quæst. Deinde in tertia parte secundi tēporis latē tractat de his, quæ fiunt in eorum fauorem. p. 85. quæstio. Tadem verō idē præfatus Doc. in tertio, & vltimo tpe tractat in prima ipsius tēporis de contingentibus post finitum bānum, aliter quā per mortem p. 23. quæstiones. In secunda verō parte p̄dicti vltimi tēporis tractat, de occurrentibus post mortem banniti per 16. quæstiones. quæ omnes quæstio. videre poteris 947 in præfato opere. ¶ Septuagesimo quinto quæro t̄pone, citatus comparet, quid debet facere iudex? Sol. Dicit hic Io. And. in glo. 1. in verf. si verō infamatus, q̄ superior debet dicere subdito, ego intēdo contra te inquirere super tale crimine, super quo es infamatus; & si subdit⁹ cōfiteretur vtrunq; scilicet; crimen, & infamiam procedit superior ad penā criminis; sed mitius punit propter confessionem. §. de elec. c. innotuit. Si verō negat vtrunq; scilicet; crimen, & infamiam, vel solam infamiam, si notoria est infamia potest procedere ad inquisitionem veritatis, non laborando tūc circa inquisitionem fame. §. eod. tit. c. euidentia. licet tutius sit aliquos testes ad 948 cautelam recipere; tum quia t̄ facile dictum vnus sequit̄ multitudo, vt. j. de purg. can. c. cum in iuuentute. §. 1. tum quia requiritur, q̄ infamatus sit apud bonos, & graues, vt sepius dictum est; tum quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt. Ergo ad cautelā recipiat testes. §. de elect. c. bonæ, aliās si appellaret̄ in periculo esset processus, cum sit necessē coram superiore probari infamiam negatam, vt dixi supra artic. 10. verf. 42. quæro. Sed si subditus confite-

 1017 cē. ¶ Vterius quæro, vtrum confessus de maleficio semel, sit necesse, quod iterum confiteatur? Dicit glo. q. sic, in l. i. ff. de custo. reo. & l. si quis in ea. C. eo. tit. & ibi glo. & Franc. Accur. etiam hoc tenebat. Facit l. i. §. diuus Seuerus. ff. de quæst. ibi, pro exploratis, facinoribus haberi non oportere, & ibi glo. ad quod etiam allegat. §. si quis vltro. ea. lege. Facit etiam. §. quæstioni. & tenuit etiam Vber. de Bobio, vt refert Spe. in tit. de confess. §. i. vers. & hæc in ciuili. & reperio tenuisse Alber. Papien. Sed Azo in summa. C. de confess. dicit, quod aut quis confitetur crimen sponte; & sufficit vna confessio. Aut confitetur metu tormentorum, & requiritur, quod perseueret in confessione, hoc probatur in l. si confessus. ff. de custo. reo. p. batur etiam. ff. de quæst. l. i. §. quæstioni. & §. si quis vltro. Ita etiam sentit Cyn. in l. si quis in ea. C. de custo. reo. & ita tenet Guido de Suza. & Odof. & ita feruat consuetudo secundum Bar. & fuit opin. Roge. antiqui glossator. quam ponit glo. in d. §. diuus Seuerus. & tenet p. D. m. & Io. de Imo. in c. ex tenore. s. de testib. vbi dicunt, quod cautela est; quod neget delictum; & quod si verum est se fecisse, dicat, quod fecit ad sui defensionem, quam cautelam etiam ponit glo. in d. c. exceptionem. & videt etiam aliquod circa prædictam materiam per Bal. in repeti. l. cum mulier. ff. solu. matrim. & quod traditur per Io. And. in c. i. s. de confessio. & per Io. de Imo. in d. l. de  
 1019 cem. ¶ Materiam autem licitæ defensionis, quando, & qualiter liceat, vide latè per Bar. Cyn. & Bal. in l. i. C. vnde vi. & per Docto. in l. vt vim. ff. de iur. sti. & iur. per. D. m. in c. clerici arma. de vita, & honesta. cleric. tetigi in c. significasti. 2. de homici. & in c. ad audiendam. in quarto membro septimi principali artic. a quæst. 14. vsq; ad 25. Si autem inquisitus confitetur factum, & negat qualitatem, & non probetur qualitas intentata, an possit sequi condēnatio? Bar. in d. l. eum qui. in prin. ff. de iure iur. & in l. senatus. C. de accus. tenet, quod sic. Sed tu dic de hoc, vt dicam. §. in 14. princ. artic. Et ex prædictis potest colligi, an, & quando partim negans, & partim confitens, gaudeat privilegio statuti concedentis beneficium confitenti, & imponentis penam neganti, de qua latè traditur per Bar. in dicta disputatione, quæ incipit, per Italiam. vbi dicit, quod si negatio est circa locum, vel tempus habetur pro negante, & augetur pena, quia illa ponunt aliud factum, vt dictum est. Quandoq; verò quis negat aliquam qualitatem, quæ diuersificat factum; & tunc si statum simpliciter disponit in penam negantis, vt puta; vt qui negauit puniatur in quarto plus; & in hoc  
 1018 timo, inquisitus comparet, & respondens inquisitioni partem negat, & partem confitetur, vel confitetur factum, negat tamen aliquam qualitatem; quæritur, quid iuris de isto respondente? Sol. Bar. tractauit hæc questionem in l. eum qui. in prin. ff. de iure iuran. & in sua disputatione, quæ incipit, per Italiam. vbi in effectu distinguit, quod aut confitetur factum, & negat qualitatem, per quam facti substantia alteratur, vt puta; si inquisitio sit, quod delictum commisit de vno mense, & reus confitetur delictum; sed dicit se in alio mense, vel in alio loco commisisse, & hoc casu dicitur totam inquisitionem negare, per l.

denuntiasse. §. qui tamen. ff. de adult. & idem dicit, si negaretur aliqua qualitas, per quam condēnatio minueretur; vt puta, quod esset officialis, vel de numero referutorum, secundum ea, quæ dicta fuerunt supra. q. 84. Facit quod not. glo. Infit. de actio. §. item mixta. Si verò reus confiteretur delictum, sed diceret se fecisse ad sui defensionem, cum hoc sit de genere prohibitorum, secundum ea, quæ dixi in c. i. s. de præsumpt. & in l. i. C. de sca. & sic contrarium præsumatur; sequitur, quod iudex potest diuidere dictam confessionem, acceptando delictum, & delicti perperationem, & reprobando quod ad sui defensionem; & sic inquisitus tenebitur probare, quod ad sui defensionem fecerit, ita dicit Bar. in d. l. eum qui. in prin. & in l. Aurelius. §. idem quæst. ff. de libe. lega. & hoc videtur esse clarum, quando responsio esset facta sub duplici oratione. Exemplum, dico, quod interfeci T. sed ad mei defensionem. Sed si vnicò contextu confiteretur; vt puta, dico quod interfeci T. ad mei defensionem. Bald. in l. nō codicillum. C. de codicil. & l. i. C. de confess. & Bartho. de Salice. in l. eum qui duas. C. de adult. videntur velle, quod iudex non potest talem confessionem diuidere, & videtur sentire Bar. in l. decem. ff. de verb. obliga. Contrarium tamen videtur sentire. Io. And. in c. ex parte. 1. §. de verb. signifi. & in c. i. de offic. deleg. lib. 6. & tota difficultas videtur dependere ab his, quæ tradit Bar. in d. §. idem quæst. & ab his, quæ traduntur in c. exceptionem. de reg. iur. lib. 6. & in l. si quidem. C. de exceptio. & in c. dudum. 2. & in c. venerabile. de elect. & quod tradit Spec. in tit. de deposi. §. decem. vers. penul. de quo etiam vide per Bal. in l. i. C. de fur. & p. D. m. & Io. de Imo. in c. ex tenore. s. de testib. vbi dicunt, quod cautela est; quod neget delictum; & quod si verum est se fecisse, dicat, quod fecit ad sui defensionem, quam cautelam etiam ponit glo. in d. c. exceptionem. & videt etiam aliquod circa prædictam materiam per Bal. in repeti. l. cum mulier. ff. solu. matrim. & quod traditur per Io. And. in c. i. s. de confessio. & per Io. de Imo. in d. l. de  
 1020 tis potest colligi, an, & quando partim negans, & partim confitens, gaudeat privilegio statuti concedentis beneficium confitenti, & imponentis penam neganti, de qua latè traditur per Bar. in dicta disputatione, quæ incipit, per Italiam. vbi dicit, quod si negatio est circa locum, vel tempus habetur pro negante, & augetur pena, quia illa ponunt aliud factum, vt dictum est. Quandoq; verò quis negat aliquam qualitatem, quæ diuersificat factum; & tunc si statum simpliciter disponit in penam negantis, vt puta; vt qui negauit puniatur in quarto plus; & in hoc  
 confi-

consideranda sunt duo fundamēta. Primum, quia si statutum imponeret penam mentienti, si negans haberet aliquam iustam ignorantiam non puniretur; 1021 quia, vt vbi nō est culpa, ibi nō est pena. C. de pen. l. fancimus. de verb. sig. l. aliud est. in prin. & in c. i. de reg. iur. lib. 6. Secundum fundamentum est, quod negans punitur, quādo grauat aduersarium onere p. bandi, ita quod si non grauat, non punitur negans. ff. de iure iuran. in l. i. eum qui. in prin. ad leg. Aquil. in l. 2. & ibi not. Ex quibus sequitur, quod si ille qui confitetur, negat aliquam qualitatem, vel circumstantiā, per quam non grauat aduersarium; vt quia dixit se nō dolo percussisse, vel ad sui defensionem, vel simi. & illo casu non punitur vt negans, cum aduersarius per confessionem habeat intentionem suam. Si verò oportet aduersarium probare; vt puta, negat remansuram cicatricem, vel membrum debilitatum, etiam non punitur vt negans; quia cum nō sit in culpa, non debet puniri, probatur. ff. de interro. act. l. de atate. §. interdum. & seq. & est casus. ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. cum l. seq. & glo. Infit. de actio. §. item mixta. Si verò non potest probabiliter ignorare; vt quia pendet ex facto suo, vel est publicè notorium, vel simi. & si negatur qualitas, vel circumstantia, qua cessante, delictum non esset delictum saltè punibile, & punitur vt negans. Ita etiam loquitur glo. in d. §. item mixta. Facit l. Iulianus. §. i. ff. de verbo. oblig. & l. etiam. ff. de solu. & l. quoties. ff. qui fatid. cog. de vi bon. rapt. l. prætor. §. doli mali. ff. de adult. l. denuntiasse. §. quid tamen de verbo. obliga. l. i. §. si quis simpliciter. Si verò ex qualitate negata, pena minuetur, & punietur vt negans; non tamen pro qualitate negata; sed punietur pro maleficio simpliciter, vt confessus, quādo factum punitur vt separatim a qualitate, & qualitas a facto, vt l. eum qui. §. pen. de iure iur. cum simi. Sed si non est diuisa pena facti, & qualitatis; quia confessus punitur pena pecuniaria, negans corporali; & punitur, vt negans, de statu lib. l. si duo. §. i. Facit l. in executione. §. secūda ad opus. de verb. obl. & idem, quasi in effectu vult Bal. in c. i. §. porro. quæ fuit prima causa bene. amit. vbi dicit, quod aut negatio qualitatis habet alterare secundum plus, & minus; & tunc respectu qualitatis, habet p. negante; sed respectu fortis, habetur pro confitente, ita quod p. portionaliter pena accedit qualitati, & fortis; licet alibi hæc consideratio videatur reprobari, in l. si. ff. de eo quod cer. lo. Si verò alteratio non est respectu plus, & minus; sed conclusio totius pænæ, & tunc habetur in totum pro negante, vt d. l. denuntiasse. §. quæ tamen. & ibi Bar. in l. prætor. §. doli mali. ff. vi bono rapt. & pro dicta conclusione facit singularis conclusio, quam ponit Bar. in d. l. eum qui. quæ est, quod vbiq; agens, vel accusans, vel inquisrens innititur responsioni aduersarij, vel inquisiti, sicuti partem assumit pro se ad probandum intentionem suam, ita debet assumere contra se ad indulgendum beneficium statuti, seu iuris. Aduertendū tamen; quia in omnibus casibus, in quibus dictum est negantem puniri, vt negantē, habet locum si aduersarius plenè probauit intentionem; sed si non p. basset plenè, sed taliter, quod positus ad torturam confiteretur; secus esset, per not. in l. eum qui. in prin. de iure iur. & C. ad leg. Aquil. l. contra negantem. & ita

debet intelligi dictū Bal. in d. c. i. §. porro. quæ fuit prima cau. benefi. amit. qui dicit, quod non consequitur præmium confitenti, per l. 2. §. si matri. ff. ad Tertullia. Non tamen iniungitur pœna negantis; quia in negatione non perseuerauit. Si verò statutum constitueret præmium confitenti, tunc indistinctè negans qualitatem, punietur sine aliquo beneficio confessionis, vt l. etiam si partis. de lega. i. de annu. leg. l. nemo. in prin. de manu. testa. l. si ita sit scriptum. & l. qui filium. §. si. ff. ad leg. Falc. l. beneficio. Volunt  
 1022 enim illæ leges, quod si alicui conceditur beneficiū propter aliquid, nō habet locum, nisi id totum adimpleat, nec deficiat in aliqua qualitate; nec distinguitur, an grauet aduersarium, vel nō; & an probabiliter ignorauerit, vel non; vide latius per Bar. in d. quæst. quæ incipit, per Italiam. Est tamen aduertendum circa prædicta, quod si minor negauit, potest reuocare, & fateri; & posito etiam, quod probatum esset aduersus negationem, potest petere in integrum restitutionem, secundum ea, quæ dixi, s. q. 86. ¶ Octuagesimo  
 1023 octauo quæro, Pone. inquisitus respondens inquisitioni, respondit se non culpabilem; an hæc responsio sit admittenda? Sol. Bal. in auth. contra qui propriam. C. de non nume. pecu. quasi in. si. dicit, quod discretus iudex non debet hanc responsionem admittere; quia talis responsio est iuris, nō facti; & est obscura, quia crimen innocentia non declarat. Nam  
 1024 quis potest dici innocens multis modis, vel quia non fecit, vel quia si fecit facere licuit; & ideo talis responsio est æquiuoca, & non instruit iudicem; & ideo nō tenetur illam admittere, vt etiam not. Bar. in l. i. §. accusatus. ff. ad senatus cons. Turpil. si tamen iudex illam admitteret, valeret processus, & litis cōtestatio tanquam generalis, nec dicitur, ppter hoc reus contumax in respondendo; & idē tenet Gand. in tracta. de malefic. sub rub. de defensione a reo facienda. ¶ Octuagesimonono quæro, quid si inquisitus comparet, & negat, per verbum, nō credo; vel confitetur per verbum credo, an admittat? Sol. Bar. in l. Marcellus. ff. rerum amot. dicit, quod non; sed debet respondere de veritate, vt in linter oēs. §. rectè. ff. de fur. & adde quæ dixi, s. q. 75. ¶ Nonagesimo  
 1026 gesimo quæro, inquisitus comparet, & simpliciter negat, quid debeat facere iudex? Sol. iudices hodie ex communi practica, & consuetudine faciunt sibi dari a reo inquisito potestatem procedēdi vsq; ad sententiam diffinitiuam inclusiuè singulis diebus, & horis, eo absente citato, & non citato, &c. Et est aduertendum; quod vtilis est hæc cautela; quia si hæc licentia non esset concessa; iudex non posset sine debitis citationibus procedere, quia si nō potest in ciuilibus, vt in clē. pastoralis. de re iudi. & in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. Multominus debet licere in causis criminalibus, in quibus maius periculum vertitur, arg. c. vbi periculum. de elect. lib. 6. & de hac licentia vide per Bar. & Io. de Imo. & l. is qui reus. ff. de pub. iud. vers. quæro quare. s. vbi vult, quod iudex in accusatione potest facere dari sibi dictam licentiam, tam ab accusatore, quā ab accusato, de quo etiam tradit Bar. in l. pen. eo. tit. Si ergo potest in accusatione, fortius in inquisitione, & tenet talis concessio licentiæ, arg. l. si. §. si. C. de tēpo. appel. not. Bal. in l. vt perfectius. C. par. j T ij de an-





Aduerte tamē; quia reperi Ang. in. l. si quis reum. ff. de cust. reo. qui dicit, qd si fideiusor promisit presentare toties, quoties, &c. qd non liberatur per primam presentationem, sed per secundam, per. l. fideicommissa. §. si quis alicui decem. ff. de leg. 3. & l. veluti. §. hanc vxor. ff. de eden. quae videtur innuere, qd etiā p secundam presentationem non liberatur. Respōdet tamē Ang. qd idē ibi intelligitur totiēns, quotiens opus est; quia per reiteratam editionem nō inducitur nouum grauamen. Sed in pposito propter reiteratam presentationem semper inducitur nouum grauamē; idēō liberatur per secundam, per. d. §. si quis alicui decem. Sed dicit D. Nel. de S. Gemin. in tracta. bannito. qd credit hoc procedere, quando fideiusor de representando totiēns, quotiens, &c. interuenisset post sententiā; sed si hoc promississet ante latam sententiā; tunc secus; quia dicta verba impingunt totiēns, quotiens opus erit; quia sic est de natura iudicij, & sic debent intelligi, per. l. si vno. ff. loca. & l. si stipulatus. ff. de vsur. & l. damni infecti quidā in prin. ff. de dam. infe. cum sim. & idēō semper vsq; ad sententiam tenetur, sed post suam semper facta presentatione etiam vna, vel eo semel capto, fideiusor amplius non tenetur per iura alleg. §. per Io. And. in dicta addit. Nec obstant illa verba, totiēns, quotiens, 1036 quia intelligitur vt dictum est; & quia vrbūm placuerit intelligitur sū arbitrium boni viri, vt. l. Thais. §. sorore. ff. de fideic. lib. qui nunq; arbitratur ex culpa, siue negligentia velle fideiusorem praegrare, per. l. fancimus. C. de pen. quae decisio satis placet, qm satis est aequa. Ad fugiēdas tñ opin. consulo, qd iudex sibi pvideat in receptione fideiusoris, in omnē causam, verbis expressis, & clarē hoc impor- 1037 tantibus. Sed pone, qd fideiusor promisit sistere inquisitum ad voluntatem iudicis sub certa pena, qd tandem per illum iudicem fuit captus, & manus ei⁹ aufugit; queritur an teneatur ad petitionem iudicis illum presentare? Odof. in. l. sed & si quis. ff. si qs cau. vt refert Io. And. in addi. Spe. in tit. de accus. §. seqt. ver. item quero ecce. distinguit, qd aut fuit captus ex crimē, seu causa, p qua ille fideiusit, & non tenetur; secus si pp aliud maleficium. Subdit tñ, qd si fideiusor hoc casu venit coram iudice, dum ille erat capt⁹ & protestatus fuit, qd illum habebat pro presentato, & se ex pmissione amplius nolle teneri; qd tñ est, licet ille postea fugiat; quia ptestatio prodest. ff. de neg. ge. l. Nefennius. C. de epi. & cler. auth. si captiui. de qua satis extra de constitu. c. cum. M. Sed pone, 1038 qd fideiusor promisit inquisitum sistere sub certa pena, certa die, vel soluere condemnationem. Contingit, qd intra illam diem accusatus bannit⁹ est, ppter istud maleficium, quia se non presentabat. Die vero elapsa, fideiusor conuenit, quia eum non representauit, queritur, an fideiusor habeat hanc exceptionem, qd non pōt presentare, quia bannitus? Odof. vt refert Io. And. in. l. sed & si quis. ff. si quis cau. formabat quaestionem etiam generalem de bannito, interim ppter aliud maleficium. Sed Spe. refringit ad bannitum propter idem maleficium, in tit. de accus. §. sequitur. vers. itē queritur ecce. & allegat multa, & tandem concludit, qd non; & ibi etiam. Io. And. in addi. quia non stat p fideiusorem, sed p iudicē quo minus sisti possit. Aduerte tñ; quia si aliquis simpli-

citer fideiuberet post condemnationem, cum nō videatur fideiubere de presentando, sed de soluēdo, sine dubio, tunc per casum supueniētem in personā condemnati fideiusor eximetur ab obligatione, vt. l. si vero. in prin. ff. qui satisd. cog. qd principium sic intelligi debet sū D. Nel. de S. Gem. ibi in tract. bannito. j. par. ij. temporis. q. 14. Sed iuxta praedicta queritur, 1039 qd si inquisitus dedit fideiusorem de soluendo oēm condemnationē, & bannitus fuit in mille, an mortuo bannito possint fideiusores conueniri? & vtrū qd non, quia liberato principali liberat fideiusor. l. fideiusor. in prin. ff. de fideius. & l. Modestinus. cū ibi non. ff. de fideius. Cōtrarium tenet D. Nel. in tract. bannito. in vlt. par. q. 6. qd iste fideiusor tenet ex sua obligatione, qd vna cū bāno mandat executio ni contra fideiusorē, p Jac. & Guil. in. l. 2. ff. qd satisd. cog. & idēō licet bannitus moriatur, nō tñ contingit liberatio; & idēō remanet fideiusoris obligatio. ff. de fideius. l. Vranus. §. sed cū duo. & l. vbi cūq; eo. tit. qd lex sic pōt exēplificari; & hoc pcedit sū eum, siue bannit⁹ habeat hīdes, siue nō; cū. n. moriat⁹ post pfectā obligationē fideiusoris, obligatio non extinguitur, vt. l. sine herede. in prin. ff. de admi. tuto. licet secus sit, qd sine herede ante purificatā obligationē decedit, vt. l. post qd. in prin. ff. vt leg. no. ca. in cuius. l. intellectus. Bay. variat, vt patet ex his, qd dicit in. d. l. sine herede. & l. 1. §. idē Pomponius. ff. de poss. vbi bo. glo. de quo ibi, quia non est materia nra. pōt ergō fideiusor exigi, non obstante morte banniti; dicit tñ Albe. de Rosa. in tract. bannit. q. 64. in. 4. par. referēs Gandinum. qd cauti iudices anteq; procedāt ad dationem hanni, faciunt requiri fideiusorem, qd representet principalē, qd si non facit, eum condēnat; vt traditur in. l. si quis reum. ff. de cust. reo. & §. lat⁹ dictum est. Sed qd si fideiusor non pōt ingitū in iudicio exhibere, vult tñ eum defendere, & iudicium in se suscipere, vel vult ad illum inueniendum inducias habere, qd omnia vtrū cōcedi fideiusoribus in causa ciuili, vt. l. fancimus. C. de fideiusor. an hoc sit ei concedendum? Spe. in tit. de accus. §. sequit. vers. porrō si cōtormax. ibi, sed quid si fideiusor. vbi dicit, qd primo casu non est audiēdus, in secundo casu dicit, qd admittitur, vt darentur induciae; vide ibi p eum. Sed qro, qd an talis fideiusor teneat ad duplū, vel ad quadruplū, vel plus, ad qd venit condēnand⁹ ex forma statuti, si non soluit intra. x. dies? Sol. dic. qd non, quia talis non est pena delicti; sed more postea commissā in soluendo; & idē si pp negationem veniret in plus puniendus, dummodo fideiusisset ante negationem; quia est poena negationis, in qua nō intercessit fideiusor, vt pbat in. l. ff. de fideius. & l. 1. & ibi Bar. ff. de in lit. iur. Bar. in. l. 1. C. de vsur. fisco. lib. x. & iō. cautela est, ad hoc vt teneat, qd talis si deiubeat, non tñ p pena delicti, sed & p pena, pro 1042 cessus, vt dicit Bar. in. d. l. in si. Sed qro, qd quid si est tale crimē, pp qd veniat poena pecuniaria, ita qd re⁹ veniat fideiusoribus relaxandus, tñ iudex non vult illū fideiusoribus idoneis relaxare, sed ipsum tenet in carcere, an possit cōtra iudicē agi? Sol. dicit Bar. qd contra talē pōt agi actione iniuriarū, ita dicit in l. si verō. §. 1. ff. qd satisd. cog. tenet. D. m. in. c. 3. de ma. & obe. & ad praedicta vide Odof. & Bar. in. l. neq; impuberes. §. 1. ff. de in ius vo. & Bal. in. l. si. §. si p̄fara. C. de iure

1043 iure delib. ¶ Item quero, pone, qd inquisitus dicit iudici, do vobis huiusmodi fideiusores, qd ad vestri requisitionem presentabunt me de die in diem sub tali poena. Illi erant praesentes, & nihil dixerunt; & fuerunt scripto in libro curiae. Queritur, an praedicti sint obligati, vt fideiusores? Bar. vt velle, qd sic, in. l. cum ostendimus. §. si. ff. de fideius. tut. per illum tex. & sequitur Ang. de Are. in. d. tract. maleficiorum. in vers. pro quibus. Sed in contrariū facit, quia fideiusor non obligatur nisi verbis, vt in. l. blanditius. C. de fideius. & mand. & in. l. stipulationum alia. §. satis acceptio. ff. de verb. oblig. Guil. tamen, & Old. tenuerunt primam sententiam per d. §. si. Sed Iac. de Raue. tenet contrariā sententiam per. d. l. blanditius. & sentit etiam ibi Bar. Ad. §. si. rñd. qd loquitur in casu speciali. videlicet, in stipulatione rem pupilli saluam fo 1044 re, in qua etiam pupillus si fari potest, stipulat, qd tñ regulariter stipulari non potest, vt in. l. 1. in prin. & in. l. mulier. ff. de verb. obl. Pet. de Ancha, in clē. 1. de procu. vno anno tenuit vnam opin. & alio aliam. Io. de Imo. ibi dicit, qd vtraque opin. potest saluari; quia aut praedicti interuenerunt pro maleficio ad publicam vtilitatem, & procedat prima opin. quoniam 1045 niam Respub. equiparatur pupillo, vt in. l. Rempublica. C. de re. pub. vnde idem iuris esset in ipsa, quod in pupillo. Si verō interuenerunt ad priuatam vtilitatem, procedat secunda opin. Sed aduerte; quia ad hoc vt procedat primum membrum, oportet dicere, qd equiparatur pupillo stipulanti rem saluam fore; quasi hac stipulatio sit similis Rempub. saluā fore; alia non procederet argm. Vide quod dixi in 1046 d. clem. 1. Item quero, pone, qd inquisitus est absolutus, postea inde ad annum fit statutum, qd non obstat quacunq; absolute, possint reuideri processus praeteriti, quo factio talis fuit condemnatus, an fideiusor teneatur? Sol. dic. qd non; & dicit Bar. qd ita fuit de facto obseruatum, per. l. si. ff. de pact. quia ius liberationis quaestio fideiusori pp absolute riam, non potuit postea tolli per statutum. Consulo igitur, qd quando iudex incipit de nouo reuiderē, qd 1047 de nouo recipiat fideiusores. Si verō p̄na est corporalis, vel corporis afflictiua, tunc non est relaxandus fideiusoribus, quinimodō, sū criminis grauitatem, est in vincula comunis conijciendus, vt. l. 2. in princ. & l. 1. ff. de custo. reo. & idem dicendum est, si esset poena pecuniaria, quae possit effici corporis afflictiua, per defectum non solutionis pecuniae, sū not. p Bar. in. l. 2. ff. de pub. iud. & l. 1. ff. de cust. reo. & ea quae dixi in. c. veniens. in quaestionibus allegatis. §. in princ. huius. q. Vel si esset alternatiua, respiciens poenam pecuniariam, vel corporis afflictiuam, sū ea quae dixi in dictis qq. & in. c. sicut iudai. J. de iudae. Aduerte tamen, qd si talis vult relaxari fideiusoribus, quādo in defectum pecuniae venit imponenda poena corporalis, vt soluat pecuniam sūco transferendo in eum dominium, & sic soluendo in quantitate, non deponendo in specie; sicut in simili dicimus in admittendo procuratorē in casu praedicto, de quo dic. vt dixi latius in. d. c. veniens. in secūdo mēbro prin. prime. q. prin. vers. vtrum aut hoc ca 1048 su. Item aduerte circa praedicta, qd licet inquisitus liberetur qnq; a vinculis, prestando fideiusores, p l. 2. & 3. ff. de cust. reo. & per gl. in. l. 1. C. eo. si tamen

semel aufugit, vel fidem fregerit, non liberatur praestando fideiusores, gl. est singularis, quae dicitur nō esse alibi in. l. lege. in verbo, in vinculis. ff. ad senatus 1049 cons. Silla. Patet igitur ex praedictis, qd quādo poena venit imponēda corporis afflictiua, qd iudex dēt esse cautus, vt ipsum confessum tradat militi socio, vt ipsum detineat in carcerib⁹, & carceret, & in vincula conijciat, si sit expediens propter criminis grauitatem, & ipsum cōmendet pro gre, & persona sub periculo ipsius militis; & eodē modo postea faciat miles custodibus carcerū, quibus etiam iudex ipse potest commendare retinendum, & custodiendum sub periculo ipsorum, qui ad hoc tenentur, & ex forma statutorum, & etiam de iure cōi, vt probatur. C. & ff. de custo. & exhi. reo. per totum. Facit etiam qd not. in auth. si quis ei. C. ad leg. Iul. de adul. p quem 1050 tex. dicit Bal. ibi, not. qd si similes Potestatis cepit aliquem malefactorē in aliquo castro, vel villa; nec videt cū suis famulis posse securē eum ducere, pōt illum cōmendare officiali illius loci, vt carceret, & in vincula ponat super periculo suo, donec veniat p 1051 eo. Et aduerte, qd si talis carceratus laqueo se suspendit, aut gladio interemit non tenetur iudex, vt est tex. & ibi gl. in. l. quemadmodum. §. magistrat⁹. ff. ad. l. Aquil. Si tamen ignoraretur quomodo mortuus esset, esset suspicio contra custodes, qui et vtrū teneri de mala custodia. Circa qd vide glo. & qd ibi traditur in. l. cum res. §. sed si res. ff. de lega. 2. Quales autem debeant esse carceres, qualia vincula, quales custodes, qualiter custodire, & de similibus quaestionibus carcerum, etsi posset hoc adaptari, tamē quia non est principalis materia nostra; idēō illam omitto, & aliā dabitur dicendi locus. ¶ Nonagesimo secundo 1052 cundo quero, his peractis, qd quid debeat facere iudex? Sol. dic. qd debet, vt. §. tetigi in. q. 77. assignare congruum terminum ipsi inquisito ad omnem suā defensionem faciēdam, & hunc terminum debet assignare, siue inquisitus simpliciter confiteat⁹, & in totum, siue partem neget, & partē confiteat⁹, siue totū neget, & hac termini assignatio cōiter prouidetur ex forma statutorum, quae seruanda est; & est etiam de iure cōi, vt in. l. vnus. §. cognituum. ff. de quaest. Aduerte tamen, qd licet talis terminus non assignaretur; posset tamen inquisitus suas defensiones face re. Vide not. p Bar. in. l. in crimine. ff. de adult. & in extrauag. ad reprimen. super ver. sine figura. & ratio 1053 est, quia defensio est de iure naturali, vt in clē. pa 1054 storialis. de re iudi. Sed quero circa praedicta, qd an reus possit renuntiare huic termino defensorio? Sol. Bar. in. l. custodias. in. si. ff. de pub. iudi. & in. l. quidā sunt. ff. de penis. & in. l. non tantum. ff. de appell. videtur velle, qd non possit renuntiare, pro quo dicto est glo. notab. in. l. pactum inter heredem. ff. de pact. 1055 quae vult, qd non valet renuntiatio, per quam quis perderet vitam, vel statū, & probatur in. l. 1. 2. & 3. ff. de lib. cau. & quod not. Simon de Bursa. in clē. 2. de re iudi. vbi dicit, qd quis non potest renuntiare defensionibus tangentibus personam. Quidam tñ voluerunt, qd talis renuntiatio nō possit fieri quo ad praedictum tertij; & ita loquatur. l. non tñ. Sed quo ad praedictum sui ipsius, benē possit renuntiare. Alij verō dicunt, qd opinio Bar. procedat quādo simpliciter renuntiare. Sed si talis inquisitus sciens se par. j. T iij non

nō habere aliquam defensionem; sic renunciaret, vi delicti, talis inquisitus spontē, & ex certa scientia, sciens se carere omni spe defensionis, renuntiauit cuilibet termino sibi statuendo, tam ex forma iuris communis, quam statutorum, valeret talis renuntia- tio, quod perpetuū notabis tu iudex maleficiorum. Ad quod vide Ang. & Io. de Imo. in d. l. custodias. Bal. tamen in l. i. C. qui accu. non poss. versic. super quinto dicit, q̄ legitimā defensionem, per quam fun- ditus extingueretur crimen, non potest renunciari, vt not. in d. l. p̄sum inter haredem. Sed defensionibus, quæ sunt de apicibus iuris, vel statutorum, & non de iuregentium, potest renunciari, vt. l. si accusa- toribus. C. de accu. & ibi gl. Primum etiam dictum limitat in expressa renuntiatione: secus in tacita, & velata, quæ fit per lapsum termini, per quem lapsum tacite videtur renunciari, si nullam facit defensionē; & sic fortior est hæc exclusio per tempus, quam renuntiationis, vt. l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Trebel. & ratio est, quia aliās termini datio non opera- retur, q̄ esse non debet, vt in c. pastoralis. §. de excep- tio. & videtur hæc distinctio satis æqua, & notab.

1056. ¶ Sed quæro circa prædicta, ¶ quas defensiones pos- sit facere dictus inquisitus? Sol. dic. de exceptionib⁹ dilatorijs, prout dixi. §. q. 77. q̄ inter alias facere po- test reuocationem confensionis, si fuerit facta in totum, siue in partem, circa quod, vide quod dixi. §. q. 85. Item potest producere instrumentū pacis, ad hoc vt pena minoretur, vel mitigetur, statuto hoc

1057 disponēte. ¶ Quid autem si produceret instrumen- tum pacis, de vulneribus tm̄, & sequuta fuit mors, an sibi proficit? vide distinctionem Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. & ibi vide, quid si statutum disponit, q̄ p̄na mitigatur si hæres fecerit pacem, an sufficiat pax facta a testatore, vbi cōcludit q̄ nō, tribus rationibus; & vide Bal. in l. 2. C. de libe. & eo. libe. vbi et vide per eum latē, & per Doct. an si statutū requirit, q̄ habeat pacem ab herede, & plu- res sunt heredes, & non habuit nisi ab vno: & vide p̄ Ang. & Io. de Imo. & max imē per D. Ludo. Pon. in l. eadem. §. Cato. ff. de verb. obli. Tangit etiā. D. Flo- rian. in l. fundum. ff. de serui. rust. prædio. & ¶ quid si statutum requirit, q̄ habeat pacem a filijs occisi, an sufficiat, q̄ habeat a spurij? Cyn. in l. quisquis. C. ad leg. Jul. ma. tenet, q̄ sic, & idem Bar. in l. 2. ff. de accu- sa. & in l. tutelae. ff. de capi. dimin. & in l. pronuntia- tio. §. familia. ff. de verb. sign. In contrarium facit;

1059 quia ¶ spurius non est nominādus filius, vt in auth. ex complexu. C. de incest. nup. & ibi Bar. nec est a pa- tre alendus, nec cū patre habet aliquod participiū de iure ciuili, vt in corpore, vnde sumitur in auth. & in auth. licet. C. de natu. libe. & in c. per venerabilē. §. qui fil. sint legit. ergo non comprehenditur a statu- to, quod est ius ciuile municipale, vt in l. omnes po- puli. de iusti. & iure. quia sic statutum non restringit- tur, vt comprehendat spurium, vt in l. lege Iulia. §. i. ff. de ritu nup. & sic statutum reciperet interpreta- tionem p̄sua de habilitate, vt. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mu. & hono. Et pro hoc etiam facit, q̄ ad haredem spectat vindicta occisi, vt in l. i. & 3. l. hæredes. ff. q̄ cuiusq; iuris, & statutum, quod dicit de filio, intelligitur de filio, qui sit, vel esse possit hæ- res, ad quem spectat vindictio mortis defuncti; &

per consequens facere pacē. Vnde posito, q̄ ex men- te dicti statuti cū loquatur de filio simpliciter, possit etiam intelligi in filio naturali tantū, & ita loquat- opin. Bar. & iura per eum allegata. Non tamen po- test intelligi de spurio. Facit q̄ not. Io. de Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. de Trebel. & ita consu- luerunt Lamb. de Rampo. & Salic. & plures alij doc. pro qua materia, quia non intendo in ea nunc insi- stere, vide quod not. gl. & Pau. in clē. i. de bap. & 35 q. 7. c. i. & Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. 47. & in tit. qui fil. sint legit. & per Ang. de Perusio conf. 74. per Pet. de Ancha. in c. in præsentia. §. de proba- tio. per D. Domi. de sancto Gemin. in c. statutū. in. fi. princ. de hæreti. lib. 6. & vide tex. qui vult, q̄ 1060 natus ex adulterio non comprehendatur appel- latione filij. 32. q. 4. c. dicat aliquis. & ¶ sufficit, q̄ pax sit habita a filijs masculis, licet femina contra- dicat. Bal. & Ang. in l. pro hæred. §. fin. ff. de acquir. 1062 hred. quia ¶ femina non leuat fãidam, vt not. gl. in §. pen. de his qui feu. dar. poss. Sed Ludo. Pont. in l. i. §. potuisse autem. ff. ad Sillan. in ver. siue cum pa- tre suo. tenet contrarium per illum tex. q̄ videtur sibi concedere vindictam mortis patris; ergo eius consensus necessarius. Facit etiam. l. i. C. de his, qui se differ. lib. x. & quod ibi ponit Ang. Mihi videtur, q̄ tex. in §. potuisse. nihil probet, quia non loquitur 1063 in filia; sed non intendo circa hæc insistere. Et ¶ vtrum pax facta per Episcopum de maledictione, & blasphematione Dei proficit? Bal. dicit, q̄ non, in l. ac- cusatore. C. qui accu. non pos. vbi vide quædam circa hanc materiam. Tu dic, vt dixi in c. 2. j. de ma- ledi. vbi etiam tetigi. An tunc debeat p̄na dimi- nui, ex eo, quia confessus fuerit sacerdoti, qui sibi 1064 imposuit p̄nitentiam. Et ¶ quid si statutum di- cit, q̄ p̄ homicidio non admittatur beneficium pa- cis, vel concordia. an admittat cū mandante? Bal. dicit, q̄ sic, in repit. l. si familia. ff. de iurisd. om. iud. 1065 Et ¶ quid si statutum permittit fieri pacem de om- nibus criminibus, excepto furto, vtrum possit fieri de robbaria? vide Bal. in l. transigere. C. de transact. dixi in c. i. de collu. in secundo casu quarti membri 1066 princ. Et ¶ vtrum in adulterio proficit beneficiū pa- cis? Bar. conf. i. 75. incip. D. Potestas, dicit, q̄ sic, per tex. C. de adult. auth. sed hodie, & in corpore vnde sumitur. vbi licet marito iniuriato per adulterium vxoris reconciliare eam sibi. Non obli. l. transigere. quæ loquitur in transactione, p̄ quā impediretur, ne p̄cedatur amplius super tali crimē; & ideo non licet, nec etiam simplici pacto. Secus in pace, per quam remittitur rancor, quæ in omni maleficio est licita, Instit. de iniur. §. fi. & ff. de pact. l. fi. & l. si tibi. §. que- dam. an autem proficit pax facta per mulierem? Bar. in d. consilio dicit, q̄ non, sed debet fieri cum mari- to. Ipse enim est, cui principaliter fit iniuria, & qui omnibus præfertur in ipsa vindicanda. ff. de adulte. l. 2. C. eod. l. quamuis adulterij. Sed cum muliere nō potest fieri, cum non possit dici iniuriata. Nec po- test accusare adulterum, quia focia criminis C. de li- ber. cau. l. si filium. i. 4. q. 4. c. nemini. & sic ab ea non requiritur remissio. arg. l. ait. prætor. de iur. delib. Præterea probationes factæ contra adulterum, non præiudicant mulieri, vt in l. denuntiaffe. §. fin. ff. de adult. Non obli. l. i. C. de rapto. virg. & in authen. de

de rapt. mulie. & quod not. per Dyn. in reg. scienti. de reg. in lib. 6. in primo contrario. quia loquuntur in muliere rapta, nō in simplici adulterio; & est ad- uertendum, q̄ nisi statutum prouideat, q̄ pax, vel re- missio iniuriæ proficit; de iure cōmuni non prodest; quia de omni crimine potest dupliciter agi ad p̄- nam applicādam parti, & ad vindictam publicam; vt. l. qui nomine. ff. de fal. & not. in l. fin. ff. de priua. delic. vnde licet pars in sui præiudicium possit iniu- riam remittere. l. pen. C. de pact. non tamen potest in præiudicium Reipub. not. glo. in l. 2. ff. ad Silla. & ibi Bar. & Bal. in l. transigere. C. de transac. Bar. post Dyn. in l. sed si vnus. §. sed si ante. ff. de iniur. Potest etiam intra istum terminum talis inquisitus propo- nere alias exceptiones, vel defensiones, per quas ap- pareat, q̄ crimen intentatū euacuatur; puta, furtum quod fecit volente domino, vel q̄ res sua erat. In ho- micidio, quod fecit ad sui defensionem, vel erat bā- nitus, vel licita, & permissa erat vindicta, vel dor- miens, vel furiosus, sed erat, aut infans; vel q̄ nō sit mor- tuus ex vulnere, sed ex mala cura. Si adulterium, q̄ illa erat meretrix, q̄ maritus, & vxor confenserunt, & ex forma statuti non ponitur; & sic de singulis p- quirendo, & considerando defensiones, quæ aduer- sus quælibet delicta possunt opponi, quæ videnda sunt in locis, & in titulis congruis, & etiam adduce- re defensionem, probando, q̄ die, vel hora perpetra- ti delicti fuit in alio loco ita distante, q̄ nō potuis- set esse in loco perpetrati delicti, tempore, quo per- petratum fuit, iuxta prædicam. l. optimā. C. de cō- trahen. E commit. stip. & eorum quæ dixi in c. super 1067 his. §. eo. ¶ Nonagesimotertio quæro, ¶ quid de- beat facere iudex, pendente isto termino dato ad defensionem. & c? Sol. dic. q̄ si reus in totum simpli- citer confessus fuit, & ipse faciat defensiones suas, de quibus statim dixi in. fi. præced. q̄ aut similes de- fensiones respectu diuersarū specierum delictorū, quas singulas prosequi nimis esset prolixum, debet iudex ne fallatur, p̄ducere testes, & alias probatio- nes, per quas supprimantur defensiones inquisiti, vt puta, q̄ non licuit illum bannitum interficere, qui erat cancellatus de banno, vt not. Bar. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. vel q̄ non erat legitimē banni- tus, & q̄ interficiens hoc sciebat; quia aliās si ignora- bat, non tenetur. l. Corne. de fisa. sed extra ordinem, vt in l. 2. §. hæc actio, ff. vi bo. rapt. tradit Bar. in l. pe- nul. ff. de adulte. vel q̄ fuit interfectus pendente ap- pellatione a banno, vel aliter pendebat lis super bā- no, vel eius validitate, seu nullitate, vt dicit Bart. in l. i. §. si seruus. ff. de acqui. pos. not. Bal. & Io. de Imo. in l. qui a latronibus. ff. de testam. & aliās similes replicationes debet perquirere, de quibus sub cō- pendio dixi. §. q. 85. Item, q̄ reus non fecit ad defen- sionem, cum potuerit aufugere, & quamuis inqui- situs debeat cōcludere, ad hoc vt videatur fecisse ad defensionem, q̄ non potuerit salua persona, aut sal- uo honore aliter aufugere, secundum ea, quæ latē traduntur in l. i. C. vnde vi. tamen ipse iudex pote- rit producere testes suos contrarios testibus inquisi- ti, vt ad inuicem attestantes confundantur, & sic re- maneat confessio simpliciter; & si etiam dicendum de alijs defensionibus; videlicet, q̄ ille erat furiosus, vel dormiens, vt producat testes in contrarium, vel

q̄ mortuus non decepsit ex vulnere, sed ex mala cura, seu custodia cum transuerint quadraginta dies, aut plures; & sic non tenetur de occiso, vt. l. qui occi- dit. in. fi. & ibi D. Floria. & l. si ex plagij. ff. ad leg. Aquil. q̄ qualiter probetur, vide quæ latē dixi in c. præbyterum. j. de homici. Nam iudex producet te- stes in contrarium, q̄ immo diligens fuit adhibita cura, & q̄ licet transuerint quadraginta dies, tamē vulnus fuit in tali loco, q̄ erat mortale propter eius magnitudinem, & profunditatem, vel aliā similem causam; sed non breui tempore mors inferebatur ex vulnere adhibita diligenti cura, arg. eorum, quæ dixi in c. præbyterum. Et est aduertendum, q̄ cau- tus iudex circa prædicta debet semp deducere qua- litates offensi, vt in casu prædicto, q̄. f. erat homo for- tis complexionis, & robustus; & ideo non ita breui tempore fuit mortuus; & si vulnus non esset graue, sed leue; ad hoc vt talis præsumat decessisset ex vul- nere, articulet, q̄ ille erat debilis, infirmus, vel val- dē debilitatus, ita q̄ ex leui vulnere p̄sumatur mor- tuus, tex. est notab. in l. qua ratione. §. si quis seruum egrotum. ff. ad leg. Aquil. & ibi tradunt Bal. & D. Flo- ria. & etiam est bonus tex. & ibi etiam tradunt præ- fati Doct. in l. ita vulneratus. in princ. eo. tit. & ple- nius per D. Floria. in l. item Mela. §. si plures. eo. tit. Ex quo sequitur, q̄ fortiter errant aduocati, qui ad defendendum homicidam articulantur, q̄ vulnera- tus erat debilis, quia talis articulus est contra inten- tionem ipsorum, quod est verum, nisi ex post facto admisceretur aliqua qualitas infirmitatis superue- niētis, qua erat solitus teneri dictus vulneratus, vel non teneri; vt doloris illorum, aut similis, secundum ea quæ dixi in d. c. præbyterum. & idem dicendum est de alijs exceptionibus, defensionibus, & replica- tionibus, secundum varias species delictorum, quæ dimittendæ sunt discretioni, & iudicio doctissimo rum aduocatorum, officialium, & iudicū, secundū varias casuum contingentias. Si verò inquisitus par- tem confessus fuit, & partem negauit, respectū eius partis quam confessus fuit, dicendum est, vt statim dixi, respectū partis quam negauit, dicendum est, vt statim dicā in seq. membro; quia idem iuris est de parte quo ad partem, & c. vt in l. q̄ de tota. ff. de rei vendica. Si verò inquisitus simpliciter negauit, ad- uertendum est ad ea, quæ iure cōmuni sunt disposita, & ad ea, quæ secundum communem practicam obseruantur, in primis ad formam statutorum, quæ vt sæpius dictum est, exacta diligentia seruanda est; secundum autem communem practicam, & obser- uantiam propter prius habita iudicia sufficientia, de quibus statim aliquid subijciam, saltem per re- missiones; si casus est talis, in quo procedi possit ad torturā, ante omnia iudex reum ponat ad torturā, & faciat ipsum confiteri; & demum postea faciat ipsum responderi inquisitioni; & si confitetur satis est, & seruanda sunt quæ supra dicta sunt. Si verò ne- gat, iterum reducet ad torturam, vt confiteatur, vel donec purgentur indicia; & quādo purgata fuerit, debet ipsum relaxare cum cautela, de qua. j. dicā. De iure autem cōmuni videtur mihi dicendum, q̄ iudex debeat ita procedere. Nā si causa est talis, in qua non sit deueniendum ad torturam, debet pro- ducere testes, qui notitiam habeat de dicto maleficio.



cio, & ipsos diligenter examinare, secundū ea, quæ statim dicam; & si probauerint clarè, & plenè, con-  
demnabit inquisitum secundum quæ iura, aut statuta  
disponunt. Si verò non plenè, aut clarè probant, il-  
1068 lum absoluet; quoniam probationes in crimini-  
bus debent esse luce clariores, vt in l. fi. C. de proba-  
1069 tio. & 2. q. 8. c. fiant. & vt in defectum pba-  
tionis possit deferri iuramentum in causis crimina-  
libus, vide per glo. & Doct. in l. in bonæ fidei. C. de  
iureiuran. & in l. admonendi. ff. eo. tit. & ibi maxi-  
mè per Moder. & per Spec. in tit. de iura. dela. §. 1.  
verf. vt autem. & latissimè per me in repet. c. fi. de iu-  
re iur. in primo membro, seu prima q. princ. & adde  
quæ statim dicam de diuersis generibus probatio-  
num. Aduerte tamè; quia etiam in causa pecuniaria  
criminali quandoq; etiam deuenitur ad torturam;  
sed non liberorum hominum, sed seruorum, vt in l.  
dinus Pius. ff. de questio. de quo dic, vt ibi. Si verò sit  
tale delictum, in quo pcedi possit ad torturam, ad  
quam perueniri potest duntaxat in capitalib; & a-  
trocioribus maleficijs, vt l. edictum. ff. de questio. ar-  
bitror; q; iudex ante omnia in quantum potest elabo-  
ret alio modo elicere à reis veritatem, quam per  
tormenta; quare producat testes, qui verisimiliter  
habent notitiam de delicto, super quo inquiritur, &  
ipsos recipiet ad iuramenta, & dicta; debita forma  
à iure, vel statutis requisita. Non n. arbitror à prin-  
cipio inchoandum esse à tortura, sed quantum po-  
test fieri elaborandum est, vt aliter habeatur veritas  
si fieri potest, per tex. in d. l. edictum. ff. de quest. ibi,  
non aliter explorari, & inuestigari possunt, quam p  
seruorum questiones, &c. Iudex autem examinans  
testes inter alia notet, in quantum hoc fieri possit in-  
ridicè, q; cum deponunt super loco, & tpe, vt scribi  
faciat hoc modo, interrogati de loco, & tēpore di-  
xerunt; loco, & tempore in inquisitione contentis.  
Si enim se non referret ad locum, & tempus cōten-  
tum in inquisitione, non esset probata intentio iu-  
dicis inquirētis, arg. l. 1. & ff. de incen. rui. & nauif.  
& ita singulariter dicit Bar. p illū tex. in l. 1. in princ.  
ff. de alea. quòd perpetuò notabis; & adde quæ dixi.  
§. in. 9. art. princ. q. 40. Et aduerte, q; omnes testes,  
qui non sunt idonei in causa ciuili, non sunt idonei  
in causa criminali. Sed non omnes testes qui sunt  
idonei in causa ciuili, sunt idonei in causa crimina-  
1070 li; verum est, q; etiam in causa criminali edictum  
est prohibitorium, sicut in causa ciuili; vnde omnes  
intelliguntur permisi, qui non reperiuntur prohi-  
1071 biti, vt l. 1. ff. de testi. Prohibiti autem reperiuntur  
minor viginti annis; & qui accusatus, vel inquisi-  
tus est de aliquo crimine, secundum quòd not. &  
traditur in l. testium. ff. de testi. circa quod vi-  
de, q; traditur ibi, & per Spe. in tit. de teste. §. oportet.  
verf. item quòd pendet accusatio. Examinati  
autem, deponentes faciunt indicium, si ex officio  
iudicis fuerunt examinati; licet secus esset, si ad pe-  
titionē accusatoris, vt tradit Guil. de Suza. & sequi-  
1072 tur D. Flor. in d. l. testium. Mulier etiā de iure ca-  
nonico non est idonea testis in causa criminali. 23.  
q. 5. c. mulierem. & ibi gl. & gl. in c. super eo. & in c.  
cum ex literis. de testi. & sic seruatur in terris subie-  
ctis ecclesiæ, vt dicit glo. in c. forus. de verb. signific.  
Sed de iure ciuili secus est, vt l. ex eo. ff. de testi. qd

seruandum est in terris impèrij; & ita dicit D. Flor.  
in d. l. ex eo. & de hac materia vide in dictis iuribus.  
& per Spe. in d. §. opponitur. in verf. item q; est mu-  
lier. Io. And. recitat, q; lac. de Are. per iura ibi alle-  
gata tenebat, q; mulier etiam de iure ciuili prohibe-  
1073 tur. Et idem dicendum de Hermaphrodito, in  
quo praualet sexus muliebris. Spe. in d. §. in verf. itē  
quòd est Hermaphroditus. Et adde, quòd dicitur  
4. q. 3. §. item in criminali, & vide. c. meminimus. §.  
eo. & ibi etiam Io. And. & quòd tradit Spe. in tit. de  
teste. §. opponitur. verf. item q; in alia causa crimi-  
1074 nali. item nec clericus in causa criminali coram  
iudice seculari. 1. q. 1. c. nullus. quòd intelligerem  
vbi tractatur de causa sanguinis. Faciūt quæ dixi in  
c. ad audientiam. j. de homici. in. 4. membro. 7. art.  
princ. q. 4. & 5. & pluribus sequē. Secus in causa crimi-  
nali pecuniaria, sicut potest etiam esse coram iu-  
dice ecclesiastico; quia coram eo non tractatur cau-  
sa sanguinis. Quiquid dicat Spe. in d. §. opponitur.  
1075 verf. itē q; est clericus. Item, quòd est laicus, qui  
non admittitur contra clericum in causa criminali.  
2. q. 8. c. laicos. & c. seq. & per totū. & c. veniēs. §. de  
testi. tradit Spec. in d. §. opponitur. verf. item q; est  
laicus. In contrarium tamen facit glo. 8. 1. distin. c.  
clerici. de quo dic, vt dixi post. D. m. in c. cum. P. §.  
1076 eod. nec particeps criminis contra focum, not.  
1077 gl. in l. filium. C. de lib. cau. j. Denuntiator tamen  
criminis non repellitur, de quo vide per Bar. in l. di-  
uus. ff. de custo. reo. & Bartho. de Salice. in repet. l. ea  
quidē. C. qui accu. non poss. & vide latius in dictis  
iuribus. & per Spe. in d. §. quia non intendō aliter ex-  
aminare, aut insistere, ne videar legere titulum de  
testi. sed quò ad propositum pro breui introductio  
1078 ne hæc sufficiant. j. Inquisitus ergò, contra quem  
pducuntur testes, debet animaduertere, an sint ido-  
nei; & si non sunt, opponat legitimas exceptiones,  
quas poterit videre in locis congruis, & maximè p  
Spec. in d. §. opponitur. & per Bar. in suo solemnī tra-  
1079 cta. de testi. vt trum autem ex pbatationibus factis  
in inquisitione generali, possit puniri repertus, &  
probatus culpabilis, absq; alijs probationibus, vide  
quòd dixi in c. ad petitionem. in secundo not. §. eo.  
& quamuis remiserim me hic dicturum, tamen o-  
mitto, quia fui nimis prolixus. Sed vltra iura ibi al-  
legata, vide per Archid. 50. distin. c. miror. & per  
Barto. & Nichol. de Matta. in l. 2. §. si publico. ff. de  
adult. & de offi. ordi. c. 1. per Io. And. & Ang. in repe-  
1080 l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. 10. vbi dicit, q; syn-  
dicator virtute generalis inquisitionis factæ contra  
Potestatem, seu officiales, & eius familiam, potest  
eum condemnare, & punire. ¶ Nonagesimo quarto  
1081 quæro, j. examinatis testibus, quid debeat facere  
iudex? Sol. dic, q; debet publicare ipsas attestatio-  
1082 nes, & testiū dicta. Sicut j. n. in ciuili, publicatio p-  
cessus est de substantia, vt not. per gl. in l. prolatam.  
C. de senten. ita etiam in criminali, arg. l. ab sentem.  
ff. de pœ. Aduerte tamen, ne erres, quia Bar. & Doc.  
communiter in d. l. prolatam. volunt, q; non sit de  
ordine substantiali; ita q; reddat sententiā nullam.  
de quo per gl. Inno. Io. And. & Io. de Imo. in c. cum  
1. & A. de re iudic. quibus publicatis, debet statuere  
terminum inquisito ad opponendum contra dicta,  
& attestaciones, cōtra quas attestaciones debet op-  
poni

poni, prout occurrit, q; sunt varij, contrarij, repu-  
gnantes, non reddunt sufficientem causam, vel p eū  
de præmeditatum sermonem, q; inimici, &c. & per  
alios modos distrahere, de quibus dixi, & remissio-  
nes dedi. §. in. q. præceden. Est enim aduertendum,  
1083 q; ad hoc vt inquisitus possit se defendere, non  
solum nomina testium, sed etiam dicta, & capitula  
eorundem sunt inquisito exhibenda, vt hic in glo. in  
ver. & nomina, & dicta, & non solum quando inquiri-  
tur contra regulares, seu contra clericos seculares, sed  
etiam cum inquiritur contra prælatos regulares.  
Hoc tenet glo. in c. pen. j. eo. Hofi. ibi tenet contra-  
rium, q; non sint exhibenda nomina, per tex. nostrū.  
quia in d. c. pen. non fit mentio de nominibus, sed  
tantum de delictis. Itē mouetur; quia exhibere no-  
mina consistit in subtilitate iuris, quæ non obserua-  
tur contra regulares, vt hic in fine. Sed contrarium  
communiter tenetur; & tenet ibi. D. m. per tex. no-  
strum, qui vult, q; ideò nomina non sunt supprimen-  
da, ne detur audacia infamandi; ergò non ex subtili-  
tate, sed ex bona æquitate; & per consequens nō o-  
mittēda, licet agatur contra prelatum regularem;  
& dic, vt ibi latius dixi. Et vide quòd dixi. §. in. 9. ar-  
tic. princ. q. 5. & visis oppositionibus, & exceptio-  
nibus oppositis, & examinatis diligenter ipsis testi-  
bus debet animaduertere, & considerare vtrum p-  
bent, vel non, & si probant clarè, & lucidè, benè qui-  
dem, si verò nō pbarent, & ipse possit habere alios  
testes, alios iterum producat, & examinet donec ve-  
1084 ritas habeatur. Quoniam j. iudici inquirenti ex me-  
ro officio suo non obstat publicatio attestacionum;  
quominus possit ad offensam, & probationem inqsi-  
tionis, & defensam etiam exceptionum nūc propo-  
sitarum testes producere, vt not. Bar. in l. 1. §. si quis  
vltrò, & in l. vnus. §. cogniturum. ff. de questio. & in  
l. 2. §. si publico. ff. de adult. & per Inno. & Io. And.  
in c. cum clamor. & Io. And. in c. fraternitatis. §. de  
testi. dixi in clē. 2. de testi. Nam vt dicit Bal. in repe-  
ri. l. data opera. C. qui accus. non poss. publicatio te-  
stium non ligat iudicem in eo, quòd ex officio fa-  
cit, allegat not. 3. q. 7. §. ecce. & idem dicit ipse in  
repe. l. in pecuniarijs. ff. de fer. in. ff. q. dixi in d. clē. 2.  
& consuluit Fede. de Senis. conf. 255. quia cessant in  
officio iudicis rationes prohibitiue; quare testes pu-  
blicatis attestacionibus non debeant produci super  
eiusdem articulis, vel directò cōtrarijs, cum ipse iu-  
dex examinans semper habeat notas examinatio-  
nes, & sic examinato vno, aut duob; nō possit alios  
examinare; & hoc etiam tenet Ang. in repet. l. si va-  
cantia. C. de bo. vac. lib. 10. dicit tamen ibi Fede. q;  
quando iudex inquireret ad petitionem alicuius, q;  
hoc casu ille talis non esset admittendus publicatis  
attestacionibus ad producendum alios testes, vel ad  
repetendum eosdem super eisdem articulis, nisi quā-  
tum ad declarationem; quia in eo videntur habere  
locum rationes prohibitiue. Et vide Inno. in c. cum  
clamor. §. de testi. qui ponit duas opin. Prima est, q;  
promotor inquisitionis possit producere testes et  
publicatis attestacionibus. Secunda est, q; non pos-  
sit, nisi velit docere de collusionē. Io. And. ibi recitat  
Hof. distinguentem, q; aut nullus promouet inqsi-  
tationem, sed solus iudex prosequitur, & potest nisi  
forsan inquisitor se suspectum reddat, malitiosè p-

rogans vt inquisitum teneat impeditum, q; præsu-  
mitur si parum, vel nihil expedit, & elongat, dila-  
tionem assignet, & de mense in mensem solum reci-  
piat vnum testē, quibus demum publicatis dicit se  
velle alios recipere, & melius veritatē inuenire, arg.  
ff. de eden. l. argentarius. §. cum. verf. sed non est ita.  
& iterum procrastinat, & publicat, & vult procede-  
re in infinitum; de malitioso igitur processu potest, &  
debet contra talem præsumi, arg. §. de præsump. c.  
nullus cum talis p̄telatio nulli proffit, & maximè in  
ecclesiasticis, vt in c. quam sit. de elec. lib. 6. & ideò  
superior inquirēs assignabit terminum, intra quem  
inquisitionem receptam expediat, quo elapso, inq-  
situm absoluit, si prius non fuerit expeditus. Ad hoc  
quòd legitur, & not. §. de appell. c. oblatæ. §. pen. de  
reli. spo. c. frequens. §. solet. lib. 6. & quòd tradit Io.  
And. in c. delicto. de appell. in glo. in verbo ineptè.  
Aut talis inquisitor promouet, & tunc, aut talis da-  
tus est à iudice ad ipsam inquisitionem tm̄ adinuā-  
dam. Aut datus est à socijs, vel ipse sua spontē illam  
promouet. Primo casu, idem dicendum, quod in  
præcedenti, quia verè loquendo, iste non est pars,  
sed quasi pars similitudinariè, quia tali non licet li-  
bellum offerre, nec litem contestari; & in istis casu-  
bus potest saluari prima opi. Inno. In secundo casu,  
quando datus est à socijs, vel ipse offert, ita q; pmo-  
uet, & prosequitur inquisitionem, vt verè pars, quo  
casu libellus offertur, & lis contestatur, de purg. ca-  
no. c. cum dilecti. de iudi. c. examinata. & sic dicit  
posse intelligi. c. veniens. & c. cum dilectus. §. eo. &  
c. prælatorum. j. eo. & hoc casu sit vera secunda opi.  
Inno. Facit quod not. Io. And. in c. cum olim. de te-  
stib. in vltima gl. Possit tamen secundum eos, etiam  
hoc casu iudex ex officio suo, si viderit expedire, ve-  
ritatē plenius inquirere, arg. c. per tuas de testi. vel  
secundum Hof. iustius, & melius est, q; absoluto in-  
quisito ab instantia inquisitionis primæ, aliam inci-  
piat de nouo, secundum ea quæ dicit Io. And. in c.  
cum dilectus. de purg. cano. in glo. in verbo. forsan.  
vel purgationē indicat, vt dicam. j. in. 16. prin. arti.  
& adde ad prædicta quæ dixi. §. in. 6. art. princ. & in  
hoc eodem artic. q. 13. & q. 80. Aduertat etiam iu-  
dex, q; eosdem testes non repetat, super eisdem ar-  
ticulis ad probandum, qd non probauerunt. Nam  
cum ipsi iurauerint, & debeant plenam dicere veri-  
tatē, si aliquid omiserunt sunt suspecti de periurio,  
& falsitate; sed ad declarandum possit repetere, sūm  
ea, quæ tradit Inno. in d. c. cum clamor. & post eum  
Io. And. dixi in d. clē. 2. de testib. Animaduertat ta-  
men iudex, vt diligētē examinet dictos testes, & vi-  
deat vtrum probēt, ante quam faciat publicationē  
processus, & si non probant, producat alios testes,  
quos poterit, donec viderit plenè probatum, quan-  
tum probare potest, & postea publicet testes; quia  
vt dicit Hof. in d. c. cum clamor. quando iudex p-  
cedit ex suo puro officio, & aliquos testes recipit, &  
eos publicat, & videt eos non plenè pbare, & alios  
examinat, reddit se suspectum, vt et dicit Fede. in  
dicto consilio. vbi etiam dicit, q; meritò possit a ta-  
li appellari, vt j. dicam. Possit tamen iudex excusa-  
ri in quantum prima fronte ipsi plenè probassent,  
& probatas, nunc apparet, q; non plenè probant: q;  
non

non est hoc casu quid imputandum iudici. Itē posset excusari, si examinationem alteri delegasset. Aduer-  
 1087 te tamen; quia de iure civili non videtur hoc pro-  
 cedere; vt in causa criminali possit delegari exami-  
 1086 natio testium; quia si causa meri, & mixti imperij  
 non possunt delegari, vt in l. i. ff. de of. eius cui man-  
 est iurisd. & de articulo nostro videt casus in auth.  
 apud eloquentissimum. & ibi glo. & Doc. C. de fide  
 instru. Facit. c. a nobis. q. mat. accu. poss. sed de iure  
 canonico qualiter procedat, t̄gitur in c. 2. de iudi.  
 lib. 6. & in c. 1. de testi. cog. & per gl. in c. super qua  
 stionum. §. si verò. dico in glo. super verbo, alij dele-  
 gare. de off. delega. & 3. q. 9. c. testes. Ego latissimē  
 dixi in clē. 1. de off. delega. Caueat tamen iudex, ne  
 conetur vltra debitum extendere fimbrias, ad hoc  
 vt testes probēt, quoniam adificaret sibi ad gehē-  
 nam, prout statim dicam in alio articulo. in q. seq. in  
 1087 fi. & est notandum, q̄ non solum ex dictis testiū;  
 sed etiam ex diuersis generib⁹ probationum; vt pu-  
 ra, ex vno teste omni exceptione maiore, & ex fa-  
 ma, & ex alijs p̄sumptionibus, & indicijs simul iun-  
 ctis poterit condemnare, vt eleganter dicit Bar. in  
 l. i. c. idem cornelio. ff. de quaestio. Sicut etiam dici-  
 mus in ciuilibus, in quib⁹ ex diuersis semiplenis p̄-  
 bationibus, etiam ex diuersorum generum sit vna  
 integra probatio, vt tradit Bar. in l. admonēdi. ff. de  
 iureiur. de quo art. dixi in repet. c. fi. de iureiur. in  
 secundo princip. artic. & membro. Tradit etiam D.  
 m. in c. 3. s. de probat. de qua etiam materia latē di-  
 xi in 9. princ. artic. q. 40. Item est aduertendum, q̄  
 non solum iudex publicatis attestacionibus ad of-  
 fensam potest novos testes producere super eisdem  
 articulis, vel antiquos repetere ad declarationem,  
 non vt de nouo aliquid addant, quia esset suspicio fal-  
 sitatis; sed etiam pars super articulis directo contra-  
 riji ad defensionem, potest testes producere, & iu-  
 dex debet admittere, tum quia iudicium nō debet  
 claudicare; tum quia defensio nullo modo est anse-  
 1088 randa inquisito vsque ad sententiam, maximē cum  
 tractetur de vita, & salute hominis, quā cunctis  
 rebus prapōnenda est, vt in l. fi. C. de sacros. eccle. &  
 quia cum sit maius periculum. cauti⁹ agendum, vt  
 in c. vbi periculum. de elec. lib. 6. & magis consulen-  
 dum, vt in l. i. §. 2. ff. de carbo. edic. & diligētius res  
 examinanda. C. de appel. l. abditos. & l. fi. C. de pro-  
 ba. & hanc opin. tenet Bar. in d. l. i. §. si quis vltro. ff.  
 de quaestio. & colligitur etiam per Doc. in iuribus. §.  
 allega. & satis placet; & licet posset dici, q̄ timen-  
 dum est magis de subornatione in hoc casu propter  
 magnum periculum, dico, q̄ iudex debet in hoc di-  
 ligēter considerare, & aduertere, qua fronte, qua tre-  
 pidatione, & c. Et si videret aliquo modo vacillare,  
 poterit ponere testes ad torturā, secundum ea, quā  
 statim dicam. Prædicta tamen de producendis testi-  
 bus publicatis attestacionibus procedunt, nisi p̄ sta-  
 tuta locorum aliter disponeretur, quā sunt seruāda  
 1089 in primis, vt sapius dictum est. Quid autem si  
 reus potest facere defensiones, & non facit, an iudex  
 1090 possit illas facere? videtur q̄ nō; quia ad priuatā  
 vtilitatem suam, vt l. 4. §. hoc autem iudicium. ff.  
 de dam. infec. In contrarium facit. l. si non defendat-  
 tur. ff. de p̄gn. quidā dicunt, q̄ licet possit, vt ibi, non

tamen compellitur, per not. in l. quicquid. ff. de iud.  
 vel potes dicere, secundum alios, & mihi placet, q̄  
 aut loquimur de defensionibus tendentibus ad de-  
 fensam innocētiam; & tunc potest supplere etiam de  
 1091 facto; quia publicē interest innocentes non con-  
 demnari, vt l. absentem. ff. de p̄gn. & ita potest intel-  
 ligi quōd not. Inno. in c. 1. de postu. prala. vbi dicit,  
 q̄ iudex, qui inquirendo procedit, potest supplere  
 de facto. Facit q̄d not. in l. filius familias. §. veterani.  
 ff. de procur. Sec⁹ si sit nocēs, & defensiones tendā  
 ad impunitatē criminis, quia hoc odiosum est, arg.  
 l. si a reo. §. id q̄d vulgo. ff. de fideiuss. & ideō nō de-  
 bet supplere contra publicam vtilitatē, arg. not. per  
 Bar. in d. §. hoc autē iudicium. ¶ Nonagesimoquin-  
 1092 to quarto; quia p̄plerunq; testes subtrahunt se a te-  
 stificationibus in causa criminali, & latitant quan-  
 doq; suasionibus delinquentis, vel alterius potētis;  
 quaritur, q̄ sit remedium, ad hoc vt compellantur  
 venire? Sol. dic, q̄ tales possunt cōpelli, vt hic dicit  
 glo. nostra. in vers. item testes compelli. per. c. super  
 his. §. de test. cog. & traditur latius in c. dilectorum.  
 eo. tit. & not. q̄ contra tales possunt exerceri reme-  
 dia, quē prodita sunt contra cōtumaces, sup quibus  
 non infisit; sed quarantur in locis congruis. Item  
 tradit Bar. notabilem cautelam, & practicam, in l. i.  
 §. i. ff. de fal. vbi dicit, q̄ iudex cōtra tales debet for-  
 mare processum, q̄ pecuniam receperunt, ne in tali  
 inquisitione testimonium dicerent; nam hoc timo-  
 re ne incidant in falsum, venient, & testificabuntur.  
 1093 Sed quarto, an testes sint torquendi, an vero cre-  
 datur eis sine tortura? Sol. dic, q̄ quædam personæ  
 1094 sunt, quæ non debēt torqueri, vt sunt clerici, qui  
 tamen per iudicem suum puniri possunt de falso, vt  
 in l. presbyteri. C. de epis. & cle. An autem pro de-  
 licto suo possint torqueri, vide glo. in reg. cum in cō-  
 templatione. j. de reg. iur. & 1. 2. q. 2. c. quaestio.  
 1095 & per Archid. 1. 4. q. 5. c. 1. super glo. fin. Item con-  
 stituit in dignitate seculari non possunt torqueri, ni-  
 si vacillent, vt in l. nullum. C. de testi. & idem si non  
 sunt in dignitate; sunt tamen bonæ conditionis, &  
 famæ, & diuites; nam tales possunt torqueri solum  
 in duobus casibus. Primus si vacillant, vt l. ex libe-  
 ro. ff. de quaestio. Secundus, si conuincuntur de men-  
 dacio; vt puta; quia asserant se non interfuisse male-  
 ficio, & tamē ab alijs conuincuntur, vt in l. vnus. §.  
 testes. ff. de quaestio. Si verò sint viles homines, aut vi-  
 lem artem exercentes, videtur, q̄ non sint admitten-  
 di; nisi cum tormentis, & nisi sint a partibus rogati;  
 vt in auth. de testi. §. si verò ignoti. & in §. si verò hu-  
 iusmodi. & ibi glo. & tenet D. Azo in summa. in tit.  
 de testi. sed Bar. in d. l. ex libero. in d. §. si verò igno-  
 ti. tenet contrariam sententiam, per l. diuus. §. fin. ff.  
 1096 de quaestio. vbi de portatus in insulam, & etiā sta-  
 tu liber non torquetur; sicut nec alij liberi homines;  
 & tamen constat illos viles esse. Non obstat. §. si ve-  
 rō ignoti. quia ad hoc vt torqueantur, ille tex. requi-  
 rit duo. Primo, q̄ sint viles, & ignoti. Secundo, q̄ ten-  
 tent corrumpere veritatem; vult ergo Bar. q̄ admit-  
 tantur sine tortura, sed q̄ eis non adhibeat tanta fi-  
 des, quanta non vilibus adhibetur, vt in l. 2. & 3. in  
 princ. ff. de testib. possunt tamen torqueri in dictis  
 duobus casibus. Itē, & in alio tertio casu, videlicet;  
 quando spontē vadunt ad dicēdum testimonium.

5. q. 5. c. illi qui. & in d. §. si verò ignoti. in vers. festi-  
 nantes. & ibi tenet. Bar. & in d. l. ex libero. Sed que-  
 ro circa prædicta, vtrum in casibus, in quibus testes  
 possunt torqueri, an seruanda sit forma. l. custodias.  
 ff. de pub. iudi. videlicet; vt citentur eorum aduoca-  
 ti, vt videant eorum indicia, quæ sunt contra ipsos  
 testes, & q̄ ipsi sciant ea, quæ iudex vult ab eis scire?  
 Sol. Bar. in l. vnus. §. iudex. dicit, q̄ non, & bene; ca-  
 neat tamen iudex, vt dixi in q. præced. vt Deum, &  
 puram conscientiam ante oculos habeat, ne per tor-  
 menta, vel alio modo cogat testes aliquid dicere in  
 criminali contra veritatem, vbi de vita agatur; quia  
 teneretur. l. Corne. de fidei. arg. l. i. in prin. ff. ad leg.  
 Corne. de fidei. & ibi per Bar. ¶ Nonagesimo sexto  
 1097 quarto; quid si iudex fecit quicquid potuit, vt p̄  
 testes, vel per alios modos, quam per tormenta ha-  
 beret veritatem plenam, & claram; non t̄n potuit il-  
 lam plenam, & claram habere, quid facere debeat?  
 Sol. dic, q̄ animaduertere debet, an sit adeo proba-  
 tum per testes, vel alio modo, q̄ ex probationibus  
 insurgant sufficientia indicia ad torturam. Et si qui-  
 dem fuerint sufficientia indicia, & sint tales perso-  
 na, in quibus quis possit torqueri, & sint tales perso-  
 na, quæ possunt torqueri, de quibus omnibus vide p̄  
 glo. & Doct. in l. si quis. C. ad leg. Jul. maie. & p̄ Bar.  
 in l. i. §. 2. & l. maritus. & in l. p̄gn. & latius per eum  
 in l. si. ff. de quaestio. & quasi per totū tit. & latē per  
 Bal. in l. excipiuntur. & ibi per Ludo. Pont. ff. ad Sil-  
 la. & in l. si. & ibi de Io. de Imo. ff. de hare. instit. de  
 qua materia dic, vt latē dixi in tract. quē de quaest.  
 ci. Et ideō hic vltierus non infisit. Sed aduerte cir-  
 ca prædicta, quia posses dubitare. Nam si fama est  
 sufficiens indicium ad torturam, vt quidam volue-  
 runt, & inquisitio non potest formari non præceden-  
 te fama secundum ea, quæ latē fuerunt dicta supra  
 in nono prin. art. ergo videtur, q̄ quilibet iudex in-  
 quirens possit inquisitum ponere ad torturam, nā  
 1098 dico, q̄ hæc argumentatio non procedit; nam præ-  
 gulariter fama sola non facit indicium sufficiens ad  
 torturam, vt not. glo. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. sed  
 iuncta cum alijs indicijs, seu p̄sumptionibus, vt ibi  
 not. glo. & not. etiā Bart. in l. i. §. Cornelio. ff. de que-  
 stio. & vide etiam per eum in l. de minor. §. tormē-  
 ta. & in l. fin. eo. tit. Præterea, posito q̄ fama faceret  
 indicium, tamen argumentum non concludit; quia  
 non est verum simpliciter, q̄ inquisitio non teneat  
 non præcedente diffamatione, secundum ea quæ la-  
 tē dixi. §. in 9. prin. art. q. 46. Præterea, & tertio; posito,  
 q̄ non valeret inquisitio non præcedente diffa-  
 matione, & q̄ fama faceret sufficiens indicium ad  
 torturam, adhuc dico, q̄ arg. non concludit, quia fa-  
 ma potest haberi per testes deponentes, parte non  
 citata, & per consequens non faceret legitimum in-  
 1099 ducium, quia ad hoc vt testes examinati pro in-  
 dicijs habendis præiudicent delinquenti, necesse est,  
 q̄ ipse delinquens citetur, & ipso citato iurent, alijs  
 autem non præiudicarent sibi, vt not. Bar. in l. si qs.  
 ff. de adult. Facit quōd not. idem Bar. in l. fina. ff. de  
 quaestio. vbi singulariter dicit, q̄ testes examinati su-  
 per inquisitione generali, non præiudicant malefa-  
 ctori, cōtra quē postea specialiter inquiritur, si ma-  
 lefactor non fuit citatus, quādo testes iurauerunt in  
 1100 inquisitione generali. Et aduertat iudex; vt adhi-

beat debitum moderamen in tortura, vt not. in l. de  
 minore. §. quorum. ff. de quaestio. qd totum relinquit  
 discretioni suæ, qui debet considerare complexionē  
 illius qui torquetur, videlicet; aetatem, fortitudinē,  
 valetudinē, & imbecillitatē, quandoq; grauioribus,  
 quandoq; leuioribus tormētis vtendo. Nam  
 1101 si tortus ex immoderatis tormentis moreret, aut  
 contra iustitiam esset tortus, iudex teneretur. l. Cor.  
 de fidei. vt dicit Bar. in l. lege Cornelia. ff. de fidei. sed  
 si moreretur ex tortura moderatē, & arbitrio boni  
 viri adhibita, & in casu permissio, non teneretur. Ita  
 intelligi debet, quōd dicit Cyn. in l. Gracchus. C.  
 de adult. & Bar. in l. quaestio. ff. de quaestio. Et est e-  
 1102 tiam aduertendum circa prædicta, q̄ si adhibita  
 tortura reus confitetur, propter talem cōfessionem  
 non potest damnari, vt in d. l. diuus. & ibi Bar. ff. de  
 quaestio. sed debet facere, q̄ inquisitus postea perse-  
 ueret spontē in dicta confessione. Et dicit Iac. Butr.  
 q̄ saltem debet iudex stare per diem naturalē post  
 tormenta adhibita, antequam recipiat dictam cō-  
 fessionem, vt spontaneam, vt ipse nota. in l. 2. C. de  
 cust. reo. Sed Bar. in d. §. diuus. dicit, q̄ hoc est arbi-  
 trario iudicis relinquendum, qui iudex debet confide-  
 rare qualitatem tormenti, & distantiam temporis,  
 ita q̄ verisimile sit; q̄ cessauerit metus tormentorū;  
 quo verisimiliter cessante, debet ipsū ducere ad tri-  
 bunal in loco publico iudicij, & coram notarijs, &  
 alijs personis publicē recipere confessionem spōta-  
 neam; & ita dicit Ang. in d. l. 2. C. de custo. reo. qua  
 confessione facta, debet sibi statuere terminum ad  
 omnem suam defensionem faciendam, s̄m ea, quæ  
 dicta fuerunt. §. q. 92. debet tamen iudex in ipsa tor-  
 tura diligenter animaduertere, & sibi præcauere ne  
 aliquo modo verba aliqua proferat, per quæ possit  
 aliquo modo instruere, aut inducere inquisitum ad  
 sic confitendum, vt in l. i. §. quaestio. ff. de quaestio.  
 vnde non debet interrogare, an interfecerit T. in ta-  
 li loco, tali die, vulnerando eum in pectore, aut in ca-  
 pite; cum ense, aut simili ferro, vel alio; & sic de sin-  
 gulis; sed debet ipsum generaliter interrogare, an a  
 tali tempore citra fecerit aliquam rixam, & cum  
 quo, & in quo loco, & qualiter, & quo tēpore, & an  
 cū ferro, & an illata fuerint vulnera, & quæ, & quot,  
 & in qua parte corporis. Et si confitendo, concor-  
 dauit in omnibus, debet sibi credere. Si verò non  
 concordauerit, aut in aliquo discordauerit, q̄ veri-  
 similiter sciri poterit per eum, debet arbitrari, q̄  
 metu tormentorum confiteatur. Nec debet eum ali-  
 quo modo damnare, quamuis cōfiteatur se Titium  
 interfecisse, de cuius T. homicidio inquiritur con-  
 tra eum. Quia potest esse, q̄ audiuit Titium interfe-  
 ctum, & in certo loco, vel tali die; & propter crucia-  
 tum, & dolorem tormentorum confitetur, q̄ de tali  
 facile potest apparere; quia sicut cōfiteatur homici-  
 dium, & aliquas circumstantias; ita cōfiteretur alijs  
 circumstantias notas, vt puta; dicit se interfecisse cū  
 telo, aut vno sticho, & is, de quo inquiritur fuit in-  
 terfectus laqueo, vel cum ense, aut rōcone, aut cum  
 lapide: malleo, aut securi, & sic de similibus. Item si  
 dixerit de specie ferri, cum quo verisimile est, q̄ in-  
 terfecerit, cautus iudex debet interrogare vnde ha-  
 buit illud ferrum, & vbi posuerit, vel habeat, & mit-  
 tere p̄ illo, & videre, an sit verisimile, sciscitando, &  
 perqui-



perquirendo à medicis, & ab alijs, qui ipsum vulne-  
ratum curauerunt, vel ipsum interfectum viderunt.  
Et ideò etiam cauti officiales, quando defertur ali-  
quem hominem interfectum fuisse, debent mittere  
iudices, & alios suos officiales peritos, & discretos,  
q̄ videant, & cōsiderent qualia sint vulnera illata, &  
eorum latitudinem, & profunditatem, & cōsiderēt  
cū quo gūre ferri, & in qua parte corporis, & aliās  
circunstātiās, & locum, vbi fortè fuit inchoatus in-  
fultus, qui poterit apparere ex sanguinis effusione, si  
fortè vno loco fuit inchoata rixa, & in alio comple-  
tum homicidium. Item debet esse prudens, & cau-  
tus, vt immediatè quòd malefactorē cepit, teneat  
ipsum secreto in loco, ita q̄ nullus valeat ipsum allo-  
qui, ne fortè instruat, aut verò instruat, q̄ maximè  
debet præcauēri in furibus. Nam posset esse, q̄ si fe-  
cisset furtum, in quo delicto vix videtur contingēs,  
vt innocens debeat damnari, vt statim dicam, pos-  
set fur capt⁹ fortè possuisse rem in aliquo loco, & ali-  
quis instructus ab eo, illam remoueret, & alibi por-  
taret, & sic non reperiretur postea in illo loco. De  
facili tamen posset contingere, q̄ ex dolore tormē-  
torum ipse fateretur, q̄ fecit illā ex illo loco remo-  
ueri, & nominaret illum, per quem remoueri fecit  
q̄ si posset haberi, res fieri posset clara. Si non possit  
haberi, non de facili est sibi credendū; quia non est  
dubium, q̄ cruciatus, & dolor tormentorum facit  
omnia fateri, etiam fallas; dummodo ille, qui torque-  
tur possit scire, qd̄ intendat officialis; q̄ ab eo dica-  
tur; nec credo, q̄ vn⁹ ex mille possit resistere, vnde,  
vt dixi, debet esse cautus, & prudēs officialis circa  
prædicta, & in furto perquirere vbi; à quo, quam rē;  
quo tempore fuit furatus, quid de re, quam furatus  
est fecerit; & ideò de facili nō potest contingere, vt  
innocens damnatur, vt dixi. Solum de vno pessimo;  
& inueterato fure intellexi, q̄ in ciuitate nostra plu-  
res innocentes suspendi fecit; nam cum ipse vir bo-  
nus appareret, & quotidie furaretur, quādo aliquis  
capiebatur pro furto, captabat locum aptum tem-  
pore torture, quo audiebat tortum; & si tortus con-  
fitebatur aliquam rem de subtrahēte suscepisse; & in  
aliquo loco possuisse, iste fur, qui illas res subtraxe-  
rat, illam immediatè portabat in illum locum, si fa-  
cere poterat, quæ res tandē prudentia Senatoris no-  
stri in lucem deuenit. Nam cum prædictus fur mul-  
ta bona subtraxisset ex domo quadam, cuius domi-  
nus absens erat, in quam dictus fur intrauerat p̄ dō-  
mum cuiusdam compatriis sui contiguā; die sequen-  
ti; qua cōpater à ciuitate decesserat, & malitia ad-  
hibita; quasdam res, & massaritiās ad suppellectilē  
pertinentes subtrahēte dimisit in domo compatriis,  
alias verò pretiosiores secum portauit; vnde cū es-  
set rumor de reb⁹ subtrahētis, q̄ rumor ad ipsum cō-  
patrem deuenit. Cum tandem caperetur, quia vicini-  
nus, tandem est confessus subtraxisse, & eas habere  
in domo, ductusq̄; in domum, videns quasdam ex il-  
lis esse in domo protulit dolendo aduersus res; hæc  
verba, vos estis hic; sed nunquam vos hic posui, nec  
subtraxi, quæ verba cum tandem essent relata Sena-  
tori, & de reliquis rebus nullam reperiret, tandem  
suscitatus Senator est ab eo, vtrum haberet aliquem  
inimicum. Rūdit se nullum habere, sed verum esse,  
q̄ quædam iam habuit, quæ vt sibi conciliaret, fecit

sibi compatrem; vnde Senator à quo pluries dictus  
compater fuerat p̄cunctatus de salute cōpatriis ca-  
pti, cōmiscendo verba mordacia cum dulcibus, fe-  
cit ipsum capi; & tandē cōfessus fuit malignitatem  
suam. Quare; Senator in dicta die ambob⁹ captis,  
fecit innocentem indui lugubri veste cum laqueo  
ad collum; nocentem vero candida, & alba veste cū  
oliuea corona. Et tandem narratis criminibus, quæ  
prius innocens ob penā tormentorum mendaciter  
cōfessus fuerat, & demum narrata forma indagatē,  
& repertę veritatis, & qualiter nocens veraciter ea-  
dē crimina cōfessus fuerat, qualiter etiam alia plu-  
rima furta perpetrauerat, lata prius sententia abso-  
lutoria innocentis, & deinde nocentis condemnato-  
ria, innocentem lugubri, ac nigra veste expoliavit,  
& laqueo absoluit. Nocentem verò veste sua candi-  
da, atque oliuea corona priuauit, & factis hincinde  
debitis permutationibus, vt par erat, innocens cum  
magno populi applausu, & musicalib⁹ instrumētis,  
candida veste indutus, & oliuea corona domum re-  
petijt. Nocens vero laqueo suspensus fuit. Hanc sen-  
tentiam memoratu dignam hic recensui, quoniam  
materia conuenit, & vt officiales prudentes sint, &  
cauti. Et si quidem subtrahēte diceretur pecunia nu-  
merata, & alter fateretur in tormentis, non de facili  
debet credere; nisi intelligat, & reperiat alias circū-  
stantias conformes. Quare cum superioribus mensi-  
bus, quidam nouellus Capitaneus ob subtrahēte pe-  
cuniam, quendam hospitem cepisset, & hospes con-  
fessus esset se pecuniam illam subtraxisse, & non solum  
illi; sed pluribus alijs hospitiibus non paruas pe-  
cuniarum quantitates similiter subtraxisse, & affer-  
ret illas exposuisse, seu expendisse. consultus à Capi-  
taneo, respondi, nequaquam illi fidem adhibendā,  
sed examinādum; quid de Marfupio fecerit, quo in  
loco posuerit, quòd cum varijs in locis in tormentis  
fateretur se possuisse, nec reperiretur, tandē dixit se  
illud combussisse. Cui etiam confessioni respondi,  
non de facili fidem adhibendam. Et cum præfatus  
hospes paucis ante mēsis⁹ hospitium conduxisset,  
consultus Capitaneo, q̄ vellet perquirere res, quas p̄  
inuentariū receperat, & quas tunc haberet, & librū  
rationum suarum circa introitus, & exitus hospitij,  
& ea diligentē inquisitione illius innocentia com-  
perta fuit, & liberè relaxatus. Et vide Bal. in authen-  
sed nouo iure. C. de ser. fug. de eo q̄ confitetur se fe-  
cisse plura furta, varijs, & diuersis personis, an stādū  
sit tali confessioni; & maximè in his, quæ de facili  
nō possunt reprobari, seu p̄bari, aliter quā per tor-  
menta, consideretq̄; quā potens sit cruciatus, & do-  
lor. ¶ Placet etiam circa hæc materiam, ¶ aliam me-  
moratu dignam, vt accepi, & quæ meis temporibus  
accidit, historiam subiungere. Florentinus non mul-  
tis lustris exactis in præfidem Castellanae ciuitatis  
electus est. Hic quendam ciuem Castellantum ex fa-  
milia satis nobili ob demerita sua condemnauit, ex  
ea familia in Capitaneum Florentinę ciuitatis qui-  
dam eligitur. Agebat hic animo quo pacto posset  
Florentino præfato vices rependere; & ad eam rem  
peragēdam quam vigilantissimè intendebat; verū  
cum propter prædicti cuius integritatem, intellige-  
ret se in cassum laborare, ad ceteros de genere illius  
animum conuertit, adhibitaq̄; ad id diligenti cura,  
studio,

studio, & solitudine vindictæ huiusmodi facultas  
oblata est. Erat in ea familia Florentina iuuenis qui-  
dam iam perfectæ ætatis, qui dissolutam vitā agēs,  
facultates suas ferè omnes luxuria, & alea consum-  
pserat. Ad hunc iuuenem Capitaneus animum cō-  
uertit; interea captus fur, plurimā furta confitetur,  
hic Florētinus erat, & lasciuo iuueni familiaris. Ca-  
pitaneus furem clam alloquitur, si furtorum socium  
iuuenem affirmauerit, salutem sibi pollicetur. Fur  
illius voluntati fidem præstans, seruandum modum  
à Capitaneo recipit. Postera die captato tēpore, iu-  
uenis in alea captus carceri mancipatur, erat inter  
locum furis, & iuuenis paries intermedius, & in pa-  
riete foramē ad eam rem de industria fabricatum;  
& per illud fur iuuenem alloquitur, ac de infortu-  
nio suo condolens, pleraq̄; furta, personas, loca, &  
tempora, circumstantiaq̄; omnes per ordinem, vt  
instructus erat, narrat. Sequenti nocte Capitane⁹, vt  
conuenerat, iterum de fure quæstionem affumit, de  
socijs quærit, fur in narratis iuueni furis, illum so-  
cium sibi fuisse testatur. Capitaneus hoc intellectu,  
quo prudentius rem agere videretur, ad alium locū  
ne iuuenis eam rē propinquus, esset, fur è transfert.  
Sequenti die, vna cum latrunculo dulcibus ver-  
bis, vt in primis fieri assolet, Capitaneus iuuenem  
alloquitur. Negat iuuenis se furto vnquam aliqua  
subtraxisse; sed cum in nocte quæstio de illo habere-  
tur, tandē vna cum fure furta, locis, personis, & tem-  
poribus, vt sibi à fure narrata fuerant, perpetrasse  
fatei; confessione deinde à singulis absq̄; tormentis  
recepta, iuuenis pro salute sua, Nuntiatæ virgini vo-  
tum facit; pro subeunda pena eadem dies ambo-  
bus designatur, iuuenis absq̄; patientia aliqua qua-  
si desperatus, dum in pœnitentia recipitur dolore  
confunditur, q̄ innocens tanta cum infamia morti  
damnatur. Nulla verba nullæ sacerdotis suafones  
iuuenis animum conuertere potuerunt, vt vera pe-  
nitentia duceretur. Accedit deinde sacerdos ad fu-  
rem, futuræ mortis alterius ignarus. Ille, & si nocēs  
esset, ægrè mortem ferebat. Consolatur sacerdos,  
atque vt illius dolore leniat, denuntiat iuuenem  
innocentem mortem subiturum. Hoc cum audiret  
fur, dolenter exclamans, tandem rem ipsam anime  
suæ perniciosissimam affirmat. Fraude Capitanei,  
se mortis illius innocentis causam fuisse testatur. Sa-  
cerdos p̄ anime furis salute cōsulit, vt rem quāpri-  
mum potest publicè manifestet; verum prudentius  
egisset, si eius rei Capitaneo, & dominis propalādi  
licentiā recepisset, postera die ambo ad audiendā  
sententiā ducuntur. Aderat ingens hominum mul-  
tudo; incipit fur exclamare, veniamq̄; ab innocen-  
te postulans, Capitanei fraudē narrat, miratur om-  
nes, stupet in primis latrunculo, & fraudis igna-  
rus, pauore contremiscit; huius fraudis statim ad il-  
lustrissimos priores euolat fama. Qui vt tam scele-  
sti facinoris veritatem indagarentur, collegia cōue-  
niunt. Interea decapitationis in ambos sententiā fer-  
tur, executioni committitur. Mos est Florentinis,  
quo supplicia in aliorum tendant exemplar, vt non  
recta via, sed per circuitum reos ad supplicium du-  
cāt, idque lege municipali constitutum est, ad hoc  
vt populi multitudo occurrat, quòd certis in locis  
tribicem sono supplicij signum denuntiet. Ad singu-

la igitur loca prædicta cum deuentum erat, ad iura-  
tionem innocētis, nocens fraudem, & fraudis confi-  
lium seriò explicabat; dum hæc agerentur, decreto  
Priorum mandatur Capitaneo, vt damnatorū exe-  
cutionem retardet. Nuntius cum palatij portā exi-  
ret equū forensi Sacheſti podagrosi, qui ad collegia  
conuenerat, propè palatium ligatum solues, versus  
eam, quam iustitiæ portam appellant, quam celerrimè  
tendit, de nocētē supplicium iā sumptum erat;  
innocenti iam instans supplicium imminebat. Nun-  
tius à longe vociferans superfedendum denuntiat;  
instans mortis timore innocens adeò examinatus  
est, vt vix ad xxv. diē potuerit articulatam verbum  
proferre. De Capitaneo nullum aliud de tam scele-  
ratis fraude supplicium sumptum fuit, nisi q̄ ab  
officio cum ignominia depositus fuit. Doleo equi-  
dem, ac dolui, q̄ acerbissimo, ac memorabili gene-  
re penæ non fuerit afflictum, atque vnde tam mitis  
pœna processerit; haud sanè intelligere potui. Sint  
ergo prudentes officiales, & omnem malignantem,  
culpam, atque incuriam fugiant, caueantq̄; ne ali-  
quam tribuant occasionem, quæ directè, vel indire-  
ctè incitet, vel expresse, mediatè, vel imediatè infa-  
matus de delicto, & delicti circumstantijs instruant,  
aut instrui permittant; si ad veritatem inueniendam  
quæstione opus esse cognouerint, vt autè in homi-  
cidio vulnere, & furto prudenter agendum est; sic  
etiam in ceteris criminibus secundū varias casuum  
contingentias; seruandum consulo. Et aduerte, q̄ si  
aliquis confessus fuit in tormentis non præcedē-  
tibus indicijs, confessio est nulla, nec reconualefcit,  
licet postea superueniant, glo. in l. maritus. ff. de q̄-  
stio. Bal. in l. si. C. de accus. similiter etiam nec con-  
fessio facta tormentis adhibitis p̄ solum iudicem,  
cum ex forma statuti duo debeant interuenire. Ste-  
pha. in clē. 1. de heret. in ver. ipso iure. & hæc proce-  
dunt, quando ille qui torquetur confitetur; sed si ta-  
lis negaret, & in negatione perseveraret, debet tan-  
tum torqueri, q̄ purgentur indicia, quibus purgatis  
relaxādus est eum cautela, de qua statim dicam, nisi  
noua indicia superuenirent, propter quæ iterum tor-  
queri potest. Et si fortè qui negauit maleficium,  
relaxatus fuit fideiusforibus, & apparet nunc, q̄ ex  
iure communi, ve ex forma statutorum locus est  
torturæ, quid debeat facere iudex, glo. in l. pen. ff. de  
quæstio. dicit, q̄ faciet ipsum citari; & si non vene-  
rit, coget eum pignoribus captis, & multa indicta,  
& sic etiam alijs remedijs, quæ prodita sunt contra  
contumaces. Sed dicit ibi Bar. q̄ hoc procedit se-  
cundum iura communia, ¶ secundum quæ absens  
non potest damnari, etiam vbi est pena pecuniaria,  
nisi de maleficio constet, vt. l. absentem. ff. de pœn.  
Sed secundum statuta, quæ cōmuniter vigent, secun-  
dum quæ contumax habetur pro confesso; iudex fa-  
ciet citari reum, quem fideiusforibus relaxauerit,  
sub ac forma, videlicet, vt compareat, aut ad confi-  
tendum delictum, non obstante sua negatione; aut  
ad purgandum indicia, quæ laborant contra eum.  
Quo facto, si non comparet, poterit banniri, sū ea,  
quæ dicta fuerunt. §. q. 64. in. 3. membro. Nam sicut  
ante comparisonem, si fuit cōtumax poneretur in  
banno, & haberetur pro confesso; ita quādo citatus  
est, q̄ veniat ad subeunda tormēta, & contumax pa-  
titur

titur se poni in banno; nam & tunc debet haberi p confesso, arg. l. consentaneum. C. quo. & quan. iud. & l. propèrandum. §. fin autem reus. C. de iudi. Si verò comparet, detinendus est, & torquendus moderatè, secundum qualitatem iudiciorum, & criminis, & p sona, vt dictum est. §. donec vel confiteatur, & perse ueret in confessione, vel purget indicia. Purgatis au rem in iudicijs, vt dicit Dyn. in tract. de inquisitione, 1108 debet iudex reum relaxare. ¶ Fit autem huiusmo di relaxatio, vt dicit Bar. in. l. si. in princ. ff. de quaest. sub ista forma, quia faciet scribi in actis, qualiter præcedentib' legitimis iudicijs, adhibuit torturam cum tali moderamine, & tandè purgatis ipsis iudicijs cum non repererit ipsum culpabilem iubet, & mandat relaxari, & hoc dicit se pluriès practicasse; vel ferat sententiam absolutoriam. Et cautela est, q' prius iudex citari faciat iniuriatum, & etiam Syndi cum communis ad contradicendum quicquid vo lunt, & possunt, quare talis inquisitus nõ debeat sol ui, & relaxari. Et erit vtile ipsi inq'sto, ad hoc, vt nõ possit amplius accusari eo casu, quo posset, secundũ opin. illorum, qui volunt, q' absolutus per viam in quisionis potest iterum accusari, de quo dixi in. c. de his. in. 10. membro. §. eo. Facit ad prædicta quod tradit Ang. in repeti. l. si vacantia. C. de bo. vacan. 1109 lib. 10. Sed quæro, pone, ¶ statuto cauetur, q' officialis vltimo mense sui regiminis non possit aliq'ue absolueret, vel cancellare de banno; inquisitus tamè venit absolueret, quid debeat facere iudex? Sol. dic, q' poterit pronuntiare dicto mense absolueret, vel cancellandum fore. Quæ tamen sententia nõn habet effectum, nisi approbetur per successore. Quæ tamen debet per successorem approbari, si iu sta est, & non aliter, arg. l. iure nostro. ff. de testa. tu tel. & hoc tenent Ray. Bal. & Io. de Imo. in. l. si filio exheredato. §. eius qui. ff. de inu. testa. & Bal. in. l. 1. C. si aduer. lib. & hæc procedunt de iure civili. Sed de iure canonico, in casibus, in quibus non fit pur gatio per torturam, ¶ indicitur purgatio canonica propter infamiam, de quo dicam. j. in. 16. princip. art. vbi principaliter iste articulus tractatur. ¶ No. 1111 nagesimo septimo quæro, ¶ His peractis, quid de beat facere iudex? Sol. vt supra dixi. Si inquisitus ne gavit, nec probatum est delictum, & indicia sunt purgata, relaxandus est, vt statim dictum est. Sed si ipse confessus est spontè, vel in tormentis, & deinde spontè perseueravit in confessione, vel si probatum est delictum per testes, debet sententiam condem natoriã ferre, & inquisitum cõdemnare in pena de bita disposita, vel ex forma statutotum, vel de iure communi, secundum ea, quæ statim dicam in. 13. ar. 1112 tic. princ. Sed quæro circa prædicta, ¶ vtrum in fe renda prædicta sententia, sit necessaria citatio? Sol. 1113 dic, q' de iure communi necessaria est. Nam ¶ si in ciuili necessaria est citatio ad sententiam, & perem ptoria; aliã sententia est nulla, vt in clè. pastoralis. de re iudi. & in clè. sepe. de verbo. signifi. & in. l. de vno quoque. ff. de re iud. fortius est necessaria in cri minali, in qua vertitur maius periculum, vt sapius dictum est; & probatur in. l. absentem. ff. de pen. tra dit Bar. in extrauagan. ad reprimè, in vers. per nun. 1114 tium. ¶ Sufficit tamen monitio facta præfenti ad sententiam audiendã. Nã talis monitio habet vim

peremptorij, s'n ea, quæ dixi in. c. consuluit. §. de offi delega. vbi vide remissiones. Aliquando tamen ex forma statutorum aliter prouidet, quo casu seruan da est forma statuti, s'n communem\* practicam, & consuetudinem, p quam iudex facit sibi dare lie ntiã procedendi vsq; ad sententiã inclusiue, in qui sito citato, vel nõ citato, de qua dixi. §. q. 90. & tunc non est necessaria citatio prædicta specialis perem ptoria. Item propter aliam communem\* obseruan tiam, & cõmunè stylum, non est aliter necessaria ci tatio specialis prædicta, videlicet; propter monitio nem iudicis subsequendam, qua iudex monuit dictum inquisitum singulis diebus; & horis quatenus debe ret adesse processui, & c. secundum ea, quæ dixi. §. q. 90. quæ monitio, vt statim dixi, habet vim perem ptorij, vt etiam tradit Bar. in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. in fact. obseruat tamen consuetudo in qui 1115 busdam locis, vt ¶ fiat quãdã citatio generalis de omnibus inquisitis pro sententijs ferendis in crimi nalibus, quæ secundum varias consuetudines loco rum, quandoq; fit per præconem, quandoq; per tu bam, quandoq; cum cornu, quãdoq; cum sono cam panæ, quandoq; per edictum publicũ ad valuas pa latij affixum, vel per alios similes modos, secundum ea, quæ traduntur in. l. 2. C. de decre. decurio. lib. 10. & in rub. & in. l. 1. C. quæ sit lon. consue. Et hæc om nia, secundum varias formas statutorum, & consue tudines obseruanda, & adnotanda sunt in actis. Fit etiam secundum varias consuetudines, & formas, q' dam citatio generalis de omnibus, qui sua putauerint quomodolibet interessè, qui vellent aliquo mo do allegare, vel opponere, vel appellare, vel de nulli tate dicere ad defensam ipsi' inquisiti, & fortè spon tè mori properantis, s'n ea, quæ traduntur in. l. non tantũ. ff. de appell. Vel si quis vellet dicere, allegare, vel opponere iura fisci, aut reipub. Et pro tali cita tione generali, facit, quod traditur in auth. si omnes C. si vt fe ab hère. absti. & per Host. in. c. ad nostrã. 2. §. de iur. iuran. & per Io. And. in. c. si. §. q. matri. accu. poss. & traditur in. c. fin. de maio. & obed. Vide quæ dixi latius, & ibi remissiones in clè. 1. de iudi. & ad de quæ dixi. §. q. 12. ad finem. ¶ Nonagesimo octauo 1116 quæro, de ¶ forma sententię ferendę? Sol. aduertend um est, q' secundum varias delictorum species, & secundum varias penas imponendas, & secundum varias formas statutorum, & consuetudines locorũ, aliter, & aliter ferenda, & formãda est sententia. Ex quib' patet, q' discretus, & diligens iudex debet plu ra considerare in ipsa sententiã ferenda, ne teneatur in syndicato tam huius seculi, quàm alteri'. Et quo niam præter generalem formam, quæ quotidie pra cticatur, quam per te videre poteris, dum dicitur, hæc est quãdam sententia corporalis, seu pecunia ria lata, & c. plura possunt oriri dubia circa dictam sententiam, quæ sunt speciali nota digna; idè eadè sub breuib' per distinctas quæstiones attingemus. Quæro igitur primo, vtrũ talis sententia debeat fer ri per Præsidentem, seu Potestatẽ, deinde; an possit fer ri per eius assessorem, seu vicarium? Sol. dic, q' aut loquimur in sententia pecuniaria; aut in sententia corporali. Primo casu, de iure communi videtur, q' 1117 non possit ferri per assessore, seu vicarium; q' de iure assessores, & vicarij, licet possint cognoscere,

non

non tñ possunt iudicare, nedum in causa criminali, sed etiam ciuili, vt. l. 1. & per totũ ti. C. de offi. assf. nisi ex delegationis pōtate hoc faciant, quæ tñ dele gatio non potest fieri in causis criminalibus de iure ciuili. Sed de iure canonico aliud videtur esse. Circa qd vide qd trad. per Spec. & Io. And. in addi. in tit. de offi. deleg. §. excipitur. ver. item q' est delegatus in causa criminali. & in. c. in archiepiscopatu. j. de raptu. vbi tetigi. & q' dixi in clè. 1. de offi. deleg. Se cundo casu, subdistingue, qd aut p̄ses, seu Potestas est p̄sens, aut absens. Si est p̄sens nullo modo potest esse per delegationem ipsius p̄sidis; quia talis cau sa non pōt delegari, vt in. l. 1. de offi. eius cui mã. est iurif. Aut Potestas, seu p̄sces est absens; & hoc casu vicarius ip̄sus, seu vicēgerens omnia potest, quæ po test ipse p̄sces, p̄terquã inferre mortẽ, vel mēbri ab scissionem realem contra p̄scentem; sed contra con tumacẽ absentẽ verbaliter pōt cõdemnare ad mor tem, vt est tex. & glo. ordinaria & ibi Doc. in. l. 2. C. de offi. eius qui vicē alterius gerit. & per Bar. in. l. ob seruare. in prin. ff. de offi. p̄consu. & bene facit qd' not. in. l. 1. §. 2. ff. de leg. 3. & in auth. de colla. §. qm verò. coll. 9. tradit Azo i summa. in tit. de offi. eius q' vicē alte. ge. & Host. in summa. de offi. vic. §. 1. post prin. Aduerte tñ; quia hæc procedunt in vicarijs cõ stitutus à Potestate; secus si aliquis esset vicarius con stitutus, vel subrogatus à superiore in locum p̄si dis mortui, vel absentis, qui diceretur vicem gerens Potestatis; quia talis posset exercere realem execu tionem in quibuscunq; causis, etiam meri imperij, vt sentit gl. & tenet Bar. in. l. 1. ff. de offi. ei' q. vic. alt. ge. Facit quod not. Bar. in. l. filius. ff. de legatio. Pa tet igitur ex prædictis, q' de iure communi tales sen tentiã ferendã sunt in persona p̄sidis, seu potesta tis, de consilio tamen suorum assessorum, vt no. Bar. in. l. 1. C. qui accusa. non pos. in illa. q. quando nomẽ dicatur receptũ inter reos. Et idè in talibus senten tijs ferendis apponuntur illa verba, & de consensu, & deliberatione dicti B. eius assessoris, seu eius col lateralis; & d. F. iudicis maleficiorum, & omnium iudicium, & c. Quæ practica optima ratione fuit in troducta, maxime cum tractatur de vita, salute, & periculo hominis. Quo casu omnia mature, & pru denter agenda sunt. ¶ Quod autem à pluribus q̄ri tur, facilius inuenitur; vt in. c. prudentiam. in princ. §. de offi. dele. 20. dist. in. c. si. vnde Imperator quærit sapientum consilia, vt in. l. quæsitũ. in princ. de fun. instruc. & Papa dicta priorũ inquirat. 30. q. 1. c. per uenit. ¶ Roboã enim Salomonis filius regnũ per didit; quia noluit seniores, seu sapietes suos audire 3. Regum. c. 14. 16. q. 1. c. ecclesia habet. 7. q. 1. c. de niq; & q' not. 84. dist. c. 1. Nam & quandoq; cũ mi nus peritis prodest conferre, vt. §. de consue. c. ad au dientia. & ibi vide Io. And. & quæ ibi dixi. Nõ enim omnes per omnia, sed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inueniuntur. C. de vete. iur. enucle. l. 1. §. cumque hæc materia. in fi. Nec enim omniũ equa lis est gloria; nec omnis æqualis prudentia, seu scien tia administrat; & ¶ quærendo, & disputando, & opponendo, & partis aduersę defensionis subeun do, melius veritas inuenit. ff. de mune, & hono. l. mu nerum. propè fi. 28. q. 1. c. sic enim. ff. de iur. patro. in 1121 l. diui fratres. in prin. ff. de lega. 3. in. l. Offili'. & ¶ ve

ritas sepius agitata meli' explēdescit in lucem. 35. q. 9. c. grauẽ. & p̄ ampliores homines p̄fectissima ve ritas inuenitur. C. de fidei iur. in. l. si. in fi. Est tñ aduer tendum, q' ad hunc consensum p̄standum, debet q'li bet ex iudicibus, seu officialibus p̄sidis spontè acce dere; non aut vi aliqua, aut p̄mio iudici; vt fortè condemnẽt, qui fortè non est condemnandus. Nam si p̄sces ad hoc cõpelleret, vel induceret, teneret in syndicato, & si mors esset secuta, pena legis Corne liæ de fca. vt dicit Bar. in. l. 1. in princ. ff. de fca. qua lege tenerent etiã priores ciuitatis, qui per similes modos inducerent pōtatem, aut alium officialẽ ad aliquem condemnandum, qui deberet absolui; vt p Bar. in. d. l. 1. in princ. Facit q' dixi. §. q. 96. Itẽ tene rentur deposito officio lege Iulia de vi. pub. vt in. l. lege Iulia. 1. & ibi Bar. ff. ad. l. Inl. de vi. pub. et in. l. q' dolo. & ibi Bar. eo. tit. & aduertant benè assessores, & collaterales, & alij similes, q' si viderent p̄sidẽ eorũ iniustitiam facere, nullo modo consentiant; imò expressè contradicant, & protestentur, q' non consentiunt, assignantes rationes legitimas; & hoc scribi faciant in actis; aliã autem tenerentur de iniustitia p̄sidis, vt. l. quoniam iudices. C. de appell. vt ibi notant Bar. Bal. & Doc. & hoc indubitatũ est, quando induxerunt p̄sidem ad sic faciendum. C. ad aduo. di. l. per hanc. ibi, aduocatos etiam eorũ. C. de excu. mu. l. p̄. in fi. lib. x. & idem si nec consen tiunt, nec contradicunt, & sunt p̄sentes, & tacent; q' a tenentur ad consulendum, per. d. l. quoniam iudices. Facit q' not. Bal. in. l. filius. §. nam q' ff. de p cur. & probatur ex his quæ not. Inno. in. c. 1. de his q' fi. à ma. parte. cap. & D. m. in. c. consuluit. de appell. secus si essent tales officiales, qui solum tenerentur ad executionẽ facti, non autem ad consilia, vt sunt notarij, milites, focij, beronarij, & similes; quia tales non tenentur; licet expressè non contradicant; quia ipsi non possunt resistere domino sine dedecore, & sic resistere non tenentur, vt. l. 1. §. officium. C. vt oēs iud. tam ciuili. quam mil. Nec obst. qd' ibi dicit gl. 1122 esse correctũ; quia verum est in casu illo; quã ¶ qui libet potest resistere fugienti, non autem in alijs ca sibus, vbi iuris pericia requiritur, arg. l. 2. ff. qd' quisq; iuris. Si tamen miles, focius, vel alij similes cogno scant sententiam iniustam; consulo, q' nullo modo ipsam exequantur. Nam vt dicit Inno. in. c. pastora lis. de offi. deleg. ¶ nunquam executor p̄næ corpo ralis, debet illam exequi; quando videt illam iniu stã. Quinimò sicut per amicos, & beniuolos condẽ nati pōt resisti officiali iniuste exequenti, vt. j. dicã in duabus. qq. sequētibus, fortius pōt ipse hanc exe cutionem iniustã snã nolle facere. Vnde p̄cedit, q' statim dixi, qn miles, vel foci', aut similis executor esset in dubio; secus si expressè cognosceret illam iniustam, & non exequendam, vt dicam. j. q. cente sima. Item secus, si essent tales officiales, qui tenent ad consulendũ, sed essent absentes; quia tales nõ te nerentur, vt. l. 1. in prin. ff. de magi. cõue. ibi, qui p̄sentes fuerunt, & c. & ibi glo. Hæc fuerunt notabilia verba Bar. in simi. terminis in tractatu repræsalia. 2. q. 6. q. princ. Debent igitur tales officiales, si sunt p̄sentes omninò contradicere, & protestari, & ta lia facere describi in actis; nõ tñ est necessariũ ipsi appellare, si Potestas, vel p̄sces non obstante pro par. j. V testa-



testatione faciat iniustitiam, vt singulariter not. Io. And. in simili in. c. cū oēs. §. de cōst. & in. d. c. f. §. de reec. non alie. & in. c. 2. §. de loca. qd aut in dubio, an psumatur sciens, vel ignoras, absens, vel presens, Bar. in. d. tractatu reprefaliarū dicit cogitandū. Tu aut qualiter psumatur sciuisse, collige, ex his quae dixi. §. in. 9. artic. princ. q. 45. Itē est aduertendū, qd in talibus sententijs ferendis adijciuntur illa verba, & sub examine. d. F. iudicis maleficiorū. quae verba supra fuerūt ex. l. 2. C. de his q latro. vel alijs crimi. & l. si ille, qui. & l. fi. C. de decurio. lib. x. & hoc casu, qn inquisitio formata est sub examine iudicis maleficiorū, debet ipse iudex vna cum Pōtate ferre sententiam, vt singulariter dicit Ang. in. d. l. 2. si tñ per solum Pōtate ferretur, & esset iniqua, teneret iudex maleficiorū, nisi protestaret, & contradiceret, vt statim dixi.

¶ **1124** §. ¶ Vltimus qro, vtrum in ferenda snia inquisitio nis, iudex, sen Pōtas debeat sedere p tribunali? Sol. dic, q sic, & in loco maiorū suorum, sicut in ciuilibus, vt. l. 1. ff. de iustis, & iur. & ibi Bar. & Doct. aliās snia non valet; nisi fuerit iusto impedimento impeditus, vt not. glo. in. l. 2. C. de sen. ex breuic. recitan, vel si sit talis officialis, qui de consuetudine nō habeat certū locū, vt sunt quidā bargelli, qui vadunt discurrendo per comitatum, qui obseruant illud, vbi te inuenero, ibi te iudicabo, sicut in. d. l. pen. maximē si res celeritatē desideraret. Facit. l. puinciarum. C. de ferijs. & l. constitutiones. ff. de appell. & ideō in sententijs ferendis dicit, Nos, B. Pōtas sedēs pro tribunali ad nostrum solitum iuris bancū, & c. ex prorogatione tñ partiū, vt in accusatione; etiam si haberet solitum locū maiorē, potest alibi sniam dicere, vt. l. quero. ff. de solutio. Item quaro circa p-

¶ **1125** dicta, frequenter iudices, & Pōtates in sententijs quas ferūt in causis criminalibus apponūt istā clausulā condemnamus in centū. Et si sententia, vel condemnatio est facta in plus, vel in min⁹ quā debeat ex forma statutorum, vel hoc modo. Et hanc condemnationem facimus sni formam statutorum, & eatenus, quatenus esset vltra, vel prater formā statutorum, illam cassamus, & annullamus, & ad formā statuti reducimus, vtrū aliquid operent huiusmodi clausulae? Sol. de hac, q. vide p Bar. in. l. moris, §. ista. ff. de penis. per Bal. in. l. item Labeo. ff. fami. ercif. & in. l. ea. C. commi. vel episto. & per Bar. in. l. 1. in prin. ff. ad Turpil. vbi se remittit ad. l. iudex postea. ff. de re iudi. vbi latē vide per Bar. & Ang. & latius p Io. de Imo. Ego latissimē dixi post D. m. in. c. qualiter. §. eo. in. 7. fallētia, secundi princ. membri, de reuocatione sententiā, quae non intendo hic repetere. Et adde ad ibi dicta, qd ista clausula in casibus, in quibus diximus ibi, qd potest operari, p tūc solum operatur; quando pena imposita esset pecuniaria. Et ad fugiendas opiniones, & omnes dubitationes apponenda esset in principio sententię, an tenarrationē inquisitionis, & delicti; videlicet, Hęc est quedam sententia condemnatoria, quam iudex facit, & facere intendit, secundum formam statutorum eatenus, quatenus, & c. Nam si appareat de intentione iudicis protestantis, qd non vult transgredi terminos iuris, seu statutorum; tunc sufficiat, qd iudex declaret delictum, quo facto, ius statim imponit penā cōdignā, vt. l. 1. §. 1. ad Turpil. & ibi Bar. &

vbi autē. De quo dixi latius in. c. de his. §. eo. in verſ. quandoq; & 10. & dicam fortē. j. artic. 17. Ang. in. d. l. ſi vacatia. verſ. c. quæro igitur an ſuperueniens, primo arguit, quod inquiſitio tollatur; quia remedium ordinariū, & c. Item quia accuſator proſequitur dolorem proprium, & ſic præfertur, & c. Deinde allegat in contrarium. Primo quia iſta remedia cōcurrunt in origine; ergo quod prius eſt, eſt exequendum, vt. l. qui prior. ff. de iudi. Secundo, quia iſta duo remedia competunt diuerſis, vt. §. dixi. Tertio, quia t̄ in quiſitio ſuccedit in locum accuſationis; ergo de ea iudicari debet vt de accuſatione; quia ſubrogatum, & c. vt in iurib⁹ vulgatis; ergo ſicut accuſatio primo poſita, primo debet ad finē perducī, vt. d. l. q. prior. ita & inquiſitio. Quarto, quia remedium inquiſitionis eſt coadiuuatium accuſationis, poteſt ergo cū illa concurrere, vt. §. dixi. Quinto, quia hoc expedit Reipub. cum de facili non ita colludatur cum iudice, vt. §. dixi. Sexto, quia etiam ſi colluderetur, accuſatio præcedens non toleraret inquiſitionē ſequi, vt §. dixi p. l. 2. C. de abolitio. Septimo, quia inquiſitio videtur remedium ordinariū, de quo articulo latē dixi. §. in. 3. artic. princ. Finaliter Ang. cōcludit, quia ſi eo modo quo Bar. licet. licet aliquantulum latius; videlicet, quod aut vult accuſare, qui inquiſitionē promouit, & non debet admitti, quia tacitē videtur accuſationi renunſiaſſe, vt. l. ſi. C. de codicil. Aut nō p̄ mouit, & idē; ſi poteſt ſibi imputari negligentia; quia non accuſauit antequam nomen rei eſſet receptum inter reos. Sicut hoc caſu nō admittitur etiam qui vult proſequi ſuam, vel ſuorū iniuriam, vt. l. qui de crimine. C. de accu. Item quia cum me ſciente, & patiente agitur iudicium inquiſitionis, quod me inuito accuſare volente non poterat agitari, videor conſentire, & mihi præiudicare, vt. l. ſapē. ff. de re iudi. not. Inno. in. c. quamuis. de re iudi. Idem etiam ſi non fuit negligens; ſed iudex inquit de delicto cōmiſſo in ſuam maiestatem; quia tūc aſſimilatur p̄ ſequenti ſuam iniuriam, vt dicit ibi Ang. in verſ. Itē quæro ſi iudex inquires. Si verō inquitur de alio maleſicio non data negligentia, accuſatio tanquam remediū ordinariū, facit ceſſare inq̄ſitionē, tāquam extraordinariū; & idē iudex debet pronuntiare procedendum eſſe ſuper accuſatione; dummodo iudiciū inquiſitionis non eſſet ſopitum, vt puta; quia ſi lata ſententia, vel cōcluſum in cauſa; niſi ſua, vel ſuorum iniuriam proſequeretur, & diceret ſe ignorare inquiſitionem, per not. per Cy. in. l. ſi quis homicidij. 4. q. C. de accuſ. Si tamē iudex videret accuſatorem colludentē, poſſet interloqui in inquiſitione procedendum eſſe, non obſtante accuſatione. D. Barth. de Salic. in repet. l. ea quidem. C. de accu. diſtinguit, quod aut accuſator ſuperuenit ante receptionē teſtium, ſeu probationem; aut poſt. Primo caſu, aut negligentia poteſt ſibi imputari; & tūc nō ceſſat inquiſitio, ſed repellitur accuſator, vt. d. l. ſi. in fi. de adult. Et ratio eſt, quia per negligentiam fecit ſe ſuſpectum; & idē lex admodum magis conſidit de iudice. Aut accuſatori non poteſt negligentia imputari; & tunc, aut proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriā, & ceſſat inq̄ſitio. Niſi diceretur iudici, quod animo colludēdi, & tranſgēdi veniret, vt. d. l. 2. §. ſi. aut ſuam, vel ſuorum iniuriam non proſequitur; & non auditur,



1172 auditur, & sic non cessat inquisitio. Nam in pari causa melior est conditio possidentis, & occupatis. Cum ergo iudex inquirens sit in quasi possessione huius causae, seu processus criminis, & preoccupaverit, melior debet esse conditio sua. ff. de noxa. l. si quis a multis. Item, quia in iudice est maior ratio; quia profertur vindicta publicae, & offensus. Et cum ex suo officio incumbat, prospicere ne maleficia committant, fortius ut commissa puniantur; est praesumendum, quod prosequeretur fidelius, nulla passione, seu affectione commotus. Nec accusator perdit suum intentum; quia potest assistere iudici, & necessaria praeparare, quod si non facit; satis reddit se suspectum. Non obstat, quod inquisitio sit remedium extraordinarium; quia non est verum tenendo illam opinionem, quod ipse ibi ponit, quod regulariter de omni crimine potest inquiri ad vindictam publicam, de quo dixi supra artic. 3. & artic. 8. princip. & cum succedat in locum accusatoris, eligendus est magis idoneus, ut l. si plures. ff. de accus. Secundo casu princip. quando accusator venit postquam probationes sunt receptae super inquisitione, subdistinguit, quod aut delictum iam erat probatum; & cessat inquisitio. Si autem delictum non erat probatum, audit accusator, vel esset distinguendum; an iudex vellet alios producere, ne propter absolutionem ferendam in inquisitione, fieret praesudicium huic volenti accusare. Et ratio rationis sit, ne delicta remaneant impunita. Subdit tamen, quod si teneremus, quod post delicta testificata iudex de novo possit recipere testas ad veritatem crimi, de quo dixi. §. q. 94. quod iudex potest testes accusatoris examinare absque nouo processu; ne differatur sua absolutio, vel condemnatio. Et subdit, quod haec procedunt quando coram eodem iudice inquerent fieret accusatio. Sed quando coram alio, qui est paripotens; tenet cum Bar. quod iudex accusatio nis poterit inhibere iudici inquisitionis, ne super inquisitione procedat, arg. l. sepulchri. & quod ibi not. Bar. ff. de sepul. vi. & quod potest suam iurisdictionem tueri, cum sua interstet, arg. l. 1. ff. si quis ius dic. non obtinet. allegat not. in c. 1. de offi. ordi. quod dicit Salic. procedere in causibus, in quibus accusatio facit cessare inquisitionem; aliam secus. ¶ Secundo

1175 quaro, quod verum in casibus, in quibus silet inquisitio propter superuenientem accusationem, probationes perfectae in iudicio inquisitionis profunt in processu accusationis? Sol. Ang. in d. l. si vacante. arguit primo, quod non; quia sunt acta facta inter alios, ergo alijs non obstant, nec profunt, ut in c. pen. §. de re iudi. cum sua materia. Item, quia testes receperunt in causa inquisitionis suum receptum lite non contestata, ut in c. quoniam. §. ut lic. non contest. Item facit, quia per superuenientiam accusatoris perit instantia inquisitionis; ergo pereunt acta, ut l. properandum. §. siquidem. C. de iudi. & hanc opinio dicit tenuisse Alb. de Gandi. in suo tractatu. In contrarium arguit; quia valet sententia lata super inquisitione; ergo necessario valent etiam acta,

1176 vt not. Inno. §. de testi. in c. cum causam. Nam acta facta respicientia factum, non pereunt; licet instantia pereat, ut in l. vlti. C. de testi. de quo dic, vt latius dixi in c. penult. §. de iudi. Nec obstat, quod sint diuersae personae; quia iuris fictione sunt eadem, vt. C.

1177 de euictio. in l. si ob causam. Praeterea facta accusationis valet in processu inquisitionis, vt. C. de aboliti.

in l. 2. ergo contra, acta facta in processu inquisitionis, debet valere in causa accusationis. Facit quod not. in l. cum antea. C. de arbi. & in l. si. C. de testib. & in l. iubemus. C. de libe. causa. & ita dicit tenuisse Guido. de Suza. in l. furti. ff. de infami. Ipse tamen Angel. in loco praesalleg. ita distinguit; videlicet, quod aut accusatio instituitur coram illo iudice, qui inceptit inquirere; & tunc acta facta in inquisitione, profunt in accusatione; & ex illis potest sequi condemnatio in casu accusationis, quia iura secundo loco allegata. Facit etiam, quod facta facta in causa civili profunt in causa criminali, vt in l. locum. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. ergo fortius, & c. Nec obstat, quod sint receptae probationes lite non contestata; quia natura causa, super qualis non constat, hoc opus; & licet non sit facta contestatio, est tamen quasi facta litis contestatio, & tantum operatur, quantum vera contestatio, vt. C. de procur. l. nihil. & C. de confor. eiusdem. lit. l. 3. De hoc tamen, an requiratur litis contestatio, vel non; dic, vt latius dixi. §. in. 11. artic. princip. Nec obstat, quod instantia perierit; quia vt supra dixi, non pereunt acta tendentia ad decisionem cause. Aut accusatio producitur coram alio iudice; & tunc probationes factae in causa inquisitionis; non profunt in causa accusationis; quia in criminali testibus, non testimonijs iudex credere debet, vt in l. 3. §. idem diuus. ff. de testi. & in auth. apud eloquentissimum. C. de fide instrum. cum igitur talis iudex coram quo accusatio producit, testes non examinauerit, sed tantummodo videat attestaciones ab alio receptas; non potest procedere ad condemnationem, vel ad absolutionem. Sed tu aduerte; quia circa primum membrum Ang. tota difficultas consistit, ex eo, quod res alios acta, & c. & quamuis iudex inquirens videatur succedere in locum accusatoris, vt saepius dictum est; tamen videtur esse diuersae personae; & ideo hoc casu non videtur fidem tacere, nisi forte ille, qui nunc admitteretur ad accusationem, instituisse tanquam promotor in iudicio inquisitionis; quod tamen non videtur posse procedere, ex eo, quod talis non videtur admittendus ad accusationem, de quo tamen dicendum est, vt dixi in praeced. quest. Sed non intendo longius insistere super hoc

1180 articulo, quod verum acta facta in vno iudicio probent in alio, sed remitto ad not. in c. fin. §. de pb. in c. causam. §. de testib. c. ad haec si in vna. §. de appell. tangit Inno. hic, quasi in fi. & in c. cum dilectus. de ordin. cogn. in verbo, non cogentur. & ibi etiam gl. & ibi per D. Ant. & Doct. & forte ibi dicam, & in c. quoniam. in versic. summam. §. vt lite non contest. & per Inn. in c. sollicit. §. de rest. spol. & in c. per inquisitionem. §. de elec. & per Doc. in cl. constitutionem, ad fi. de elec. Aliquid per D. m. in c. atsi clerici. super gl. & ibi tetigi. §. de iud. & per gl. in l. si quis a se fundum. C. ad l. Inliam. de vi. pub. & per Bar. in l. 2. vi bon. rapt. Tertio quaro, quod verum per transactionem impediatur inquisitio? Sol. Haec questio perdet ab alia questione, videlicet; quod verum super criminibus licitum sit transigere; & posito, quod licitum sit; verum ille cum quo transactum est, possit de nouo inquiri, de quo articulo vide per Bar. & Bal. in l. transigere. C. de transact. & per Bar. in l. si marit. §. si negauerit. ff. de adul. & late dixi, in c. de his in secundo membro. §. eo. ti. Quarto quaro,

1182 quod verum inquisitio suspendatur, vel tollatur, si inquisitio interim promouetur? Solu. dic, quod haec questio dependat ab alia quod videlicet; quod verum inquisitione pedente inquisitus possit promoueri, de qua quod dic, vt latius dixi in c. Omnipotens. §. eo. & vide Io. And. in c. per tuas. i. §. de symo. in verbo, cesset. vbi format quod post Abb. Vincen. & D. m. Quid si pendente inquisitione contra aliquem Abbatem, ille promouetur ad episcopatum, vt inquisitores possint procedere? Et arguit quod non. §. q. 2. in c. fin. Subdit tamen, quod ipsi tenent contrarium; quia animaduertere possunt, vt poenitentiam imponant, non vt ab episcopatu remoueant, arg. l. 3. ff. de transact. Dicunt etiam, quod talis promoueri non debuit, de quo dixi in d. c. Omnipotens. Et subdit etiam, quod si pedente inquisitione in ecclesia promoueret subditus in prelaturam, procedit inquisitio, vt in membro; non vt in capite contra illum, ratione principij, vt. §. de elect. in c. dudum. 1. & 2. Et in c. post cessionem. §. de proba. Dicunt etiam, quod promotio non tenet, vt dixi in d. c. Omnipotens. Et si impetrata sit inquisitio in capite, & in membris, canonici, mortuo capite, possunt eligere quoad sunt canonici. i. q. 1. c. dedit. Si autem mortui sunt illi, in quos debeat fieri inquisitio, videtur, quod fiet in successores, arg. de offi. deleg. c. qm. & de immu. eccle. c. aduersus. Sed

1184 non est ita secundum Io. And. quia quod crimina morte extinguuntur. C. si reus, vel acc. mor. fue. l. 1. quod intelligendum est, quando contra nominatam personam facienda erat inquisitio. Secus si fuisset facienda contra capitulum, personis non specificatis; quia capitulum semper est idem, vt. ff. de iudi. l. proponebatur. 7. q. 1. c. denique. & arg. 16. dist. in c. adeo. secundum Abb. Et quasi in effectu, idem vult Spe. in tit. de inquisitione. §. nunc videndum. versic. quid si pendente. & Io. And. ibi in addi. & aliquid tangit in c. per inquisitionem. §. de elect. super glo. si. Ego arbitror, quod inquisitio specialis respectu certae personae non cesset, si inquisitus interim promouetur; nec talis promoueri debet interim propter infamiam, vt dixi in d. c. Omnipotens. Sed quod ad alias inquisitiones ita demum arbitraret inquisitionem cessare, si per promotionem, aut electionem satisfactum esset fini inquisitionis; aliam forte secus, vt dixi in d. c. per tuas. 1. in fi. Et vide omnino quae dixi. §. in. 7. artic. princip. q. 13. & quod dicam. §. in. 17. artic. princip. q. 9.

Quarto decimo loco principali examinandum est, quae poena puniendus sit conuictus per viam inquisitionis. Circa quem articulum examinabimus per ordinem infra scriptas questiones. ¶ Primo igitur quaro, iuxta praemissum ordinem, quae poena imponatur de iure canonico conuicto per viam inquisitionis. Secundo, quae poena sit imponenda de iure civili conuicto per viam inquisitionis. Tertio quaro, pone, quod pro delicto commissio per inquisitionem imponuntur diuersae poenae, quae poena sit puniendus inquisitus conuictus. Quarto quaro, quando a iure communi reperiuntur impositae variae poenae, pro eodem delicto, quid debeat facere iudex? Quinto quaro, vt in iudex secularis, qui processit per viam inquisitionis, teneatur in imponendo poenam sequi formam iuris, an statutorum. Sexto quaro; quid si a duobus varijs statutis, vel ab eodem varietate imponuntur

poenae. Septimo quaro, vt in poena debeat imponi secundum statutum, quod vigeat tempore delicti, vel sine statutum factum, quod vigeat tempore sententiae. Octauo quaro, quid si Florentinus delinquat in hac ciuitate; vt in iudex Florentinus qui potest ipsum condemnare, debeat ipsum punire secundum statutum huius ciuitatis, an vero secundum statuta ciuitatis Florentiae. Nono quaro; quid si per iudicem facta fuit inquisitio de vulnere, & sequatur mors, vt inquisitio sequi condemnatio de morte. Decimo quaro, vt in imponenda poena, debeat iudex attendere delictum, prout probatum est cum qualitate aggrauante delictum, & augumentante poenam, quae tamen qualitas non fuit intentata in libello inquisitionis; an vero potest intentatum delictum sine illa qualitate. Vndecimo quaro, pone, quod inquisitus est puniendus pro pluribus vulneribus, seu pluribus delictis in poena pecuniaria, an debeat condemnare in vna summa pro omnibus, & singulis delictis reductis ad vnam summam; an vero debeat condemnare singulariter in singulis summis, per singulis vulneribus, & delictis. Duodecimo quaro, quando poena est pecuniaria, an debeat iudex adijcere in condemnatione, cui dicta poena sit soluenda. Decimotertio quaro, vt in iudex in imponendo poenam pecuniariam, possit adiungere multam in quantum condemnatus non soluat poenam, in qua condemnatus est intra certum tempus. Decimoquarto quaro, pone, statutum concedit beneficium confessionis, vt ei diminuatur quarta pars poenae, vel tertia, qualiter debeat iudex in condemnando sententiam ferre. Decimoquinto quaro, quid si in defectum solutionis poenae pecuniariae, veniat imponenda poena mortis, vel poena corporis afflictiua. Decimosexto quaro, quid si statutum dicat, quod pro tali poena imponatur poena capitis, & illud iudex dicat in sententia, quid importat ista verba, an possit amputari caput. Decimoseptimo quaro, vt in iudex qui condemnat rem inquisitum ad publicam vindictam, debeat etiam condemnare inquisitum ad satisfaciendum laesae. Decimo octavo quaro, quae poena sit puniendus inquisitus contra quem delictum non est plene probatum, sed semiplene. ¶ Primo igitur quaro; iuxta praemissum ordinem; quae poena imponatur de iure canonico conuicto per viam inquisitionis? Sol. Dic, vt habetur per tex. expressum in c. inquisitionis. in prin. §. eo. Nam si est crimine, quod impedit ordinis executionem et post peractam poenam, conuictus punitur, ac si esset conuictus per viam accusationis; & sic fit depositio. Et ex hoc inferri, quod propter delictum irregularitatis sit depositio ab ordine, etiam si procedatur per viam inquisitionis, vt putatur; quia post excommunicationem celebravit; & hoc ideo, quia impedit ordinis executionem, etiam post peractam poenitentiam, cum requiratur dispensatio Papae, vt. c. 1. de re iudic. lib. 6. & c. 1. de sent. excommunic. lib. 6. & hoc probatur in c. veritatis. §. de do. lo. & contum. secundum primam lectionem. & ibi. D. m. Et idem dicerem in omnibus similibus casibus, nam si impediunt beneficij tantum retentionem, sit priuatio in beneficio; nec potest iudex talem per

1186 nam moderare. Si vero quod crimen non est tale, quod impediatur ordinis executionem, vel beneficij retentionem, etiam post peractam poenitentiam; tunc punitur

nitur pena arbitraria. Quod tamen est limitandum, Primo, si modo crimen non sit notorium; secus si notorium, & crimen sit graue; nam tunc debet fieri de positio ab ordine, vt tenet Inno. hic. Mouetur, per. l. si quis. C. qui accu. non possunt. Sed illa lex non probat in quaestione nostras; quia loquitur de iure ciuili, secundum quod par est pena inquisiti, vel accusati; vt dicā in seq. q. Hoc tamē dictum sequuntur hic Doct. & D. m. qui allegat c. cum non ab homine. §. de iudi. vbi deprehensus in crimine deponitur. Fortius ergo vbi est notorium. Tetigi in. c. insinuatum. §. de symo. in secunda opposi. Secundo limitatur, si non cōstat de crimine per viam confessionis; secus si cōstat per confessionem inquisiti, vt not. hic Inno. p. l. proinde. ff. ad. l. Aq. & c. c. 2. §. de cōf. 2. q. 1. c. 1. & 2. & sequuntur Doct. & D. m. qui allegat optimum text. in. c. si. de celeb. mis. traditur per aliquos in clē. constitutionem. de elect. ad fin. Et est hoc mirabile, quod durius agatur cum confesso, quam cum conuicto, quod est cōtra not. §. de elect. c. innotuit. §. o. dist. c. presbyterum. & c. si quis prepostera. & 2. q. 1. c. in primis. 12. q. 1. c. nō dicitis. Sed dic, quod intelliguntur prædicta de confesso timore probationis, quia accersitus erat ad iudiciū, vt in glo. 2. & ibi dixi in. c. de hoc. §. de symo. Secus quādo spontē nullo stimulo fuit confessus; quia tunc mitius agitur cū eo. Et ratio est in promptu, quare puniatur pena ordinaria; quia contra confessionem nihil obijci potest; sed contra conuictionem multa possunt opponi. Quod tamen dixi de confessione, intellige, nisi sit facta incidenter; sic limitat Inno. l. si confessus. ff. de custo. reo. per. l. si filium. C. de libe. causa. & sequitur D. m. allegat gl. in. c. ex penitentibus. §. o. dist. Tertio potest limitari, si delictū est tale, quod sit dignum priuatione administrationis, & prelatu conuictus per viā inquisitionis non potest sine scandalo, vel periculo remanere in administratione; quia tunc debet ab illa remoueri, vt dicit tex. noster. Et ita debet intelligi gl. nostra in vers. crimine verō, p. bato. Et omnis ratio, & æquitas hoc suggerit, vt dicit hic D. m. arg. c. venerabilis. §. de offic. deleg. & c. cum pridem. §. de renuntia. & ibi per Inno. in. c. 2. de oper. nou. nuntia. & c. nihil cum scandalo. §. de præscript. Secus si hæc ratio cessat; quia tunc potest episcopus arbitrare, & dispensare, & penam moderari; & ita procedat d. c. inquisitionis. Et hoc habet locum, etiā in delictis grauioribus adultero, dummodo sint talia, quæ non impediunt ordinis executionem; vel beneficij retentionem, etiam post peractam penitentiam, vt dixi. Quod singulariter not. ad materiam. c. at si clerici. §. de iudi. & sequitur hic D. m. Aduerte tamen; quia Spec. eodem tit. §. nunc videndum. vers. si per modum inquisitionis. & seq. ad cōcordiā. c. inquisitionis. & c. nostrum. & c. dilectus. & c. de regularibus. & c. licet hely. §. de symo. ponit varias distinctiones, de quibus ibi per eū. Sed tu etiam pro vera solutione, & concordia vide quæ dixi in. d. c. inquisitionis. in princ. & in iuribus præal

1187 leg. Quarto potest limitari iudicio meo, nisi pena imponeretur ipso iure, vel ipso facto; quia tunc non requiritur condemnatio, sed sola declaratio; licet qdam dicant, quod et requiratur cōdēnatio. De qua materia vide per gloss. in. c. quā sit. in vers. eo

ipso. & gl. in. c. licet. & glo. in. c. cōmissa. de elect. lib. 6. glo. fin. in. c. 1. de schisma. lib. 6. & per Doct. in. c. cū Vinctonensis. §. de elect. per Archid. in. c. si. de præscript. glo. in. c. fin. §. de censu. Io. And. in. c. vt commissi. de hæret. lib. 6. & c. felicitis. de pen. lib. 6. & c. 1. de homic. lib. 6. & c. eum qui. de præben. lib. 6. Et vide D. m. in. c. cum non. §. de iudi. qui dicit, quod tenet 1188 quiritur declaratio; & in hac declaratione requiritur citatio, per glo. in clem. 2. de pen. & clem. si. de 1189 censu. Et ex prædictis inferitur, quod cum de iure canonico pena regulariter sit arbitraria, quod damnatus per inquisitionem nō efficitur infamis, de quo dicā. §. in decimosextimo princ. artic. & ex prædictis habes declarata glo. penul. hic, quæ loquitur de pena imponēda de iure canonico. Et quæ sint crimina, quæ impediunt ordinis executionem, aut beneficij retentionem, etiam post peractam penitentiam, dixi in. d. c. inquisitionis. super glo. 1. Et vsq; ad quam penam possit iudex arbitrari, tradit glo. 3. & ibi dixi in. d. c. inquisitionis. in princ. Et ad de prædicta, quæ dicit Io. de Imo. in. l. 2. ff. de public. iudi. & quæ tradit D. m. post. D. Card. & Alber. de Rosa. in. c. ex literis. §. de consti. in. fi. & vide quæ dixi in. c. veniens. §. eo. in quinta q. primæ q. princ. secūdi articuli princip. Et aduertet; quia in arbitrando, videtur, quod iudex aliter debeat arbitrari in regularibus; quos debet grauius punire; & aliter in secularibus clericis, quos debet mitius punire. Alij verō non faciunt differentiationem. Vide quod dixi in. d. c. inquisitionis. in glo. 2. in. fi. & in glo. 3. & ad materiam latius vide quæ dixi in. d. c. inquisitionis. ¶ Secundo quæro, quæ pena sit imponenda de iuri ciuili conuicto per viā inquisitionis? Sol. dic, quod est imponenda naturalis pena delicti, quæ veniret imponēda conuicto per viam accusationis. vt. l. 3. ff. de sepul. viola. & l. ordo. ff. de publ. iudi. & l. 1. §. si publico. ff. de adult. & l. ea quidem. C. eod. tit. dixi in. d. c. qualiter. De varijs autem delictorum penis sū iura ciuilia, & canonica, latē tractāt hic Inno. Io. And. & D. Ant. Sed tu vide in proprijs titulis, in quibus aptius cōueniunt; quia hic propter prolixitatem non intendo amplius insistere; licet. §. in. 1. 1. princip. art. q. 88. remiserim me hic dicturum. Prædicta tamen procedunt vbi a iure certa pena est statuta; secus si nulla pena est statuta; quia tunc pena est arbitraria, vt not. in. c. super his. §. eo. §. de offi. deleg. c. de causis. glo. in vers. arbitrium. in. c. postulasti. de iude. not. in proemio digestorum. §. illud autem. l. hodie. ff. de pen. per Bar. in. l. 1. ff. de effra. vide tex. in. c. 1. iūcta gl. pen. & c. 3. iuncta glo. si. de exce. præla. & quod ibi dixi. Ad 1192 uerte tamen; quia causa subsistente hodie omnes penæ sunt arbitrariæ, Bar. in. d. l. hodie. tex. glo. Bar. & Bal. in repet. l. quid ergo. §. pena grauior. & ibi Doct. ff. de infami. Et dicit ibi Bar. quod vtile est, & necessarium, quod in sententia iudex exprimat causas, & rationes quare recedit a pena ordinaria; vt videatur, an cum infamia dispensatum sit. ¶ Quinimō, & si pena sit arbitraria, & iudex excedat modum arbitrij, augendo, vel diminuendo, quod cōprehendit potest ex eo, quod in talibus cōsuetum est fieri, secū dū not. in. d. §. pena grauior. debet etiam dicere cau

1193 fam. arg. ibi not. ¶ Tertio quæro, pone, quod per delicto commissio, per inquisitionem imponuntur diuersæ

diuersa pena, qua pena sit puniendus inquisitus conuictus? Sol. Quandoq; a iure communi imponuntur variæ penæ; quandoq; variæ imponuntur non a iure communi, sed vna a iure cōi; & alia a statuto; quandoq; variæ penæ imponuntur ab eodē statuto, quæ tria membra pro eorum clariori notitia per singulas quæstiones prosequemur. ¶ Quarto igitur quæritur, quando a iure communi reperitur impositæ variæ penæ pro eodē delicto, quid debeat iudex facere? Sol. Bar. in. l. sanctio legum. circa princ. ff. de penis. distinguit, quando vtraq; pena est certa; quæ non arbitraria, & imponitur a diuersis legibus, quod aut pena inferatur a lege, aut ab homine; & vtraq; lo cum habet etiam quod ad executionem, vt. l. non dubium. ff. de legib. iuncta. l. iubemus. C. de sacrosanct. eccle. Aut vtraq; imponit ab homine; & tunc vtraq; nō habet locum quod ad executionem, sed quod ad originem, & ita etiam not. Cyn. in. l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. Cyn. in. l. nullum. C. de testi. dicit, quod 1194 1195 ¶ in penis ad vindictam, minor tollit maiorem; sed Bal. ibi tenet contrarium; quia si vna pena non ascendit ad integram, & naturalem penam delicti, tenet, quod possit etiam alia pena punire, quod intelligit in eo, quod deficit in principali impositione penæ. Aduerte ergo; quia in hac repetitione adeo fui prolixus, vt multis ipse tedio fuerim, ideo procedam solum per remissiones. Vide igit in sequentibus iuribus, tangit gl. pē. in. c. de causis. §. de offi. deleg. & Inno. ibi in glo. pen. & vide varias opinio. Bal. in. l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. & vide Lapum allegat. 3. o. & omnino quæ dixi in. c. de his. §. eo. & per Io. de Imo. in. l. 2. ff. de publ. iud. Bal. in. l. 1. C. de sum 1196 ma trin. & ¶ an pena canonis tollatur per penam iegis, & contra, vide omnino Io. And. in. c. fin. de penis. lib. 6. in verbo, ediderunt. vide etiam per glo. penul. in. c. at si clerici. §. de iudi. & in iurib. ibi alleg. & in. c. 1. de re iud. lib. 6. & clem. 1. de penis. 7. q. 1. c. cū percussio. per D. m. in repet. c. ecclesia sancta. Ma 1197 rita. §. de constit. & ¶ an pena fori penitentialis; tollat penam fori contentiosæ? glo. & Doct. in. c. gaudemus de diuor. de offi. ordi. c. 1. & in reg. peccati. de reg. iur. lib. 6. & c. si. de tempo. ordi. glo. 49. dist. c. 1. Et vide quæ latius dixi in materia, in. c. de his. §. eo. & et vide quæ dixi in. c. veniens. §. eod. in secunda quæstione primæ q. princip. 2. artic. princ. & prædicta vendicant sibi locum in penis impositis a diuersis legibus. Sed ¶ si imponuntur ab eadem lege, & alternatiuè, quæ pena sit imponenda, & cuius sit electio? tradit glo. in. c. a crapula. de vita & honestate. cleri. & ibi Io. And. glo. 3. 4. dist. c. fraternitatis. & gl. in. c. 1. de coha. cle. & mulie. vide etiam glo. in. c. 1. de offi. vica. & gloss. Cyn. Bar. & Bal. in. l. quicūq;. C. de fertis fugiti. Cyn. in. l. si fugitiui. eod. tit. vbi fuit sibi cōtrarius. Bar. in. l. 1. §. expilatores. ff. de effra. Ego vero latius, & clarius dixi in. c. sic. §. de iud. post glo. si. Et ad hanc materiam vide notab. limitationem glo. in. c. quod olim. in glo. 2. §. de iud. q. 1199 vult quod si a diuersis constitutionibus pena imponitur ipso facto, delinquens vtraq; pena tenetur; licet vtraq; ponatur pro delicto; & licet prædictæ constitutiones non concernant interesse priuatū, de quo dic; vt ibi dixi. ¶ Quinto quæro, ¶ vtrum iudex secularis qui procesit per viam inquisitionis

teneatur in imponendo penam sequi formam iuris, an statutorum? Sol. Hæc quæstio a decisione alterius. q. dependet; ¶ an per nouam, & minorem penam impositam a statuto, videatur recessum a pena legali? in qua. q. Barto. in. l. 1. ff. vi bono. raptu. tenet, quod non; sed quod est in electione iudicis imponere penam statuti, vel iuris communis, per. l. quotiens ff. de actio. & obliga. & l. si. C. de noua. nisi statutum 1202 aliàs nihil operaretur, vt puta; quæ dicit, quod ¶ vbi in statuto non est determinata pena, recurratur de similibus ad similia; & vbi nō reperitur simile in statutis, recurratur ad ius commune. Nam tūc tollitur pena iuris communis, saltem ope exceptionis, not. in. l. 2. ff. de noua. Facit. l. 4. C. de adimen. leg. Bal. vero in repet. l. data opera. C. qui accus. non pos. tenet simpliciter, quod si noua pena imponat a statuto, quod per talem impositionem, videatur esse recessum a pena iuris cōmunis. Vnde si delictum capitale de iure cōi; statutū facit nō capitale, intelligitur eē recessum a pena capitis. ff. de re mil. l. q. cū vno. §. qui post. ibi. dū dicit tex. recessū capitis pena. & idē dicit si cōsuetudo mutat penā; & idē eē cōtra; si penā nō capitalē de iure cōi; statutū facit capitalem. ff. de varijs & extraor. crim. l. sacularij. §. sunt quædam. & 1203 dicit, quod ¶ fatuus esset iudex, qui imponeret minorem penam, vel maiorem omnittendo penam statuti; cū iurauerit seruare statuta. §. de iureiur. c. debitores. & vide quod not. per Cyn. in. l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. Facit. l. ius ciuile. & quod ibi not. ff. de iusti. & iure. Mouetur etiam; quia species derogat generi, vt in iurib. vulg. sed statutum ad ius commune sic se habet vt genus, vt. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. quia illud quod habetur loco speciei est minus generale; & illud quod habetur loco generis est magis generale, vt tradit Dyn. in. reg. generi. de reg. iur. lib. 6. Ergo statutum habetur loco speciei, maxime; quia specialiter prouidet in illo lo 1204 co; vnde dicit, quod ¶ leges locales, sunt leges speciales, nō generales, vt. l. privilegia. & l. generali. C. de sacrosan. eccle. & idem, licet sub breuib' verbis, tenet Bal. in. l. 2. in fin. C. de iureiur. Ego vt supra dixi, non intendo in his nūc insistere, nec tractare materiam istam; quia conuenit titulo de penis; & ideo fortē dicam ibi, in. c. 1. cui melius adaptatur. Vide per D. Flor. in. l. 1. in princ. & in. l. 2. ff. ad. l. Aq. Sex 1205 to quæro, ¶ quid si a duobus varijs statutis, vel ab eodem variæ imponuntur penæ? Sol. dic, vt traditur in iuribus alleg. §. in. 3. q. princ. huius 14. artic. Se 1206 ptimo quæro, ¶ vtrum pena debeat imponi secundum statutum, quod vigeat tempore delicti, vel secundum statutum factum quod vigeat tempore sententiæ? Bar. recitat opi. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & tandem ponit distinctionem suam, quæ psequitur D. m. in. c. si. de rescript. quasi in fi. vide p 1207 eos. Octauo quæro, ¶ quid si Florētinus delinquat in hac ciuitate. vtrum iudex Florentinus, qui potest ipsum condemnare, debeat ipsum punire secundū statuta huius ciuitatis, an verō secundum statuta ciuitatis Florētina? Sol. dic, vt latius dixi. §. in. 5. articulo princip. q. 1. 1. in vers. quantum verō ad impositionem penæ; & vide per Bar. & Doct. in. l. 1. C. de summa trin. Nono quæro, ¶ quid si per iudicem facta fuit inquisitio de vulnere, & sequitur mors; vtrum possit



possit sequi cōdemnatio de morte, vide que dixi. §. in. 9. articulo principali. q. 5. & in. 11. q. 63. & vltra re-  
 1209 misiones ibi traditas, vide latè per Io. And. in add. Spe. in rub. de inquisiti. Decimo quæro, ¶ vtrum in  
 imponenda pœna debeat iudex admittere delictū,  
 prout probatum est cum qualitate aggrauante deli-  
 ctum, & augmentate pœnam, quæ tamen qualitas  
 non fuit intentata in libello inquisitionis; an vero p-  
 ut fuit intentatum delictum sine illa qualitate? Bal.  
 in. l. edita. C. de eden. vers. 6. principaliter q̄ritur, si  
 qualitas, concludit, quod licet in accusatione cla-  
 rum sit, quod non debeat imponi pœna, nisi pro de-  
 licto intentato sine illa qualitate; tamen in iudice in-  
 quirente maius est dubium. D. Ange. de Aretio in  
 tract. malefic. in vers. quia iudex. dicit idem in in-  
 quisione. Monetur; quia iudex inquirens non facit  
 conclusionem; sed solum procedit per famā præabu-  
 lam, secundum ea quæ latè dixi in. 9. articulo princi-  
 pali. Sed in illa qualitate fama non erat pambula; er-  
 go necessariò sequitur, q̄ de illa qualitate non de-  
 bet sequi cōdemnatio, seu pœna; & satis mihi pla-  
 1210 cet. ¶ Undecimo quæro, Pone, quod ¶ inquisitio est  
 puniendus pro pluribus vulneribus, seu pluribus de-  
 lictis in pœna pecuniaria, an debeat cōdemnare in  
 vna summa, p̄ omnibus, & singulis delictis reductis  
 ad vnam summam; an verò debeat cōdemnare sin-  
 gulariter in singulis summis pro singulis vulneribus  
 & delictis? Sol. Aduerte; quia hæc quæstio est multū  
 1211 vtilis. Nam longa ¶ differentia est vtrum iudex in-  
 quirens, dicat, cōdemnamus talem, inquisitū pro  
 dictis excessibus, seu vulnerib⁹ in mille libris; an ve-  
 rò dicat, pro tali vulnere cōdemnamus in libris tre-  
 centis, pro tali in libris ducentis, pro tali in libris cē-  
 tum, & pro tali excessu in libris quadringentis, vt est  
 1212 glo. in. l. vbi fideiusor. ff. de solutio. Nam ¶ stâte sta-  
 tuto, quod cōdemnatus seu bānitus in mille libris,  
 possit impune offendi, secundum primam formā;  
 non tamen poterit secundum secundā formam im-  
 pune offendi, ita notat Bar. in. d. l. vbi fideiusor. & in  
 l. 2. ff. de condit. institut. & ibi Io. de Imol. & per An-  
 gel. & Io. de Imol. in. l. quoties in stipulationibus. ff.  
 de verbo. oblig. Facit quod in simili tradit Bar. in. l.  
 qui fundum. §. heres. ff. ad. l. Falcid. quiniimò voluit  
 Bar. quod si iudex ita diceret, cōdemno dictum  
 inquisitum in mille, videlicet; pro tali vulnere in  
 trecentis, pro tali in ducentis, & pro tali in centum,  
 & pro tali delicto in quadringentis, quod talis non  
 dicitur cōdemnatus in mille libris; ita q̄ possit im-  
 pune offendi ex forma præfati statuti; quia debet at-  
 tendi dinumeratio quantitatum, & non cumulus;  
 & sic non dicitur cōdemnatus, nisi in quadringen-  
 tis, allegat. l. adiles autem. §. fin. cum gloss. ff. de edi-  
 lit. edic. & l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. q̄  
 est notatu dignum, & frequenter occurrit. ¶ Duo-  
 1213 decimo quæro, ¶ quando pœna est pecuniaria, an  
 debeat iudex adijcere in cōdemnatione, cui dicta  
 pœna sit soluenda? Solu. dic. quod sic; & idè in tali-  
 bus cōdemnationibus adijcitur hæc clausula, vide  
 licet; Cōdemnamus dictum inquisitum in mille  
 dandis, & soluendis generali camerario fisci, seu ca-  
 merario Bichernæ, seu Montis. Et est aduertendum,  
 quod huiusmodi clausula apponenda est etiam, si  
 pars cōdemnationis applicari debeat parti, accu-

1214 satori, relatori, vel alteri priuato, quoniam ¶ to-  
 ta pœna prius debet applicari fisco, a quo debens  
 habere partem, debet illam petere, & recipere, vt  
 in. l. 1. C. de vend. rerum fsc. libro. 10. & ibi hoc te-  
 net Bar. & in. l. Senatus. ff. de iure fisci. & ibi per Bar.  
 1215 quod est valdè vtilè, & quotidiè occurrit. ¶ Nam  
 fauorabili⁹ in exigendo erit fiscus, quam priuatus,  
 vt dixit Bar. in. d. l. 1. Item dicit singulariter Bar.  
 1216 in. d. l. Senatus. quod ¶ si res est applicata fisco, de  
 qua alter deberet habere partem, recipit diuisionem,  
 quod fiscus debet diuidere, & dare electio-  
 nem delatori, vel simili, quod est singulare. Deci-  
 1217 moterio quæro, ¶ vtrum iudex imponendo pœ-  
 nam pecuniariam, possit adiungere multā in quā-  
 tū plus si cōdemnatus non soluat pœnā, in qua con-  
 demnatus est, infra certum tempus? Sol. Bal. & Ang.  
 in. l. 2. in fine. ff. de publ. iud. dicūt, quod sic, si iudex  
 sit talis, qui habeat merum imperium; aliās, fscus,  
 per. l. 1. C. de vsu. ff. lib. 10. Sed dicit Io. de Imo. quod  
 idem sit, etiam si iudex non habeat merum impe-  
 rium; quia illud quartum plus est leuis pœna, quā  
 potest imponere etiam iudex causarum ciuiliū, &  
 not. gl. in. l. 1. ff. si quis ius di. nō obtem. sed aduerte;  
 quia in casu nostro non videtur esse aliqua dubita-  
 tio de dicta. q. Nam nos quærimus de iudice in-  
 quirente de maleficijs, & sic de habete merū imperiū;  
 & per consequens non est dubium, quod iudex pot-  
 imponere talem pœnam, & ita dicit Bar. in. d. l. 1. §.  
 de vsu. fscali. sed vt apponatur dicta clausula quar-  
 ti plus, aut tertij plus prouidetur cōmuniter ex  
 1217 forma statutorū. Et aduerte circa prædicta, q̄ ¶ si  
 fideiusor datus a dicto inquisito, nō tenetur ad illud  
 quartum plus, quod venit ratione contumaciæ; nisi  
 in casibus de quibus dixi. §. eo. arti. 1. q. 91. ver. sed  
 quæro, an talis fideiusor. Item aduerte; quia differ-  
 tia est inter ipsam principalem cōdemnationem,  
 1219 & illud quartum plus; quoniam ¶ cōdemnatus, re-  
 spectū pœnæ principalis, non potest obijcere com-  
 pensationem fisco, vt in. l. ob negotium. ff. de cōpen-  
 sat. Sed bene potest obijcere compensationem ad il-  
 lud quartum plus, vt in. l. idè. cōdemnatus, & ibi  
 1220 Bar. ff. de compen. ¶ Quid autem si iudex adiecit  
 dictam clausulam, quas si non soluerit, teneatur, seu  
 soluere debeat quartum plus, nō tamen adiecit cer-  
 tum tempus, quantam dilationē seu terminum di-  
 catur haberi talis ad soluendum? Sol. glo. in. l. item  
 veniunt. §. idem rectè. ff. de petit. hered. ponit opi-  
 niones. Aliqui enim tenuerunt, quod habeat tantū  
 tēpus, quātum datur iudicatis, & sic quadrimestre.  
 Alij verò volunt, quod etiā post dictū quadrimestre  
 expectet vsq; ad litem cōtestationē super dicta pœna;  
 vide ibidè per gl. & Doc. & ff. qd' metus. ca. in. l. si cū  
 exceptione. & in. l. 1. in fi. ff. ad legē Falcid. cū simili.  
 Quid aut si adijciatur, q̄ si nō soluerit, seu nō potue-  
 rit soluere, amputetur sibi manus, vel quid simile, di-  
 cam statim in. q. 15. ¶ Decimo quarto quæro, pone,  
 1221 ¶ statutū cōcedit beneficiū cōfessionis, vt ei dimi-  
 nuatur quarta pars pœnæ, vel tertia; qualiter debeat  
 iudex in cōdēnādo sniam formare? Sol. dic. q̄ debet  
 ita dicere, cōdemnamus in cētum, deducta quarta  
 parte, vel tertia parte; & pro hac minoracione pœnæ,  
 facit quod not. in. l. eū qui, in prin. ff. de iureiur. & in  
 l. si constante. §. quotiens. ff. sol. mar. & ibi ponit Bal.  
 de

de hac clausula. Et per contrarium ego arbitror, q̄  
 si ex forma statuti propter negationem deberet du-  
 plicari, aut puniri in quarto, vel tertio pluri, quod si  
 milititer debet formare sententiam hoc modo, con-  
 demnamus in centum, & propter negationem in  
 duplum, seu in quarta, vel tertia parte pluri. Sed cir-  
 1222 ca prædicta insurgit notabile dubium, Pone, q̄ ¶ ex  
 forma statuti propter beneficium confessionis, q̄s  
 debeat cōdēnari deducta quarta parte, & ppter be-  
 neficium pacis habitū ab offenso, aut ab hæredibus  
 offensi, debet etiā sibi relaxari quarta pars, de qua  
 dic, vt latè dixi. §. in. 1. artic. prin. q. 92. qualiter ista  
 rum quartarum fiet deductio; videlicet, an deducta  
 tur duæ integræ quarta totius; & sic ex centū dedu-  
 centur quinquaginta; an verò vna quarta deducatur  
 integra toti⁹, & sic viginti quinque, altera quarta nō  
 totius, sed residui; & sic quarta septuaginta quinque;  
 q̄ continet decē & octo, & tres quartas ⁊ videtur  
 dicendū, quod duæ integræ debeant deduci, & sic  
 quinquaginta, arg. not. per. Bar. in. l. contra negantē.  
 C. ad. l. Aquil. vbi ponit, qualiter pœna debeat dupli-  
 cari; & sic vt semper habeatur respect⁹ ad simplum,  
 & sic ad pœnam in quacunq; multiplicatione; ergo  
 idè dicendum est in quacunq; deductione, & defal-  
 catione, vt cōtrariorū idem fit iudicium, vt in iurib⁹  
 vlgatis. In contrarium tñ facit fortiter, quod not.  
 in. c. Raynurius. & in. c. Raynaldus. §. de testa. cum  
 1223 sua materia, in quibus dicitur, quod ¶ filius rogat⁹  
 restituere hæreditatem diuerso tempore, deducit le-  
 gitimā, quæ est tertia pars, vt in authen. nouissima.  
 C. de inoffi. testa. item dicitur Trebellianicam, quæ  
 est quarta pars, vt. ff. ad Treb. per totum, & tales de-  
 ductiones fiunt isto modo; quia primo fit deductio  
 tertiæ partis de toto, & de residuo fit deductio quar-  
 tæ partis. Exemplum, de centum fit deductio tertie  
 partis, quæ continet triginta, & vnum tertium; & sic  
 residuum remanet in sexaginta sex, & duob⁹ tertijs  
 ex quibus deducitur quartā istius residui; & sic. 16.  
 & duo tertia, vt traditur in dictis iuribus, & in l. quā  
 quam. C. ad legē Falcid. & in. l. in ratione. §. q̄ vlgō.  
 ff. ad legem Falcid. sic ergo & in proposito, ex cētum  
 deducuntur 25, & de 75, quæ sunt residuum, deduce-  
 tur quarta pars, quæ sicut dixi, continet 18. & tres  
 quartas. Et hanc opinionē reperio tenuisse D. Ang.  
 de Aretio in dicto tracta. malefic. in vers. deducta.  
 quæ opinio videtur esse satis æqua. In hoc tamen, vt  
 ipse dicit, attendenda sunt verba statuti; & secundū  
 quod disponunt seruanda sunt; & adde ad prædicta,  
 quæ dixi in. 1. artic. princ. q. 86. 87. & 90. Decimo-  
 1224 quinto quæro, ¶ quid si in defectum solutionis pœ-  
 næ pecuniariæ, veniat imponenda pœna mortis, vel  
 pœna corporis afflictiua? Sol. dic. quod iudex debet  
 dicere isto modo cōdemnamus in centum, quæ si  
 non soluerit, amputetur sibi manus, vel abscindatur  
 lingua, vel decapitetur; & ad hanc pœnam commu-  
 tationis pecuniariæ in corporalem, adde omnino q̄  
 latissimè dixi in. c. ad liberandum. j. de iudæ. ex qui-  
 bus singulariter dictis inter alia in 6. limitatione ibi  
 posita, collige, quod si talis cōdemnatus esset sol-  
 uendo, & potius vellet luere pœnam corporale, q̄  
 cogitur bona vendere, & soluere, vt. l. de pollicitatio-  
 nibus. ff. de pollici. probatur in. l. si. ff. de in ius vo-  
 cand. & d. c. ad liberandam. Quiniimò etiam si talis

fit soluendo, & pœna venit applicanda fisco, videtur,  
 quod iudex possit dicere, nolo quod luas in corp⁹;  
 sed volo expectare donec venias ad pinguiorē for-  
 tunam, arg. eorū quæ dixi in. c. Iudæ. 2. j. de iudæis  
 in secundo membro vers. secundo quæro. & in quar-  
 to, & vltimo membro si. q. vers. & not. Ego tñ hoc p-  
 baui in. d. c. ad liberandam. vers. sed quæro iuxta præ-  
 dicta. vide ibidem; & ibi etiam dixi, q̄ talis luens in  
 corpus, consequitur plenā liberationem, adeò q̄ po-  
 stea perueniens ad pinguiorē fortunā nō tenetur.  
 1225 Sed quæro iuxta prædicta, ¶ quid si ex forma statu-  
 ti quis debeat cōdemnari in certa pœna pecuniaria;  
 & adijcitur, quam si nō soluerit amputetur sibi ma-  
 nus, & c. Alio statuto disponitur, quod contra negā-  
 tem pœna duplicetur. Modo aliquis negavit, iudex  
 cōdemnavit in cētum, & in duplū propter negatio-  
 nē, vtrū cōdemnatus ad fugiendā pœnā corporale  
 teneatur soluere pœnam originariam delicti, an etiā  
 negantis? Sol. dic. quod originariam. Ita dicit singu-  
 lariter Bar. in. l. 1. ff. de in litem iuran. & in. l. 2. ff. de  
 1226 publi. iudi. & ibi Io. And. & Io. de Imo. Itē q̄ro, ¶  
 quid si statutum dicit, quod adulter puniatur pœ-  
 na mille florenorum, quos si non poterit soluere de-  
 capitetur; vtrum debeat diu expectari, an possit so-  
 luere? Sol. Bal. in. l. quicunq;. C. de seruis fugi. cōclu-  
 dit, q̄ nō expectabitur diu. Sed si in eo tempore, vel  
 parū post non potest dare, verificabitur, & dicitur  
 non potuisse soluere; quia hic est actus q̄ nō requirit mo-  
 rā tēporis, iuxta not. l. 1. C. de his, quibus vt indig.  
 & per Bar. in. l. seruis quoq;. ff. de heredi. insti. pote-  
 rat autem iudex hanc negatiuā probare, acceptis,  
 & examinatis vicinis, & amicis, vt l. 2. quādo fiscus  
 vel priu. vel per discussionem bonorum, vt. l. 2. C. de  
 fruct. & litium expen. Item per inuentarium, & esti-  
 mum, vt. l. cum de lege. ff. de probat. & in authen.  
 de hæred. & fal. §. si verò ad sunt. quia examinatione,  
 & discussionem diligenter facta, de qua appareat a-  
 pud acta, iudex poterit illum corporaliter punire;  
 & sequitur Ang. de Aretio. Sed tu aduerte; quia Bal.  
 in. l. si quis id quod. §. in seruos. ff. de iurisdic. omn.  
 iudi. dicit, quod talis non potest statim puniri, et si  
 notoriè non sit soluendo; quia possit alius pro eo  
 soluere, vt. d. §. in seruos. Facit. l. Stichus. ff. de pecul.  
 lega. dixi in. d. c. ad liberandam. q. 5. Fortè dicendū  
 est, q̄ saltem expectari debeat tempus, quod datur  
 iudicatis, arg. eorum quæ dixi supra, eo. artic. q. 13.  
 1227 ¶ Quid autem si in defectum non soluentis, venit  
 imponenda pœna amputationis manus; nec dicitur  
 de qua manus? Glo. & Doct. in aut. sed nouo iure. C.  
 de ser. fug. dicit, quod amputabitur manus minus  
 potens. Tu verò vide que dixi in. c. sicut. j. de iudæis.  
 vbi posui, quid si nō habet nisi vnā manum. Et quid  
 si vnā habet omnino aridam, vel cancerosam; aliā  
 bonam. Et quid si non habet aliquam manum, vide  
 ibidem latissimè prædictas, & similes quæstiones. vi-  
 delicet; quid si statutum dicat, si non soluerit cen-  
 tum, amputetur sibi manus, vel pes, vel aliud quid si  
 mille, cuius sit electio, & quid si verba proferantur  
 simpliciter, & quid si dirigantur ad iudicem tantū.  
 Et quid si ad partem tantum, & quid si aliqua ad in-  
 1228 dicem, aliqua ad partē. ¶ Decimo sexto quæro, ¶ qd  
 si statutū dicat, q̄ p tali pœna imponat pœna capi-  
 tis, & illud iudex dicat in sentētia, qd importat ista  
 verba,

verba, an possit amputari caput, gl. in l. 1. C. ne iud. vel paga Christia. man. videtur singulariter velle, q̄ intelligatur de minori pena capitali; & sic de pena exilij, vel deportationis. Facit tex. cum glo. in l. eos. §. cum super his. de appella. Facit etiā quod tradūt Io. And. & Goffre. in. c. quanto. super gl. 1. de iureiur. vbi dicunt Ioan. gl. olatorem defendisse semel quendam a pena amputationis capitis; cum statutū diceret, quod capite puniretur. Pro qua sententia, facit tex. in l. qui cum maior. §. is demum. cum. l. seq. ff. de bo. liber. Secus autem videtur si statutum diceret, amputetur sibi caput, per l. capitalium. in prin. versi. item amputatio. ff. de p̄enis. Facit etiā. l. 1. iun. cta glo. C. de fal. vbi gl. innuit p̄enam capitis, appellari p̄enam capitalem. Prædicta tamen intellige, & limita, nisi aliter constaret de mēte statuentiū, arg. l. 3. C. de libe. præte. cum simi. vt puta, si diceret, ita quod anima a corpore separet, vel quid simile. Itē limita, quando statutum imponit dictam p̄nā alio casu, quam imponat ius commune. Nam si ius commune imponeret p̄nam amputationis capitis, statutum intelligeretur secundum dispositionem iuris communis, arg. not. in. c. causam quæ. §. de rescript. & in l. 2. de noxa. & l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. & vide alia iura quæ allegantur ad hoc in clē. 1. in fin. de sequestra. pos. & fruct. & sequitur prædicta. Io. de Imo. in l. 2. ff. de publi. iud. ¶ Decimose-

1229 p̄mo quæro, ¶ vtrum iudex, qui cōdemnat reum inquisitum ad publicam vindictam, debeat etiā cōdemnare ad satisfaciendum læsis? Sol. Io. And. post Inno. in. c. cum oporteat. §. eo. tenet, quod sic; si criminis qualitas hoc requirat, per text. in auth. vt nulli iudicū. §. & hoc peruenit ad nos. coll. 6. & in auth. vt iudices sine quo. supra. §. si quis autem. & §. necessitate. colla. 2. & etiam sentit hic D. m. licet non al legat dicta iura, & dictas auctoritates; & ita seruatur de consuetudine. Nam si pro furto cōdemnatur quis; & apponitur in sententia, quod furtiget, aut signetur, vel aures abscindantur, vel suspendatur; etiam cōdemnatur ad restitutionem rerum subtractarum ad duplū, vel ad quadruplū, prout est furtum non manifestum, vel manifestum; & ita etiā cōmuniter prouident statuta; & idem in incendiario, & in omnibus alijs criminibus, in quibus civilis, & criminalis descendunt ex eadem lege; & ideō non sunt necessarij duo processus, sed ex eadem instantia inquisitionis poterit cōdemnare ad p̄nā, & ad refarciendum damnum. Ita tenet Bal. in l. data opera. C. qui accus. nō poss. alleg. l. qui ædes. ff. de incen. ruina & naufra. & Bal. in l. quid ergo. §. p̄na grauior. ff. de infami in reper. Et ad prædicta, vide quæ traduntur per Cyn. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. & per Bar. in l. respiciendum. §. delinquent. ff.

1231 de p̄enis. Decimo octauo quæro, ¶ qua p̄na sit puniendus inquisitus, contra quem delictum nō est plenē probatum; sed semiplenē? vide. j. eo. in. 16. artic. princ. ¶ Quintodecimo loco principali tractandū

1232 est ¶ de p̄na inquirentis, & deficientis? Sol. glo. magna hic in vers. si aut nō probabit inquisitionē. tenet q̄ nō, p. c. 2. j. eo. tit. prox. Tu distingue, q̄ aut loquitur in iudice inquirentē, aut in promotore, vel instigatore inquisitionis. Primo casu, dic, quod regulariter iudex non punitur, quando ex necessitate officij

compellitur inquirere, secundum ea, quæ traduntur supra in quinto articulo principali, & quatuor sequentibus articulis, ex regulis traditis per Bart. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. Faciunt quæ dixi. §. in. 1. articulo principali. q. 58. secus si esset in euidenti calumnia, per not. per Bart. in l. in senatus. §. an ad eos. ff. ad senatuscon. Turpil. Pro quo dicto alleg. text. in l. seueriter, aliās, præses. C. de excusat. tuto. & quod

1233 ibi not. Cyn. & Bal. qui volunt, quod si inquisitor dolo, vel lata culpa fatigauit inquisitum, tenetur sibi ad expensas; & potest etiam criminaliter puniri. Et per prædictam legem hoc idem consuluit Barto. consi. 8. quod incipit. Andreolus aliās Andreucius. Idem etiam tenet Dyn. in l. ab accusatore. ff. ad senatuscon. Turpil. Secundo casu, ¶ quid de promotore, seu instigatore inquisitionis? Et tex. est, quod teneat, in d. l. in senatus. §. an ad eos. & ibi tenet Bar. & in l. 1. §. incidit. ff. ad senatuscon. Turpil. & sic procedat glo. nostra hic, vt supra retuli; vnde tenet talis ad expensas; & punitur etiā criminaliter. Nec obstat prædictis, quod iudex, & denunciator, seu promotor se non inscribunt, secundū ea quæ dixi. §. 1. artic. principali. q. 68. quia non valet argumentum, iste se non inscribit; ergo non tenetur ad p̄nam calumniæ, de quo latius vide quæ dixi in. c. 2. j. de calumnia. quasi in fi. Et ibi vide latissimē, p̄pter quas causas quis excusatur in glo. 2. & in iuribus per me ibi allegatis, vide, an in dubio quis præsumatur potius calumniatus, quam non. Aduerte tamen; quia licet Doct. ita simpliciter transeant; tamen videtur, quod dicta quæstio non possit procedere. Nam cum specialis inquisitio non possit formari, nisi præcedente infamia, vt patet ex his, quæ latissimē dixi. §. in. 9. articulo principali. q. 11. & in alijs quæstionibus quasi

1235 vsq; ad finem dicti articuli. Sed in infamia accusati excusati a calumnia; vt l. miles. §. penul. ff. de adulte. & authen. hodiē. C. de repud. ergo, & c. Solu. Ad hoc argumentum potes dupliciter respondere, vt dixi in c. 2. §. de calum. in. 7. fallētia. vel potes soluere, & tertio, quod verum est, quod iste nō præsumitur esse in calumnia. Ita tamen non est præsumptio iuris, & de iure, sed iuris tñ; & ideō potest probari cōtrariū. Et prædicta procedunt quando probaretur contrariū. Plurimi tamen clarissimi Doct. simpliciter tenent, quod probatio infamiæ inquisiti, seu accusati nō excuset etiā præsumptiuē, vt ibi dixi. ¶ Sextodecimo

1236 loco principali quærendum est, ¶ vtrum eo casu, quo crimen cōtra inquisitum non est probatum, debeat ipse simpliciter absolui; an verò inquisito sit indicēda purgatio? Gloss. magna hic in vers. Si verò crimē probatum non fuerit. Concludit, quod si mala fama perdurat, quod iudex debet indicare purgationem inquisito, & infamato, secundū qualitatem p̄sonæ, & quantitatem infamiæ. Et idem tenet gloss. hic, super vers. a maleuolis. quæ plus dicit, quod indicēda est purgatio, vnde cunq; procedat infamia, etiā si a maleuolis, per. c. accedens. j. de purg. cano. & hoc etiam sentit glo. 2. q. 5. in. c. habet. Et idem sentit gl. in. c. cum dilecti. j. de purg. cano. & hanc opi. refert etiam Spec. in tit. de inquisitione. §. nunc tractem. vers. quod si crimen plenē vbi refert opin. Goff. qui voluit, quod si contra inquisitum nihil sit probatum, & crimen, de quo fuit quæsitum habeat facti

perseuerantiam, vt est fornicatio; ordinarius debet eum primo mouere seorsum; & postea coram testibus; & si se non corrigit, sed in infamia perdurat, suspendet eum vsq; ad satisfactionem condignam, vt j. de purga. cano. c. 2. l. vsq; ad purgationem, vt. d. c. habet. & c. super omnia. & hoc casu intelligit, q̄ clericus debet suspendi. Non enim debet statim p̄ infamiam suspendi, nisi enormitas delicti, vel scandalum illud exposcat, vt. j. de purg. cano. c. inter sollicitudines. & 2. q. 5. c. præsbyter. Subdit tñ Spec. q̄ forte non esset contra ius, si tunc statim sibi indiceretur purgatio, quæ secundum oēs\* indicenda est à qui buscunq; infamia præcessit, argu. text. nostri, & j. de purg. cano. c. accedens. & c. cum in iuuentute. Sed si oēs dicerent eum innocentem; & q̄ non credunt inquisitum commisisse crimen, de quo quærit, tunc ab soluitur, & non suspenditur, ne purgatione oneraretur; ¶ nisi forte ex abundanti iudex illam indicat, ad tollendam infamiā facti. 2. q. 5. c. habet. & c. Men nam. Hosti. & Goff. hic, volunt, q̄ si constaret à maleuolis infamiam ortam, sicut non est inquisitio fienda; ita nec purgatio est indicenda; nisi infamia esset multum sparsa, & scandalosa, quo casu indicenda esset purgatio. Sed tu vide glo. in. c. atsi clerici. §. de iudici. quæ vult, quod licet infamia facti trahat originē ab actu gesto coram secularibus, seu ex actu gesto in iudicio vetito; tamē est indicenda purgatio. Sed Hosti. ibi dicit, quod ecclesiasticus iudex non debet de facili procedere ad indicendam purgationem; quia

1239 ¶ laici clericis oppidō sunt infelici. 2. q. 7. in. c. laici. D. m. ibi sequitur gl. ex eo, quod gl. exigit ibi, q̄ opi. eius sit multum grauata; vñ indicenda est purgatio; allegat glo. nostram hic in verbo, à maleuolis. & glo. in. c. cum dilecti. j. de purg. can. in ver. apud bonos. & graues. Ego verò in hoc articulo ita distinguem, q̄ aut inquisitio fuit facta non p̄cedente infamia, q̄ q̄ contingere possit, collige ex his, quæ latissimē dixi. §. in. 9. artic. principali. & tunc talis inquisitio cōtra quē delictum, nec plenē, nec semiplenē probatū est, debet simpliciter absolui; nec ei aliquo modo indicenda est purgatio, cum deficiat causa propter quā ei est indicenda purgatio; videlicet, infamia, vt in. c. si quis præbiter. & c. quoties. & c. inter. j. de purg. cano. Aut contra talem inquisitum processum fuit præambula inquisitione super infamia; & hoc casu distinguem, quod aut testes, q̄ postea producti sunt super veritate delicti clarē deponunt de innocentia sua, vt puta; quia probant negationem coarctatā loco, & tempore; secundum quod probari potest negatiua coarctata loco, & tempore, secundum ea quæ latissimē dixi in. c. super his. §. eo. & per Doct. in. c. super hoc. §. de renūcia. & per Bar. & Doct. in l. in illa. & in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. & hoc casu cum per istos duos testes de veritate innocentie sit plenē eneruata infamia, nō est dubium, quod iste debet simpliciter absolui, nec aliquo modo est ei indicenda purgatio. Nam si per testes super purgatione deponentes de crudelitate, tollitur infamia; quantum magis debet tolli per testes de veritate, aut si per testes inductos super veritate delicti, non probatur plenē innocentia ipsi inquisiti; tñ aliquo modo eliditur infamia, & eneruatur; & hoc casu non esset forte indicenda purgatio, maxime, si appareret, quod infamia esset orta

à suspectis, inimicis, seu maleuolis; & hoc casu procedat opinio gl. de qua. §. quæ vult, q̄ sufficiat, q̄ habuerit ortum et à suspectis, & maleuolis, nam talis infamia non debet effectum infamiæ producere; quæ vanæ voces populi & c. secundum ea, quæ dixi. §. in. 9. artic. princ. in. 13. q. & seq. quod limitandum est, vt sentit. D. m. in. c. pen. j. de pur. cano. q̄ non subesset scādalum; scus si scandalum subesset, vt in. c. inter. de purg. cano. circa quod tamē adde q̄ dixi. §. in. 9. arti. principali. q. 15. Aut per testes productos non est aliquo modo eneruata, aut elisa infamia; & hoc casu adhuc distinguem; quia aut per contrarium factum potest purgari infamia, vt puta; quia infamatus erat de fornicatione, propter mulierem, quam in domo retinebat, vel cum qua habebat continuam familiaritatem; & hoc casu, cum possit cessare infamia, expellendo eam de domo, vel cessando de familiaritate; & tunc fiet admonitio, nec erit indicenda purgatio statim, nec est postea tali cessante à familiaritate, vel mulierem expellente; & hoc sentit Io. And. in. c. 2. in gl. fi. j. de purg. can. sed ipso perseuerante indicenda erit purgatio; & ita procedat opinio Goff. Aut infamia non potest purgari per contrarium factum, & tunc indicenda est purgatio, vt in. d. c. si quis p̄biter. & tribus seq. & in. c. inter, cum multis simi. j. de purg. cano. & ad prædicta vide, q̄ not. Archid. in. c. si q̄ p̄biter. & in. c. si legitimi. & in glo. summæ. 2. q. 5. quæ ad præsens videre nō potui, ex eo q̄ non habebam in domo. ¶ Decimo septimo loco principali tractandum est, iuxta præmissum ordinē, de quibusdā effectibus inquisitionis, tam processus, quam sententia; præter eos qui supradicti sunt; circa quem articulum examinabimus principaliter in scriptis quæstiones. ¶ Primo igitur quæro, de effectibus generalissimæ inquisitionis. Secundo quæro, de effectibus generalis inquisitionis, quæ sit super statu alicuius ecclesiæ, ciuitatis, vel loci; tam in capite, quam in mēbris. Tertio quæro, de effectibus inquisitionis, quæ sit de promouendo, vel ordinando. Quarto quæro, de effectibus inquisitionis, quæ sit per oculorum inspectionem. Quinto quæro, de effectibus inquisitionis ḡnalis, quo ad delicta, & quo ad p̄sonas. Sexto quæro, de effectibus inquisitionis ḡnalis quo ad personas, & specialis quo ad delicta. Septimo quæro, de effectibus inquisitionis ḡnalis quo ad delicta, & specialis quo ad personas. Octauo quæro, de effectibus specialis inquisitionis, quo ad personas, & quo ad delicta. Nono quæro, vtrum pendentia processus inquisitionis afficiat ipsum inquisitum, vel sic respectū ipsi inquisiti producat aliquem effectum. Decimo quæro, vtrum pendente, vel finito iudicio inquisitionis super crimine, contra inquisitū, possit agi ciuilitate per partē ad suum interesse. Vndecimo quæro, q̄ dicatur p̄dere iudicium inquisitionis. Duodecimo quæro, vtrum damnatus ex inquisitione, efficiatur infamis. Decimotertio quæro, vtrum is contra quem semel inquisitum est, possit amplius inquiri, seu accusari, seu contra eum agi. ¶ Primo igitur quæro, ¶ de effectibus generalissimæ inquisitionis? Sol. collige ex his, quæ dixi. §. in secundo articulo principali vers. generalissima verò inquisitio. & ex his quæ dicam. j. q. quinta. Sequatur; & hoc casu, ¶ de effectibus generalis inquisitionis, quæ sit super statu alicui\* ecclesiæ, ciuitatis, vel loci;



tam in capite, quam in membris? Sol. effectus colligitur ex descriptione ipsius, quam posui. s. in secundo principali artic. versu. inquisitio verò quam facit. & colligi etiam potest ex his quæ statim dicā in. 5. q. 1242 Tertio quæro, ¶ de effectu inquisitionis, quæ fit de promovendo, vel ordinando? Sol. dic. vt videatur an inquisitus sit dignus promotione, vel ordinatione, secundum ea quæ latè traduntur in tit. de æta. & qualit. & similibus, de quibus non est materia nostra. Quæro 1243 to quæro, ¶ de effectu inquisitionis, quæ fit per oculorū inspectionē? Sol. dic. quæ dā fit ad approbationem, videlicet; vt habeatur veritas rei, vt colligitur ex his quæ dixi. s. in. 2. artic. princ. in fi. Est tamē quædam, quæ fit ab amatoribus de amarijs eorum, maxime à scholaribus; & hæc multiplex est, & ex ea multiplex insurgit effectus. Quædam enim fit solatijs cæ, & recreationis non ad concupiscentiam, nec ad temporis amissionem; sed horis congruis, qualis est inspectio, quam facit Franciscus Lunensis familiaris noster, qui Andreociā non ardentè concupiscit; sed amat, & diligit illius pulchritudinem; honestatem, atq; pudicitiam, & eam quandoq; recreationis causa inspicit; & hæc summè laudabilis est; sicuti de ludo, & ioco diximus, in. c. inter dilectos. j. de excess. pla. vers. postremò quia. in. 3. & 4. quæstionibus principalis, ibi positus; quare non miretur quispiam, si hæc, quæ ridicula videntur, quæq; subiungo, eam nanq; solatijs cæ, atq; recreationis libenter attingo. Quædam verò est mulierum inquisitio, quæ fit solum concupiscentiæ cæ, iuxta illud. Visus, alloquium, tactus post oscula factum, in qua tñ non multum temporis labitur; & hæc vituperabilis est, siue sequatur effectus mechæ, siue non; quia qui viderit mulierē ad concupiscentiam, iam machatus est in corde suo, vide quæ dixi j. in rub. de adulter. sed nō est ita vituperabilis, & damnabilis, vt sequens. Quædā verò fit ad concupiscentiam, & cum multa temporis amissione; vt faciunt quidā, non dico amantes, sed dementes scholares, qui totum tēpus in huiusmodi fatuitatibus consumunt; & vt plurimum hoc illis euenit, qui res desperatas aggrediuntur; & hæc tanquam perniciofa, 1244 omninò fugienda est. Quinto quæro, ¶ de effectu inquisitionis gñalis quo ad delicta, & quo ad personas? Sol. effectus istius satis colligi pōt ex his, quæ dixi. s. in secundo artic. princ. in princ. versu. generalis igitur inquisitio, est enim ipsius vnus effectus, vt reprobos facinorosos per nouum processum postea fiendum ex speciali inquisitione iudex puniat; item vt à ciuitate expellat reprobos facinorosos, quos fortè nō potest punire; quia alibi deliquerunt, nec possunt puniri ex alijs causis, quibus fortitur quis forum, de quibus dixi in rub. s. de foro compet. & ibi latius dixi. 1245 xi. Sexto quæro, ¶ de effectu inquisitionis generalis quo ad personas, & specialis quo ad delicta? Sol. dic. quòd effectus est, vt reperiatur malefactor, qui iam compertum maleficium commisit, vt tandem formato nouo processu contra eū, puniatur debita pœna, secundum ea, quæ dixi. s. in secundo princ. arti. versu. 1246 generalis vero inquisitio. Septimo quæro, ¶ de effectu generalis inquisitionis quo ad delicta, & specialis quo ad personas? Sol. dic. quæ effectus potest esse duplex, vt dixi in prima. q. Primus, respectu expulsiōnis, si fortè solum reperietur infamatus solum in ge-

nere propter delicta alibi commissa, nec aliter fortitur ibi forum, ita vt possit per delicta alibi perpetrata puniri; & sic esset dignus dumtaxat expulsiōne. Secundus effectus est, vt per talem inquisitionē possit postea procedi ad condemnationem inquisiti, etiam ex probationibus receptis super tali inquisitione, secundum ea, quæ dixi. s. in. 11. artic. princ. q. 93. vel saltem, vt possit specialis inquisitio formari respectu delictorum; & ad prædicta vide quæ dixi. s. in secundo artic. princ. versu. inquisitio verò generalis, & c. Octauo quæro, ¶ de effectu specialis inquisitionis & quo ad personas, & quo ad delicta? Sol. dic. quæ effectus est, vt inquisitus conuictus culpabilis damnetur, & debita pœna afficiatur, seu puniatur; vt colligitur ex descriptione ipsius inquisitionis. s. in secundo princ. artic. versu. specialis verò inquisitio. & dixi. s. in. 11. artic. propè finem. & in. 14. artic. princ. 1247 Nono quæro, ¶ vtrum pendencia processus inquisitionis afficiat ipsum inquisitum, vt sic respectu ipsius inquisiti producat aliquem effectum? Sol. dic. quæ sic; vnde talis non poterit interim eligi, aut promoueri, secundum ea, quæ dixi in. c. omnipotens. s. eo. & ibi hoc tenet Doct. vide quæ dixi. s. in. 13. princ. artic. q. 4. vide Inno. in. c. ad dissoluendum, de despon. impu. in glo. magna. & in. c. accusatus, de symo. per Io. And. & D. Ant. in. c. per tuas. 1. j. de symo. super vltima apostilla super tex. vide per Archidia. 50. dist. c. fludeat. & per Bar. in. l. qui cum vno. s. non omnes. ff. de re mili. & per Bal. in. l. Casius. ff. de senato. Decimo quæro, ¶ vtrum pendente, vel finito iudicio inquisitionis super crimine contra inquisitum, possit agi ciuilitè per partē ad suum interesse? Sol. dicendum est, quæ sic; quia sicut factum partis agentis pro suo interesse priuato non præiudicat iuri publico ad vindictam publicam, vt. l. 2. & ibi glo. & Bar. ff. ad Silla. ita e contra factum iudicis non debet præiudicare parti, quominus prosequi possit suum interesse, vt. l. qui de criè. ff. de fal. & l. ff. de priua. delict. & l. ff. de fur. & vt contrariorū idē sit iudiciū, vt in iurib. vulg. & hoc tenet Bar. in. l. 2. s. sed vt ilius. ff. vi bo. rapt. & in. l. prætor. s. 1. ff. de iurijs. Limita, tñ & declara, vt dicam latius. j. 13. q. Nec obst. l. i. c. qui accu. nō possit loquitur, qñ vnus, & idem est promotor iudicij criminalis; sed quæstio nostra loquitur, qñ sunt duo diuersi, vt iudex, & pars; vñ non debet p factū vnus alteri præiudicari, vt i reg. nō debet. ff. de reg. iur. in. 6. 1250 Vndecimo quæro, ¶ quæ dicatur pendere iudicium inquisitionis? Sol. Collige ex his quæ dixi. s. in. 11. princ. artic. q. 66. & ex his quæ not. in clem. 2. vt lite pend. & ibi latius dixi; & vide omninò Ang. in repe. l. 1. c. de iudi. qui concludit, quæ per solam positionē inquisitionis in actis, non dicitur inquisitio pendere; sed per citationem. Duodecimo quæro, ¶ vtrum dānatus ex inquisitione efficiatur infamis? Sol. Glo. in. l. 3. s. præterea. ff. de suspect. tuto. tenet, quæ non; & idem ibi Dyn. vbi dicit, quæ illa glo. non est alibi. Sed idem tenet gl. in. l. 1. c. de modo multa. & in. l. ff. c. de susp. tut. & Cyn. ibi, & in. l. 1. c. si tutor non gef. & vtrobiq; etiā videtur tenere Bal. & mouetur Cyn. in. d. l. fin. quia ex quo iudex granat reum plus debito, videtur dispensare super infamia, vt in. l. quid ergo. s. pœna grauior. ff. de his qui not. infra. iudex enim inquirendo granat reum, cum de maleficijs non debeat

beat cognosci sine accusatore, vt in. l. rescripto. s. si quis accusatorem. ff. de mune. & hono. Contrariam tamen sententiam videtur tenere Oldr. & Andr. de piffis. Mouentur; quia non debet inspici ordo procedendi; quia si hoc esset verum, nullus hodiè damnatus etiam per accusationem esset infamis; quia cessat ordo antiquus, vt in. l. ordo. ff. de pub. iud. Sed Bar. Io. de Imo. & Raphael in. l. infamē. ff. de iudi. & in. l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. 10. & Bar. de Salic. in. l. ea quidē. C. de accu. in effectu concludunt, quæ aut inquisitus dānatus ex inquisitione punitur aliqua cogitatione, quæ de sui natura eum infamat, & tunc infamatur, vt in. l. ictus sustium. ff. de his qui not. infra. Aut inquisitus non punitur, sed simpliciter condemnatur. Aut inquisitio permittitur, tanq; iudicium separatum per se à publico iudicio. Exemplum, in. l. nullum. C. de testi. & ibi not. in gl. ff. vbi dicit, quæ ille qui tulit falsum testimonium, damnatur officio iudicis; quia aures iudicis offendit, non autem. l. Cornelia de fal. & ideò non infamatur; quia non dicitur publico iudicio damnatus. Aut inquisitio succedit directè in locum accusationis publici iudicij, & cōdemnatus est infamis, vt probatur in. l. Athletas. s. calumniator. ff. de infami. Nam si est speciale in parte, quæ non efficiatur infamis, vt in. l. ff. de pub. iudi. ergo in contrarium est ius commune. Præterea verba edicti prætoris dicunt, quòd dānatus publico iudicio, est infamis, vt in. l. 1. ff. de his qui no. infra. Sed dānatus ex inquisitione super publico iudicio, est damnatus ex publico iudicio, cum inquisitio succedat in locum accusationis, vt in. l. 2. s. si publico. ff. de adul. & s. sapius dicitur est. Non obst. glo. in contrarium allegat; quia intelligi debent, vt dicit Bar. secundum prædictam distinctionem. Non obst. l. i. c. si tutor nō gef. quia vt dicit Bar. non dicitur ibi, quòd ille nō sit infamis. Non obst. ratio Cy. quia grauamen cōsistēs in ordine procedendi, non dispensat cum infamia, vt. d. l. ordo. Quod tamen. s. dixi, quòd damnatus in publico iudicio efficiatur infamis. Limitatur secūdu Bal. in. l. et. C. de furt. si modo sit sententia diffinitiuā; secus si sit interlocutoria; dummodo non habeat aliam quam facti executionem infamatem, per. d. l. nullū. Secundo limitatur, quæ sententia diffinitiuā est lata contra præsentem, & indefensum; secus si contra absentem indefensum; ex eo, quæ fuit condemnatus ex sola contumacia. Nam et si esset infamatus per accusationem non efficeretur infamis, vt ibi per eum; & prædicta procedunt de iure ciuili. Sed de iure canonico. D. m. in. c. inquisitionis. tenet indistinctè, quæ damnatus per viam inquisitionis, non efficiatur infamis. Mouetur; quia ex quo de iure canonico indistinctè procedi potest per viam inquisitionis, secundū ea quæ dixi in. 8. q. princ. in. 3. q. & sic inquisiti sint grauati in hoc, debent in alio releuari, vt in. l. eum qui. ff. de iure iur. & hoc idē tenet D. m. in rub. s. de iudi. per rationē prædictam. Sed mihi non placet hæc rō; & per consequens, nec dicitur, & ipsius reprobatio patet ex his, quæ dicta sunt. s. secundū Bar. Et quāuis de iure canonico dici posset, quæ ex eo, quæ indistinctè possit procedi per inquisitionē, inducatur grauamē; satis et dēt esse, quæ in alio fiat reuelatur de iure canonico, videlicet; respectu pœnæ imponendæ, quæ minor imponitur per viam inquisitionis, quæ per viam accu-

sationis, vt in. c. inquisitionis. s. eod. & vide ad prædictam materiā quod tradit Spec. i. tit. de sen. s. 2. vers. 1254 quid de istis. ¶ Decimotertio quæro, ¶ vtrum is contra quem semel inquisitus est, possit amplius inquiri, seu accusari, seu contra eum agi? Sol. dic. quæ aut quæ fuit absolutus, aut fuit condemnatus. Primo casu, quando fuit absolutus, dic. vt dixi. in. c. de his. s. eod. in. x. membro principali coniuncto membro primo. 2. 5. & 6. q. cum simi. ibi positus. procedunt tamen quæ ibi dixi, maxime in. 10. membro, in absoluto simpliciter per viam inquisitionis, quæ contra eum non potest amplius inquiri; nec etiam potest amplius accusari; 1255 quia ¶ de delicto, eiusdem hominis pluries quæri non debet; & ibi latius dixi; & hoc quo ad publicam vindictam. Sed quo ad priuatū interesse tertij, diffinuerem, quòd aut inquisitio fuit formata ad instigationem, seu promotionem ipsius tertij, quæ nunc vult agere pro suo interesse; & hoc casu non audiatur; & idem si iste tertius nō promouit inquisitionem, sciuit tamē huiusmodi inquisitionis iudicium agitari; & ex ipso iudicio veniebat etiam refarciendum sibi suum priuatū interesse, secundum quòd dixi. s. eod. artic. q. 10. & maxime si fuit citatus, secundum ea quæ dixi. s. in. 11. artic. princ. q. 71. & seq. nam hoc casu vñ, quòd res inter alios acta sibi iudicium afferat, secū dum not. in. l. sepè. ff. de re iud. nisi doceretur de collusionē, secundū ea quæ dixi in. c. de his. in vltimo membro princ. s. eo. in prima limitat. & vide omninò ad prædicta, quæ traduntur in. d. l. sepè. & quæ latius dixi in. c. pē. s. de re iudi. & secundū dicta, & examinata in dictis iuribus, & regulas, & limitationes ibi traditas regulandus est iste artic. Si verò iste tertius de cuius priuato interesse agitur nunc, non fuit citatus, neq; promouit inquisitionem, neq; etiam sciuit iudicium inquisitionis agitari, aut etiam si sciuit sed suū interesse priuatum nō descendit ex eadem lege, seu ex eodem iudicio; & hoc casu non obstante absolutoria potest agere pro suo priuato interesse, hoc tamen vt dixi, regulandum est omninò ex traditis, & not. in. d. c. pē. & d. l. sepè. & adde omninò ad prædicta quòd tradit Io. And. in addi. Spe. in tit. de inquisitione. s. nunc videndum. & s. vtrum aut infra lata. & quæ tradit Bar. in. l. 2. ff. vi bo. rap. Nā distingui et debet, an quis fuerit absolutus; quia non delictum; an quis fuerit absolutus; quia non pbatū. Aut sententia absolutoria est prolata simpliciter, de quibus ibi per eū. Si verò inquisitus fuit condemnatus, an possit iterato inquiri, vel accusari, vel contra eum agi, gl. 2. q. 1. c. notū. tenet, quòd sic, & idē tenuerunt quidā, quos refert Inno. i. c. cū dilectus. j. de purg. can. refert tñ ibi alios aliter distinguere. Bar. in. d. l. 2. ff. vi bo. rapt. tenet idem in cōdemnato; quod in absoluto. Ego arbitror posse distinguere, quòd aut querim, an possit agi ad priuatum interesse, & nō est dubiū, p ea quæ dixi. s. in. 10. q. huiusmodi articuli. Aut vult accusare ad publicam vindictam; & hoc casu dicendum est, quæ de iure ciuili non est dubiū; quia de iure ciuili etiā per inquisitionē imponit naturalis pœna delicti, secundū ea quæ dixi. s. in. 14. artic. princ. q. 2. Sed de iure canonico est maius dubiū; quia per inquisitionem non puni quis naturali pœna delicti, vt dixi. s. in. 14. artic. princ. in prin. Arbitror tñ, quæ pœna imposta per iudicē ecclesiasticū, nō possit iste talis corā alio iudice ecclesiastico accusari.

culari. Sed an possit accusari coram iudice seculari, vt puta: qd no fit clericus: qd clericus nullo modo potest coram iudice seculari accusari, aut de crimine et civiliter conueniri, secundum ea que dixi in. c. at si clerici. & c. cu non ab homine. s. de iudi. & c. 2. & c. si diligenti. s. de fo. compe. Data ergo habilitate fori iudicis secularis contra iam inquisitu, & condemnatum ab ecclesiastico, an possit iste accusari coram seculari? & videtur dicendum, qd sic, quatenus poena legalis excedit, arg. not. in. c. felicitis. s. fi. de pen. lib. 6. & sequitur Bal. in. l. nullum. C. de testib. Circa quod vide, quod tradit Bar. in. l. i. ff. vi. bo. rapt. & in. l. senatus. ff. de accu. & per D. m. in. c. tua. s. de procura. & qd late dixi in. c. de his. s. eo. in. l. 4. membro. & vide casum quem posui, in. c. 2. j. de maleficis.

1257 Decimo octavo loco tractandum restat, qd qualiter iudicium inquisitionis finiatur? Sol. arbitror in hoc sic dicendum, qd aut ad inquisitionem faciendam fuit datus delegatus, & finitur his casibus, quibus finitur iurisdictione delegati, secundum ea, qua trad. in. c. in literis. & c. venerabili. & c. quarenti. s. de offic. deleg. per Hosti. in summa in tit. de offic. deleg. s. & qualiter finiatur. & per Spec. eo. tit. s. restat. Si vero loquimur de ordinario, quantum ad ipsius iurisdictionem, quando finiatur, dic. vt latius traditur p Hosti. in sum. in tit. de offi. ordi. s. fi. Sed quantum ad iudicium ipsius inquisitionis respectu sententia proferenda, finitur per prolationem sententia, secundum not. in. l. Paulus. & l. iudex postea. ff. de re iudi. Nisi antea suspendatur, forte per appellationem, vel ad superioris alio modo iurisdictione transferatur per euocationem, aut similem modum, vt in. c. nostrum. s. de appel. vel

1258 sententia fuerit nulla; quia qd sententia nulla non finit iurisdictionem iudicis ordinarij, secundum ea que dixi. s. eo. in. c. qualiter. secundo membro princ. Sed quo ad executionem, lata sententia valida per eum, non est dubium, qd remanet iudex; vt traditur in iuribus p raelleg. Et ex pdictis Deo duce, expeditum est hoc notabile, & famosum. c. qualiter. atq; ipsius utilis, subtilis, & quotidiana materia, quod qualiter fuerit expeditu superiora manifestant; & qm vt reor, plurimum, imo quasi certo certior sum, qd nonnulli reperientur defectus, plurima et superflua, quedam insuper non ita eliminate, distincte, aut mature tradita; rogo, supplico, exoro, impetro, atq; obtestor oes legetes, vt placeat defectus supplere, superflua refecare, & confusa distinguere, & minus iuridice dicta emendare. Nec miretur quispiam, si non omnia clare, distincte, ordinate, ac plene tradita sint; quoniam materia est amplissima, atq; confusa a maioribus nostris tradita. Excusatione etiam suadeat, qd non continuatis lectionibus; sed interpellatis, & solu festis diebus, & interuallatis quandoq; septimanis, atq; inter ipsa tempora interpositis quotidianis lectionibus, diuersam, ac penitus extraneam materiam continentibus, ad quas munere, ac stipendio publico astringimur, lecta, exposita, ac tradita extitit. Cedant etiam ad excusationem forinsecus cause, atq; familiaria negotia, quibus non parum distringor; atq; illud adiungo, quod

1259 qd omnium habere memoriam, & medium, in quo perfecta virtus consistit, in cunctis seruare, potius est diuinu, quam humanum. Ad quod auctoritates plurimas vide, qua dixi j. de excel. p raela. in rubr.

C A P. X. X V.

S V M M A R I V M.

- 1 Conciliorum quot species. & nu. 5.
- 2 Prouincia qualibet regulariter vnum Archiepiscopum, & x. Episcopos habere debet.
- 3 Verbum, alios, quid comprehendat. ibid.
- 4 Debeo necessitatem importat.
- 5 Concilium episcopale, qd vt plurimum synodus episcopalis vocatur, quale.
- 6 Concilium generale dicitur, cui Papa preest.
- 7 Concilia prouincialia, quando celebranda, et quid in his agantur.
- 8 Presertim, dictio, implicatiua.
- 9 Relegentes, dictio, iteratiua.
- 10 Iura esse in ciuitate parum est, nisi sint qui illa exercent.
- 11 Clausula principaliter, & de plano quid denotat.
- 12 Idonea, prouide, & honeste personae, qua dicitur.
- 13 Pena negligentium obseruare constitutionem huius, c. sicut olim. de accusario.
- 14 Inquisitio quo casu valeat, non precedente infamia.
- 15 Testes synodales qui.
- 16 Vnde autem esse debeant, quales, & quid agere, & quibus expensis alendi. nu. 15.
- 17 Et in quibus casibus, & quousq; eis credatur. nu. 17.
- 18 Pralato, an, & quando ministrande sunt expense.
- 19 Officiali vni iurato in leuibus tantum creditur.
- 20 In iudicijs, pro eodem negotio, quis non debet trahi coram diuersis iudicibus.
- 21 Inquisitio vnius, alteri non praeiudicat.

Sicut olim. Metropolitanus ad correctionem excessuum & reformationem morum

singulis annis facere debet conciliu prouinciale, in quo debent statuere personas idoneas p singulas dioceses, qua sollicitudine inuestigent, & in sequenti concilio referant corrigenda; & epi debent facere synodos episcopales singulis annis, & publicare agitata in concilio prouinciali; & negligetes pdicta, ab executione beneficij suspēduntur. h. d. Diuidit in tres partes. In prima, puidet de concilio prouinciali, & agendis in illo. In 2. de testibus synodalibus, & eorum officijs. In tertia, de pena hec non seruantiu; & tacite inserit de synodis episcopalibus. Secunda, ibi, vt aut. Tertia, ibi, quisquis. ¶ Noto primo, qd duas species concilij; qm qua da, est prouincialis, qua da episcopalis. Prouincialis est qua facit Archiepiscopus in sua prouincia. Na qd qualibet prouincia det regulariter habere vnu Archiepiscopu, & decem episcopos. 6. q. 3. c. scito te. tradit. s. de elec. c. cora. & ad hoc conciliu videtur vocari solum epi, qd probatur hic; quia si alij tenerentur venire, frustra videretur inqri publicatio fieda p episcopos in propria diocesi, vt not. in. c. fi. s. de his, qua fi. a pla. & c. grauē. de pben. In contrarium tamē facit tex. noster, dum dicit suffraganeos, & ad alios in concilio subsequenti, & c. potest tamen raderi, qd per hoc verbum, alios, includantur solum capitula ecclesiarum cathedralium, vel ipsorum capituloru procuratores, qui etiam debent vocari, vt. d. c. fi. Inno. tn in. d. c. grauē. videtur concludere, qd tales non sunt vocandi. Facit qd habetur. 18. dist. c. qm. & c. placuit, & c. fi

& c. si episcopus. & c. pen. Vel posset dici, vt vult Io. de Imo. qd alij non sunt vocandi de necessitate; si ramen voluntarie venerint, admittendi sunt; ita potest intelligi, qd habetur in. d. c. fina. Vel dic, qd de honestate possunt, non tamen de necessitate. Sed D. m. in. d. c. fina. tenet expresse, qd capitula cathedralium ecclesiarum de necessitate sint vocanda, per tex. illum, qui loquitur per qd verbum, debeant. qd importat necessitatem, vt not. glo. in ver. debeant. in. clē. 2. de sta. mo. Subdit tamen singulariter per illu tex. qd solu admittant ad tractandū, non aut ad iudicandū, seu decidendū. Ad qd facit tex. ibi, dum dicit debent inuitari. & sic probat, qd non ad iudicandū, seu decidendū, quia tunc cogentur venire, vt. c. si episcopus. & c. placuit. 18. dist. Soli igitur episcopi sunt iudices, imo & de ipsis dubitatur, an sint loco assessorum, & Archiepiscopus solus sit iudex. Et aduerte; quia non est necesse, qd in tali concilio interueniat Primas; sed satis dicitur perfectum, si ad est Metropolitanus. 9. 2. dist. c. pen. qd Conciliu veru episcopale est, qd facit solus episcopus in sua diocesi tantum; & ad hoc vocandi sunt abbates, & alij pralati, & sacerdotes, & totus clerus ciuitatis, & diocesis. 18. dist. c. decernimus. & c. sup. his. de maio. & obe. dūmodo prouideatur ecclesijs istoru, vt in diuinis, & reliquis non patiantur dispendiu, arg. c. pen. s. de clem. non resi. hoc tn concilium, vt plurimum appellatur synodus episcopalis, vt hic & 1. q. 7. c. eo uenientibus. Est et tertia species qd concilij, f. generalis, in quo preest Papa, vt. 17. dist. c. multis. Est etiam quarta species, videlicet religiosorum, vt hic in glo. 2. & c. in singulis. & c. ea que s. de sta. mona. & in clē. 1. in fin. de sta. mo. de materia conciliorum, vide Inm latissimē, & Doct. in. d. c. grauē. de pben. Secūdo not. qd qd talia concilia prouincialia, & episcopalia, debent singulis annis celebrari; olim vero bis in anno 18. dist. c. qm. Hodie de consuetudine raro, aut nunq celebrantur; & male tm Io. And. & tales de iure debent puniri, vt traditur hic in fi. Tertio not. quid age re debeat conciliu prouinciale; qm debet principa liter intendere circa corrigendos excessus clericoru; & reformandos mores ipsorum, & et laicorum, arg. tex. nostri, ibi, qd presertim in clero. quia dictio est implicatiua, vt not. in. c. ex literis. j. de homi. & l. qd & lex. in prin. ff. de l. be. homi. exhib. Item in tali concilio legenda sunt statuta generalis concilij intra sex menses. 18. dist. c. fi. & enumerata hic Io. And. 71. cōstitutiones conciliorum gnaliu, & plures alias vtiles, & morales constitutiones, & canonicas, quas hic vide per eum. ¶ Quarto not. ibi, relegentes. hoc verbum, qd secundum Io. And. qd denotat iterationem; quia per iteratam lectionem fit magis attenda lectio, qd not. tu scholaris, vt non solum legas, sed relegas.

9 Quinto not. ibi, faciant obseruari. qd parum esse iura in ciuitate fore descripta, & c. vt. c. vbi periculum. de elec. lib. 6. & l. 2. ff. de orig. iur. Sexto not. qd concilium prouinciale, debet praeponere in singulis diocesis personas idoneas, qua secundum Host. & Io. And. & glo. hic, sunt quasi quidam testes synodales, qui debent inuestigare, & referre concilio, qua inuestigationem debent facere simpliciter, & de plano. Et not. hunc tex. qd qd hac clausula simpliciter, & de plano, interdum denotat informationem extra-

iudicalem; & de his etiam dicitur in. c. seq. Et not. qd qua dicantur persone idoneae, ad qd facit. c. precedens. post prin. dicuntur enim idoneae si sunt prouideae, & honestae. Prouide, vt procul videant, se informando, interrogando seniores, & honestiores. Honestae vero, ne corrupte aliquem falso infament, vel differat, vt. j. de symo. c. nemo. & pdictaru psonarum officiu durat anno, quo finito alia eligi debent, vt omnis euitet suspitio, tm Hosti. & Io. And. Septimo not. qd pena negligētiu obseruare hanc cōstitutionem, hae tn non est canonis lata sententia, cum loquatur per verbum futuri tēporis. Vide qd dixi ad hoc in. c. Iudai. 2. de Iud. Octauo not. qd casum, in quo valet inquisitio non precedente infamia; & ratio est, qd hic non inquirit contra certam personam, nec de certo crimine, dic de hoc, vt dixi in. c. preced. in. 8. q. princ. ¶ Vltimo iste tex. quotidie allegatur contra Metropolitanos allegantes se ignorasse vacationem beneficiorum, qua longo tēpore vacarunt; na cum ipsi debeant ibi habere testes synodales, ex hoc presumit, qd sciunt, quos si non habent, videtur esse in affectata ignorantia, tm Io. And. in. c. ex parte. de concef. praben. vbi concludit, qd superior arbitratitur hoc; & vide aliquid in. c. 2. eo. tit. Glo. 2. in. fi. dic. & hodie habetur in clem. ne in arg. in. fi. de statu mo. ¶ Glo. 3. tractat de testibus synodalibus; qd vbi debeant esse, & quales, & qd agere debent, & vbi debeant habere expensas. In eadē, ibi, facere non debent. dic. tm Vincen. qd si isti sunt de loco vbi inquirunt, debent sibi provide re de expensis; cum sint vocati in partem sollicitudinis. 2. q. 6. qui scit. & not. gl. in. c. statutū. de rescript. lib. 6. & not. in. l. item veniunt. ff. de peti. hare. & hoc limita, secundum pdicta iura. Si vero mitterentur vt delegati; tunc mittens debet prouidere, vt in auth. de mand. prin. s. illud quoq; & generaliter concludit, qd qd pralato nunq sunt ministrande expensae; nisi reperiat in iure expressum, vt in visitatione, & cōsecratione ecclesie, vt. c. cu sit. de symo. Et aduerte; quia qd dixi, qd debet fieri procuratio per mittentem, debet intelligi tam quo ad alia, quam quo ad expensas cibi, & potus; nam illas omnino debent habere a visitatis, vt habet in. c. si episcopus. de offic. ordi. lib. 6. & forte idem dicendum est in primo casu. Item aduerte. quia si isti denegarentur expensae, non possent coarctare aliquem; quia non habent iurisdictionem; sed debent referre episcopo, vt Metropolitanus, qui corrigat illos, tm Hosti. & Io. And. allegant. c. fi. de offi. archiepi. & c. 1. de empt. & vendi. & facit, qd not. glo. seq. in princip. Glo. fi. infert dubium. & sol. & quarendo, & obijciendo responderi, & infert, qd diminuta videtur Archiepiscoporu potestas; & subdit, qd isti minus creduntur, quam alij officialibus, & rationem reddit; & subdit, qd per inquisitionem prelatorum isti suum officium non dimittunt. In eadē, ibi, sed sufficit, qd sint honeste. dic. tm Hosti. qd non esset improbabile, qd isti iurarent, eū instituunt; & hoc videtur expresse probari in. d. c. epus. in synodo. vbi ponitur forma iuramenti. Facit c. praterea. de testib. cogē. In eadem, ibi, hodie vero non possunt. & ibi, alia superflua. dic. tm Doc. qd ista pars gl. est superflua; quia iste tex. loquit de concilio prouinciali, cui fienda est relatio; & non de Archiepiscopo visitante. Archiepiscopus enim potest visitare par. j. X iij totam



totam prouinciam etiam sine istorum relatione ; & etiam si nō apparet de negligentia episcoporu, vt. c. 1. & fi. de censu. lib. 6. ¶ In eadem, ibi, t̄minus creditur q̄ alijs. dic. s̄m Hosti. q̄ aut isti nuntiāt notoria, & eis creditur, sicut alijs, vt. l. ab accusatione. §. nuntiatores. ff. ad Turpil. & l. ea quidem. C. de accus. Aut non nuntiant notoria ; & non creditur illis, vt l. singuli. C. eo. tit. pluribus verò iuratis creditur, donec probetur contrarium, vt. d. c. praterea. de testib. cogen. & sequuntur hic Io. And. & Doct. & Bar. in. l. diuus. ff. de custo. reo. qui vult, q̄ in leuib⁹ credatur vni tm̄ officiali iurato. In fi. glo. dic. sed querit hic Io. And. post Ioan. glossat. qd̄ si Archid. vult inquirere in aliqua villa, & isti inquisitores veniunt, & volunt, & ipsi inquirere; an omnes poterunt inquirere; & dicit, q̄ in iudicib⁹ planū est, q̄ pro eodem negotio coram diuersis quis trahi nō debet, vt. c. ex tenore. §. de rescript. Sed hic aliud videtur dicendū; q̄ vna inquisitio non praeiudicat alteri. Subdit tamē, q̄ non possunt inquirere sine licentia Archid. 80. dist. non debere. & quia plena inquisitio Archid. praeiudicat femiplenē; & sequitur Vincen. sed hoc vltimū non placet hic D. Ant. nec Io. de Imo. nec D. m. qui volunt, q̄ etiam sine licentia Archid. possunt inquirere auctoritate huius. c. & quia non habent referre Archid. sed concilio prouinciali. Item quia visitat abiq; iurisdictione, interrogando seniores, & alias personas discretas; & sic non impediunt Archid. vel alium ordinarium.

C A P. X X V I.

S V M M A R I V M.

- 1 In litteris est fienda mentio de ordine.
2 Differentia inter excommunicationem, & suspensionem.
3 Lite pendente inter superiorem, & subditū super superioris criminibus, non debet superior aliquid agere contra subditum.
4 Subditus si excommunicatur, an possit talis per delegatū ad inquisitionem, absolui sine speciali mandato.
5 Demandato principali, omnia videntur demandata.
6 Suspensus, & excommunicatus possunt repellī a testimonio. & nu. 2. 1.
7 Monachus spoliatus potest agere possessorio contra Abbatem.
8 Monachus nec proprietatem, nec possessionē proprio nomine habere potest.
9 Possessorium recuperandū datur pro spoliatione illegitimē facta per iudicem.
10 Verba de plano, & sine strepitu quid important, & nume. 2. 8.
11 Appellās p̄ se, & adherentibus eos includit, et ibi ratio.
12 Inquisitor, de quibus habeat inquirere contra regulares, & qualem ordinem seruare debeat.
13 Iuramentum de tacenda veritate an valeat.
14 Pendente lite monachus non absoluitur ab obedientia, nisi praeiudicat liti.
15 Monachis denuntiātibus Abbatem, vel promouentibus inquisitionem, sunt ministrandae expensae.
16 Inquisitor potest deputare persecutores ad inquisitionem.
17 Inquisitus si appellet, vel aliter dicat p̄cessum nullum contra se, tunc non est citandus promotor inquisitionis.

- 18 Plures possunt eē promotores, et p̄secutores inquisitionis.
19 Cetera, h. ec. dictio quid sub se contineat.
20 Promotores, & denuntiatores inquisitionis videntur esse principales in causa.
21 An aut in eadem possint testificari. ibid.
22 Suspensionum multa species.
23 Edictum de teste, est prohibitorium.
24 Differentia est inter litem motam, & litem ceptam.
25 Et qua dicitur lis cepta. nu. 2. 5.
26 Inimicitiae ex denuntiatione, vel promotione inquisitionis causantur.
27 Praelatis etiam regularibus inquisitis, debent exhiberi nomina testium.
28 Actiois civilis; vel accusationis, vel p̄secutionis criminalis, quis sit effectus.
29 Penarum, quot sint genera, tam civiliter, quam criminaliter.
30 Pena quando pro delicto imponitur, an imponatur per quemlibet modum agendi.
31 Iudex, an possit moderare penas à iure impostas.
32 Sententię latae criminaliter, an trahant secū executionē.

Olim. Sententię excommunicationū, suspensionum, vel interdicta, latae post denuntiationem per abbatem denuntiatum, vel alium pro ipsum in monachos denuntiantes, vel adherentes eiusdem relaxantur, spoliati restituntur, & iuramenta de veritate tacenda relaxantur, dicta testium denuntiatio traduntur, & expensae de bonis monasterij debentur monachis prosequentibus inquisitionem; nec pp̄ hoc absoluntur ab obedientia abbatis, dummodo obedientia nō praeiudicat liti. h. d. Sex sunt partes post decisam, sicut sex sūt dicta. Secūda, ibi, ac eis. Tertia, ibi, iuramentis. Quarta, ibi, prouiso. Quinta, ibi, si verò. Sexta ibi, p̄dictis aut. Et in text. ibi, & infra. dic. sub isto. j. continetur, qualiter Papa ad instantiā monachorum cōmiserit inquisitionem super statu monasterij Tyronensis, tam in capite, quam in mēbris; & q̄ post commissam inquisitionem, inquisitores inceperunt procedere; & pendente negotio, abbas aliquos ex p̄dictis monachis excommunicauit; & aliquos suspendit, aliquos spoliavit, alios astrinxit ad iurandum, q̄ tacerent veritatem contra eū; alijs denegabat expensas; vnde propter p̄dicta non p̄cedebatur in negotio inquisitionis; quare monachi habuerunt recursum ad Summum Pontificem, petentes vt prouideret; vnde Papa ne retardaretur monasterij reformatio, prouidit vt sequitur. ¶ Not. primo ex princ. ibi, ordinis, & c. q̄ in litteris est fienda mentio de ordine, de quo dic. vt in. c. cum ordinem. §. de rescrip. ¶ Secundo not. q̄ differentia est inter excommunicationem, & suspensionem. Excommunicatio enim priuat hominem à cōione hominum, vt. c. pia. de excep. lib. 6. Suspendio non. & vide alias plures differentias, in. c. 1. de sent. excom. lib. 6. & de pluribus speciebus suspensionū, vide plenē per glo. not. in vers. suspensi. in clē. cupientes de p̄enis. ¶ Tertio not. q̄ pendente lite inter superiorem, & subditū sup criminibus superioris, nō debet superior aliqd̄ agere contra subditū, pp̄ qd̄ possit impediri prosequitio negotij principalis; & ideò nō potest excommunicare ipsum subditum. ¶ Sed q̄, an si excommu-

communicatus possit delegatus ad inquisitionem, talem absolueri sine speciali mandato. Io. And. hic dicit, q̄ sic namq; ex quo demandatum est principale, oīa videntur demandata, & c. vt. c. prudentiam. §. pen. de offic. de leg. q̄ intellige secundum Hosti. seruata forma, quā ibi habetur. ¶ Quarto not. q̄ suspensus potest repellī a testimonio; sicut excōicatus, de quo dicam in glo. 1. Quinto not. q̄ monachus spoliatus potest agere possessorio contra abbatem. Sed contra hoc videtur obstarē, q̄ monachus nec proprietatem, nec possessionem habere potest proprio nomine. 12. q. 1. c. nolo. & c. non dicatis. & hoc vsq; adeò, q̄ nec propria vestem dicit possidere, vt not. gl. in. d. c. non dicatis. Sed ad petendam restitutionem possessionis, necesse est p̄bare possessionē, seu possessionis spoliationē; vt. c. consultationibus. §. de offi. deleg. ergò, & c. Sol. dicit Inno. q̄ ista restitutiō fit potius ex gratia, q̄ ex iure. Hosti. verò dicit, qd̄ imo etiam per viam iuris, saltem ex vi denuntiationis, arg. not. in. c. dilectus. §. de rescrip. & l. 1. §. qd̄ autē. ff. de offi. praef. vrb. Aduerte tamen; quia potes breuiter concludere, qd̄ si spoliatio fuit facta de monasterio; puta, q̄ fuit expulsus, procedit opinio Hosti. quia fructus clericus expulsus à beneficio suo, vel à iure fructandae vocis, potest agere possessorio; licet p̄dictorum non habeat dominium; ita religiosus potest peti restitutiō ad monasterium, cum per ingressum acquisierit ius in illo, vt ibi deseruieret, & alimentaretur, arg. c. porrectum. & c. fin. de regula. Si verò intelligeres, q̄ isti fuerant spoliati de prioratibus, quos possidebant, Inno. dicit, q̄ non potest agi possessorio recuperandē, arg. c. cum ad monasteriū. §. tales. §. de statu regula. & ratio est; quia ipsi non possunt dici spoliati, cum non possideant nomine proprio. Goff. Hosti; & Doct. videntur velle, q̄ si post ceptum negotium hoc fuerit attētatum, q̄ debeant reponi in pristinum statum, per tex. nostrū, & id q̄ habetur in. c. dilectus. §. eod. & c. fin. de consti. cum M. in fi. Sed forte posset dici, qd̄ si esset aliquis prioratus, à quo nō posset reuocari ad nutū abbatis, q̄ forte ratione talis iuris daretur quasi possessoriū recuperandā, circa q̄ vide, q̄ dixi in clē. 1. de supplē. neglig. praela. Sed si ad nutum abbatis posset reuocari; tunc per viam ordinariam non posset petere restitutionem; sed per viam denuntiationis implo-rando officium superioris, vel per viam attentati lite pendente, ex quo impediretur prosequitio negotij, arg. not. per Inno. in. c. insinuante. §. ne cle. vel mona. & per Io. And. in. c. cum singula. de praben. lib. 6. in nouel. & adde p̄dictis quae dicuntur in. c. cum dilecta. & c. edoceri. §. de rescrip. ¶ Sexto not. q̄ possessoriū recuperandē datur etiam pro spoliatione illegitimē facta per iudicem, vt. c. conquirente. §. de restit. spol. aliqd̄ dixi in. c. ad petitionē. §. eo. ¶ Septimo not. q̄ de istis verbis, de plano, & sine strepitu; important enim iuris rigurosi ordinis relaxationem, de quibus per tex. & glo. in clem. sepē de verb. sign. & Bar. in extraua. ad reprimendū. in vers. de plano. & in vers. sine strepitu. ¶ Octauo not. ibi, adherentes eidem. q̄ pro cōi consuetudine appellatum pro se, & adherentibus suis, nam virtute istius appellationis defendunt & adherentes; quia secundū Io. And. inuoluntur, & tenentur quo ad p̄enas,

fortius debent gaudere privilegio principalū, arg. c. 1. de offi. deleg. & reg. iur. lib. 6. dixi lati⁹ in. c. vna. §. de appel. ¶ Nono not. q̄ de quibus habeat inquirere inquisitor contra regulares, & qualem ordinem habeat seruare, & habes ex tex. q̄ licet ordo iuris non sit vsquequaq; obseruandus; tamen aliquis seruandus est, Io. And. tamen dicit ponderandum esse tex. in ver. si verò. qui dicit contra abbatem, nihil dicit de monachis; quasi sentiat, qd̄ contra monachos proceditur de plano sine aliquo ordine; sed cōtra abbatem, qui potest remoueri ab administratione, ille debet seruari, qui consistit in veritate, non in subtilitate, vel dic. vt dixi in. c. qualiter. 2. q. 1. 2. princ. ¶ Decimo not. arg. qd̄ videtur valere iuramentum de tacenda veritate; nam hic mandatur relaxari; sed si non valeret, non esset opus relaxatione. Hodiē tamen videtur, q̄ sit nullum ipso iure, per. c. quia plerique. de offi. ordi. lib. 6. & nihilominus proceditur contra eum, qui voluit deludere iurisdictionem iudicis, & probationis copiam subtrahere, secundum Goffr. & not. in. c. constitutus. §. de testi. & c. fi. de testib. cog. ¶ Undecimo not. qd̄ pendente lite monachus non absoluitur ab obedientia, si nō praeiudicat liti, vt dixi in. c. ex parte. §. eo. ¶ Duodecimo not. q̄ monachis denuntiantibus abbatem, vel promouentibus inquisitionem, aut accusationē, sunt ministrandae expensae à monasterio, vt dixi in. d. c. ex parte. & not. istum tex. singularem in hoc secundum Abb. qd̄ si tales non possunt illas habere ab Abbate, licitum est illas subtrahere propria auctoritate, cum ipsi procurent vtilitatem monasterij, vt l. si procurator. §. signoranter. ff. mand. nec potest cōtra eos excipi, vt hic, de spoliatione. ¶ Tertiodecimo not. qd̄ inquisitor potest deputare persecutores ad inquisitionem, de quo per Io. And. in. c. cum clamor. §. de testi. de quo dixi in. c. qualiter. 2. in. 6. q. princ. §. eo. & sequitur ex isto tex. etiam aliud, secundum Io. And. q̄ si inquisitus appellat, vel aliter dicat processum nullum habitum contra se, q̄ nō sit citandus promotor inquisitionis; & dic. vt dixi in. d. c. qualiter. 1. 2. q. prin. Item probat hic tex. q̄ plures possunt esse persecutores, vel promotores inquisitionis, vt dixi in. d. c. qualiter. in. 6. q. princ. ¶ Vltimo not. ex fine dum dicit, contradicētes, & c. q̄ sub quo, & c. continetur, videlicet; per censuram ecclesiasticā cōpellant, vt cessant à contradictione; & sic not. de ista clausula, & c. scripta abbreviatē; quia continet primo illud, q̄ apparet in originali, vt not. glo. in. c. estote. §. de reg. iur. Si verò non apparet de originali, vel est posita in protocollo, aut in prima abbreviatura notarij, dic. q̄ sub dictione, & c. venit illud, q̄ est de natura illi⁹ clausulae, vt hic, & c. significauit. §. de appell. & c. ex parte. §. de rescrip. vel q̄ continet ex natura cōtract⁹, vt l. Gall⁹. §. qd̄ ff. de lib. posthu. & l. si duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiur. vel q̄ de consuetudine consuevit apponi. Hęc aut cōsuetudo dupliciter accipit; q̄ aut apparet cōsuetudo ipsius notarij, qui posuit ipsam dictionē, & c. illa attendēda est; potest aut apparere per alia extensa in similib⁹ clausulis eiusdē notarij; si verò nō apparent alia extensa, tunc attendit cōsuetudo aliorū notariorū, arg. not. in. l. q̄ si nolit. §. qui assidua. ff. de edil. edicto. & l. si prius. §. placuit. ff. de aqua plu. arcen. & l. si quis par. j. X iiij locu-

6 Symoniacus in ordine est præcisus ab ecclesia. Et nullus præcisus potest celebrare. ibi.
7 Ecclesia in alijs criminibus, præterquam in symonia infelios tolerat, & penitentes admittit.
8 Peccator præcisus an vitari debeat; & de excommunicato, quòd non; & de symoniaco, quòd sic. ibid.
9 Meretrix quæ dicatur, & ibi pulchrè.

Tanta.

¶ Symoniaco accusare possunt, & seruus, & meretrix, & quilibet criminosus. h. d. ¶ Not. primo, casum qd specialem, in quo seruus potest esse in iudicio contra dominum illum accusando, scilicet; de symonia. ¶ Regulariter enim seruus cōtra dominum in iudicio esse nō potest. l. vix certis. ff. de iud. 3. q. 4. c. pen. Et maximè in iudicio accusatorio, vt. l. qui accusare. ff. de accula. & 2. q. 1. prohibentur. ¶ Secundo not. quòd qd crimen, seu peccatum ipso iure in alijs, quàm in symonia, non suspendit quem a celebratio ne diuinorum. ¶ Vltimo not. qd dispositio quantuncunq; generalis admittens criminosum ad exerciti um regulariter sibi prohibitum, non intelligitur admittere meretricem; nisi de ea fiat specialis mentio. Probatur hoc in tex. quia dicit, quòd admittuntur omnes criminosi. Et in fi. dicit. & qd meretrix. & sic communiter dicunt Doct. propter ipsius vitæ vilitatem. Ego arbitror, quòd in casu nostro dictum Doc. sit verū, ex eo; quia in meretrice duæ sunt causæ prohibitionis, scilicet qualitas sexus; quia mulier regulariter de crimine publico non est legitima accusatrix, vt. l. de crimine. C. qui ac. non pos. canonizata 15. q. 3. de crimine. Secunda causa est, quia crimi nosa, & vilissimæ vitæ. Vnde in casu nostro licet tex. locutus fuisset simpliciter per verbum, quilibet criminosus; non tamen fuisset admissa meretrix. Ne qd circa idem ex generali dispositione videretur inducta duplex specialitas. Facit tex. not. in. l. si quando. C. de inoff. test. & l. 1. C. de dot. promiss. Idem dicerem in alijs delictis publicis, vel exercitijs, in quibus quis p hiberetur, & propter sexum, & pp crimen. Secus aut in exercitijs, in quibus qualitas sexus nō obest; quia tunc fortè veniret. Et sic ex prædictis patet, qd etiam alia mulier alio crimine irretita nō fuisset legitima accusatrix, licet non esset meretrix; nisi hic fuisset facta expressa mentio. ¶ Glo. 2. oppo. quòd etiam alius peccator non symoniacus possit celebrare; & dat quatuor solutiones. Deinde quærit, quis possit dispensare, & quado. In eadem, ibi, vel sic dato. Dic, secundū D. m. licet prima solutio videatur magis colorata, non est tñ bona; quia qd symoniacus in ordine est præcisus ab ecclesia; ergo nulla specialitas in eo; quia etiam nullus alius præcisus ab ecclesia pōt celebrare; & tamen tex. videtur velle, quòd in eo sit specialitas. Sed glo. voluit dicere, quòd qd in alijs cri bus roleratur, & penitens admittitur; sed in symonia nō admittitur; & in hac generalitate est specialitas. Aliq fol. gl. communiter impugnantur. Vnde Inno. quem communiter sequuntur Doct. dat aliam sol. videlicet, quòd qd alios peccatores, etiam præcisos, dummodo ab ecclesia tolerentur, non tenemur vitare etiam in diuinis; quia etiam ab excōmunicato tolerato, & occulto, licet audire diuina. 6. q. 2. si tñ. de confec. Par. j. Y iiii dist.

Cōis opi.

Cōis opi.

dist. 2. c. non prohibeat. & c. cum non ab homine. de sen. excom. Nisi vitarentur; ut erubescerent penitentiā agerent, ut not. Inno. in. c. vestra. de cohab. cler. & mul. Simoniacus verò in ordine, quamuis occultus, vitandus est. 2. dist. §. verum. Nam licet ipse conficiat corpus Christi ut quilibet alius. 1. q. 1. c. si iustus fuerit. & c. seq. tamen de iure celebrare non potest, etiam post peractam penitentiam, vt. c. inquisitionis. de accu. in prin. In glo. fina. in fi. Dic, sed tunc dicitur meretrix. Sol. glo. 34. dist. in. c. vidua. dicit, qd meretrix, quæ admisit. xxiii. millia hominum, per. c. disciplina. 45. dist. Vel quæ admisit quadraginta, vt. 7. de cler. excom. mini. c. latores. Vel dic, & meli<sup>9</sup>, qd dicit, cuius turpitudine venalis est. 3. 2. q. 4. meretrices. Quod intelligo, quādo palām prostituitur in lupanari, vel taberna, vel simili loco. Et qualiter dicatur se palām prosternere. vide tex. i. l. palām. ff. de ritu nup. & licet nisi semel se in lupanari prosterneret, dicere tur meretrix. Nisi occulte faceret, vt faciebat vxor Neronis, in alijs verò locis non. Nisi admitteret oēs sine delectu, vt not. in. d. l. palām. Et vide not. in. l. 3. C. de epi. audi. & c. inter opera, de sponf.

CAP. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Symoniacum est recipere premium pro ingressu religionis, & alijs rebus, de quibus ibi. nec valet consuetudo contraria. ibid.
2 Religionis ingressus est quid spirituale, & pro eo nil temporale accipi debet.
3 Symonia committitur, siue a principio aliquid exigatur, siue ex pacto redditus annuus pro beneficii institutione, vel collatione promittatur.
4 Agentes, & consentientes symoniae, symoniaci sunt.
5 Consuetudo non excusat in symonia. remissive.
6 Duplex practica pro recipienda pecunia sine vitio pro ingressu religionis.
7 Appellatione pecunie, quid veniat.
8 An religiosi, quibus sunt concessæ ecclesie ad usum, concedendo omnes fructus, possint recipere annuam pensionem. & ibi, q. sic.
9 Censum aliud est imponere, vel augere, aliud leuare.
10 Contractus spiritualis, & temporalis non debent commisceri.
11 An Cardinales beneficia commendata possint renuntiare, retenta sibi pensione annua. & ibi not. cautelam.

Non satis.

† Symoniacum est recipere præmium pro ingressu religionis, pro prioratibus, vel capellis concedendis, pro prælatis instituendis, pro concedenda sepultura, pro chrismate, vel oleo sancto, pro benedictionibus nubentium, vel alijs sacramentis. Nec valet consuetudo in contrarium. h. d. cum. c. seq. Diuiditur, quia primo ponit triplicem prohibitionem diuisim, cuius transgressores, & consentientes dicit symoniacos. Secundo coniunctim ponit aliam prohibitionem, & damnat consuetudinem, & rationem reddit. Secunda, ibi, pro sepultura. ¶ Not. primo, qd ingressus religionis est quid spirituale. Et sic pro eo non debet accipi temporale,

de quo in. c. quoniā. 7. eo. & c. monachi. de sta. regu. ¶ Secundo not. qd committitur symonia, siue a principio aliquid exigatur, siue ex pacto aliquis annuus redditus pro institutione, vel collatione beneficii promittatur, de quo dicam infra. ¶ Tertio not. quod non solum recipientes, & dantes præmium pro re spirituali, dicuntur committere symoniam; Sed etiā omnes consentientes, mediatores, tractatores, & similes. Facit. c. inquisitionis. §. de electio. Tales enim mediatores tenentur restituere. ¶ Ultimo not. quod consuetudo non excusat in istis, dicam in. c. seq. ¶ Glo. i. oppo. de. c. tua nos. 7. eod. & i. q. 2. si quis propter hoc. in quibus probatur, quod licet aliquid recipere pro ingressu religionis; & soluit dupliciter. In fi. dic not. ex hac glo. ¶ duplicem practicam recipien di pecuniam pro ingressu religionis sine vitio. Prima, vt nihil detur ex pacto, sed purè, gratis, & ex deuotione, pater, vel alius, offerat. Secunda est, quod si facultates desint monasterio, vt dicatur intransi, Porta tu tecum, si vis comedere mecum. Nec obstat iura, quæ videntur velle, quod paupertas non excuset; quia intelliguntur, quando diceretur in fraudem de egestate, secundum D. Franc. Rayn. qui dicit, qd moniales possunt ita dicere, Nos te libenter recipemus ad spiritualia, sed ad temporalia non possumus, nisi haberemus alios redditus. Vnde super hoc debent ingredientes fundare intentionem suam; sci licet, quod donet propter Deum, ne monasterio sint onerosi. Vide ad hanc materiam quæ latissime dixi in. c. ex literis. de sponfa. ¶ Extra glo. quæritur, quia tex dicit de pecunia, an liceat aliud temporale recipere. Sol. dic, quod non, nam tunc appellatione pecunie venit hic omne, quod pecunia emi potest, vt. l. pecunia. ff. de verbo. signifi. & l. 2. de constit. pec. secundum Io. And. & Hof. ¶ Ultimo quæritur, quia hic dicitur, quod capellæ non debent concedi sub annuo censu, vtrum tunc religiosi, quibus sunt concessæ ecclesie ad usum, concedendo omnes fructus, possint licite retinere annuam pensionem. Concludunt, quod sic, per. c. in Lateranensi. de præben. & c. consultationibus. de dona. & c. pastoralis. de priuileg. Nec obstat. §. de censu. c. prohibemus. & c. significauit. quia tunc aliud est censum imponere, vel augere, quod ibi prohibetur; aliud fructus vendere, vel locare, quod permittitur, vt. c. vestra. de loca. & j. tit. i. c. fina. & clem. i. de iure patro. Est tamen cauendum, ne tunc temporalis, & spiritualis contractus misceantur, vt. c. ad quæstiones. de rerum permut. & vide Io. And. in. c. 2. de stamona. Et hoc inducit hic. D. m. ad decisionem quæstio. vtrum tunc Cardinales beneficia sibi commendata possint concedere sub annua pensione. Concludit, quod temporalia possunt locare, vt. c. quoniam. & c. fina. j. tit. i. Si verò volunt renuntiare commendæ, vt beneficium per Papam alteri conferatur, & præcedit pactum, vt habeant aliquid annuum; & tunc non est licitum; quia symoniacum. Possent tamen adhiberi cautela; vt Papa induceret Cardinalem ad renuntiandum, & postea beneficio vacanti Papa imponeret certam annuam pensionem soluendam Cardinali per instituendum, vt. c. nisi. de præben. Et istud esset salubrius ecclesijs, quàm quod in commendata teneantur.

CAP. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo praua, lex mortis vocatur. Et ibi quare. Et ne dum alienat peccatum, sed potius aggrauat. Dubitatur tamen, & distinguitur vt nu. 2. & nu. 10.
2 Consuetudo appellatur, ipsa temporis diuturnitas. & nume. 8.
3 Consuetudine contra Deum peccans, non excusatur. Non tamen delictum aggrauatur, nisi committatur, vt ibi pluribus modis.
4 Intellectus ad tex. in. c. flagitia. 3. 2. q. 7.
5 Ignorantia prauæ consuetudinis si non est crassa, ita quis excusatur, vt in ignorantia legis, quæ non est peccatum.
6 Intellectus ad tex. in. c. obijciuntur. 3. 2. q. 4.
7 Peccans in ijs, quæ sunt contra legem, vel naturam, quæ consuetudine non tolluntur, non excusatur à pena temporalis. Quod tamen intellige, vt ibid.
8 Temporis diuturnitas, quando tollat delictum.
9 Prescriptio de iure canonico in peccatis non currit.
10 Omnia spiritualia largè possunt dici sacramenta.
11 Gratia aliquando sancti spiritus confertur, licet non adsit eius presentia.
12 In coniunctione carnali coniugum non est presentia spiritus sancti, & quare.
13 In electione non confertur gratia, tamen pro ea dari pecuniam symoniacum est. Idem in sepultura, & exequijs. nu. 17.
14 An liceat pro matrimonio contrahendo dare pecuniam, vide ibi.
15 Si puella sit nobilis, vel notabilis, vir verò plebeius, valet donatio, quia non dicitur facta temerarie, sed remuneratione.
16 Obligatio ad antidota, quæ.
17 Baptizanti an liceat aliquid accipere pro baptismo, & ibi distinguitur.
18 Baptismum à quocunque collatum tenet. Quod amplius vt nu. 23. & ibi distinguitur.
19 Melius est dare pecuniam pro baptismo, quàm non baptizatus mori. Et ibi, quod potest dari pecunia pro aqua, non pro actu baptismi. Vel pro labore, quæ opinioniones auctori non placent.
20 An liceat dare aliquid pro baptismo infantis. & varia ibi opinioniones.
21 Quis non debet peccare, vt infans habeat vitam æternā.
22 Dans pecuniam, vt infans baptizetur, non peccat; sed accipiens.
23 Pagano, an sit licitum promittere pecuniam, & dare vt baptizetur.
24 Beatus Syluester temporalia bona pollicebatur volentibus baptizari.
25 Pactio temporalium est licita, quando tractatur de conuersione ad fidem.
26 Paganus si propter paupertatem non vult venire ad fidem, tunc licitum est dare pecuniam. Secus si non habet propositum se conuertendi, nisi cupiditate pecunie.
27 Propter cupiditatem etiam potest dari pecunia patri, vt admittat filium baptizari.
28 Prælato an liceat dare pecuniam, vt non committat symoniam.

Cum in ecclesia.

Summatū fuit in præcedenti. Diuiditur. Primo, ponit facti horribilitatē, & excusationē propter consuetudinē reprobata. Secundo, illud reprobata, quia symoniacū. secunda, ibi, ne igitur. ¶ Not. primo, qd praua consuetudo appellatur lex mortis, quæ ita appellatur; quia mortem infert æternam offeruanti illam. Vnde vt hic dicit tex. & c. præced. talis praua consuetudo nedum alienat delictum, sed illud aggrauat; & idē tex. in. c. cū haberet. §. de eo. qui du. in matr. & in. c. si. de consue. Et vt huius articuli tibi clareat intellectus, conclude, qd aut quæritur, tunc vtrum aggrauet quod ad Deū, aut quod ad pœnam temporale. Primo casu, dic, qd aut quærimus de tunc diuturnitate, qd consuetudo appellatur, respectu cuius forte quis commisit delictū; aut de diuturnitate respectu peccati, in quo quis pœnerat. Primo casu dic, vt traditur in. d. c. fina. quia si tunc consuetudo est contra legem diuinam, eam nō distinguendo, in quo posset, & sic non valet; nō est dubium, qd delinquens non excusatur; tamen non aggrauatur respectu consuetudinis, nisi forte reiteraret delictum prætextu talis consuetudinis, quod forte aliās non reiterasset, & ignorantia esset crassa, & supina. Vel forte posset dici, qd consuetudo hoc modo aggrauat; quia agentes aliquid respectu talis prauæ consuetudinis peccant. Item peccant in tenendo, vel nō annullando eam. Et hoc modo potest intelligi rex. 3. 2. q. 7. flagitia. Aduerte tamen; quia tunc si ignorantia prauæ consuetudinis non esset crassa, sed probabilis, qd talis excusaretur; vt excusatur quis propter probabilem ignorantiam legis; immo ignorantia legis non est peccatum, vt not. in. l. regula. ff. de iure & fac. igno. & c. cum dilectus. de consue. not. Inno. in. c. per tuas. j. eo. not. in. c. gaudemus. de diuor. Et ita tunc potest intelligi rex. 3. 2. q. 4. obijciuntur. Secundo casu, si loquimur de diuturnitate respectu perseverantia, dic, quod tex. noster indistinctè loquitur, seu pcedit, quia talis perseverantia, aut fit per reiterationē, aut per tēpus successiuum; quia delictū est tale, quod habet causam successiuam; & clarum est, qd aggrauat, vt dicam in seq. membro. Aut per actū momentaneum non iteratur, & etiam diuturnitas temporis aggrauat propter contemptum non pœnitendo; videtur enim cōtempisse iudicium ecclesie, vt. c. omnis. de pœnit. & remiss. Quæ tamen intellige, nisi probabili ignorantia duceretur, arg. eorum, quæ statim dixi. Circa secundum membrum, respectu pœnæ temporalis, similiter distingue, quod aut loquimur de diuturnitate, quæ consuetudo appellatur, respectu cuius quis deliquit. Aut tunc de diuturnitate, in qua quis perseverauit existens in peccato mortali. Primo casu, dic, qd tunc in his, quæ sunt prohibita à lege diuina, vel naturali, contra quæ non valet consuetudo, non excusatur à pœna temporalis, vt. d. c. fin. nisi sit probabilis dubitatio, vt. §. dixi. Tamen talis consuetudo non aggrauat. Nisi forte, vt. §. dixi, respectu talis consuetudinis quis iteraret peccatum, per. l. nunquam plura. ff. de priua. delic. Secundo casu, distingue, qd aut diuturnitas accipitur respectu reiterationis, & non est dubium, qd aggrauat. Vt puta; si aliquis



aliquis diu detinet vxorem alterius, non ppter hoc debet acius puniri, vt. l. mariti. §. sex mensium. ff. de adul. Facit. l. capitalium. §. solent. & §. famofos. ff. de pœn. Aut loquimur de diurnitate respectu causæ successiuae, & idem dicendum est; vt puta, quando aliquis est fugitiuus, vel emanfor, vel defertor militiæ, seu transfuga; quia tunc debet augeri, non minui, vt. l. aut facta. §. tempus. ff. de pœn. & l. nō omnes. §. a barbaris. & l. qui commeat. & l. 3. §. si plures. ff. de re mili. Aut loquimur de diurnitate respectu delicti momentanei, vt homicidij, & simil. & tunc dicendum, qd diurnitas quandoq; alleuiat, & non grauat, quandoq; tollit in totum pœnam. Alleuiat enim, quando non est impleta præscriptio. Ita loquitur. l. si diutino. ff. de pœn. quæ vult, qd diurnitas alleuiet delictum. Quod intellige secundum Bar. si tunc de recenti tempore commisi delicti nō fuit cognitum. Secus si fuisset cognitum; sed propter absentiam, seu contumaciam pœna fuit dilata, vt not. in l. 2. C. de req. reis. Quandoq; tamen tollit in totum delictum, si per eam cōfirmata est præscriptio agendi de crimine, vt. l. adulter. & l. querelam. C. de fal. & ibi vide plura iura, quæ allegat glo. Aduerte tamen; quia tunc de iure canonico, in peccatis nunquam currit præscriptio, vt not. glo. 3. 2. q. 2. admonet. Et probatur ex his, quæ dixi. §. in. fi. primi membri. Et sic not. casum, in quo præscribens non est tutus in foro conscientie, licet in alijs rebus temporalibus præscriptis, præscribens sit tutus in foro conscientia, vt dicit Inno. in. c. circa. de iure pat. & Io. And. in reg. possessor. de reg. iur. lib. 6. in mercur. & omnes Doct. \* communiter. præter D. Anto. in. c. vigilanti. & ibi dixi. §. de præscript. Bal. in auth. ad hæc. C. de vsur. & c. si quis per triginta. in vi. feu. Sed potest dici, quod in casu primo non est tutus, quia non præscribit. Secundo not. plura hic narrata, in quibus symonia committitur. Et quod omnia spiritualia, largo sumpto vocabulo, possunt dici sacramenta, vide glo. in. c. veniens. de transactio. & traditur in rub. de sacra. non iteran. ¶ Glo. in ver. consuetudine. oppo. de. §. pro consuetudinibus. & in effectu dupliciter soluit. In eadem in. fi. Dic, vel solue secundum Vincen. quod cōtrarium loquitur de iure civili, quod est correctum de iure canonico. ¶ Glo. in verbo, benedictionibus. format. duas quæstiones, & vnam soluit, & de alia remittit. In eadem ibi, per ipsum tamen gratia non cōfertur, dic, hoc etiam dicit glo. 3. 2. q. 2. commorantur. Sed hoc idē eommuniter reprobatur; quia tunc imō cōfertur gratia, licet non adsit præsentia Spiritus sancti, secundum Io. And. in. c. vni. §. de sacra. vñtio. Non obft. c. connubia. allegatum in glo. vbi dicitur, quod tunc in connubijs non datur præsentia Spiritus sancti, quia respondeo secundum Goff. qd verum est, qd in ipsa coniunctione præsentia Spiritus sancti non datur, propter honorem; & quia homo efficitur totus carneus, & quasi bestialis. Facit quod not. Host. in. c. quod a te. de cler. coniug. A desse tamen potest gratia, quia per coniunctionem potest quis mereri illā, agendo causa sobolis procreandæ, vel debitum reddēdi. 3. 4. q. 4. dixit Sara. 3. 5. q. 7. c. 1. Nec valet argm̄, secundum Philos. non confertur gratia, ergo nō committitur symonia; quia tunc in electione non confertur gratia, & tamē dare pecuniam pro illa est symonia.

17 cum, vt. j. eo. de hoc. & c. Matthaus. Et tunc idem in sepultura, & exequijs, vt hic. An tunc autem licitè possit dari pecunia pro matrimonio. Conclude, qd pro dote, & donatione propter nuptias licitè datur, p one re matrimonio, non vt in matrimonium contrahatur, vt. c. per vestras. de donat. post diuor. refli. & l. p one ribus. C. de iure doti. Sed vt contrahatur matrimonio, non valet donatio, vel promissio ab altero coniugum; quia videtur fieri ob turpem causam, scilicet; explendæ libidinis, vt. l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. & l. si diuortio. ff. de verb. obliga. Dicit tamen Bar. singulariter vtrouique, qd tunc si puella esset notabilis, seu nobilis persona, & vir plebeius, tunc licitè posset aliquid donare, vt contraheretur; quia tunc nō vñ esse donatio temeraria, sed remuneratiua; & hanc. q. tangit glo. in. l. si voluntate. C. de do. promiss. Doct. etiam ibi tenent dictam conclusionem. & Ang. in. l. 2. §. creditum. ff. si cer. per. Et refert. D. m. qd D. Barth. de Salic. cōsuluit, quod tunc donatio inter virum, & vxorem remuneratiua teneat; quia in. c. si. de do. inter vir. & vxor. solum prohibetur simplex donatio. Item quia ista non est donatio; cum nō veniat ex mera voluntate, vt. l. donari. ff. de dona. & l. donari. ff. de reg. iur. Sed fit aliquo cogente, vt videlicet; quis satisfaciatur obligationi ad antidota, quæ vult, vt beneficiari beneficiamus, vt. c. cum in officijs. de testa. & ita isto anno consului. ¶ Extra glo. queritur, an tunc sacerdoti, qui aliter nō vult baptizare, licitè detur pecunia pro baptismo? Glo. i. q. 1. baptizandis. videtur concludere, qd aut baptizandus est adultus; & debet potius abstinere; quia ex quo credit, & non stat per eum quominus baptizetur, habetur pro baptizato, vt not. in. c. debitum. de baptis. not. gloss. in. c. 2. §. de presby. non baptiz. Vel potest ipse seipsum baptizare. Sed hoc vltimum non procedit; quia vñ dicit ibi glo. & in. c. baptizandis. i. q. 1. differentia debet esse inter baptizantem, & baptizatum D. m. licet dicit, quod potest se facere baptizari a laico. Nā tunc quocunque conferatur, tenet, vt. c. i. vers. sacramentum. §. de sum. trin. Etiam tunc ab hæretico, pagano, vel excommunicato, de consec. dist. 4. sanctum. Sed verum est, qd peccat quando non imminet necessitas; qua imminente excusatur, vt not. in reg. quod non est licitum. j. de reg. iur. & c. consilium. de obser. ieiun. & dixi in. c. quæ sit. de indæ. Alij dicunt, quod tunc melius est dare pecuniam, quàm mori sine baptismo. Alij, quod poterit emere aquam baptismi; sed p baptismum nullo modo debet dare pecuniam. Vel secundum glo. in. c. seq. quod possit dari pecunia pro labore, non pro baptismo. Sed non placent istæ opin. vt ibi dicam, & plus placet prima opin. & opi. D. m. Si tunc verò est infans, quidam dicunt, quod nihil debet dari; sed debet dimitti non baptizatus; quia nō debet quis peccare, vt infans acquirat vitam æternam. 14. dist. quod ait Sodomitis Loth. & ibi glo. & 46. dist. sicut. Alij verò cōtra, quod potius est dāda pecunia. Tu dic, qd si aliquis est, qui sciat baptizare, debet facere illum baptizare ab alio, etiam si esset hæreticus, vel infidelis. Si verò non esset, qui sciret baptizare; tunc tunc licitè daretur pecunia, quamuis illicite recipere; quia iste non facit vt emat Spiritum sanctum; sed quia ad hoc impellit necessitas, & charitas proximi. Nec in illo ignorate baptismus est vitiosus, vt in fi-

in simili dicimus in. c. super eo. j. de vsur. tunc in recipiē te pecuniam ad vsuras. ¶ Secundo quæro, an tunc liceat dare pecuniam pagano, vt se baptizet, glo. i. q. 2. quam pio. primo dicit, qd nō licet. Deinde tenet contrariū, 29 exemplo beati Syluestri, qui tēporalia pollicebatur volentibus baptizari. Idem tenet glo. 2. 3. q. 4. c. fin. vbi tenet, qd possumus aliquos allicere ad fidem, p mittendo tēporalia, per illum tex. & per not. 2. 3. q. 7. quod aut. & 4. 5. dist. qui syncera. & tunc pro talib' spi ritualibus, vbi agitur de conversione ad fidem, licita est pactio; & idē tenet Ray. & idem tenet glo. in. d. c. dilectus. in fi. j. eo. & seq. Io. And. D. m. hic post Vinc. & Host. dicit, qd tunc aut propter paupertatem paganus nō vult venire ad fidē, & licitè promittitur pecunia, vt conuertatur. Sed si non habet propositum cōuertendi, nisi propter cupiditatem pecuniæ promissæ, tunc secus; quia cupiditas esset contraria effectu ba ptismi; & sic parum videretur prodesse. 15. q. 1. nō est. & dantes non euaderent peccatū, arg. 35. q. 5. ad fi. de. & maxime ego tunc hoc arbitrari verius, qd propter paupertatē posset dari; imō etiam propter cupiditatem, si daretur patri infideli pecunia, vt dimitteret filium baptizari. Et prædicta adde ad ea, quæ dixi in c. de his. §. de accu. iij. & iij. membro. Vltimo tangit hic Doct. an tunc liceat dare pecuniam prælato, vt non committat symoniam. Sol. Barth. Brix. q. 73. dicit, qd est symonia ex parte recipientis, sed non ex parte dantis. Idem Fran. Io. And. & Doct. hic.

C A P. X.  
S Y M M A R I V M.

- 1 Procuratio pro consecratione ecclesiæ, præter officium visitationis, licitè debetur, & potest exigi.
- 2 Prælati allegans sibi deberi procuracionem, probare debet.
- 3 Procuratio pro reconciliacione, an debeatur.
- 4 Intellectus ad tex. in. c. placuit. 1. q. 1.
- 5 Procuratio debetur ab ecclesijs, quæ sunt in ciuitate.
- 6 Episcopus proprijs sumptibus ecclesiam pauperem consecrare debet.
- 7 Ecclesia consecrari non debet, nisi sit sufficiens.

**Cum sit.** Pro consecratione ecclesiarum nihil debet exigi, nisi procuratio h. d. Et sic habes vnum casum, in quo præter officium visitationis licitè debetur procuratio; & dicit hic notatè Alanus, & post eum Vincen. & Philip. quem sequuntur communiter \* Doct. qd procuratio debetur prælato solum in casibus à iure expressis. Aliàs autē generaliter prælatis pro officio suo impendendum non licet recipere procuracionem. 1. q. 3. c. vendentes. & c. non solum, & c. cum ab omni. de vi. & hone. cle. Vbi idē tenent Vinc. Goff. & Laur. Facit. j. c. nemo. quod est singulare, & quotidie allegatur. Prælati tunc igitur allegas sibi deberi procuracionē, debet illud probare. Dicit tamen, D. m. quod non solum in expressis, sed etiam in alijs, vbi esset similis ratio posset peti. Facit quod not. glo. in. c. sicut. de accu. & quod not. glo. in. l. 1. ff. de condij. in deb. & not. in. l. non possunt. ff. de legi. 3. Vnde etiam tunc pro reconciliacione videtur deberi pro-

curatio, dic, vt traditur in. c. proposuisti. de consec. eccle. vel alia. & per Archid. de consec. dist. 1. ecclesijs. Nec prædictis obstat tex. 10. q. 3. ad cauendū. vbi vñ pbari, qd nil debet recipi, quia illud est cōsilij, nō præcepti, secundū Archid. Item nō obstat tex. 1. q. 2. placuit. Vbi tex. dicit, qd non debet recipi aliquod munus pro consecratione ecclesiæ, quia debet intel ligi vt ibi dicit glo. aliquod, scilicet; excepta procuracione. ¶ Glo. 1. opponit, quod pecunia non possit exigi pro consecratione; quia cum consecratio sit sacramentum non debet exigi pecunia. Glo. soluit, & postea quærit, & solutionem limitat. In eadem, ibi, potius pro labore. Dic, hoc tenet Goff. scilicet; vt detur pro labore via. Sed non placet Hosti. quia sequeretur, quod data vicinitate locorum non deberetur procuratio, quod est falsum, secundum eum; & probatur in tex. nostro, qui loquitur indistinctè, quia tunc procuratio etiam debetur ab ecclesijs, qd sunt in ciuitate, vt. c. venerabili. de censi. Quare autem possit exigi procuratio pro consecratione, & visitatione, & non pro baptismo, glo. 10. q. 3. relatum. dicit, quod hoc fuit, ne propter auaritiam, vel paupertatem homines abstraherentur a baptismo. In fi. gl. dic, not. hanc glo. in quantum tunc vult, quod propter paupertatem ecclesiæ debet episcopus proprijs sumptibus ecclesiam consecrare. Quod etiam sequitur Inno. per iura allegata in glo. & per tex. in. c. statuti. §. prouisurus. de rescrip. lib. 6. Aduerte tamen; quia ecclesia non debet consecrari, nisi sit sufficiens, secundum quod traditur in. c. placuit. 1. quæst. 2. & c. nemo. de consec. dist. 1. & not. glo. in. c. vt quisque. §. de vi. & hone. cler.

C A P. XI.  
S Y M M A R I V M.

- 1 Conuictus de symonia deponendus est. Idem in infamato, quise non potest purgare.
- 2 Manifestum, & euident est, quod coniecturis sumitur.
- 3 Propter delictum symoniae in electione commissum potest quis deponi.
- 4 Ille, de cuius crimine notorie constat, & conuictus, & cōfessus aequè puniri debet.
- 5 Sola infamia non sufficit ad puniendum quem de symonia.
- 6 Infamato à principio, etiam de graui crimine potest indici purgatio, sed deficiens punitur tanquam auctor sceleris, & vt ibi.
- 7 Reges, & Principes, quandoq; possunt habere ius in electione episcopi.
- 8 Principes recipientes pecuniam vt consentiant electioni, vel promotioni ad aliquam prælatū, tenentur eam restituere. & ibi est ratio.
- 9 Confessores Principum debent animaduertere in eorum confessionibus.
- 10 Confessio extraiudicialis in crimine symoniae, quandoq; plenè probat respectu delicti. Et si fiat de delicto digno priuatione, sufficit ad priuandum quem beneficio. ibid.
- 11 Quando quis dicatur confiteri timore probationum. Et quid quando spontè sua confiteretur. nu. 12.
- 12 Delictum confessio spontè in iudicio, poterit imponi pœna statuta pro tali delicto. & vt ibi habetur.
- 14 Communis officialium practica circa confessum in tormentis

- mentis, & an dicatur talis confessus sponte.
- 15 Laicus non potest acquirere ius eligendi.
- 16 Rex Anglia habitu in omnibus ecclesijs sui Regni est dominus, licet in aliquibus non sit actu, & exercitio.
- 17 Electio in ecclesia collegiata non confirmatur, nisi patronus laicus consentiat.
- 18 Pecunia extorta per concussionem symoniacam, debet in quadruplum reddi. Et cui applicetur. nu. 20.
- 19 Concussio quid sit.
- 21 Indigno ablatum, cui applicandum, & ibi qua ratione.

**De hoc.** † Conuictus de symonia deponendus est. Idem in infamato, qui se non potest purgare. h. d. Diuiditur in duas partes. Primo, tractat de Archidiacono, & clerico, & loquitur diffiniendo. Secundo, de Rege, & Principibus, & loquitur exhortando. Secunda, ibi, Regem autem. Item prima subdividitur in duas partes, sicut duo ponit dicta. secunda, ibi, si vero, & in tex. ibi, Archidiacono. dic, scilicet habenti vocem in electione, secundum Host. & ibi, eidem. i. electione ipsius episcopi, & in tex. ibi, manifestum. dic, scilicet per infamiam. Ad quod facit tex. in. c. cum dilectus. §. de dona. ubi dicitur manifestum, quod sumitur ex coniecturis. Item, etiam dicitur evidens, ut est tex. cum glo. in. l. licet Imperator. ff. de leg. 1. & not. in. l. si quis locuples. ff. de manum. test. Not. primo, quod propter delictum symoniae commissum in electione, debet quis deponi, ut dicam statim. Secundo not. quod tunc eodem modo puniatur de symonia ille, de cuius crimine notorie constat, & ille, qui confessus, & conuictus est. Tertio not. quod licet in symonia multa sint specialia; tamen si sola infamia non sufficit ad puniendum, sed inciendae est purgatio. Facit ad id quod dixi. §. in. c. sicut. §. eo. Et not. quod tunc infamato etiam de graui crimine a principio potest indici purgatio, & deficiens in ea punitur, ut auctor sceleris. Quod intellige secundum Hosti. & Io. And. quando veritas per inquisitionem aliter non potest reperiri; & vide quae dixi in. c. accedens. §. de accu. & c. qualiter. 2. in. 1. 2. & 1. 5. q. princ. Quarto not. quod tunc Reges, & Principes quandoque possunt habere ius in electione episcopi, dic, ut hic in gl. Vltimo not. quod tunc Principes recipientes pecuniam, ut consentiant electioni, vel promotioni ad aliquam praelaturam, tenentur restituere illi ecclesiae, de cuius praelatura agebatur, licet talis pecunia non fuit de bonis ecclesiae; & hoc fit in recompensationem iniuriae ipsius ecclesiae, ut statim dicam in glo. si. Vnde dicit. D. m. quod tunc confessores Principum debent animaduertere in confessione ipsorum Principum. In glo. 1. in. fi. dic, haec glo. facit ad ea, quae dixi in. c. sicut. §. eo. ¶ Glo. 3. in. prin. reddit causam, quare tex. dicat, confessi in iure. deinde colligit argumentum, contra quod oppo. & soluit. In eadem; ibi, non praui dicat. dic, hoc est verum quod ad plenum prauidicium; sed prauidicat in eo, quod ratione talis prauidicij quis potest poni ad torturam, vt. l. capite quinto. & ibi Bar. ff. de adulte. de quo artic. latissime traditur per D. Ant. & D. m. in. c. at si clerici. de iudi. & per Archid. 1. 5. q. 5. c. 2. & per Inno. in. c. per inquisitionem. §. de elect. Aduerte tamen; quia tunc confessio etiam extraiudicialis, & in crimine symoniae, quandoque plene prauidicat respectu delicti, quod per ipsam consummatur; verbi gratia, si aliquis confitendo gloriatur de delicto; quia plene prauidicat quod ad delictum gloriationis, vt not. in. c. quam sit. de excess. praela. & Inno. in. d. c. per inquisitionem. ubi dicit singulariter, quod confessio extraiudicialis de delicto digno priuatione, est sufficiens ad priuandum quem beneficium. Voluit tamen contrarium in. c. quam sit. de excess. prael. In eadem; ibi, timore probationum. dic, not. sing. hanc glo. quae quotidie ad hoc allegatur, quod tunc quis dicitur confiteri timore probationum, quando iam accersitur ad iudicium. Idem not. glo. q. si. in. summa. Secus tunc autem, quando non praecedente stimulo aliquo sponte iret ad iudicem, & confiteretur; quia tunc dicitur spontanea; & ita debet intelligi dictum Inno. in. c. qualiter. 2. de accu. ubi voluit, quod tunc confessio delictum quantuncunque graue in iudicio, etiam non praecedente processu ordinario, poterit imponi illa poena, quae est statuta pro illo delicto; quia debet intelligi, quando vocatus ad iudicium ratione illius delicti confessus est; licet non per viam accusationis. Et sic videtur velle, quod acrius puniatur confessus dicto modo, quam conuictus per viam inquisitionis, quod not. Aduerte tamen; quia Inno. hic vult, quod etiam quando quis est confessus timore probationis, quod tamen in aliquo sit sibi parcendum, non tamen in totum, vt. c. f. de p. ba. D. m. hic dicit, quod hoc non probatur iure, imò contrarium; quia regulariter eadem poena imponitur sponte confessis in iudicio, & conuictis, vt hic, & c. 2. §. de confes. & l. si confessus. ff. de custo. & exhib. reo. & not. hanc glo. contra communem praeticam officialium, qui tunc confessum in tormentis, faciunt postea confiteri, & dicunt eum sponte confessum. Nam hic probatur expressè contrarium. Et in fi. glo. dic, haec glo. facit, quod magis mereatur qui dicit officium non obligatus, quam ille qui dicit obligatus. Sed in contrarium est veritas; dic, vt not. glo. in verbo. seipsum, & ibi dixi in clem. vnica. de reliq. & venera. sanct. In glo. in ver. deponedi. in. fi. dic. de hoc artic. vt dixi in. c. inquisitionis. in. glo. 2. de accu. & c. qualiter. 2. eo. ti. in. 1. 5. q. princ. ¶ Glo. in ver. legere & Principis. sentit contrarium ad. c. Massana. §. de elect. ubi tradit, quod laicus non potest acquirere ius eligendi. Et idem glo. dicit, quod isti erant patroni, & intellige, quod istis vt patronis dabatur pecunia vt praestarent assensum, Alij intelligunt, quod Rex erat patronus, & Principibus fuit data pecunia, vt haberent consensum regis. Alij intelligunt, quod Principes erant patroni; & quilibet intellectus verus est in se. Sed primus melior, secundum Host. & potest haberi exemplum in rege Angliae, qui in suo regno est patronus generalis habitus, licet in singulis ecclesijs non sit actu, & exercitio. Sed videtur, quod tex. loquatur in Rege Hispano, ex quo scribitur Archiepiscopo Toletano; hoc tamen hic aliter non apparet. In eadem glo. ibi, confirmabatur electio. dic, hoc potuit contingere de iure speciali, quod tunc electio in ecclesia collegiata non confirmatur, nisi patronus laicus consentiret; de iure enim communi hoc est falsum, nisi patronus haberet iustam causam contradicendi, vide glo. in. c. nobis. de iure pat. & c. c. terra. & c. cum inter vniuersas. & c. sicut. & c. sacrosancta. de electio. & intellige de priuilegio speciali concessio

concesso a Papa; & sic intellige. d. c. nobis. ibi, nisi secus. Facit. 1. 6. q. 1. c. hinc est. ¶ Glo. in. prin. oppo. quod etiam recipiens talem pecuniam puniatur in duplu, & sol. fatendo contrarium; deinde colligit arg. contra quod oppo. de. c. veniens. j. eo. & sol. ponendo tres opi. in eadem; ibi, poena dupli. dic, quod si per impressionem, vel concussione symoniacam quis extorsit pecuniam, debet reddere quadruplu. 1. 8. dist. c. quoniam quidem. & 1. q. 1. concussione. not. Io. And. post Hosti. in. c. & si quaestiones. j. eo. Concute re autem dicitur, qui praetextu officij sibi commissi comminando, ab inuito pecuniam extorsit. ff. de concuss. l. 1. & 2. 2. 3. q. 2. militare. quod verum est, nisi sponte non conuictus restituat; quia tunc satis est, arg. ff. quod met. causa. l. si cum exceptione. §. haec autem actio. & inst. de actio. §. item actio. sed contra de. l. qui ea met. ff. de furt. per quem text. Tancre. tenet hic, quod omnimodò teneatur ad quadruplu, primum Laur. vide Archid. dist. 1. 8. quonia. nisi diceret, quod miti est agendum cum eo, qui sponte restituit, vt dixi in gl. 3. ¶ In fi. glo. dic post Host. Io. And. & D. Ant. quod tunc autem quaeritur de ecclesia saeculari, aut regulari: primo casu, aut ille qui dedit pecuniam, non habet unde viuatur, & ei restituenda est, arg. d. c. veniens. & not. in. c. quod a te. supra de cler. coniug. aut habet unde viuatur; & tunc aut oes de ecclesia delinquerunt, aut particulares. Primo casu oes debent expelli de ecclesia, & illa pecunia dimitti ecclesiae; & sic ex illa ipsi criminosi non habent commodum, secus si non eijcerentur; quia tunc debet applicari fisco Papae secundum Hosti. qui debet distribuere ad pias causas; sed forte inferior ecclesia cathedrali deberet applicari fisco episcopi, arg. eorum, quae dicit D. m. in. c. 2. de success. ab intest. Facit. l. fiscus. ff. de iure fisci. Si vero solus praetator, vel particularis de ecclesia deliquit, solus puniatur; & pecunia applicabitur ipsi ecclesiae, in cuius iniuriam data fuit; vt hic. Secundo casu principali, dic, quod aut omnes de ecclesia delinquerunt; & tunc datur pecunia ei, qui dedit, vt intret secundum monasteriu, vt c. veniens. j. eo. Si vero deliquit particularis de ecclesia, tunc datur pecunia secundo monasterio recipienti talem monachum, quo ad vsum fructum tantum, donec viuatur ipse monachus; & sic potest intelligi finis glo. nostrae. & debet limitari de d. c. veniens. Quare autem applicetur fisco ecclesiae, dic, quod ratio est; quia ibi est facta iniuria; & ratio rationis est, vt arbitror; quia ista est regula, quod tunc vbiunque causa propter quam quis est indignus, respicit vtilitatem certae personae, vel certi loci, seu iniuriam, illi personae, vel loco dandum est, quod auferitur ab aliquo tanquam ab indigno, vt est tex. & ibi Bar. in. l. post legatu. §. admittere. ff. de his quibus vt indi. Vnde tunc si ab vno legatario, vel herede instituto a clerico auferatur hereditas vel legatum tanquam ab indigno, illud applicatur fisco ecclesiae; & non saeculari, vt not. D. m. in. c. 2. de success. ab intest. nisi tamen essent talia bona, in quibus aliqui proximi ab intestato fuissent successuri; quia illis tunc videretur facta fuisse iniuria. Cogitabis, quia non firmo pedem; quia nunc venerunt in mentem.

concesso a Papa; & sic intellige. d. c. nobis. ibi, nisi secus. Facit. 1. 6. q. 1. c. hinc est. ¶ Glo. in. prin. oppo. quod etiam recipiens talem pecuniam puniatur in duplu, & sol. fatendo contrarium; deinde colligit arg. contra quod oppo. de. c. veniens. j. eo. & sol. ponendo tres opi. in eadem; ibi, poena dupli. dic, quod si per impressionem, vel concussione symoniacam quis extorsit pecuniam, debet reddere quadruplu. 1. 8. dist. c. quoniam quidem. & 1. q. 1. concussione. not. Io. And. post Hosti. in. c. & si quaestiones. j. eo. Concute re autem dicitur, qui praetextu officij sibi commissi comminando, ab inuito pecuniam extorsit. ff. de concuss. l. 1. & 2. 2. 3. q. 2. militare. quod verum est, nisi sponte non conuictus restituat; quia tunc satis est, arg. ff. quod met. causa. l. si cum exceptione. §. haec autem actio. & inst. de actio. §. item actio. sed contra de. l. qui ea met. ff. de furt. per quem text. Tancre. tenet hic, quod omnimodò teneatur ad quadruplu, primum Laur. vide Archid. dist. 1. 8. quonia. nisi diceret, quod miti est agendum cum eo, qui sponte restituit, vt dixi in gl. 3. ¶ In fi. glo. dic post Host. Io. And. & D. Ant. quod tunc autem quaeritur de ecclesia saeculari, aut regulari: primo casu, aut ille qui dedit pecuniam, non habet unde viuatur, & ei restituenda est, arg. d. c. veniens. & not. in. c. quod a te. supra de cler. coniug. aut habet unde viuatur; & tunc aut oes de ecclesia delinquerunt, aut particulares. Primo casu oes debent expelli de ecclesia, & illa pecunia dimitti ecclesiae; & sic ex illa ipsi criminosi non habent commodum, secus si non eijcerentur; quia tunc debet applicari fisco Papae secundum Hosti. qui debet distribuere ad pias causas; sed forte inferior ecclesia cathedrali deberet applicari fisco episcopi, arg. eorum, quae dicit D. m. in. c. 2. de success. ab intest. Facit. l. fiscus. ff. de iure fisci. Si vero solus praetator, vel particularis de ecclesia deliquit, solus puniatur; & pecunia applicabitur ipsi ecclesiae, in cuius iniuriam data fuit; vt hic. Secundo casu principali, dic, quod aut omnes de ecclesia delinquerunt; & tunc datur pecunia ei, qui dedit, vt intret secundum monasteriu, vt c. veniens. j. eo. Si vero deliquit particularis de ecclesia, tunc datur pecunia secundo monasterio recipienti talem monachum, quo ad vsum fructum tantum, donec viuatur ipse monachus; & sic potest intelligi finis glo. nostrae. & debet limitari de d. c. veniens. Quare autem applicetur fisco ecclesiae, dic, quod ratio est; quia ibi est facta iniuria; & ratio rationis est, vt arbitror; quia ista est regula, quod tunc vbiunque causa propter quam quis est indignus, respicit vtilitatem certae personae, vel certi loci, seu iniuriam, illi personae, vel loco dandum est, quod auferitur ab aliquo tanquam ab indigno, vt est tex. & ibi Bar. in. l. post legatu. §. admittere. ff. de his quibus vt indi. Vnde tunc si ab vno legatario, vel herede instituto a clerico auferatur hereditas vel legatum tanquam ab indigno, illud applicatur fisco ecclesiae; & non saeculari, vt not. D. m. in. c. 2. de success. ab intest. nisi tamen essent talia bona, in quibus aliqui proximi ab intestato fuissent successuri; quia illis tunc videretur facta fuisse iniuria. Cogitabis, quia non firmo pedem; quia nunc venerunt in mentem.

C A P. X I I.  
S V M M A R I V M.

- 1 Beneficium ecclesiasticum promittere pro temporali obsequio symoniacum est.
- 2 Clericus potest esse procurator in causa laici; et ubi verum ibid.
- 3 Excommunicati sunt, qui pactis, aut promissionibus, iustitiam, vel gratiam a sede Apost. consequuntur.
- 4 Romae quot sunt excommunicati, attende.
- 5 Praelato seruire potest spe futurae remunerationis, & consequendi beneficium spirituale.
- 6 Episcopus recipiens quem ad seruitium, licet promittit salarium annuum donec provideatur, quod intellige, vt ibi.
- 7 Beneficij spe ordinem recipiens, an symoniam committat.
- 8 Non sufficit venisse, qui non stetit.
- 9 Citatus personaliter potest constituere procuratorem, qui persilat in causa vsq; ad finem causa.

**Cum essent.** Symoniacum est pro temporali obsequio beneficium ecclesiasticum promittere. hoc dicit. Not. primo, quod clericus potest esse procurator, seu sollicitator in causa laici, quod verum secundum Abb. in curia Romana, seu foro ecclesiastico; vt. c. p. venerabile cum supra scriptis, qui si sint legi. secus in foro saeculari; nisi vnica causam amici sui vellet tractare, quae tunc non reperitur prohibitum, hoc tenet sing. Inno. in. c. 1. supra. de obli. ad ratioci. & c. sed nec supra. ne cle. vel mona. dicit tamen, quod delicta superioris audaciter posset tractare negotium laici. primum dictum Inno. sequitur Archid. 86. dist. c. fin. & vide p. eu. 2. 1. q. 3. Cyprianus. vide latius in tract. meo de procura. §. 4. ver. episcopus. & seq. ¶ Vltimo not. quod tunc pro mouendo negotio apud Sedem Apostolicam non debet quis recipere promissionem alicuius spiritualitatis consequendae, Inno. & Io. And. dicunt, quod quicumque curialis, vel alius, qui facit, vel recipit promissionem de aliqua re temporali, vel spirituali pro obtinenda aliqua gratia, vel iustitia, apud Sedem Apostolicam est excoicatus ipso facto, de quo hinc plene in extraua. Bonifacij, quae incipit, excoicatus symoniacam. Vnde de tunc considera, quot sunt in curia excommunicati. ¶ Glo. 1. sentit contrarium, quod licitum fuit illi patrono militi, qui causam suam promouebat coram Papa remunerare etiam ad beneficium ecclesiasticum, per. c. quid proderit. allegatum in glo. Solu. fatendo contrarium; videlicet, quod hoc fieri potest, dummodo non praecedat pactio. Et praedicta glo. infert ad decisionem. q. In. fi. glo. dic, Not. singulariter ex hac glo. quod quis potest seruire praelato sub spe futurae remunerationis, etiam vt consequatur beneficium spirituale; nec per hoc committitur symonia, dummodo principaliter non seruiat ea intentione; quasi velit gloss. quod in genere principaliter potest sperare remunerationem, gloss. 1. q. 1. c. sunt nonnulli. dicit, quod si seruiens est dignus, & seruitium est dignum, & honestum; licet sperat beneficium spirituale D. Ant. seq. gloss. nostram. ad praedicta. vide gloss. 59. dist. hoc ad nos. & gloss. 61. dist. in. cap. Osius. §. sed aliud. Et de cidit hoc Hosti. quod tunc episcopus recipiens clericum ad



ad seruitium, licite promittit sibi salarium annuum, donec sibi prouiderit de beneficio competentis; dummodò non obliget se ex pacto, nec committitur symonia; dummodò sola causa principalis sit; quia ille sit dignus, & idoneus; licet secundaria causa sit ratio recepti seruitij, & remunerationis. Item dicitur ex prædictis, an faciens se ordinari sub spe habendi beneficii peccet, & si recipit committat symoniam; quia si non principaliter ea intentione faciat se ordinari, non peccat, licet spem habeat ad beneficium consequendum; aliàs fecus ut not. glo. in d. §. sed aliud, & 1. q. 7. per laycos. & Hosti. in c. cū nostram. §. de electio. Io. And. in c. venerabilem. in fin. de electio. Extra materiam glossæ opponitur, & videtur, quod hic nobilis non debuit licentiat; quia non sufficit venisse, nisi steterit, ut c. 1. de iudi. Sol. Host. dicit quòd fortè fuit inuentus in curia, & habuit ius reuocandi domum; vel fuit citatus ut personaliter compareret; & secundum hoc not. quòd personaliter citatus nò habet necesse persistere in causa vsq; ad finem causæ; sed debet ex causa licentiarum, & sufficit, quòd sufficientem consuetudinem procuratorem, vide de hac materia Doct. in c. 1. de iud. lib. 6. & c. quærelam. de procura.

C A P. X I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Symoniacus notarius in beneficio, ab ipso deponitur. & nu. 6. ubi de hoc pulchre. Si verò fuerit conuictus, idem procedit, nec deponitur ab ordine, sub num. 3.
2 Infamatus, qui se purgare non potest, beneficio priuatur.
4 Infamatus de symonia, à principio potest iudici purgatio.
5 In symonia crimine, probationes non ita claræ requiruntur, & est speciale in ea.
7 In criminalibus sufficit præsumptio violenta.
8 Episcopus, an possit cum priuatis beneficio per symoniam peccatum, dispensare. Et ibi, quòd non; & ratio assignatur primo, postea auctor concludit, quòd sic.
9 Fictio non debet operari æquè, ac veritas.

1 Insinuatum est.

†Notorius symoniacus in beneficio, ab illo deponitur. Idem in infamato, qui se purgare non potest. hoc dicit. primo Papa ponit narrationem sibi factam. secundo, contra eam prouideri mandat; ibi, vnde. Nota primo, quòd symoniacus in beneficio, contra quem probatur crimen per viam inquisitionis, non deponitur ab ordine; sed priuatur beneficio symoniacè acquisito, dic, ut dixi in c. inquisitionis. in glo. 2. supra de accusat. Secundo not. quòd infamatus etiam à principio, potest iudici purgatio, sine aliqua inquisitione super veritate criminis; & deficiens in ea, punitur ut conuictus per inquisitionem. Sed contra hoc fortiter obicit. significasti. infra de adult. & quòd dixi in c. accedens. de accu. vbi dixi post D. m. quòd vbi fuit indicta purgatio non precedente aliquo modo agendi, deficiens debet solum suspèdi; ergò hic debebat solum suspendi, cum non appareat, quòd præcessit certus modus agendi. Solutio, † contrarium difficile

est, nec Doct. tangunt. potest tamen solui secundum D. m. quòd hic præcessit inquisitio ad priuationem beneficii, & isti existenti infamato fuit indicta purgatio; & hoc sentiunt Tancred. Vinc. Phil. Hostien. & Io. And. dum dicunt, quòd fuit indicta purgatio; quia non potuit constare de symonia; vel potest solui secundum eum, quòd speciale † sit in crimine symonia; in quo non requiruntur probationes sic clara. Secundo principaliter opponitur contra text. in eo, quòd vult, quòd notorius symoniacus simpliciter deponatur à beneficio; vnde opponitur de his q̄ dixi in c. qualiter. 2. de accus. vbi dixi, quòd data notorietate criminis qualitercunq; procedatur, etiã si per viam inquisitionis, si crimen fit graue, debet fieri depositio ab ordine. Facit. c. cum non ad homine. supra de iudi. vbi deprehensus in crimine deponitur; fortius ergò vbi est notorium. Sol. D. m. dicit, quòd isti potuissent deponi etiam ab ordine ut factum fuit in c. de hoc. supra eod. sed hic Episcopus tantum quæsiuit, an possit priuari beneficii. In glo. in fin. dic, quòd etiam si isti non ingressi fuissent per symoniam; nihilominus videntur priuandi, per c. si. de clerici. pereg. Sol. dic, quòd hoc verum est, si intrassent sine licentia superioris, dummodò cum eis non dispenseretur, secundum Io. And. In glo. in ver. notorium. dixi in c. euidentia. de accusat. Glo. 3. oppo. & sol. in fin. dic, hos versus ponit etiam glo. in c. inter. infra. de purg. cano. ¶ Glo. in prin. colligit, deinde sentit contrarium, & sol. In eadem, ibi, sententia definitiua. dic, contra id quòd habetur in c. literas. de præsumpt. & l. fin. C. de probatio. & 2. q. 8. sciunt. In eadem, ibi, ad violentiam. dic, & sic non obicit. contrarium; quia iste non damnatur ex probabili præsumptione; sed † violenta, quæ in criminalibus, sufficit ad cõdemnationem, ut c. asserte. de præsumpt. In. fi. glo. dic de hoc arti. vt dicam in d. c. inter. de purg. can. vbi expedit aliàs. qq. quas hic ponit. D. m. Vltimo extra glo. quæro, vtrum † cum istis priuatis possit episcopus dispensare, & eos ad beneficia restituere. Sol. Hosti. dicit; q̄ non; quia cum infamia daret, non posset cum eis sine scandalo dispensari. 2. q. 4. presbyter. & c. omnibus, & sequuntur Io. And. & D. Ant. sed hoc dictū non placet hic D. simpliciter; nam si cum verè conuictis in symonia, quandoq; potest episcopus dispensare; vt trad. in c. post transactionem. supra de transla. p. gla. vbi tractatur materia, & maximè per Io. Cald. & not. in c. 1. de elect. & trad. in c. de symoniacè. infra eo. fortius debet posse in aliquo casu dispensare cum conuictis interpretatiuè, seu fictè, vel præsumptiuè; quia non debet plus operari fictio, quam veritas, vt l. quamuis. §. Marcellus. ff. ad Velleian. & not. in l. 3. ff. pro socio.

C A P. X I I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Symoniacum est pretio, vel fauore celare peccatorem, & alia facere de quibus ibi.
2 Dicitio, imò, est correctiua.
3 Emolumentum non potest dici nisi honestum, & iustum. Et ibi ratio.

4 Symo-

- 4 Symonia non solum patrat in committendo, sed & in omittendo.
5 Pretio reducens quem ad penitentiam, non committit symoniam.
6 Peccator potest probare se de crimine emendatum per confessorem suum. Doctor potest ferre testimonium de peritia scholaris. ibidem.
7 Presentantes, in numero approbantium doctorandum, possunt interuenire.
8 Conspicuitatis, vel amicitia ratione, quòd iustum, & honestum non debet exercere, sed ratione iustitie.
9 Index condemnans aliquem odio, licet faciat iustitiam, peccat.
10 Dicitio vniuersalis, vt euitetur absurditas, resoluitur in particularem.
11 Furem vt indicet, licet quis possit recipere pretium, prohibetur tamen recipere, vt non indicet. & ibi ratio.
12 Publicæ vtilitatis interest, vt delicta puniantur.
13 Simonia triplex species.
14 Spirituale pro temporali dare, & omittit spirituale, vel eius exercitium, paria sunt.
15 Correctio penitentialis fit per sacramentum confessionis.
16 Vitium in idem, plerumque duo contraria concurrunt.
17 Contrarium, eadem ratione conuertente, idem ius est. Secus verò non.
18 Pecuniam, an liceat accipere pro non detegendo occulto peccatore Episcopo; & ibi distinguitur, & quòd non.
19 Oij causa non est quis à reconciliatione remouendus, nec fauore admittendus.

3 Nemo.

† Symoniacum est pretio, vel fauore celare peccatorem, vel reconciliare non penitentem, vel dignè penitentem à reconciliatione remouere. hoc dicit. secunda, ibi, nec quenquam. ¶ Not. primò, q̄ † dicitio imò, est correctiua. not. in c. innotuit. de elect. & l. Lucius. ff. de hære. instit. & ibi Barto. ¶ Secundo not. quòd non potest dici emolumentum, nisi illud quòd est iustum, siue honestum; quoniam nullum inhonestum dicitur vtile, rectè loquendo, vt Cicero in lib. Officio. & dicit Io. And. quòd emolumentum propriè dicitur lucrum, vel reditus molèdini; adaptatur enim omni commoditati, & vtilitati, vt patet hic; & §. de testa. c. si heredes. vide quòd dixi in clem. statutum. de electione. ¶ Tertio not. † quòd symonia committitur nò solum impendendo spirituale pro temporali; sed si omittitur aliquid spiritualitatis impendere ppter commodum temporale, ad quòd impendendum quis tenebatur. ¶ Quarto not. quòd quis potest penitentem reducere ad reconciliationem per pretium, nec est symoniacum, secundum vnum intellectum. ¶ Quinto not. quòd peccator potest probare se de crimine emendatum per sacerdotem, cui confessus est. Idem not. in c. testimonium. de testib. Sic & Doctor potest ferre testimonium de peritia scholaris, tex. cum glo. 1. 2. q. 1. c. 1. & l. nemini. C. de aduoc. diu. iud. Et per prædicta dicit. D. m. quòd semper putauit, quòd † in numero Doctorum debentium approbare scholarem doctorandum, possunt computari doctores presentantes, quia cum

ipsi assumantur tanquam proprii magistri scholaris examinandi, vberius testimonium possunt ferre de peritia scholaris, de qua materia vide D. m. in c. proposuisti. de probatio. nos contrarium in hoc studio florenti Senensi seruamus de consuetudine. ¶ Vltimo not. quòd illud quòd est iustum, & honestum, non debet exerceri consanguinitatis, vel amicitia priuatæ causa; debet enim principaliter attendi ipsa iustitia; & sic iudex peccat, qui aliquem cõdemnat principaliter ex odio; licet illi faciat iustitiam, & seruet ordinem iudicarium. Faciunt quæ dixi in c. cum essent. §. eo. ¶ In fi. gl. 1. dic not. hanc glo. ex qua habes, quòd † dicitio vniuersalis, vt euitetur absurditas, resoluitur in particularem, quòd nota ad statuta; & vide Io. And. in c. quicumque. de senten. excom. lib. 6. ¶ Glo. 2. in princi. colligit argumentum, quòd probat per simile; deinde colligit aliud, & opponit ad primum, & soluit. In eadem, ibi, peccatum celat. dic, quòd licet quis possit recipere pretiū, vt indicet furem, vt in iuribus allegatis pro contrario; tamen non potest recipere, vt non indicet; quia esset cõtra bonos mores, & contra † publicam vtilitatē, cuius interest, vt delicta puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Sed contra hanc glo. & tex. oppo. vt enim, quòd non possit dici symonia, si non venditur aliquid spiritualitatis? Sol. secundum Hostien. quòd † triplex est species symonia; quædam mentalis, quædam conuentionalis, & quædam quasi conuentionalis; vult ergò glo. quòd text. noster loquatur de symonia conuentionali, & ponit hic descriptionem ipsius, quam ego posui. §. in rub. & de quasi conuentionali videbimus in c. & si quæstiones. j. eodem. Sed hoc non soluit contrarium; quia etiam in illa requiritur, quòd fiat conuentionio ratione alicuius spiritualis, vel annexi spirituali; vnde alij dicunt, vt Tancred. & Philip. quòd verbum symonia, hic non accipitur propriè, sed latè, & impropriè; vnde hoc est symoniacum, scilicet; quia prohibutum. Inno. dicit, quòd isti puniuntur ad instar symonia; ergò non est symonia. Sed D. m. dicit, quòd hoc est contra tex. nostrum in fi. qui non loquitur de pœna, sed declarat vtrumque symoniacum esse; & potest esse ratio, quia paria sunt, impendere spirituale pro temporali, vel omittit spirituale, seu exercitium spiritualis, vel annexorum spirituali, quòd ex debito incumbit pro aliquo temporali emolumento; vnde cum ista denuntiatio, seu collatio sint præambula ad correctionem penitentialem, & † correctio penitentialis fiat per sacramentum confessionis; si quis omittit facere istud antecedens, ad quòd ex debito tenetur, & per quòd peruenitur ad confessionem, & penitentiam, quæ spiritualis est, & hoc omittit pro emolumento temporali, committit symoniam. In eadem glo. ibi, aliquid facit. dic, probatur. ff. de re iudi. l. qui non facit. & per Io. And. in reg. in generali. de reg. iur. in 6. ¶ In fine glo. dic, quòd iste vltimus intellectus videtur melior; quia eadem est ratio in omnibus; sed propter similitudinem inter primos duos casus illi habentur pro vno; & idem de vltimis duobus. Sed contra glo. & textum opponitur; quia si reconciliare pretio est symoniacum, ergò non reconciliare non est symoniacum, vt in reg. vbi

vbi repugnancia. ff. de reg. iur. & traditur in. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & 2. dist. hospitio- lum. Sol. Io. And. dicit, qd plerunq; duo contraria in idem vitium incidunt, vt accipere pecuniam ob accusandum, vel non accusandum; denunciandum, vel non denunciandum; & simi. vt. i. q. i. c. fi. & 2. q. i. prohibentur. Vel dic, qd reconciliari pratio, vel gratis sunt contraria. Vel dic, qd contrariorum idem est ius, quando est eadem ratio; Secus si cōtraria, de quo Io. And. in reg. qui sentit. de regu. iur. lib. 5. Tu dic, quod licet accusare, & non accusare sint contra- ria, tamen accusare, vel non accusare, per pecuniā, est vnum; non autem sunt adinuicem contraria; & habent suum contrarium accusare, vel non accusare sine pecunia, vnum licet, & alterum prohibetur; & sic de similibus. ¶ Secundo opponitur, quod hoc nō videatur symoniacum, sed sacrilegium, vt. i. q. i. sūt quidam. Sol. secundum Goffre. quem sequitur Io. And. est symoniacum, & sacrilegium. ¶ Tertio op- ponitur, in eo quod tex. dicit, dupliciter peccātem. quia sequitur a contrario, quod potest recipere pe- cuniam, ne occultum peccatorem Episcopo reuel- let, quod est contra. c. si peccauerit. 2. q. i. & c. nouit. de iudi. Sol. dicunt Docto. quod aut occultus pecca- tor est incorrigibilis, & procedit cōtrarium. Secus si est paratus se corrigere, sed hęc non est formalis re- sponso ad receptionem pecuniā; quia arbitror, qd non possit recipere pecuniam in aliquo p̄dictorum casuum. Se benè licet non denunciare paratum se corrigere, sed hoc gratis facere; & hoc modo vaca- ret argumentum a contrario sensu. ¶ Vltimo oppo- nitur de contrarietate tex. adinuicem. Nam primo dicit, quod p̄ propter odiū non est a reconciliatione remouendus. Sol. quidam habent in litera impēni- tentem, & sic non esset contraria. Sed dicit Io. And. quod melior litera est p̄nitentem; & tunc respōde ad contrarium. Quod etiam p̄nitentem nō debet quis admittere ad recōciliationem fauore, seu amo- re carnali; sed gratia, & charitate spirituali.

C A P. X V.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia emi, vel redimi non potest.
2 Manerium, & Mansum quid.
3 Prelatus solus, contractum, quo questum est ius eccle- sia, rescindere non potest.
4 Monachi, & alij de collegio possunt, agere ad renocatio- nem eorum, qua prelatas male alienauit.
5 Instrumentum reddens, videtur reddere ius ex instrumen- to sibi competens.
6 Iudex ante omnia debet laborare, vt partes reducat ad concordiam.
7 Missio in possessionem rei seruanda causa, habet locum in- ter religiosos.
8 Ecclesia licet non possit vendi, venit tamen in venditione vniuersitatis accessorie.
9 Quod intelligi debet, quando non est merè spirituale, sed mixtum. nu. 9.
10 Copulatiua copulat equè principaliter, non accessorie.
11 Ius patronatus non potest vendi principaliter.
12 Cum, &, Et, coniunctionum, natura, & differentia.

- 13 Venditio retractatur in re prohibita alienari, quando ven- duntur plures res, quorum pars vendi potest; & alia nō; non autem in omnibus.
14 Ecclesia loco religioso potest concedi retento annuo censu; secus persona singulari.
15 Ecclesia non potest dare gratis.
16 Iudex delegatus causa rei seruanda, potest defendere pof- sessionem per eum traditam vsq; ad sententiam diffinitiuam; & ibi mirabile dictum Innocen.
17 Immissio in possessionem causa rei seruanda, quando agi- tur de ecclesia, fieri non debet.

Quærelam.

¶ Ecclesia emi, vel redimi non potest. h. d. Pri- mo, ponit quærelam monachorum. Secundo, com- mittit causam instruendo indices in principali, ibi, Manerium, dic, secundum Tancre. quod d' maneriu, & mansum idē sunt; & est vulgare Gallorum, non tū dicit, quid sit. Vnde dic, quod idem est quod posses- sio, vt dixi in. c. ex insinuatione. de appella. Mansum verò dicitur prædium, in quo manent homines, vt not. in. c. i. 3. de censu. & Bal. in tit. de controuer. in- uest. §. si quis. ¶ Not. primo, quod d' solus prelatus nō potest rescindere contractum, per quem est quæsi- tum ius ecclesie, secundum Inno. & Abba. ¶ Secun- do not. qd monachi, & alij de collegio possunt age- re ad reuocationem eorum, quæ prelatas male alie- nauit, vt. c. si quis. de reb. eccle. non alien. ¶ Tertio not. quod d' propter redditionem videtur remitti ius competens ex instrumento, de quo in. c. ecclesia. 3. vt lit. pend. & c. cum pridem. de pact. ¶ Quarto not. quod d' iudex debet laborare ante omnia, vt partes reducantur ad concordiam, vt. l. quidam existimave- runt. ff. si cer. peta. cum similib. ¶ Vltimo not. quod etiam p̄ inter religiosos propter contumaciam, ha- bet locum missio in possessionem causa rei seruanda; quandoq; tamen intuitu religionis fit solum se- questratio, vt. c. ex literis. de dolo & contu. non tamen negatur ibi, quin etiam possit fieri missio, vt hic dicitur. ¶ Glo. pen. sentit duo contraria. Primū, quod emptio, & redemptio debent valere; quia licet ecclesia non possit vendi principaliter, tamen ac- cessorie venit in venditione vniuersitatis. glo. soluit, deinde opponit, qd saltem emptio, & redemptio ma- nerij debebat valere, & soluit. In eadē, ibi, ita quod neutrum fuit accessorium alteri, dic, sentit ergo gl. quod spirituale tanquam accessorium transit cum vniuersitate vendita. Sed dic, quod d' hoc non est ve- rum in mero spirituali, sed in connexo spirituali, & in iure patronatus, quod ideò transit cum vniuersi- tate; quia participat de temporalitate, & spirituali- tate, quod non contingit in mero spirituali; quia il- lud non habet aliquid participationis, & sic non po- test dici eius accessorium, de quo dic, vt traditur in d. c. ex literis. ¶ In eadem glo. ibi pertinentijs suis, & ecclesiam, dic, not. singulariter hanc glo. que vult, quod copulatiua copulet æquè principaliter, & non accessorie. Idem not. in rub. ff. de iur. & fac. ignoran- Et per prædicta dicit. D. m. quod licet ius patrona- tus transeat cum vniuersitate, vt. d. c. ex literis. Tamē si vniuersitas vt castellum, vel villa, vel simi. vendere- tur isto modo; videlicet, vendo castellum, vel villam cum

cum pertinentijs, & iure patronatus, dicta venditio non teneret respectu iuris patronatus, qd vendi nō pot principaliter, vt. c. i. de iure patron. Nec obft. qd not. Io. And. in. c. i. de iure patro. lib. 6. vbi vult, qd si vendo castrū, aut villā cum iure patronatus, valet ta- lis venditio; qd dicitio, cum, coniungit accessorie, & non principaliter, pro qua decisione vide Bar. in. l. si cui. ff. de fundo instr. & l. 3. eo. tit. vbi dicit, quod dicitio, & coniungit æque principaliter; sed dicitio, cū, coniungit vnū principaliter, & aliud accessorie; nisi essent duo, de quorū natura vnū nō veniret accessorie ad aliud; vt est bonus textus, & ibi not. Bar. in. l. qd conq; ff. de verb. oblig. Aduerte tū; quia si venditio fieret isto modo. Vendo castrum cum pertinentijs, & iure patronatus; talis venditio teneret; quia ver- bum de iure patronatus, coniungitur cum dictione pertinentijs, quæ iungebatur accessorie. In eadem glo. in. fi. dic, not. ex hac glo. singulariter, qd vbi ven- datur plura principaliter, & est aliquid quod vendi non potest; non retractatur venditio in omnibus; sed solum in re prohibita. Facit. l. i. ff. de euctio. & l. do- mum. not. in reg. vtile. de reg. iur. lib. 6. fm D. m. qd arbitror intelligendum, quādo quilibet res habet distinctum prædium, quia tunc videntur tot vendi- tiones, quot sunt res. Facit. l. qd dicimus. ff. de verb. oblig. secus si vno prædio fuissent emptæ, vt est tex. not. in. l. si duos. ff. de contrah. empt. ¶ Extra glo. op- ponitur, & vñ quod hęc ecclesia non potuerit con- cedi sub anno celsu, vt. c. non satis. 3. eod. ex quo de hoc constabat, qd esset vendita p confessionem isto- rum monachorum, debebat eis imponi silentium, vt. 3. eo. c. cum essent. Sol. dnt Doct. quod ecclesia nō fuit vendita; sed fructus ipsius, vt. c. non satis. 3. de quærelam. j. tit. prox. de quo dixi in. d. c. non satis. 14 Vel dic, secundum Host. quod loco p̄ religioso bene potest concedi ecclesia retento certo annuo censu, vt. c. constitutus. 3. de relig. domib. etiam in perpe- tuum; sed singulari personæ non potest ultra suam vi- tam. Item opponitur, quod ipsis monachis debuerit imponi silentium, cum hic dicat, quod sicut non po- tuit redimi ecclesia; ita nec emi. Sol. dicit hic Abb. qd hęc allegatio nō fuit allegatio monachorum; sed Papæ intēdentis in hoc instruere iudices. ¶ Vltimo opponitur, & contra text. & glo. de. c. cum pridem. de pactis. vbi probatur, quod etiā gratis non licet dare ecclesiam, cuius contrarium hic innuitur. Sol. Doct. non fatentur contrarium; quia etiā gratis non potest dari, sed solum concedi per canonicam insti- tutionem a superiore habēte potestatem; & ita de- bet subaudiri tex. noſter. ¶ Glo. fin. tāgit, qualiter p̄ cedatur contra contumacē, & an isti iudices per ta- lem immisionem in possessionem desinant esse iu- dices. In fine gl. dic, not. ex gl. fm D. m. iuncto textu, 16 qd iudex delegatus potest defendere possessionem per eum traditam causa rei seruanda; vsq; ad sniam diffinitiuam. sed Inno. hic dicit mirabile verbum; vi- delicet, qd per hęc verba posita in fine textus, videli- cet, non permittatis eos exinde molestari & c. talis iudex videtur datus conseruator, & tanquam cōser- uator debet defendere immisum in possessionem. Vltimo opponitur contra glossam, & textum; quia 17 p̄ vbi agitur de ecclesia, non debet fieri immisio in possessionem causa rei seruanda; sed debet fieri com-

gnitio de iure petentis, secundum formam. c. cum qui. de dol. & contum. lib. 6. Sol. illud verum, quan- do litigatur de ecclesia, vt beneficio; secus si de ec- clesia, vt proprietate, vt hic; simlis distinctio fit in clem. dispendiosam. iuncta glo. de iudi.

C A P. X V I.

S V M M A R I V M.

- 1 Symonia est exigere pecuniā ab ecclesijs pro cbrismate. Nec excusat consuetudo. Et nedum pro cbrismando, sed nec pro liquore ipso nu. 2.
2 Mutatio nominis, non excusat id qd sui natura malum est. Nomina appellatiua immutabilia sunt, propria mutabi- lia num. 4. Dummodo non fiat mutatio in fraudem. ibid.
3 Verba intentioni, non contra, seruire debent.
6 Ianuenses rapinam pyratiam lucrum appellant.

Ea quæ.

¶ Exigere pecuniā p̄ chris- mate ab ecclesijs symonia cum est, nec excusat cōsue- tudo. h. d. Primo, narrat factum reprehensibile. Se- cundo, illud prohibet, ibi, quia verò. Tertio, p̄nam comminatur, ibi, pro certo. & est pars. c. ea quæ. de censu. ¶ Nota primo, quod p̄ pecunia prohibetur exigi nedum pro chrismate in quantum est sacramē- tum; vt pro chrismando, vel confirmando aliquem, sed etiam pro ipso liquore chris-matis. ¶ Vltimo no- ta, quod d' mutatio nominis non excusat id, quod est de sui natura malum; maximè cum p̄nomina appel- latiua immutabilia sint, vt. l. si quis. ff. de leg. i. licet nomina propria sint mutabilia, & mutari possint, vt dicit Io. And. si modo non fiat in fraudem, vt in rub. & in. C. de mutat. nomi. vnde non curamus de mutatione, seu de nomine empriōnis, quando id fie- ret in fraudem vsurarum, vt. c. ad nostram. de empt. & vend. & c. illa nos. 3. de pigno. ¶ Verba enim in- tentioni, non contra deseruire debent, vt. c. intelli- gentia. de verbo. signi. Et sic not. qd Ianuenses, qui rapinam pyratiam, lucrum appellant, non ex- cusantur propter nomen. ¶ Glo. 3. format contra- rium & sol. In fine dic; & ideò non valeret consue- tudo in his, quæ sunt symoniaca; quia prohibita. In glo. fina. ibi, de positione, scilicet; ab officio, & be- neficio; vt patet in textu dum dicit, ordinis, & di- gnitatis.

C A P. X V I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Homagium facere pro habendis spiritualibus, symoniacū est. & num. 1. 1.
2 Homagij, & fidelitatis differentia. Vtriusque diffinitio. num. 3.
4 Beneficium ecclesiasticum, quid.
5 Turpitudinem propriam allegans, quando audiendus.
6 Infamantes & equiparantur canibus mordentibus, seu la- trantibus.
7 Per literas Apostolicas debet constare de gratia facta. Et ibi quid de stylo. Par. j. 2 S Clerici



- 8 Clerici recipientes beneficia possunt prestare homagium, & iuramentum fidelitatis, & ibi quomodo intelligi debeat tale homagium, & iuramentum.
9 Ratio diuersitatis quare potius praestetur iuramentum si delitatis, quam homagij. Et iuramentum fidelitatis praestatur potius dignitati, quam personae.
12 Iuramentum fidelitatis praestatur episcopo propter eminentiam dignitatis.
13 Verbum, diuina, comprehendit regulas canonicas, & Theologicas, vel canonicum ius, & diuinum; verbum, vero humanas, civiles regulas amplectitur. Et ibi etiam alius intellectus.
14 Sacerdos imponens praenitentiam minorem debito, an sit tutus a peccato.
15 Infamia, quae insurgit ex symonia, quae sit, & quis possit illam tollere.
16 Crimen lese maiestatis, & symoniae aequiparantur.
17 Symoniacus an incurrat infamiam iuris ipso facto, an vero per sententiam.
18 Publica crimina regulariter non infamant, nisi per sententiam.
19 Infamia canonica irrogatur ante sententiam.
20 Infamia facti irrogatur ex delicto publico.
21 Papa solus dispensat cum symoniacis ad beneficium ecclesiasticum; ad simplex vero quilibet episcopus. Quod tamen intellige, vt ibid.
22 Episcopus, an post latam sententiam possit restituere famam.

1 Ex diligenti. Pro habendis spiritualibus homagium facere symonia est. h. d. Primo, ponitur supplicatis petitio, secundo, petitionis exauditio, & literarum concessio. secunda, ibi, quo circa. Not. primo, ibi, homagium, & fidelitatem, quae differentia est inter homagium, & fidelitatem propter copulam, & quae coniungit diuersa. Est enim homagium secundum Io. And. idem, quod hominis ligium, quo homo homini ligatur; de forma qualiter praestetur, vide Spec. in tit. de feu. §. 2. post princ. & vide Io. And. & Hosti. in c. recollentes. de statu monach. Fidelitas autem est, cum quis alteri specialiter iurat, quod erit illi fidelis; & hoc iuramentum continet in se plura, de quibus vide. 2. q. 5. c. 1. & in c. ego. de iureiur. & c. 1. qualiter vasa. iura. deb. in v. sibus feud. Secundo not. secundum vnum intellectum, quod pro beneficio spirituali potest constitui certa annua pensio de redditibus alicuius dignitatis, vel ecclesiae; & tale dicitur beneficium ecclesiasticum. Facit. c. conquaren te. §. de cleri. non resid. potest intelligi, quod hic assignabatur beneficium ecclesiasticum, ex quo constituto recipiebatur certa annua pensio. Primus tamen intellectus magis placet Abba. Hosti. & D. m. quia magis congruit literae; & ex praedictis patet. Non obstat. c. 1. §. si quis feudum. quibus. mod. feu. amitta. Tertio not. quod allegas turpitudinem suam audiendus est; quando allegat ad finem, vt desistat a peccato, vide Bal. in l. si creditoribus. C. de seruo. pign. dato. manu. & aliquid per D. m. in c. inter dilectos. de donatio.
6 Quarto not. quod infames aequiparantur canibus latrantibus, seu mordentibus. Vltimo not. quod de gratia facta per Sedem Apostolicam, debet fieri fides per

literas; & dicit Archid. quod de stylo curiae est, vt non possint probare per testes, de quo vide in proemio lib. 6. & dicam in c. cum olim. §. de priuileg. Glo. 1. sentit duas quaestiones, & soluit; in fine. Sed contra glossam, & textum oppo. de c. cum clericis. §. de verb. signi. 3. dist. c. quamquam. de iureiur. c. ego. N. & §. de re iudic. c. cum inter. in quibus probatur, quod clerici recipientes beneficia ecclesiastica possunt prestare iuramentum fidelitatis, & homagij, vt. c. grauem. de exce. praelat. Sol. Io. And. & sequuntur Doct. quod iuramentum fidelitatis potest praestari, sed non homagium. Non obstat. d. c. grauem. quia debet intelligi de homagio largè sumpto pro fidelitate, prout ibi dicit glo. & Doct. talem tamen fidelitatem clericus non praestat layco, nisi in casu. c. nimis. §. de iureiur. vnde dicit Inno. quod forte non licet alicui clerico facere alicui hanc fidelitatem, nisi pro sua ecclesia, & remittit ad not. in c. fin. §. de reg. iur. Principes tamen saeculares nonnunquam ipsam fidelitatem a clericis suae iurisdictionis extorquent, vt. c. petitio. §. de iureiur. Sed quare de ratione diuersitatis, quare potest potius praestari iuramentum fidelitatis pro beneficio ecclesiastico, quam homagij. Sol. dicit D. m. quod ratio est; quia homagium tenet commodum temporale; quia per ipsum quis efficitur subditus, & vasallus alterius, & obligatur ad certa seruitia, quae pro spiritualibus consequendis non debentur, & forte hoc etiam voluit glo. dum dicit, quod hoc erat munus ab obsequio. In iuramento autem fidelitatis quis solum promittit, quod erit illi fidelis; & praestatur potius dignitati, quam personae. Sed contra praedicta oppo. nam ex praedictis videtur inferendum, quod iste debet absolui solum ab obligatione homagij, & non fidelitatis; tamen hic dicitur, quod fuit liberatus ab vtroque. Sol. datur triplex per D. m. Prima, quae iste, Archid. intendebat litigare omnino contra istum, vt esset sibi vasallus, & subditus; & ideo in totum vitatur obligatio. Facit. c. cum super. de offi. deleg. Secunda solutio est, quod propter dignitatem, & peccatum Archidiaconi, ex eo, quod recipiendo homagium commisit symoniam, obligatio vitatur in totum. Tertia solutio est, quod iuramentum fidelitatis est praestandum episcopo propter eminentiam dignitatis. Vltima solutio vero non bona; vnde ego arbitror, quod vera solutio sit, quod ex eo, quod iste remittit ipsos annuos redditus, & beneficium ecclesiasticum, ratione cuius ipse se obligauit ad praedicta duo, quod pariformiter debet esse liberatus ab obligationibus praedictis. Facit. l. si duos. ff. de contrah. empr. & quod dixi in c. qrelam. §. eo. Nec obstat si diceret, quod huic debuit dimitti beneficium; quia beneficium retinere non poterat propter commissam symoniam. Glo. in verbo, diuinis. querit de intellectu literae; & soluit dupliciter. In si. dic. §. m. Host. quod dicitur diuinis, vt comprehendat regulas theologicas, & canonicas, simile i. c. 1. de iuram. calu. & remittit ad not. i. c. pen. de etate & qual. quasi velit, quod per verbum diuinis, comprehendatur ius diuinum, & canonicum; per verbum, humanis, comprehendatur ius civile. Sed Abba. dicit, quod non meminit vbi sit istud ius humanum, si pro iure civili accipitur. Tu dic, quod imo habetur in iuribus allegatis in glo. seq. licet in illis non dicatur, quod sit symonia; tamen prohibent temporale dari pro spirituali. Vel potest

potest dici, quod habuit respectum ad id diuinum, put est ius veteris, & noui testamenti; & ad id humanum, put est id summorum Pontificum, vt in reg. fi. §. de reg. iur. Glo. in vers. humanis. allegat iura, quae vide. Glo. i. vers. discretio. in si. dic. vtrum autem a peccato sit tutus sacerdos, quod iponit minoram penam, seu penitentiam debito, vel minor debito exerceat officium suum, vide glo. de penit. dist. 1. i. summa. Gl. in vers. infamia ibid. c. vlt. dic melius.
15 15. q. 3. c. sane. In si. gl. dic. Sed qro, qualis sit ista infamia, quae insurgit ex symonia; canonica, an vero iuris. Sol. D. m. dicit, quod est infamia iuris; quia canonica incurritur ex quolibet mortali peccato, quo sublato, tollit ipsa infamia. 6. q. 1. c. 2. & 3. Vn cum iura loquuntur de symonia specificè loquantur de infamia, dicit intelligi de infamia iuris, pbat i. d. c. sane. Quae aequat tale crimine cum crimine laesae maiestatis; & hoc voluit gl. hic, dum dicit, quod non potest tolli nisi per Principem, & sic si loqueret de canonica, tolleret per principem, vthic in gl. Si vero loqueret de infamia facti, tolleret per factum contrarium, vt. 2. q. 3. §. hinc colligitur. Sed infamia iuris tollitur per solum principem, vt. l. 1. §. de qua. ff. de postul. & c. cum te. & ibi dixi. §. de regula. Aduerte tamen, quod symoniacum infamiam iuris non solum incurrit per factum, non ipso facto, §. m. D. m. quia iura loquuntur per verbum futuri temporis, & sic requiritur factum. Itaque hoc est regulare in publicis criminibus; vt quis non infamet nisi per factum, vt. l. 1. ff. de his qui not. infam. & reg. infamibus. de reg. iur. lib. 6. Infamia vero canonica irrogatur ante factum. Itaque infamia facti irrogatur ex peccato publico. Facit in simili. c. cum dilectus. de ordi. cogni. Itaque aduerte ad id, quod dicit gl. quod cum symoniaco non dispensat nisi Papa ad beneficium ecclesiasticum; quia §. m. Host. & ad simplex potest et episcopus dispensare, vt. c. penul. de elect. Sed dicit Io. And. quod d. c. non loquitur de symoniaco, sed in symonia D. m. verò dicit, & bene, quod neutrum dictum est verum; nam in symoniaco potest in beneficio et curato dispensare episcopus. 1. q. 1. c. fin. dummodo non fiat ad illud in quo commissum est symonia; vel nisi sit episcopus, qui commisit symoniam, vt dixi i. c. accusatus. §. eo. de qua materia vide D. m. in c. de symoniace. §. eo. Sed contra; quia supra dixi, quod episcopus non potest restituere famam, vt dixi in d. c. cum te. Sol. posset dici, quod intelligitur de dispensatione, quae fit ante factum latam in symonia; quia facta lata non potest restituere famam; dispensando tamen in casibus sibi a iure permisis, tollit infamiam indiretè per quaedam consequentiam, vt not. in l. 1. §. de qua. ff. de postul. vide D. m. in c. at si clerici. §. de adulterijs. §. de iudi.

C A P. X V I I I. S Y M M A R I V M.

- 1 Cardinalis pro equo a nobili viro recepto, non praesumitur committere symoniam.
2 Symoniam, vt arbitrari quis possit, an committatur per munera, consideranda sunt qualitas dantis, & recipientis; qualitas, & quantitas muneris, & donationis temporis, & alia de quibus late. nu. 12. & 17.
3 Consecratio, & ordinatio non est symoniaca, licet ordinatori, aut consecratori aliquid doneur, non tamen ex pacto.
4 Indices parum curant de pauperibus.
5 Dubitare quis non debet, vbi dubium non est.
6 Conscientia puritati non debet deesse iudicium rationis, et conscientia non regulata ratione, parit dispensandum salutis.

- 7 Discretio est mater omnium virtutum.
8 Conscientia nimis scrupulosa fugienda.
9 A iuramento licito abstinere, vt faciunt fratricelli, reprehendendum est.
10 Cardinalis aliquando dicitur nuntius, tamen ei datur officium legationis, honoris causa.
11 Pali traditio, est quid spirituale, vnde praetium non debet interuenire, nec in traditione, nec in acceptione.
13 In traditione spiritualium licite res modici valoris possunt interuenire.
14 Vinum Campanum bonum, melius Hispanum, optimum veranacia quinq; terrarum litoris Orientalis Ianuae.
15 Donum, & munus qualiter differant.
16 Symonia per se spirituali, etiam posita petitione, interuenit.
18 Cynicus dicitur, quasi canis latrans, & mordens, & Satoryri appellatur cynici, quasi maledici, seu reprehensesores.
19 Seneca reprehendit Alexandrum, eo quod donasset ciuitatem pauperibus.
20 Excessus, & defectus sunt vitia.
21 In elemosina seruandus est modus.
22 Beatius est dare, quam accipere.
23 Donum, quod facili manu datur, gratius est, quam quod magna manu datur.
24 Papam iudicare de voluntate alterius, impossibile est.
25 Cor hominis imperscrutabile.
26 Administrator, vel index nihil quamuis modicum debet accipere, & acceptum debet reddere in quadruplum.
27 Arbitrarium est de iure canonico, an, & quantum accipi possit, per administratorem, vel iudicem.

Et si quaestiones.

1 Cardinalis per palafreno, id est equo a nobili viro recepto, non praesumitur committere symoniam. h. d. §. m. Abba. Vel sic, & gnali. Ad arbitradum vtrum per munera committatur symonia, vel non, considerari debet qualitas dantis, & recipientis; qualitas, & quantitas muneris, & donationis temporis. Vel §. m. Io. And. & meli. Cardinalis, vel ordinatio non est symoniaca; licet et prius ordinatori, aut consecratori aliquid donatum fuerit non ex pacto. h. d. diuidit in quatuor partes. Primo, commendat quatenus de puritate conscientiae; & scrupulositatem curiosam reprehendit. Secundo, narrat factum, ibi, in hoc itaque. Tertio, soluit quaestione, ibi, si ergo. Quarto, rñdet auctori tati, ex qua dubitatio insurgebat, ibi, quod aut. Et in textu ibi, fratris tui, dic, erat Rex Vngariae §. m. Hosti. vt apparet in registro, & in text. ibi, a diuine locuplete, dic, quod defecit hic gradus quartus; videlicet; quoniam fieret a paupere pauper; sed dic, quod hoc fuit omissum, §. m. Host. quia indices parum curant de pauperibus. xj. q. 3. c. paup. Itaque, quia in hoc quarto gradu idem videtur dicendum, quod attendenda sint alia qualitates; & in textu ibi, scriptum, dic, l. aia. 3. c. & hoc ideo dixi; quia munus tripliciter dicitur; a manu; scilicet; lingua, & obsequio. Nota primo, quod quis non debet dubitare, aut dicere se dubitare, vbi dubitandum non est. Facit. c. cum contingat. de rescrip. & c. si beneficia. & ibi notat glo. de preb. lib. 6. §. 3. dist. c. habuisse. & l. ancilla. C. de furt. ne quis iuste obiurgetur, vt coringit Labeoni in l. Domitius labeo. ff. de testa. Secundo not. quod puritati conscientiae non debet deesse iudicium rationis. Conscientia enim non regulata ratione, inducit dispensandum salutis; debet ergo esse discreta; nam dispensatio. Par. j. Z ij secretio

cretio est mater omnium virtutum. 1. q. 5. c. prafen  
tium. & c. 1. de offi. custo. & clem. pastoralis. de re iu  
di. 1. nimis ergo scrupulosa conscientia reprehenden  
da est, vt. c. non solum. de regula. lib. 6. & in psalmo  
dicitur, Trepidauerunt timore, vbi non erat timor.  
Scrupulosa enim conscientia nullo dubio corroborata  
debet amplecti; si tamen amplectatur sine declaracione  
non est relaxanda; & sic intellige illud, bonarum  
mentium est vereri culpam, vbi culpa non est.  
9 Et ex predictis not. contra istos fraticellos, qui ab  
stinere a iuramento licito, tanquam a peccato, quod si  
peritis reprehendendum est, vt. c. cum iure. 5. de elect.  
& c. cum in iure. de offi. deleg. Et vt plurimum tales  
nolunt spueri in ecclesia, vt faciebat Ciapellectus, &  
postea non dubitarent, si reperiret super altare, mil  
le ducatos, accipere; vide Iuuenalem satyra. 2. Vltra  
10 Sauromatas fugere hinc libet. Tertio not. quod Cardinalis  
mittitur quinquaginta; ad tradendum pallium Archie  
piscopo; & tunc dicitur nuntius, vt. c. significasti. de  
elect. sed pro honore datur sibi officium legationis;  
quia Cardinales non mittunt de facili ad partes lo  
11 ginquas sine titulo legati. Quarto not. quod traditio  
pallij est quid spirituale; unde & dari debet, & ac  
cipi sine pretio, probatur. 1. q. 2. c. sicut episcopum. &  
12 100. dist. c. nouit. Quinto not. singulariter, quales  
debeat esse coniectura, vt presumatur donatio gra  
tuita, vel non; debet enim considerari qualitas dan  
tis, & accipientis; a diuite facilius presumatur libera  
ra, quam a paupere. Item quantitas muneris; quia de fa  
cili non presumitur, quod quis conferat, quae sunt magni  
pretij, cum nemo presumatur iactare suum. vt. c. sup  
hoc. de renuntia. & l. cum de indebito. ff. de probat.  
Item temporis qualitas; quia instante necessitate re  
cipientis, facilius quis presumitur donare. Ego ta  
men dum legerem. l. cum quid. ff. si certum pet. quae  
lex ponit, an si quis dicit alicui, tolle hanc pecuniam,  
presumatur donatio, mutuum, vel depositum, tetigi  
alias coniecturas, videlicet; an praesensissent aliqua  
merita, vel non, & qualia, & quanta essent merita. Item  
si adessent aliae coniecturae, vt dies natiuitatis Domi  
ni, in quo solent donari pecunia. Item si alicui do  
mino nuntiatur victoria, vel natiuitas filij, vel simi  
lia. Vel si esset mulier formosa, & sibi diceretur, tolle  
hanc pecuniam, prout fecit quidam Gaspar, qui vni mulie  
ri dederat quinquaginta ducatos, & dubitabat an  
esset donum. Interrogatus, quid mihi videretur, iudicio  
meo respondi, quod mihi videbatur donatio, quia  
quantitas erat parua respectu donantis. Item, quia fuit  
tradita simpliciter, nulla facta mentione numeratio  
nis, illa tamen ex benignitate pecuniam restituit.  
In dubio tamen potius presumitur contractus non  
gratuitus; quia nemo vt dixi, presumitur iactare  
suum, & dicit Bar. in d. l. cum quid. quod si testis dicit,  
vidi pecuniam numerari, sed nescio, an donauerit, vel  
mutuauerit, quod presumitur magis mutuum; vide ibi  
dem, & Bal. & Cyn. in l. 2. c. de donatio. ante nupt.  
Quid autem de promissione indiscreta, an videatur  
continere donationem, vide Io. de Imo. in l. triticum.  
& l. a Titio. ff. de verb. oblig. dixi in nostra disputa  
tione quae incipit. Vxorem. Vltimo not. quod in tra  
dictione spiritualium licite potest interuenire xen  
nium modici valoris; vt esculenta, poculenta, & simi  
13 14 ad predicta dicit Io. And. quod bonum est vinum

Campanum, sed melius Hispanum. Tu dic. quod melius  
omnium, & optimum est vernacia quinq; terrarum  
litoris Orientalis Ian. sed ab antiquis scriptoribus  
praetermissum fuit; quia loca illa Baccho gratissima  
nondum illis temporibus colebantur, nec eorum  
fertilitas adhuc cognita fuerat; vide D. F. Petrarcam  
in suo itinerario. ¶ In fine gl. 1. dic. not. hanc gl. fm  
Hosti. pro Doctoribus, quibus licet allegare retenta  
substantia; licet sub alia verborum forma, vt. c. intelli  
gentia. & c. nihil. 7. de verb. signi. & l. scire leges. de  
legib. ¶ Gl. 4. ponit differentiam inter donum, & mu  
nus; dic. vt in ea. In eadem, ibi, munus species. dic. est  
differentia; quia donum sine causa, munus ex causa,  
vt. l. si inter donum. alleg. in glo. Item secundum Host.  
donum exile, munus praetiosum; sed hoc est contra  
multa iura. ff. & c. de donatio. inter virum, & vxorem.  
& c. si de donat. inter vir & vxorem. In eadem, ibi, quisque  
potens. dic. hoc considerari, respectu doni faciendi  
in alia causa, quam spirituali; quia pro spirituali  
posita petitione non euiteretur symonia, vt. 7. eo. c.  
17 ex tua. Et aduerte; quia plura ponuntur hic in glo.  
quam dicat text. Et hoc voluit forte tex. dum dicit,  
maximè tria, quasi sentiat, quod etiam alia sunt at  
tendenda; vt scilicet, consuetudo accipientis, nam  
si a clerico ordinando datur res modici pretij ordi  
natori, qui sine pretio non consuevit ordinare, iudi  
cabitur symoniacum, quia attendenda est consuetudo,  
vt. c. illo vos. 5. de pign. & l. qui semissem. de vsur. attē  
denda etiam sunt alia, vt dixi. 5. in notab. in simili ma  
teria. In eadem, ibi, Cynicus. ¶ dic. secundum Io. And.  
quod Cynicus dicitur, quasi ribaldus; dicitur a Cynos,  
quod est canis; quasi canis inordax, & latrator, vt. c. pre  
ced. Vnde & Satyrici dicuntur etiam Cynici, quasi re  
prehensores. In fin. glo. dic. quod in conferendis mune  
ribus, sicut in reliquis, modus seruandus est; vnde  
19 Seneca ad Lucil. lib. 2. de benefi. ¶ reprehendit Ale  
xandrum, ex eo, quod cum donasset ciuitatem pauperi  
eidem dicenti, Talem ciuitatem non conuenire hu  
mili fortunae suae, respondit. Non quero quid te ac  
cipere; sed quid me dare oporteat; nam si illum non  
decebat accipere, nec Alexandrum dare. ¶ Ita enim  
peccatur in excessu, sicut in defectu, vt. 2. 5. dist. §. ali  
ter ea demum. 4. 1. dist. c. non cogantur. Nam & in  
21 telemosina seruandus est modus, vnde magis pec  
cat, quam mereatur, qui delicatos cibos parat pau  
peribus, vide bonum tex. 4. 2. dist. c. quiescamus. 86.  
dist. c. non satis. & Beatum Thomam. 2. 2. q. 3. 2. c. 10.  
¶ Glo. in verbo, aequum. sentit contrarium, & non  
soluit in fin. dic. quod ibi praesens pactum, & ideo non  
consideratur vilitas rei, vt. d. c. ex tua. & ibi dicam. 7.  
eo. ¶ Glo. in vers. non petenti. colligit. infert, & pro  
bat, ibi, Apostoli. dic. Actuum Apostol. c. 25. & po  
nit glo. in rubr. ff. commod. vbi dicit, quod beatius est  
dare, quam accipere; quia dando placet, accipiēdo  
displicet. Vel beatius, scilicet salubrius est dare pos  
se, quam mendicare. Vnde Seneca libro de benefi.  
23 dicit, quod multo gratius est quod facili, quam quod  
plena manu donatur. ¶ Glo. in vers. intentione.  
24 primo sentit contrarium, quod fuit impossibile, quod  
Papa iudicauerit de intentione alterius; & sol. de in  
de infert ad decisionem. q. a contrario sensu litera,  
& duos casus excipit. In eadem, ibi, cor hominis. dic.  
25 vnde Iosue, ¶ Cor hominis imperscrutabile est. In fi  
glo.

26 glo. dic. sed contra textum, & glossam oppo. nam vi  
deur, quod nihil quamuis modicum, potest capi ab  
administratore, iudice, vel superiore, vt. C. ad l. Iul.  
repet. & in l. 3. C. de affe. & auth. vt iudi. sine quoquo  
suffra. §. si quis & c. exigit. de cens. imò debet reddi  
quadruplum. 1. q. 1. c. iubemus. & c. commissiouis.  
vt dixi. c. de hoc. 5. eod. Sol. duplex datur. ¶ Prima,  
quod contraria procedunt in exigente, hoc verò. c.  
in sponte dante. Secunda. so. quod contraria procedunt  
in habente salarium ex publico, hoc. c. & familia iu  
ra, in non habente; & Hosti. dicit, quod de iure ca  
27 nonico hoc erit arbitrarium, an, & quantum recipi  
possit, dum modò non excedatur forma. c. statutum.  
§. in super. de rescrip. lib. 6. dic. vt trad. in. c. cum ab  
omni. de vita & hone. cler. & l. 1. & 2. C. de pena iud.  
qui male iud.

C A P. X I X.

S Y M M A R I V M.

- 1 Abbas, & maiores de conuentu, si pecuniam ex pacto pro receptione monachi habuerunt, suspenduntur ab officio, & beneficio; & taliter recepto restituitur pecunia, & in aliud monasterium mittitur.
- 2 Ingressus monasterij est quid spirituales.
- 3 Symonia committitur per solam conuentionem, vt detur aliquid temporale, pro spirituali.
- 4 Symonia non committitur sine conuentione.
- 5 Symonia committitur nedum a dante, & recipiente; sed et si datur ministris.
- 6 Abbas solus, & maiores ex delicto Abbatis, & monachorum puniuntur, non autem omnes. Quod tamen intellege, vt ibid.
- 7 Monachus per symoniam receptus, non debet ibi morari, sed in archiori monasterio mitti.
- 8 Symonia commissa in monachatu non vitiat monachatum.
- 9 Pecuniam qui dedit pro monachatu, an sit monachus, an vero presbyter.
- 10 Ingressus licet vitietur, non tamen vitietur monachatus.
- 11 Excommunicatus non impeditur monasterium ingredi.

**V**eniens. ¶ Abbas, & maiores de conuentu, si pecuniam ex pacto recipiunt pro receptione monachi, ab officio, & beneficio suspenduntur; & taliter recepto restituitur pecunia, & in aliud monasterium mittitur. h. d. primo, quarelam presbyteri. Secundo, dat iudicem, cui tria mandat. Tertia, ibi, quoniam. & in textu ibi. 3. sol. dic. secundum Io. And. forte illos, de quibus conuenerat. & in textu postularunt. dic. & hoc obtinuerunt. & ideo restitui mandatur secundum Hosti. & Io. And. ¶ Nota primo, quod ingressus monasterij est quid spirituale; & ideo pro ipso non debet exigere temporale. Secundo not. quod per solam conuentionem vt detur aliquid temporale pro spirituali committitur symonia; si postea spirituale recipitur, etiam posito, quod illud temporale non tradatur, seu conuentio non feruetur; probatur in tex. ibi conuentione facta autem. & c. & probatur. 7. eo. c. nobis. ¶ sine conuentione non committitur symonia, nisi ea intentione recipiatur; quia tunc esset symonia mentalis. Tertiò

5 not. quod symonia committitur non solum a dante, vel recipiente; sed et si datur ministris, vel familiaribus, vt dixi. 5. in rub. Quarto no. singulariter, quod ex delicto abbatis, & monachorum non puniuntur oēs, sed abbas, & maiores, quod intellige, quia illud delictum non commississent cōcato consilio; quia tunc punirentur oēs, vt. c. Romana. §. vniuersitatem. de sent. excō. lib. 6. Item puniuntur illi, qui interfuerunt, & potuerunt contradicere; & non contradixerunt, vt not. singulariter Inno. in c. 1. §. de his, quae sunt a maio. par te capit. Vltimo not. quod receptus in monachum per symoniam, non debet ibi morari, nec etiam stare in saeculo; sed arctius monasterium ingredi. Glo. si infert, & oppo. & non sol. In si. dic. not. singulariter ex hac gl. quod symonia commissa in monachatu non vitiat monachatum. Non obstat contrarium gl. quia pecunia non restituitur sibi, vt illa habeat; sed vt def secundo monasterio. Card. Flo. dicit hic, quod videtur probari in prin. tex. quod iste non remaneat monachus; quia Papa ipsum appellat presbyterum; non autem monachum. Non obstat finis in quo mandatur, quod intret aliud monasterium; quia hoc potuit fieri ad penitentiam peragendam. D. m. tenet, quod remaneat monachus per tex. dum dicit, quod debeat in habitu monastico deferuire. ergo non solum ad penitentiam. Item non mandatur vt fiat monachus; sed vt deferuiat in habitu; ergo remansit monachus. Item, quia proprie symonia non committitur respectu monachatus; sed vt recipiatur ille, licet ergo vitietur ingressus, non tamen vitietur monachatus, per quem quaeritur quadam obligatio Deo; & ideo non debet impediri per factum recipientis pecuniam, vt not. Io. And. in d. c. si de cō di. appo. Et in simi. videmus quod excommunicatio non impedit monachatum, vt. c. cum illorum. 7. de senten. excom. & sic habes casum singularem, secundum eum, in quo symonia non vitiat actum.

C A P. X X.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ordinatus, presentatori suo aliquid dans symoniacus est.
- 2 Confessio facta in foro penitentiali non nocet, licet fiat episcopo, & Papa.
- 3 Iudici, afferenti, vel neganti confessionem non creditur.
- 4 Ecclesia in foro tantum penitentiali, non contentioso, iudicat de occultis.
- 5 Symonia committitur non solum dando pecuniam confertenti ordinem, sed & dando ministris.
- 6 Per clausulam moneas, & inducas, non datur potestas praesens compellendi.
- 7 Symoniacus per ingressum religionis non habilitatur ad exercendum receptum per symoniam.
- 8 Filio illegitimo incapaci potest pater relinquere si est ingressus religionem.
- 9 Textus inserti decreto per Gratianum non probant, nisi vt ibi.
- 10 Penitentiae sunt arbitrariae.
- 11 Symonia mentalis sola intentione inducitur. Quae sola penitentia absque restitutione tollitur. Si vero interuenit pactum est vere symonia. Nec remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. num. 12. Quando autem non interuenit pactum, nec mens deprauata, nulla est symonia in datione liberaliter facta. remis. nu. 13.



- 15 Si dubium est, recurritur ad coniecturas. remif. nu. 14.
- 16 c. Ad aures de temp. ordin. limitatur duobus modis.
- 17 Regularis maiorem obedientiam prestare debet, cum abdicauerit a se velle, & nolle.
- 18 Prælati regularis, licet possit impedire subditum suum ne ordinetur, ordinis tamen adepti exercitium prohibere nequaquam potest sine causa.
- 19 Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes. Multo impediuntur scienda, que iam facta impediri non possunt. num. 19.
- 20 Symoniacus in ordine est suspensus ipso iure.
- 21 Excommunicatus a iure, potest etiam excommunicari ab homine, ita & suspensus a iure. remif.
- 22 Penitentia non debetur nisi penitenti.
- 23 Penitentia multos habet effectus.

**Ex tua.** ¶ Si ordinandus presentatori suo aliquid dedit, symoniacus est; non tamen deponitur, si est occultum. h. d. secunda, ibi, unde. Nota primo, quod quis non potest damnari ex confessione facta in foro penitentiali, etiam si sit facta episcopo, vel Papa; quia tunc etiam Papa scit, ut Deus, non ut homo, ut. c. si sacerdos. de off. ordi. & not. in. c. dilectus. de excess. præla. Item potest intelligi textus, quando confessio esset facta in presentia solius iudicis, quia iudici afferenti confessionem, vel negationem non creditur. 6. q. 2. c. si tatum. & c. placuit. Et ex prædictis, & ex textu habes, quod in ecclesia in foro contentioso non iudicatur de occultis; sed solum in penitentiali. Secundo not. quod symonia committitur non solum si datur pecunia conferenti ordinem, sed etiam si datur ministris, ut. c. 1. §. eo. Tertio not. quod per hanc clausulam, moneas, & inducas, non datur potestas compelendi præcisè, ut probatur in. c. 1. de testib. cogen. Quarto not. quod per ingressum religionis symoniacus non habilitatur ad exercendum receptum per symoniam; quia licet per ingressum religionis tollatur peccatum contractum sine vitio ingredientis, ut. c. 1. de fil. psby. non tamen tollitur delictum contractum per eum, ut not. in. c. 2. de aposta. & hoc etiam videtur voluisse gl. in. l. Deo nobis. C. de episco. & cle. vbi videtur velle, quod non tollatur ingratitude commissa per filium in patrem. Guil. tamen ibi tenet contractarium, & facit quod ipse not. in. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. vbi vult, quod filio illegitimo incapaci potest pater relinquere, si est ingressus in monasterium. Facit d. c. 1. facit etiam textus in auth. de mona. in princ. & hoc etiam tenet. D. m. in. c. testimonium. de testi. per. c. penul. 19. q. fin. vbi textus vult, quod tollatur ingratitude. Sed potest dici, quod d. c. penul. non videtur probare probatione præcisa, nisi ostenderetur libellum novellarum, unde fuit sumpta illa auctoritas, fuisse approbatum; quia textus inserti per Gratianum in decreto non probant, nisi aliter de se probarent. Facit quod not. Io. And. in. c. 2. de rescript. Ultimo not. ex fine quod penitentia sunt arbitraria. Ad idem. c. men suram. de penit. dist. 1. ¶ Glo. si colligit, probat per simile, oppo. & sol. In eadem, ibi, sola intentio dic, secundum Host. quod sola intentio non inducit symoniam conuentionalem; sed mentalem, quæ per solam penitentiam tollitur absque restitutione, ut. c. penul. §. eod. 12 Aut si interuenit pactum, & est symonia, nec dimit-

titur peccatum, nisi restituatur ablatum. §. eo. de hoc. 13 Aut si non interuenit pactum, nec mens deprauata; sed aliquid liberaliter concessum est, & non est symonia, ut. c. præced. Aut si sumus in dubio, & tunc recurrendum est ad coniecturas, & paucitas muneris est vna coniectura, quod non sit commissum symonia, ut. §. d. c. & si quaestiones. ¶ Glo. 2. in princ. est literalis. de mum oppo. & sol. In si. dic, ex hac glo. not. quod duas limitationes singulares ad. c. ad aures. de temp. ordi. Prima, quod illud procedit in regularibus, textus noster in secularibus. Inno. tamen in. d. c. ad aures. dubitat, an superior secularis possit prohibere; nihil tamen firmat; sed dictum glo. placet hic D. m. per tex. 6. q. 2. c. si tantum. & c. placuit. & facit. c. ex tenore. de temp. ordin. & ratio differentia est; quia regularis maiorem obedientiam debet, cum abdicauerit a se velle, & nolle. 12. q. 1. nollo. & c. non dicatis. Secunda limitatio est, quod licet prælati regularis possint impedire subditum ne ordinetur, ut ibi; tamen sine causa non potest impedire executionem, ordinis adepti; & ratio est; quia turpius eijcitur, quam non admittitur hospes, ut. c. quemadmodum. de iure iuran. & quia multa impediunt scienda, que non impediunt iam facta. §. qui clerici. c. rursus. & de clerici. §. gro. c. 1. & 2. ¶ In si. glo. in vers. cohærcere. dic, quod symoniacus in ordine, est suspensus ipso iure. 3. dist. in. c. verum. Non obli. hoc. c. & similia; quia loquuntur de correctione facti. Vel potest intelligi de suspensione facta ab homine; quia sicut excommunicatus a iure, potest ab homine excommunicari, ut dixi in. c. ita quorundam. §. de iudicis. Ita & suspensus a iure; & vide quæ dixi in. c. accusatum. §. eod. Glo. si oppo. quod ¶ penitentia non debetur nisi penitenti, & allegat iura, & sol. In si. dic, secundum Host. quod talis penitentia est potius monitoria, & consultoria, quæ salutifera ad vitam æternam; ¶ habet tamen multos effectus, de quibus in. §. si. de penit. dist. 3. dicam post gl. in. c. quod quidam. §. de penit. & remif.

**C A P. X X I.**  
**S V M M A R I V M.**

- 1 Pecunia non debet exigere ministerio ecclesiastico. & nu. 2.
- 3 Ministerij, & misterij differentia.
- 4 Sacramenta vnde.
- 5 Symonia non solum committitur in institutione beneficii; sed etiam si fit, ut quis deseruiat in ecclesia ut vicarius.
- 6 Pecunia pro chrismate, aut pro ipso liquore exigere non debet.
- 7 Exigere quid.

**Ad nostram.** ¶ Pro ministerio ecclesiastico exercendo, siue pro vicariis assignandis, seu pro chrismate, nullatenus debet exigere pecunia. h. d. ¶ Noto primo regulam generalem, quod per exercendo ecclesiastico ministerio, non debet exigere pecunia; minus ergo pro ipso ministerio, ut. c. non satis. §. eo. Et nota differentiam inter ministerium, & mysterium. Ministerium dicitur officium administrandi sacramenta; mysterium vero ipsum sacramentum; quæ virtutem habet secretam, vnde sacramentum, quasi sacræ

sacræ rei signum. 1. q. 1. c. multi. & hanc differentiam ponit textus in. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. trad. in. c. 1. de vita & honest. cleri. Secundo not. ibi, pro vicariis. quod non solum committitur symonia in institutione beneficii; sed etiam si fit, ut quis deseruiat ut vicarius in ecclesia, bonus textus in. c. licet. §. de pæn. Tertio not. ibi, pro chrismate. quod pro chrismate concedendo, aut pro ipso liquore non debet exigere pecunia, dixi in. c. ea quæ. §. eod. Ultimo not. ibi, exigatis. quod in talibus tatum prohibetur quod exactione; quod verbum denotat ab inuito extorquere; unde si aliquid sponte offertur, non est symonia, ut dixi in. c. 1. §. eo. Glo. dat concordantias, & benè.

**C A P. X X I I.**  
**S V M M A R I V M.**

- 1 Dispensari potest cum symoniace ordinato, non tamen symoniaco.
- 2 Quaestioni in genere formata certum rîsum dari non potest.
- 3 Ex mutatione facti etiam breuissima, totum ius mutatur.
- 4 A primordio tituli posterior formatus euentus.
- 5 Consultatio licet incerta, & generalis sit; tamen per certam causam possibilem distinctionem, certa tradi debet rîsio.
- 6 Symoniace receptus non semper est symoniacus. Et ibi distinguitur, qui sint symoniaci, & qui non.
- 7 Papa solus cum symoniaco dispensat; & ibi plures ponuntur species symoniacorum.
- 8 Nemo debet alterius odio grauari.
- 9 Symoniacus in ordine prohibetur ministrare in quolibet ordine.
- 10 Fallit tamè si eo ignorante est commissum symonia. ut ibi. Non potest tamè promoueri ad maiores, nisi dispensetur, alias videretur promotus per saltum. num. 10.
- 11 Symoniacus in beneficio potest dispensari, & ibi distinctio nes varie ponuntur.
- 12 Episcopus, in dignitate nunquam cum symoniaco dispensat.
- 13 Cum confesso spontè mitius agitur, quam cum conuincto.
- 14 Symoniacus, & de symonia damnatus, est infamis infamia iuris, & cum eo episcopus non dispensat nisi in certis casibus, ut ibi.
- 15 Episcopo non permittitur dispensatio in illo casu, in quo quis commisit symoniam.
- 16 Episcopus, in dignitate, vel beneficio curato ignoranter etiam symoniace acquisito, non dispensat ad illud idem, sine noua vacatione.
- 17 An autem potest aliud beneficiu obtinere, ex quo in culpa non est. nu. 17. Quod tamen intellige de simplicibus beneficiis. In beneficio vero simplici si spontè renuntiat, potest episcopus dispensare ad illud met. nu. 18. Distingue tamen ut ibi.
- 19 Episcopus in casibus, in quibus potest dispensare, intelligendum est, dummodo ipse non sit, qui commiserit symoniam.

**De symoniace.** ¶ Cum ordinato; qui, symoniacus non est, dispensari potest. h. d. 2 Not. primo, quod quaestioni in genere formata non potest dari certum rîsum; nisi deueniatur ad casum specificum; nam ex facto ius oritur, ut hic, & facit. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad. l. Aquil. & l. 1. §. 1. ff. ad Turpil. & l. 1. in si. ff. de excep. doli. ¶ ex breuissima enim facti mutatio, totum ius mutat. ff. de excu. tuto. l. si is. & ff. de le. 3.

l. hoc legatū. & l. fin. ff. de cōtrahē. emp. cū similit. vñ dicimus quod primordio tituli posterior forma euertus, ut. l. 1. C. de imponē. lucra. descrip. & l. cū filius. §. heres. de leg. 2. & l. si fili. 2. & l. si. C. ad Maced. Et prædicta not. pro proponendis causis in postulationibus, hoc est in aduocationibus sciendis, & pro consilijs; ut coneris, licet incerta, vel generalis sit consultatio per certam distinctionem casuum possibilem, certum tradere responsum; licet Papa hoc non fecerit. Secundo not. quod non sequitur, iste est symoniacus receptus; ergo est symoniacus; unde dic, quod quidam sunt symoniaci ordinati, non tamen sunt symoniaci, ut puta; si eis ignorantibus data fuit pecunia pro ordine. Quidam vero sunt symoniaci, aut symoniacè ordinati; quia ipsis consilijs pecunia data fuit. Quidam & tertio, sunt symoniaci, & non symoniacè ordinati, ut puta; si fuit commissum symonia solum in beneficio, & non in ordine, vel si dedit pecuniam pro alio ordinando, aut recepit. ¶ Glo. vnica sentit duas op. & sol. & remittit. In eadē, in si. dic, ut habeas plenè, & ordinatè hunc articulum dispensationis in symonia, distinguere secundum D. m. quod aut fuit commissum symonia in ordine, aut in beneficio. Primo casu, aut fuit commissum per eum, eo scienter consentiente tacite, vel expressè; & tunc solus Papa dispensat, sed non de facili. 1. q. 1. erga. & j. eo. c. pen. Aut eo ignorante, & ratum non habente; tunc secundum Laur. Tanc. & Host. hic, & Io. Cald. in. c. post translationem. de renū. distinguit, quod aut delictum est manifestum; & solus Papa dispensat, arg. c. ex tua. §. eo. Aut occultum, & tunc episcopus dispensat, & idē cum ignorante, per tex. nostrum, qui simpliciter permittit dispensationem; ergo videtur episcopum posse dispensare, arg. not. per Innoc. in. c. dilectus. §. de temp. ordi. probatur. 1. q. 5. c. presentium. vbi cum ignoranter symoniacus, qui postea sciens confiteretur se ordinatum per symoniam; sic per consequens non est delictum occultum, dispensat episcopus. Facit. j. eo. c. de regularibus. Itē facit; quia iste non est symoniacus, nec est in culpa, tunc nec debet alterius odio grauari, ut in reg. non debet. de reg. iur. lib. 6. Nec obli. c. ex tua. §. eo. vbi vñ fieri differentia inter occultum, & manifestum; quia ille textus loquitur in symoniacis, cum quo solus Papa dispensat, ut ibi dixi. Itē illa differentia fit ad alium finem, scilicet, ad hoc, ut videatur, an possit coherceri, vel prohiberi ad ordinis executionem. Et aduerte; quia symoniacus in ordine non solum prohibetur in illo ordine ministrare; sed in alijs etiam. 1. q. 1. c. reperiuntur. 3. dist. in. c. verum. sed si eo ignorante commissum est symonia, solum est suspensus ab illo, in quo fuit commissum. ¶ Ad maiores vero non potest promoueri, nisi dispensetur; quia alias videretur promotus per saltum. 5. 2. dist. c. 1. secundum Inno. & Io. And. hic. Secundo casu princ. quod symonia fuit commissum in beneficio, distingue, quod aut est curatum, seu dignitas, aut simplex. Primo casu, Io. Cal. i. d. c. post translationem. distinguit, quod aut iste fuit sciens, aut ignorans; si sciens, & spontè renuntiat beneficio potest episcopus cum eo dispensare, ut habeat aliam ecclesiam. Item potest dispensare, ut habeat in illa ecclesia beneficiu simplex, ut in illo ministrare, probatur. 1. q. 5. in si. Inno. 12 tamen hic videtur velle, quod in dignitate nunquam dispensat episcopus cum symoniacis, sed male; quia contra d. c. 1. vbi prohibetur dispensatio in dignitate, seu ecclesia emptæ; secus ergo in alia. Si vero non renuntiat, Par. j. Z iiii sed

fed expectat sententiam condemnatoriam. D. m. dicit se putare, qd episcopus non dispenset et ad aliud beneficium, per. c. nobis. j. eo. vbi tex. dicit, qd talis non potest aliquam dispensationem habere. Facit etiam tex. in. d. c. i. r. q. 5. vbi pmittitur dispensatio cum tali, si omnino dimiserit beneficium sponte; secus si sententiam expectavit. Et potest esse duplex ratio; prima, quia cum sponte confesso mitius agitur, quam cum conuicto. 1. 2. q. 1. c. nolo. dixi. s. eod. c. de hoc. Item damnatus de symonia efficitur infamis, infamia iuris; & cum infame non dispensat episcopus, nisi in casibus expressis in. c. cum te. de re iudi. & hoc facit pro opi. glo. pen. in. c. ex diligenti. s. eo. & contra id quod ibi dicit D. m. Si vero symonia est commissa eo ignorante, distingue, qd aut pecunia fuit data eo prohibente, seu in ipsius odium, puta, a maleuolis suis; & non nocet sibi, vt. j. eo. c. nobis. & c. sicut. aut fuit data ab amicis suis; & tunc si sponte renuntiat, potest dispensari per episcopum, & et ex magna misericordia, si expectabit sententiam, secundum Host. & Cald. ex euidenti tamen utilitate ecclesie; sed hoc ita simpliciter dictum non placet D. m. quia videtur contra. c. pen. de elect. in ver. quamuis. vbi tex. venit aduerfatiue ad precedentia, & permittit dispensare in simplici beneficio, etiam quando sponte renuntiauit, ergo a contrario secus videtur dicendum, vbi beneficium non est simplex, vel non sponte renuntiauit pro quo etiam allegat tex. in. d. c. i. in fi. 1. q. 5. vbi non permittitur dispensatio episcopo, vt quis habeat illam dignitatem, in qua commissa est symonia. Item facit, quod not. in. d. c. cum dilectus. de tempo. ord. per Archi. in. c. licet canon. de elect. lib. 6. concludit ergo D. m. qd in dignitate, vel beneficio curato symoniace acquisito etiam ignoranter, non dispensat episcopus ad illud idem sine noua vacatione. Alia vero beneficia potest habere sine dispensatione, ex quo non fuit in culpa, vt. d. c. presentium. vbi permittitur dispensatio dumtaxat in simplici beneficio. Si vero beneficium est simplex, & sponte renuntiat, potest episcopus etiam ad illud dispensare, vt. d. ver. quamuis. sed si non renuntiat sponte, vel eo sciете commissa est symonia; non admittitur dispensatio per episcopum, nisi ex euidenti utilitate ecclesie, secundum Hosti. & Cald. sed non placet D. m. qd dicit de scientia; quia ver. quamuis. permittit dispensationem in simplici duobus concurrentibus; scilicet, quod sponte renuntiauerit, & qd eo ignorante fuerit commissa symonia; secus si scieter, vel si expectauit sententiam, quia non efficitur infamis per talem sententiam. Vel dic, quod si distulit renuntiare donec fuerit certioratus de symonia, cum non possit dici in culpa, dispensatur per episcopum; secus si certior factus de symonia, expectauit sententiam, vt. c. si beneficia. de preben. lib. 6. Item aduerte; qd quia in omnibus casibus, in quibus dixi episcopum posse dispensare, debes limitare; nisi sit episcopus, qui commisit symoniam.

C A P. X X I I I.

S V M M A R I V M.

1 Contradicens electo, qui postea propter pecuniam sibi de-

voluntate electi datam desistit a contradictione, si electus postea confirmatur, est symoniacus, & tenetur beneficio renuntiare.

- 2 Sacerdos detegere potest peccatorem sibi confessum in penitentia, consentiente peccatore.
3 Pecuniam dans, pro habenda voce necessaria in electione, vel non, symoniacus est.
4 Voluntas turbata non excusat peccatum.
5 Seculi huius breuis est fructus, & futuri aeternum supplicium.
6 Pecunia si datur contradicentibus de facto, non committitur symonia.
7 Consilij, verbum, materia necessitanti iunctum, necessitatem, non consilium importat.

Mattheus.

voluntate electi sibi tradita a contradictione destitit, electus postea confirmatus, symoniacus est; & tenetur beneficio renuntiare. h. d. communis diuisio. Secunda, ibi, quia agitur. Not. primo, qd sacerdos potest detegere peccatorem sibi confessum in penitentia consentiente peccatore. Na iste Cardinalis hoc sciuerat in penitentia; & ideo debet intelligi, qd ex voluntate peccatorum detexerit. Nec obstat. c. omnis vtriusq; sexus. j. de penit. & remis. Sed nunc insurgit dubium notab. Quid si confessus in tormentis delictum, quod non poterat aliter per officialem sciri, vel probari, an esset verum, vel non; & dubitabat illum condemnare, timens ne potius dolore tormentorum, quam ex alia causa esset confessus; an si dicat talis confessus officiali, mittite pro tali Sacerdote, cui confessus fui hoc delictum in penitentia; an sacerdos illo volente in casu predicto, debeat patefacere; & quod non debeat, facit; quia efficeretur irregularis, illo postea ad mortem condemnato, qd autem debeat, facit ipse tex. & quia debet succurrere veritati. Cogitabis; quia nunc venit in mentem; & forte dicam in. d. c. ois. Secundo not. qd ex datione pecunie pro habenda voce alicuius electoris, etiam non necessaria, quia post factam electionem, seu vt non contradicatur electioni, committitur symonia; fortius, ergo si pro habenda voce necessaria. Tertio nota, quod voluntas turbata in peccato, non excusat peccatum, & potest in tex. nostro figurari exemplum; quia amico consulenti de tali contradicente, dixi, maledicatur ipse, da sibi pecuniam, vt sit secum in perditionem; vel forte turbatus dixi amico, fac, qd tibi videtur. Vltimo nota istum tex. in fi. qui allegatur quotidie, & ratio est; quia iustus seculi breuis est fructus; sed futuri aeternum supplicium. Glo. 2. sentit contrarium in tex. & sol. & concludit; & conclusionem limitat. In eadem, ibi, & ita ius contradicendi habuerit, dic, ista glo. videtur velle limitare text. vt habeat locum in contradictione iuridica, non de facto, quasi dicat, quod si datur pecunia contradicentibus de facto, non committitur symonia; quia hoc casu electus videretur potius redimere vexationem, quam symoniam committere, vt. c. dilectus. j. eo. Inno. tenet contrarium; quia vbiunq; ante confirmationem datur pecunia, committitur symonia, & idem tenent communiter Doct. & latius dicam in. d. c.

in. d. c. dilectus. In fi. glo. in verfi. consulis. dic, not. ex glo. quod verbum, consilij, si iungitur materie necessitanti, potius est necessitatis, quam consilij, vide gl. in cle. exiui de paradiso. verfi. fi.

C A P. X X I I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Pretium pro absolutione exigi non debet. & nu. 4. quod intellige vt ibi.
2 Debitor creditori non satisfaciens in actione personali ad petitionem creditoris excommunicatur.
3 Absolutio post satisfacionem excommunicatis necessaria: suspensis vero non.
5 Excommunicatus, statuto, vel consuetudine cauente, vt soluat quolibet mense. 10. solidos; an illi possint solui pro absolutione obtinenda.
6 Vexato, an liceat aliquid dare vexati, ne vexetur remiss.

Ad aures.

Pro absolutione excoicati non debet exigi pretium. hoc dicit. primo, ponit qrela. secundo, iudicis datio. secunda, ibi, quonia agitur. Not. primo, qd debitor non satisfaciens creditori potest excommunicari ad petitionem creditoris, & hoc fit communiter in personali actione, de quo in. c. Odoardus. de solutio. in reali vero fit missio in possessionem, vt. c. tuaz. vt lite non contestata. Secundo not. quod excoicatus donec satisfecerit, non est absolutus ipso facto, licet satisfaciatur; sed requiritur absolutio; licet in suspensio donec satisfaciatur, non sit necessaria absolutio facta satisfacione; sed sufficit sola declaratio, secundum Inno. in. c. bona. sup. de atat. & qualis. tenet glo. in ver. donec. in clem. 1. de deci. m. Pau. tamen ibi tenet contrarium, de quo dic, vt ibi latissime dixi. Gl. 1. in verbo absolutionis. in prin. quarit de ratione, qd quare pro absolutione non sit danda pecunia; & soluit; deinde format aliam questionem, & soluit; & declarat quid iuris in interesse partis, & iudicis. In eadem, ibi, vexationem suam redimat. dic. Goff. & Inno. tenent contrarium; videlicet, quod pro absolutione non debeat dari aliquid temporale; sed debeat haberi recursus ad superiorem, vt. c. nullus. de iure patro. & probat tex. noster, vt statim dicam in. c. seq. in glo. 3. Idem tenent Ala. Vinc. Philip. & Io. And. quando non immeret aliquod periculum; secus si immineret periculum ex dilatione absolutionis; vt puta; quia sperat eligi, vel finitur aduersus eum prescriptio, nisi celeriter agat, vel est alia causa indigens celeritate, quae opi. mihi placet, vt magis aqua. In eadem, ibi, refundere debet. de hoc etiam in tex. in. c. venerabilibus. de sent. excom. lib. 6. In. fi. gl. dic. Sed quero quid si cauetur statuto, vel consuetudine, vt est in Francia secundum Host. quod excommunicatus soluat decem solidos quolibet mense; quo ad steterit excoicatus, vtrius possint solui pro absolutione obtinenda. Sol. Host. dicit, qd sic; quia hoc casu exiguntur pro contumacia, non pro absolutione; & ita dicit posse intelligi, quod dicitur de emedis, seu penis, de quibus in. c. dilectus. de offi. ordi. & c. ex parte. de verb. signifi. trad. in. c. 1. de iudi. aliqui tamen dicunt, quod petens absolutionem

debet gratis absolui, & demum cogi satisfacere, secundum consuetudinem, vel statutum, vt. c. ad Apostolicam. infra eo. dixi in. c. sicut olim. supra de accusat. An autem vexato liceat aliquid dare, ne vexetur, dicam in. c. dilectus. j. eo.

C A P. X X V.

S V M M A R I V M.

- 1 Monachi per Symoniam recepti, si sunt symoniaci, in arctiora monasteria transferuntur. & nu. 2.
3 Intermissione sine, quid dicatur fieri.
4 Dicitio, semper, assidue, indefinenter, & die noctuq; nunquam cesset sic facere, & continue, quid importent.
5 Episcopus potest dispensare cum symoniaco ignoranter recepto post renuntiationem. Idem est in prelati inferioribus exemptis. nu. 6. vbi tamen ponitur differentia.
7 Cessio debet fieri in manu prelati. quod intellige, vt ibi.

De regularibus.

Monachi per symoniam recepti, si sunt symoniaci, in arctiora monasteria transferuntur; alia post renuntiationem in eisde, vel alijs monasterijs eiusdem ordinis poterunt collocari. hoc dicit. Primo, narratur consultatio. Secundo, bimestris ratio. ibi, unde cum. Noto primo, quod symoniacus, & symoniace receptus non solum eicitur ab illo loco, sed etiam debet agere penitentiam de peccato, & debet in solitudine & in arctius monasterium includi, de quo latius. j. in. c. quoniam. Secundo not. ibi, sine intermissione. quod illud dicitur fieri sine intermissione, quod fit horis debitis; vt tenent Hosti. & Io. And. vt. c. fi. de frigid. & malefi. & c. nunquam. de conse. dist. 5. & tamen illi tex. loquuntur in alijs terminis. Tu vide glo. 2. distinct. c. sacrosancta. quod facit ad seruanda dicta testium, qui dixerunt, quod viderunt talem possidere tanto tpe sine intermissione, vel officiali tenuisse familiam sine intermissione. Et idem dicendum de dictione, semp. quia debet intelligi horis debitis. 3. distinct. c. si laicus. & c. sacerdotibus. & c. tenere. & l. distinct. c. si quis. Idem etiam de dictione, assidue, vt dicit Io. And. in proemio decre. & D. Domin. in proemio. 6. & est tex. c. fi. de offi. archipresby. & glo. in. c. 2. eo. titu. Idem, de dictione, indefinenter. 3. distinct. c. si quis. Idem, de dictione, die, noctuq; gloss. 2. 1. q. 3. hi, qui. Idem, de hac dictione, nunquam cesset sic facere, de consecra. dist. 5. c. nunquam. Et idem de dictione, continue, & vide ad predicta quae dicit Bar. in. l. si ita. ff. de conditio. & demonst. Vltimo not. quod episcopus potest dispensare cum symoniaco ignoranter recepto post renuntiationem. Et pondera tex. qui nihil dicit, an fuerit symoniacus occultus, vel manifestus; & sic facit pro opi. D. m. contra Io. And. in. c. de symoniace. s. eo. ritu. Gl. 3. in ver. demittant. quarit, & arguit ad partem negatiuam; & solu. In eadem, ibi, dic, quod episcopi dic, idem in inferioribus prelati exemptis, arg. c. cum venerabilis. s. de consue. & c. fi. de renun. secundum Host. in hoc tamen est differentia; quia episcopi non possunt nisi in mani-



manibus Papæ; sed exempti possunt in manib' lega- ti, vt. c. si Abbatem. de elect. lib. 6. In eadem, ibi, ni- hilominus cedant, dic, secundum Tan. quod imò re- currendum est ad superiorem superioris, vt. s. de re- gula. c. licet. § si verò. & s. de iure patro. c. nullus. & facit. c. præced. interim tamen debet abstinerere a bo- nis ecclesiæ, secundum Inno. Host. & Io. And. In fi. gl. dic, not. ex hac glo. quæ ampliat materiam. c. admo- net. & c. quod in dubijs. s. de renun. quæ iura volunt, quod d' celsio debeat fieri in manu prælati; quoniam vult hæc glo. quod illa habeant locum, etiam si be- neficium per symoniam, vel aliter iniuste obtineretur, quod intellige, quando præcedit titulus, per quem prima fronte videtur contractum matrimo- nium spirituale.

C A P. X X V I.

S V M M A R I V M.

- 1 Renuntians præbendæ, quam fuerat per symoniam ignorã- ter adeptus, si postea de nouo assumatur ad eam, nil potest ex prima receptione habere.
2 Beneficio simplici ad quod symoniacè ignoranter fuerat as- sumptus renuntians, potest de nouo ex dispensatione ad illud assumi, nihil vendicando ex prima receptione, & num. 6.
3 Minori. i. 4. ann. potest concedi præbenda que requirat ob- sequij assiduitatem, secus si requireret consilij maturita- tem.
4 Beneficium symoniacè licet quis fuerit adeptus etiã igno- rãter, non tamen potest illud retinere.
5 Canonicus etiam non interueniente auctoritate superio- ris, potest renunciare canonicatui in manibus capituli.
7 Vitiola causa non accedit non vitiolose, nec e contra.
8 Symoniacè ignorans promotus, an debeat puniri, nec ne.
9 Actio extincta non reuiuiscit.

Ex insinuatione.

- 1 Renuntians præbendæ, quam fuerat per symoniã ignoranter adeptus; si postea de nouo assumat ad illã, nõ potest ex prima receptione aliquid sibi vendica- re. h. d. Vel sic, & melius. Renuntians beneficio sim- plici, ad quod per symoniã ignoranter fuerat assum- ptus, potest ex dispensatione in eadem vacatione de no- uo ad illud assumi; nihil tamen ex prima receptione vendicabit. h. d. primo, consultatio, secundo, respon- sio, ibi, respondemus. Et in tex. ibi obtineres. & j. dic, sub isto infra antiquitus continebatur hæc verba, ce- terum quia a nobis humiliter requisisti, vtrum iuxta priorem receptionem valeas recuperare. & c. secun- dum Io. And. ¶ Not. primo, quod minori. i. 4. annis potest concedi præbenda, quæ requirit obsequij assiduitatem; secus autem si loqueremur de præbenda, quæ requireret consilij maturitatem; quia illa nõ po- test concedi puero, vt. c. indecorum. de etate & qua- lit. Ad illam quæ requirit obsequij assiduitatẽ excedens infantiam est idoneus, cum possit præbere ob- sequium, ratione ordinis, quem obrinet. Facit. c. vel non est compos. de tempo. ord. nam talis potest ordi- nari ad minores, vt probatur. i. 8. dist. c. de his. &

77. dist. c. in singulis. & c. quicumq; Secundo nota, q' licet quis fuerit adeptus beneficiũ symoniacè ipso ignorante, non tamen potest illud retinere, concor- dat. c. seq. Tertio not. quod d' canonicus potest renun- tiare canonicatui in manibus capituli, etiam non in- terueniente superioris auctoritate; & hoc dicit Inno. procedere fortè in odium symoniæ, vel quia electio, & confirmatio spectabat ad capitulum; quia si ele- ctio spectaret ad capitulum, & confirmatio ad epi- scopum; tunc renuntiatio deberet fieri in manibus vtriusq; i. 9. dist. c. statuum. arg. l. sicut. C. de actio. & oblig. Quarto nota, q' symonia cõmissa promoti ignorante, non impedit quominus ex dispensatione episcopi, etiam in eadem vacatione beneficij, possit symoniacè promotus data renuntiatione, illud ob- tinere, quod intellige in beneficio simplici; secus in electio, vt. c. sape. de quo dic, vt dixi in. c. de symo- niacè. s. eo. Vltimo not. quod d' vitiola causa non ac- cedit non vitiolose, nec e contra. ff. de acqui. poss. l. Põ- ponius. §. fin. secundum Io. And. & Vinc. In fine glo. 2. dic, quod episcopus non posset dispensare ad il- lud, ad aliud posset, vt dixi. s. Gloss. in ver. resignasti, oppo. quod d' iste non debeat puniri, cum non sua cul- pa fuerit commissa symonia, & sol. In fi. glo. dic, itẽ secundum Host. potest esse ratio, vt occurratur frau- dibus; quia de facili interponeretur alius, qui daret pecuniam. 46. dist. c. sicut. vel secundum. D. m. quod iste propriè nõ punitur factio alterius, cogitur enim relaxare; quia ex quo fuit facta prouisio symoniaca, fuit acquisitum sibi ius vitiolose; & ideo talis prouisio debet retractari. Facit. c. seq. & quod ibi not. glo. Glo. 4. in ver. elegerunt. sentit. 2. oppo. & sol. In eadẽ, ibi, capitulum. dic, hoc fortè posset concedi simplici beneficio, cum capitulum est exemptum secundum Host. qui tamen concludit, q' sibi plus placet quod sequitur in gl. ¶ Glo. f. arguit, quod factio extincta non reuiuiscit, & in sequenti arguit in contrarium, & remittit. In eadem, ibi. l. liber homo. dic. ff. de decur. l. 2. §. 1. In eadẽ, ibi, inter P. dic, ad idem fact. c. trãsmitta. eo. titu. In fi. glo. dic, quod ibi iurisdic- tio non erat extincta; sed suspensa ratione grauaminis, & appellationis; & ideo cessante grauamine, & per consequens appellatione, tollitur suspensio; hic ve- rò per renuntiationem primum ius erat extinctum; sed fortius in contrarium facit. l. si chorus. §. si. ff. de leg. 3. de quo dic, vt ibi.

C A P. X X V I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Electio symoniaca est cassanda, si propter hoc pecunia fuit promissa electoribus, quamuis electus ignoret, nisi factum sit in fraudem electi. Et cum electo per symoniam vicium non dispensat episcopus.
2 Pecuniam vni tantum dans efficit electionem symoniacam.
3 Pecunia si vni tantum ex eligentibus datur, inficitur tota electio, quod est mirabile.
4 Excommunicatus vnus interueniens electioni, si ignoranter admissus sit, non vitiat totum actum.
5 Fraus, & dolus quo pacto probetur ibidem.
6 Electio symoniaca in fraudem eius, qui sperabatur eligi, non vitiat electionem.

6 Episco-

- 6 Episcopus non dispensat cum electo per symoniam, quod intellige, vt ibi.
7 Fraus, & prauitas aliorum non debent nocere illi, qui alias debebat eligi. quod declara vt ibi, vsque in finem.
8 Præces non inducunt symoniam.

Nobis.

¶ Electio symoniaca est cassan- da, si propter hoc pecunia fuit promissa electoribus, quãuis electus ignoret; nisi factum sit in fraudem electi. Et cum electo reprobo per symoniæ vicium, non dis- pensat episcopus. h. d. primo, bimembris consulta- tio. Secundo, duplex responsio. secunda, ibi, quia igitur. & secunda, ibi, ad vltimum. & sub isto. & j. dic, in quo continebatur secunda consultatio, ad quã re- spondet, ibi, ad vltimum. ¶ Noto primo, quod d' ele- ctio dicitur symoniaca non solum si datur, vel pro- mittitur multis pecunia; sed etiam si datur vni tan- tum. Et not. quod d' si datur vni, inficitur tota electio, quod videtur mirabile, secundum D. m. quia d' inter- uentus vnus excommunicati ad electionem ignorã- ter admisi, nõ vitiat totum actum, vt. c. fi. de pcur. not. in. c. illa. de elect. sed potest esse ratio iudicio meo; quia actus vnus excommunicati non attribuitur in solidum electioni; sed act' symoniaci attribuitur in solidum electioni. ¶ Secundo not. q' casum singula- rem, in quo nõ vitiat electio per symoniam facta; si symonia fuit commissa in fraudem, vel odium il- lius, qui sperabatur eligi. Fraus autem probatur ex coniecturis, vt puta si illi erãt inimici, vel si erãt ami- ci, prout videtur velle tex. noster. dic, quod apparen- ter, non existenter secundum Io. And. & de proba- tione fraudis, & doli, qui probatur ex coniecturis, vide in. c. 2. de renun. lib. 6. & l. dolum. C. de dolo, vel potest dici, quod tex. appellat istos amicos ironice. Vltimo not. quod d' episcopus non potest dispensare cum electo per symoniam, quod intelligitur secun- dum quosdam, nisi instante necessitate. i. q. 5. c. præ- sentium. Alij dicunt, quod illud. c. corrigitur per istud. dic, vt dixi in. c. symoniacè. s. eo. titu. In glo. 1. ibi, noceret. dic, quamuis fuisset data fraudulẽter, se- cundum Alã. & Vinc. ¶ Glo. 2. colligit ex tex. a con- trario, & illud coadiuuat per tria iura; & tenet cõtra- rium per duos canones. In eadem, ibi. §. vltimo. dic, vbi hoc videtur expressum; non enim debet nocere prauitas, & factum alterius, postquam isti erãt aliã- s illum electuri; sicut dicimus in præce, que nõ indu- cit symoniã, vbi eligẽdus aliã- s erat idoneus, de quo in. c. tuam. s. de æta. & quali. & hoc probat hic Goff. per plura iura hic allegata; sed sequentem opi. glo. in ver. verius est. tenet Vinc. & Host. in. c. tãta. s. eo. & dicit, q' Io. And. hic tenet secundam opi. quia inten- tio, quod deberet eligere, non potest probari, nisi p ipsum, cui data est pecunia; & sic deponeret vnus, & criminosus, & in factio proprio; & q' de facili posset dicere, qui accepit pecuniã, quod erat aliã- s electu- rus; nisi diceret, quod imò posset probari per alios, quibus dixerat se velle illum eligere; sed hoc non suf- ficit secundum Io. And. quia tunc falsum dicebat. Facit. c. auditis. s. de elect. vel etiã si verè dixisset, po- tuit mutare opi. sed vt dicit Io. And. concludit, quod si pecunia fuit data alteri, quã electori; tunc aut fuit data per episcopum, qui sperabatur eligi; & vitiatur

electio, & si recipientes aliã- s erant electuri eum. Fa- cit. c. ad aures. s. eo. & c. seq. Aut fuit data per alium; & tunc sit vera prima opi. quia cessant rationes, & absurditates Io. And. In fi. gl. fi. dic, vt dixi in. c. de sy- moniacè. s. eo.

C A P. X X V I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Pecuniam dans prælato ne ipsum in iure suo de facto molestet, illam repetit, si prælatus non stat promissis.
2 Prælatus pro iure quæsito conseruãdo pecuniam dare potest, nec committitur symonia.
3 Absolutionem iniuste deneganti potest licite dari aliquid, vt obtineatur remiss.
4 Iudicij euentus incertus est.
5 Spirituale ius vt queratur, nil potest dari, sed pro quæsito conseruãdo sic. & nu. seq. vbi distinguit. Et quid in temporalibus, & an recipiens teneatur restituere nu. 6.
7 Pecuniam dans laico non habenti ius in electione, eam ta- men impediendi, non videtur symoniam committere.
8 Datum, ne aliquid per calumniam fiat, potest repeti vsq; ad quadruplum, licet recipiens seruet fidem, quod tamen procedit, vt ibi.

Dilectus filius R.

Dans pecuniam prælato, ne ipsum in iure suo de fa- cto molestet, illam repetit, si prælatus nõ seruat pro- missã. h. d. secundum vnum intellectum, inherendo literæ. Vel generalius secundum alium; dans pecu- niam ne in iure suo de facto turbetur, potest illã re- petere. h. d. primo, ponit quarelam, secundo, dat iu- dicem, ibi, ideoq; Noto primo, quod d' prælatus pro iure quæsito conseruãdo potest dare pecuniã, ne iniu- ste molestet; & nõ est symonia ex parte datis, cū pos- sit repetere, vt dicitur hic in prin. glo. quia si inducẽ- ret symoniã, nõ posset repetere, vt. l. 3. ff. de condi. ob turpem cau. & in regula in pari. de reg. iur. lib. 6. ¶ Gl. 1. colligit, q' ex eo qd restituit pecunia, & c. de inde distinguit, q' aut vexas hẽt ius, aut nõ; & in casu secundo ponit duas opi. & vltimã approbat; deinde oppo. de. c. decimas. & sol. tãdẽ infert ad q. q. sol. di- stinguedo. In eadẽ, ibi, q' dat, ius nullũ acqrit, sed dat, vt ius acquisitũ retineat. dic, hæc gl. sequit opin. quã posuit in. c. ad aures. s. eo. videlicet, q' p absolutio- ne iniuste denegata, possit licite aliquid dari; dic, vt dixi in. d. c. ad aures. In eadẽ, ibi, si verò iuste. dic, sed qualiter poterit hoc fieri, cum iuentus iudicij ier- tus sit, vt. l. q' debet. ff. de pec. s. de regula. c. cū inter, C. de iudi. l. rẽ nõ nouã. & l. 1. C. qũ Imperator, vnde dnt Host. & Io. And. q' recurrendũ est ad cõscientiã. j. eo. p. tuas. 2. & s. de accusat. c. qualiter. In fi. gl. dic, fm Host. q' p iure spũali quærẽdo nõ licet aliqd da- re; sed pro quæsito cõseruãdo licet D. m. dicit latius, q' in trãpalib' licet redimere vexationem etiã p iure q- rendo, & quæsito conseruãdo; sed recipiens tenet resti- tuere, vt. l. 1. & l. generaliter. ff. de calũ. & l. 4. ff. de cõ- dic. ob turpẽ cau. In spũalibus verò dic, q' aut quærĩ- tur de iure quærẽdo, seu de eo qd restat ad ius iam acqusi-

acquistum; & tunc non licet aliquid dare, etiam vt cesset impedimentum facti; quia talis vt ambitiosus, & dare vt facilius acquirat, probatur in.c. Matheus. 5. eo. Aut datur pro iure quafito cōseruando; & tunc si talis est in possessione, & iniuste molestatur, licite datur; sed non licite recipitur, vt hic. Si verò iuste vexatur, vt quia episcopus vult eum deponere, vel alter vult eum acculare, vel agere; quia p̄tendit ius in beneficio; & non licet dare, quia non redimitur vexatio solius facti. Facit. c. nemo. 5. eo. 5. de pact. c. nisi cū priorem. Si verò nō est in possessione iuris q̄siti, nō licet aliqd dare et illicito detentori, vt habeat illā possessionē, vt not. Inno. in. c. ad aures. 5. eo. tenet gl. 16. q. 7. c. decimas, quia saltem hęc possessio vt annexa sp̄ritualitati pp̄ administrationem; & ideo nō cadit in laicum, vt. c. causam. de p̄script. &. 1. q. 3. c. si qs. Et ideo spoliato pro restitutione ecclesię nō licet aliquid dare. Subdit tamen D. m. singulariter, quod si retinens possessionem esset adeo potens, quod de facili, etiam ex mandato superioris, nō posset illam recuperare, liceret aliquid dare pro euitando p̄iudicio, vt in simili dicit Io. And. in. c. ad aures. 5. eo. de eo qui dat, vt obtineat absolutionem ab excommunicatione; & hoc mihi vt æquum; & ex p̄dictis sequit, q̄ si quis dat pecuniam laico nullum ius h̄nti in electione, impediendi tñ electionem, q̄ non videtur committere symoniam, hoc tenet Raynal. & refert, & sequitur Archid. 1. q. 3. c. quafitum, dicit tñ hoc esse dubium, & hoc procedit, dicit ipse, quando daretur pecunia a capitulo ne impediretur electio; secus dicit si daretur ab aliquo in specie ne impediretur electio alicuius in specie, & in individuo, ita dicit Arch. 1. q. 1. c. sunt qdam. & not. in. c. de hoc. 5. eo. ¶ Gl. fi. colligit arg. a cōtrario, & illud reprobatur; & in fi. colligit aliud, contra q̄ opp. & pro sol. remittit. In eadē, ibi, maxime dic, fm Ala. Tanc. Vinc. Goffr. 8 Philip. Inno. & Host. qui volunt, q̄ datū, ne aliquid per calumniā fiat, posset repeti vsq; ad quadruplū, etiam si recipiens obseruat promissam fidē, vt. ff. de calum. l. 1. & l. generaliter. §. 1. & fm hunc modū intelligendum fuit fm summarium. Vel dic, q̄ tex. potest proprie intelligi, sine subauditione, intelligendo secundum Host. & Io. And. q̄ hic fuit facta promissio per amicabilem compositionem cum auctoritate superioris, arg. c. 2. & c. [de cetero. 5. de trāfactio. & ideo licite tunc recipitur pecunia, nec recipiens tenetur restituere si seruat promissam, vt. c. nisi. 5. de p̄ben. In fi. glo. dic, pro solutione dicti contrarij, vide quæ dixi in. d. c. peruenit.

C A P. X X I X.

S V M M A R I V M.

- 1 Pro benedictionibus nubentium, & pro exequijs mortuorum, nil debet exigi.
2 Sacerdos pro sacramentis prestandis suis parochianis nihil potest percipere.
3 Presbyter, qui tenetur spiritualia gratis impendere, si aliquid recipiat ex pacto tenetur restituere; quia symoniaca conuentio est; secus si fuisset mentalis; quia tunc sufficit penitentia.
4 Canonici, qui ad horas canonicas vadit, vt distributionē

- 5 portionem suam recipiat, committit symoniam mentalem. Verbum, extorquere sonat violentiam. Aliquando tamen sonat aliter.
6 Rector ecclesie, an cōsuetudine cessante possit exigere aliquid pro benedictionibus nubentium, vel pro exequijs mortuorum. Et quid iuris si vigeat consuetudo num. 7. & ibi distinguitur.
8 Clericus sibi manibus proprijs an victum querere debeat.
9 Pater non tenetur subuenire filio valenti sibi victum querere.
10 Clericus si non potest sibi victum querere, vel episcopus, populus ei debet prouidere de victu.
11 Sacerdos qui aliunde venit ad exequias faciendas, vel sacramenta prestanda, potest recipere aliquid non ratione p̄mij, sed contemplatione laboris prestati in exhibenda p̄sentia sua, & ibi persistendo.
12 Consuetudo, vt aliquid recipiatur pro benedictionibus nubentium, & exequijs mortuorum, an sit seruanda, & an competat actio; & quomodo intelligatur.
13 Non est inconueniens, quod spiritualia seminanti, temporalia metantur.
14 Taxatio, vel obligatio vbi dedit causam consuetudini, vt exigantur aliquid pro exequijs mortuorum non valet.
15 Consuetudo ex his que sunt meræ facultatis nō inducitur.
16 Soluens etiam per centum annos alicui vnum per caponū, vel recipiens aliquem ad hospitalitatem, vel veniens ad molendinum tuum, non propterea tenetur ad sic semper agendum.
17 Consensus populi inducit consuetudinem.
18 Spiritualium receptorum ratione, Deum aliquid offerendo recognoscimus, & pro peccatis delentis elemosinam dare possumus.
19 Titulus p̄tensus probatur ex diuturna p̄statione. Et ibi quid operetur in sacramentis.
20 Consuetudo dandi aliquid pro sacramentis, quanto tempore inducatur.
21 Benedictio largē dicitur sacramentum.
22 Beneficium ecclesiasticum, aut rem spiritualem, vel illi annexam exercens, non potest exigere aliquid.

Suam nobis. ¶ Pro benedictionibus nubentium, & exequijs mortuorum, nihil debet exigi. h. d. primo, ponit quærelam. Secūdo, dat indicem, ibi, discretioni. ¶ Noto primo, quod si sacerdos debet suis parochianis gratis sacramenta impendere. Secūdo not. quod si presbyter qui tenetur spiritualia gratis impendere, si aliquid recipit ex pacto, tenetur restituere; quia esset symonia cōuentionalis. Seco si esset mentalis; quia tunc sufficeret penitentia, vt. c. penul. j. eo. Et ideo si canonicus, qui solum ea intentione vadit ad horas canonicas, vt recipiat distributionum suam portionem, committit symoniam metalem, vt no. gl. in. c. 1. de cleri. non residen. lib. 6. ¶ Vltimo not. verbū, extorquere, quod secundum Io. And. sonat in vitium; quia denotat violentiam. 17. q. 7. postquam. Io. And. in. c. 1. de reli. domib. lib. 6. quandoq; tamen dicitur extorqueri, quod a volente, per importunitatem tamen verborum extorquetur, vt. c. detestanda. de concessi. p̄ben. lib. 6. In fi. gloss. 1. dicit, pro declaratione huius gloss. formabo duas. qq. principi-

- 6 principaliter. Prima erit, vt vtrum cessante consuetudine possit rector ecclesię exigere aliquid, p̄ exequijs mortuorum, & benedictionibus nubentium. Secūda, quid iuris vt vigente cōsuetudine. vide omnino. D. m. & Ioan. de Imo. in. c. significatum. de p̄ben. ¶ Circa primam, glo. videtur concludere in prima parte, quod tam proprius sacerdos, quam alius non possit aliquid petere, nisi desint facultates. D. m. hic distinguit, & bene, quod aut proprius sacerdos habet vñ viuatur, & nō potest, vt hic, & in. c. cū in ecclesiā. 5. eo. sed gratis oblatum potest accipere, vt. c. seq. & c. tua. ff. eo. & c. & si quæstiones. 5. eo. Si verò non habet vñ de viuatur; tunc si potest aliunde honeste querere, scribendo, pueros docendo, & familia exercendo, nō potest aliquid exigere; quia debet sibi victum querere manibus proprijs. 91. dist. c. clericus victum. Facit. c. cum apostolus. 5. de cēsi. & in simili. l. si quis. ff. de educatione. lib. vbi pater non tenetur subuenire filio valenti victum querere, tñ, vel episcopus sibi prouidebit, vel populus compellatur sibi prouidere, vt not. glo. de cōsecra. distin. 1. c. oīs Christianos, vt not. in. c. de his. 5. de testa. Si verò est sacerdos, qui aliunde venit ad faciendas exequias, vel danda spiritualia, potest recipere, non rōne spiritualium; sed in representatione laborum, quos sustinet exhibendo p̄ntiam suam, & ibi morā trahendo, vt not. gl. in. c. quoniam. j. ne prala. vic. su. & sic debet intelligi glo. 2. r. q. 2. c. p̄cepimus. Circa secundam, q. gloss. nostra breuiter concludit, quod si consuetudo seruanda est; sed tamē nō competit actio. Host. verò dicit, q̄ cōpetit actio vbi est consuetudo. Sed contra hoc videtur tex. in. c. cum ecclesiā. 5. eo. vbi tex. loquitur de exequijs mortuorum, & benedictionibus nubentium, & ibi damnat consuetudo, q̄ aliquid exigatur. D. Ant. dicit, quod forte pro ipfis spiritualibus, vt aliquid detur, non valet consuetudo; secus pro labore, & hoc etiam videtur contra not. per Doc. in. c. cum sit Romanā. 5. eo. vbi volunt, quod etiam pro labore non possit aliquid exigi, ne videatur exigi pro spiritualibus. 1. q. 3. si qs obiecerit. & sic etiam faceret contra id, quod dixi in fi. p̄ced. q. sed illud intellige, quando exigitur ratione damni, & interesse. Aduerte, quia tota difficultas videtur insurgere ex intellectu. c. ad apostolicā. j. eo. qui tex. habet varios intellectus, vt ibi dicam, sed quo ad. q. nostram dic, quod vbi non p̄cessit taxatio, valet consuetudo inducta ex mera liberalitate populi propter laudabile fundamentum; quia nō est inconueniens, quod ab eo metatur temporalia, qui seminant spiritualia, vt. c. si episcopus. de offi. ordi. l. 6. c. quoniam, de offi. ordin. & hoc vt velle etiā tex. in. d. c. ad apostolicam. sed vbi taxatio, vel obligatio dedisset causam cōsuetudini, nō valeret p̄pter vitiosum fundamentum, vt. d. c. cum in ecclesiā. 5. eo. Sed contra primum membrum distinctionis opponitur; quia si ex his quæ sunt meræ facultatis non inducitur cōsuetudo, vt. l. 1. c. de seruit. & l. 1. ff. de via pub. Io. And. in. c. cum Io. 5. de cle. coniuga. Bar. in. l. cā. ff. de in rē verbo. & l. si certis annis. C. de pac. cum multis simil. vñ licet per cētum annos dederim tibi vñ par caponū, nō p̄pterea sum obligatus dare, vel si me recipis ad hospitalitatē, vel venerim ad molendinū tuū, ergo videtur, q̄ si loquimur in datis gra-

tis ex mera liberalitate, non possit induci consuetudo. D. m. hic sol. dupliciter, quod forte qui desistebat soluere obiurgabatur a populo; & sic solvebat; & sic apparet de consensu populi. Secūdo sol. quod contraria loquuntur, quando donatio est pura, non relata ad certum; quid; secus si aliquid soluere, vel offerretur in ricompensationem laudabilem, prout hic, ratione spiritualium receptorum ad recognoscendum Deum, & redimēda peccata elemosynis, de penit. dist. 1. c. de medicina. vnde q̄ in alijs operatur p̄tensus titulus, qui probatur diuturna p̄statione, in hoc operabitur causa ad quam habetur respectus comp̄sationis. Tertio sol. quod speciale est fauore ecclesię. Facit. c. ex parte. 5. de cēsi. not. in. c. ex parte. 5. de concess. p̄ben. & q̄ dicam in. c. Iacobus. j. eo. & not. bene p̄dicta, vt habeas modum articulandi. ¶ Quantū autem tempus requiratur ad hanc consuetudinem inducendam. D. m. dicit, q̄ decennium; quia astringit laicos, non clericos, & cōiter inter laicos hoc sufficit, vt traditur in. l. de quibus. ff. de legi. Item, quia talis consuetudo non est contraria; sed fauorabilis, & pia, vt. c. ad apostolicam. j. eo. ergo videtur sufficere decennium, vt. c. fina. de consue. lib. 6. vnde D. m. concludit, quod data laudabili consuetudine, cōpetet etiam actio; & tenet Host. & ad materiam vide in. c. 2. §. & si miles. de feu. da. in vicem legis commisi. in vfi. feu. Bar. in. l. p̄tor ait. §. 1. ff. de no. op. nunt. & l. qui in aliena. §. 1. ff. de acqui. hære. dixi plenē in consilio quod incipit, Venetensis episcopus. In gl. pen. in fi. dic, quod si benedictio proprie non est sacramentum; sed largo modo, vt not. in rub. de sacra. non iteran. & licet gloss. dicat, quod si non est sacramentum, ergo potest exigi aliquid pro ea; tñ nō est verum, quod possit exigi; quia si pro nullo beneficio ecclesiastico exercendo, aut respuali, vel illi annexa, potest exigi, vt dixi. 5. in rubrica,

C A P. X X X.

S V M M A R I V M.

- 1 Monachum symoniacē fuisse receptum, si per accusationem constat, & receptus, & recipiens deponuntur. Si verò constat per inquisitionem, receptus in arctius monasterium trahitur; recipienti autem, & maioribus pena condigna imponitur, interimq; ab executione sacrorum ordinum suspenduntur.
2 Accusatio in impositione p̄næ etiam in symonia, differt ab inquisitione.
3 Archiepiscopus potest punire subditos suffraganeorum suorum; & quomodo; ibid.
4 Remotus a Monasterio quod per symoniam acceptauerat, in aliud Monasterium arctius debet detrudi, & si arctius non inuenitur, in aquali eiusdem ordinis, vbi penitentiam agat, remiss.
5 Oblatum gratis per Monachum nulla p̄cedente taxatione non inducit symoniam.
6 Confratrie, ad quas pauperes recipiuntur, debent eis gratias concedi.
7 Ad baptismum, & ad fidem quando quis possit per pecuniam inuitari, remiss.
8 Deposito, in monacho deposito per symoniam, quid opere tur. Et ibi distinguit.



- 9 Regularis facilius remouetur, quam secularis.
- 10 Vniuersitas, an possit accusari, & puniri, & nu. 31.
- 11 Vniuersitas, an possit delinquere, & ibi plures distinctio- nes ponuntur, vsq; ad num. 27.  
Vniuersitas est corpus fictum, & representatum. ibi.
- 12 Collegium aliud non est, quam singuli de collegio.
- 13 Vniuersitatis causa, non autem singulorum si tractetur, possunt testificari in ea illi de vniuersitate.
- 14 Vniuersitas est corpus inanimatum carens dolo.
- 15 Collegium, & vniuersitas sunt nomina iuris, nec possunt excommunicari.
- 16 Verba sonantia in ius concernunt vniuersitatem, sonantia in factum concernunt homines de vniuersitate.
- 17 Vniuersitas in omittendo delinquit, non in committendo, & nu. 22.
- 18 Vniuersitas quid, de mente Bar.
- 19 Totum differt realiter a suis partibus.
- 20 Vniuersitas fictione iuris aliud, aliud homines vniuersita- tis.
- 21 Vniuersitas decedentibus omnibus de vniuersitate, si suc- cedant in locum eorum alij, eade tñ est; et idē de Populo.
- 22 Vniuersitas pro delicto negligentie tenetur, & contra eā proceditur.
- 23 Vniuersitas, an, & quando committendo possit delinque- re, & nu. 66.
- 24 Vniuersitas potest delinquere committendo, in statutis ordinandis, rectoribus creandis, & similibus.
- 25 Dolus, homicidium, violentia, & similia non cadunt in vniuersitate. Potest tamen delinquere talia mandando fieri, vel rata habendo.
- 26 Vniuersitas, quando dicatur delinquere, & nu. 28.
- 27 Vniuersitatis homines, licet leuato vexillo, vel ad sonum Campanie irent ad committendum delictum non commu- nicato consilio, vniuersitas tamen, non dicitur delinque- re, sed singulares dantes causam delinquendi, puniuntur vt seditiosi.
- 28 Ciuitas, quod facit consilium ipsius, dicitur facere.
- 29 Vniuersitas, an possit accusari, vel an possit contra eam in- quiriri, & nu. 32.  
Et potest ciuilitate conueniri ex delicto Rectorum. nu. 33.  
Et accusari si deliquit communicato consilio, ad sonum Campanie. nu. 34.  
Et si in ea non sunt infantes, furiosi, & similes, potest ac- cusari. num. 35.  
Potest vniuersitas delinquere, & per consequens accu- sari, num. 36.
- 30 Collegium defendit se per procuratorem; tam criminali- ter, quam ciuilitate, & nu. 44.
- 31 Libellus contra vniuersitatem qualiter concipiendus sit, remiss.
- 32 Et an sint necessaria nomina singulorum. nu. 39.  
Et de citatione nu. 40. remiss.
- 33 Vniuersitas, an possit accusare? Et quod non. ibid.
- 34 Syndicus in causa vniuersitatis accusabit nomine pro- prio, licet ad commodum vniuersitatis.
- 35 Vniuersitas incapax est pene talionis.
- 36 Syndicus si accusando admitteretur, & moreretur, an omnes de vniuersitate essent irregulares. Et ibi ponitur cautela.
- 37 Vniuersitas, an possit puniri, & quo pacto, & quomodo particulares delinquentes.
- 38 Non delinquentes quandoq; puniuntur.
- 39 Delicta propter difficultatem probationum, non debent

- 40 remanere impunita.
- 41 Vniuersitas tenetur de delicto officialiū ab ipsa electorū.
- 42 Singulares, qui non deliquerunt, an teneantur ex soldo, & libra proportionabiliter; & an qui deliquerunt, & contra quos processit inquisitio possunt puniri pena a qua li delicto. Et dissentientes si apparere possunt, non puniū- tur. nu. 65.
- 43 Vniuersitas potest puniri pœna spiritali, & pœna pecu- niaria. ibid.
- 44 Et si deberet imponi pœna capitalis in pecuniariam com- mutatur ibid. nu. 52. quod intellige. vt ibid. & nu. seq.
- 45 Vniuersitas admittitur ad accusandum per syndicum, & ibi distinguitur.
- 46 Vniuersitas tenetur de eo quod ad eam peruenit.  
Quando autem nil ad eam peruenit, distingue, vt ibi. & num. 56. & 62.
- 47 Cartago, & Troia subiectæ fuerunt aratro.
- 48 Brixia aratro ob rebellionem subiecta est, cui postea pe- percit Imperator, cuius sententiam se vidisse ait Bar.
- 49 Bononia antequam subijceretur aratro vocabatur Thefa- salonia.
- 50 Sodoma, & Gomora deletæ fuerunt cum tribus alijs ciui- tatibus, & in eis infantes, & furiosi, ac mente capti pe- riere; licet inculpabiles.
- 51 Amalechitæ pro eorū peccato deleti sunt omnes, vsq; ad- mingentem ad parietem.
- 52 Vniuersitas potest puniri, quando pœna concernit totam vniuersitatem.
- 53 Collegium si est paruum debent puniri culpabiles. Quid si magnum. nu. 64.
- 54 Excommunicatio requirit corpus animatum, & baptiza- tum.
- 55 Collegium quare non destruat delinquendo.
- 56 Suffragia fiunt per lupinos albos, & nigros.
- 57 Pœna suos tenere debet auctores.
- 58 Mandati ratione quis non tenetur de delicto commissō per mandatarium, si illud non est applicabile in persona mandantis.
- 59 Vniuersitas si puniatur, an postea possint singulares pu- niri?

## Dilectus filius A.

- 1 ¶ si per accusationē cōstat monachū symoniacē fuisse receptum, receptus, & recipiens deponunt, si per inquisitionem, receptus in arctius monasterium de- truditur; recipienti verō, & maioribus pœna condi- gna imponitur; & interim ab executione sacrorum ordinum suspenduntur. h. d. Primo, cōsultatio. Se- cundo, distinguens responsio, ibi, nos inquisitioni, tertio, subiicitur mandatum, ibi, coniungens, quarto, instruit iudices, ibi, illud. ¶ Noto primo, quod ¶ in pœnæ impositione etiam in symonia, differentia est inter accusationem, & inquisitionem. Secundo not. quod ¶ Archiepiscopus potest punire subditos criminosos suffraganeorum suorum, quod proce- dit secundum Inno. in isto Archiepiscopo Cantau- rienfi, qui non procedit iure Metropolitanico; sed etiā iure legationis, vt. c. 1. de offi. leg. dixi in sum. in. c. 1. §. de appel. Sed Io. And. dicit, quod non videt qua- re Inno. hoc dixerit; quia hic non dicitur, quod Ar-chiepiscopus visitaret prouinciā, sed solum dice- rim.

2 Peccatum vnum aliud generat.
3 Variatio temporis in soluendo pecuniam pro re spirituali, non tollit symoniam, licet sit distincta.
5 Nominibus non est curandum, vbi constat de intentione, & qualitate contractus.
6 Venditio fortius declaratur per dationem pretij præcedentem traditionem rei, quam contra. & ratio ibi scitē.
7 Gratia gratis concedi debet.
8 Subditorum culpa redundat in penam p̄latorum, non corrigentium.
9 Archiepiscopus suffraganeorum suorum excessus corrigere potest; & etiam officialium eorundem. ibid.
10 Archiepiscopus prauam consuetudinem prouincie suae tollere potest.
11 Inuestitura in beneficio ad Archidiaconum pertinet; & quomodo hoc procedat.
12 Pecunie, & rei cuiusque temporalis pro re spirituali traditio, symoniam inducit.
13 Venditor potest cauere de re tradenda, si pretium soluat sibi intra certum tempus.

In tantum. ¶ Pro chrismate, vel ecclesiarū inuestitura nihil exigi debet, nec excusat consuetudo, aut nominis variatio. h. d. Primo, decisum proxiū. secundo, narrat factū, ibi, sanē. tertio, prouidet circa duo. ibi, cum verō. & secundum, ibi, prauam etiam illam. ¶ Not. primō, q̄ peccatum vnum facit oriri alia peccata; quoniam peccata de facili inducunt peccatorem ad peccandum; & ratio est, quia peccatum diuidit nos a gratia Dei. i. i. q. 3. c. illud. & c. audi denique. & sic Angel⁹ bonus minus potest in peccatore, & malus plus potest. ¶ Secundo not. q̄ ¶ variatio temporis in soluendo pecuniam pro re spirituali, nō tollit symoniam; licet enim sit distinctio, & separatio in tēpore; quia tamen connexa est fini spiritualitatis habenda, dicitur committi symonia. ¶ Tertio not. q̄ ¶ mutatio nominis non excusat contractum; aliās illicitum; quia non ¶ est curādum de nominibus, vbi constat de intentione, & natura contractus, seu finali effectu, ad quem partes intendunt, dixi in. c. ea quæ. §. eo. Facit .C. plus val. quod agit. per tot. ¶ Quarto not. ¶ quod fortius declaratur venditio per dationem pretij præcedentem traditionem rei, quam contra. Et, ideō est, quia pretij traditio videtur habere se quasi ad solā venditionem; sed traditio rei pōt se habere ad plures alios

alios contractus, vt donationis, permutationis; & similibus. ¶ Quinto not. q̄ ¶ gratia gratis cōcedi debet. i. q. 1. c. 1. ¶ Sexto not. q̄ ¶ culpa subditorū redūdat in penā p̄latorum non corrigentiū, vt dixi in. c. licet he ly. §. eo. ¶ Septimo not. singulariter, quōd ¶ Archiepiscopus potest corrigere excessus suffraganeorū suorum, de quo in. c. vt litigantes. de off. ordi. lib. 6. & etiam officialium suffraganeorum, quōd intelligit Goff. not. propter negligētiam suffraganeorum, vel propter connexitatem. Host. verō dicit hoc procedere, in quantum ipsi officiales delinquerent, vt officiales; aliās secus, vt. c. 1. de off. vica. lib. 6. in glo. 3. quōd facit ad materiam syndicatorū officialium, vt ¶ potestas non teneatur pro familia sua, nisi delinquant circa officia commissa, vide Bal. in. l. 2. §. proficisci. de off. proconsul. in. 2. q. ¶ Octauo not. quōd ¶ Archiepiscopus potest tollere prauam consuetudinem prouincie suae, vt. c. ex frequentibus. §. de in statu. Nec obstat, quōd ipse non habeat iurisdictionem in subditos suffraganeorum, vt. c. pastoralis. de off. ord. quia licet hoc sit verum; tamen ideō potest tollere dictam consuetudinem, quia concernit prouinciam. Item quia si est praua, videtur delictum notorium; & sic potest corrigere, vt. c. Romana. §. nota. de cens. lib. 6. ¶ Nono not. quōd ¶ inuestitura in beneficio pertinet ad Archidiaconum, quōd intellige de inuestitura facti, non iuris, vt. c. ad hoc. de off. archid. ¶ Decimo not. quōd ¶ non solū datio pecunie numeratæ pro re spirituali, inducit symoniam; sed etiam traditio cuiuscunque rei temporalis. In gl. 3. ibi, nō prodest. dic. quōd aliquando prodest secundū Goff. vt. c. tua. de sponsa. Item prodest secundum not. in. c. gemma. de sponsa. & l. mulier. cum. l. fin. & quōd ibi dicit Bal. C. de spons. In eadem, ibi, in fraudem. dic. de hoc, vt in. c. dilecti. de arbit. In fi. glo. 4. dic. vel secundum Host. q̄ ¶ poterit cauere venditor de re tradēda, si pretium soluat sibi intra certum tempus. ff. de ædil. edic. l. ad diles. §. fina. cum. l. seq. & l. si traditio. de actio. empti.

C A P. X X X V I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinatus in subdiaconum, qui presentatori suo promiserat nil ab eo petiturum, non potest in suscepto ordine absque dispensatione ministrare, nec ad superiores ordines tolli, licet crediderit se non peccare.
2 Ad subdiaconatus ordinē quis sine titulo non potest promoueri.
3 Expositio ad. c. episcopus. de præben.
4 Clerici debent habere tantum, quantum ad vitæ sustentationem sufficit, non autem tanta portio, vt videatur facta diuisio beneficij.
5 Limitatio ad. c. conquerente. de cle. non resid.
6 Symonia ita committitur ex datione temporalis pro spirituali, quemadmodum ex remissione temporalis, quod debetur.
7 Remittere, est donare.
8 Iuris ignorantia non excusat a delictis. Quod intellige, vt ibi.
9 Symonia commissa circa aliquid ordini connexum, quid operetur.
10 Iura scire regulariter, quilibet præsumitur.
11 Naturali motu vnusquisque scire desiderat.
12 Episcopus potest dispensare, vbi dispensatio non reseruat Papæ.
13 Symoniacus in ordine est suspensus solum ab illo ordine, in quo symoniacē receptus est, secundum tex. in. c. per tuas. de symo. licet regulariter sit suspensus ab omnibus.
14 Munus, vnde dicatur.

10 Iura scire regulariter, quilibet præsumitur.
11 Naturali motu vnusquisque scire desiderat.
12 Episcopus potest dispensare, vbi dispensatio non reseruat Papæ.
13 Symoniacus in ordine est suspensus solum ab illo ordine, in quo symoniacē receptus est, secundum tex. in. c. per tuas. de symo. licet regulariter sit suspensus ab omnibus.
14 Munus, vnde dicatur.

Per tuas. ¶ Ordinatus in subdiaconum, qui prius presentatori suo p̄misit, quod nil ab eo peteret, in suscepto ordine ministrare, vel ad superiores ordines ascendere, sine dispensatione nō pōt, et si peccare nō crediderit. h. d. scēda, ibi, nos.

¶ Not. primo, q̄ ¶ et ad ordinem subdiaconatus non est quis promouendus sine titulo; & ideō tali ordinato tenetur Ep̄s prouidere fm formā. c. episcopus. & .c. cum fm. de præben. ¶ Secundo not. fm Io. And. q̄ non ¶ solum abbates, & inferiores p̄lati, sed etiam rectores ecclesiarum possunt ordinandis constituere beneficium in ecclesijs eorum, & ad ecclesias illas presentare quasi patroni, etiam si illæ ecclesiæ sunt patronatæ. Per hoc tamen non præiudicatur patronis, vt. c. pen. de iure patro. & sic habes vnam declarationem ad. c. episcopus. de præben. vbi d̄, quōd qs non potest ordinari sine titulo beneficij, quia intelligitur proprio, vel alterius; & ex hac tituli constitutione consequit, vt debeat habere necessaria ad sustentationem, quasi censetur constitutum beneficiū in redditibus illius ecclesiæ. Et not. quōd ¶ debet habere tñ, quōd vitæ sufficiat; non autem debet habere tantā portionem, vt videatur facta diuisio beneficij, per. c. maioribus. & c. tua. de præben. Facit. c. proposuit. de fi. præsb. & si facultates non sufficient vtrique, vel talis non resideret, posset priuari illo titulo, per. c. conquerente. de cler. non resid. ¶ Vel dic secundum Io. And. quōd illud. c. non loquitur in presentantibus, quia est quid illis imputetur; sed loquitur in successore presentantis, qui non fuit in culpa aliqua; & sic habes vnam bonam limitationem ad. d. c. conquerente. ¶ Tertio not. q̄ ¶ sicut ex datione temporalis pro spirituali committitur symonia, ita ex remissione temporalis, quod deberetur, ¶ qa remittere est donare, vt. c. veniens. de testib. In multis enim prohibetur remissio, & non donatio, vt. c. statutum. de rescrip. lib. 6. not. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. ¶ Quarto not. q̄ ¶ iuris ignorantia non excusat a delictis, quōd intellige, si sunt delicta iuris naturalis; secus si iuris positiuo, & est talis, in quo admitteretur ignorantia iuris; ¶ minus tamen peccat, qui peccat per ignorantiam, quam qui peccat p̄ dolum, de peniten. dist. 2. sciendum. ¶ Vltimo not. q̄ ¶ symonia commissa circa aliquid connexum ordini in promotione ordinis, non solum operatur quo ad ipsum connexum, sed etiam quo ad ipsum ordinem; & sic not. istum tex. qui videtur facere contra id, quod dicit. D. m. in. c. inquisitionis. in prin. de accusa. sed hic recipiebatur beneficium, & ordo simul, & vnum connexum ad alterum. Sed. D. m. loquitur quando prius recepisset ordinem, & postea beneficium. In fi. glo. 1. dic. & ratio potest esse duplex. primo, quia ¶ regulariter quilibet præsumitur scire

scire iura. secundo, & si in veritate ignoret, debet ab alijs querere, vt dicit glo. ex naturali enim motu quilibet scire desiderat, vt Philof. in princ. Metha. & Bal. in. l. iuris. C. qui admit. ad bon. poss. vide tamen Bar. qui aliter videtur velle in simili. in. l. bonorum. C. eo. tit. vel dic, & melius, vt dixi in quarto notab. ¶ Glo. 2. allegat, colligit, opponit, & soluit; & finaliter format duas. qq. & remittit. In fi. dic, secundum Inno. q. solus Papa possit cum isto dispensare, & sequitur hic D. Ant. & Doct. \* communiter. D. m. hic tenet, quod etiā Episcopus possit, per not. in. c. cum dilectus. de tempo. ordi. vbi probatur, q. Episcopus potest dispensare, vbi dispensatio non referuatur Pa. p. Facit. s. eo. c. nobis. & j. de sent. excom. c. nuper. Nec obf. secundum eū, quod per illa iura cauet, q. solus Papa dispensat in ordine, de quo dixi. s. c. de symoniacē. Nam hic non committitur symonia p. priē in ordine, quia p. sentatori nil acquiritur, & p. sentator nil deperit; quia si nō fuisset p. sentatus nullum ius habuisset aduersus p. sentatorē. Et ideo nō mirum, si cum isto mitius agitur. \* Facit. c. pen. j. eo. & ex hoc sequit arg. tex. nostri. ¶ quare iste symoniacus in ordine non est suspensus, nisi ab illo ordine, in quo symoniacē est receptus, & nō ab alijs, licet regulariter symoniacus in ordine sit suspensus ab orbis, vt dixi in. c. p. tuas. 2. s. eo. ¶ Glo. 3. sup verbo ministrare, fortificat tex. triplici ex causa. In fi. dic, sed vt, q. nulla interuenerit symonia, q. non minus ab obsequio, quia hic nullū fuit impensum beneficium indebitē; nec minus a lingua, & fordide p. ces, cum iustas iste emiserit, nec munus a manu, cum nihil tē porale tradiderit, nec aliquam remisit obligationē de p. senti. Sol. licet de p. senti non esset orta obligatio, tamen immediatē post p. sentationē debebat oriri, quia p. sentator tenebatur ad sustentationem de fructibus beneficij. Vnde iste ordinandus vt remittere, vt recipiat spirituale pro temporali, & talis remisio sapit symoniam, quia sapit donationē, vt dixi in notab. s. allegatis.

C A P. X X X V I I I.

S Y M M A R I V M.

- 1 Symoniam committit, qui pro vicariatu, vel pro habenda alia administratione rerum ecclesiasticarum pecuniam dat. Et tam dantes, quam recipientes, sunt ab illa ecclesia eijciendi.
- 2 Symoniam committens dicitur inferre contumeliam, seu iniuriam, ob quam commisit symoniam.
- 3 Symonia non solum committitur in beneficio spirituali obtinendo, sed etiam in qualibet administratione ecclesiarum.
- 4 Administrationis appellatione, quid comprehendatur.
- 5 Quae sint incorporalia ex spiritualibus. Quae corporalia. nu. seq. Quae spiritualia per causam. nu. 7. Quae propter statum. nu. 8. Quae ratione dependentiae. nu. seq. Et quae ratione officij. nu. 10. Et quae ratione connexitatis. nu. 13.

- Et quae ratione vsus. nu. 14. & 15.
- 11 Campanas pulsare non est officium ordinis. Ideo potest accipi pecunia pro earum pulsatione.
- 12 Symoniacum non est pecuniam dare pro Gastaldaria, licet sit turpe.
- 16 Symonia, an committatur pro benedictione calicis, & vestium.
- 17 Perseuerantia voluntatis efficit peccatum.
- 18 Primi motus non sunt in potestate nostra.
- 19 Symonia pacto interveniente dicitur conventionalis, sine pacto mentalis, quae est minus detestabilis. Et vna tollitur per penitentiam, altera vero nequaquam. nu. 20.

1 Consulere. ¶ Symoniam committunt, qui pro vicariatu, vel pro habenda alia administratione rerum ecclesiasticarum pecuniam dat, & tam dantes, q. recipientes sunt ab illa ecclesia eijciendi. h. d. ¶ Not. primo, quod d. comitens symoniam, dicitur inferre contumeliam, seu iniuriam, ob quam commisit symoniam, dixi. s. eo. c. de hoc. Facit. j. eod. c. audiui mus. ¶ Vltimo not. quod d. symonia non solum committitur in beneficio spirituali obtinendo, sed etiam in qualibet administratione ecclesiarum, pro talibus tamen dare pecuniam dicitur symoniacum, quia prohibitum, de his latius in glo. 1. ¶ Glo. 1. querit, quid comprehendatur hic appellatione administrationis. In fi. dic, pro intellectu glo. & tex. nostri, & multorum, distingue secundum Io. And. q. quaedam sunt spiritualia, s. m. veram essentiam. Horum autem quaedam incorporalia, quaedam corporalia. ¶ Incorporalia nullo modo possunt emi, aut vendi etiam de facto; quia non cadunt sub p. ratio, vel extimatione, vt sunt dona, & virtutes Dei, & de his. i. q. 1. c. 1. & c. iudices. & 3. q. saluator. ¶ Corporalia vero, qualia sunt reliquia sanctorum de facto vendi possunt, sed non sine peccato, vel vitio symoniae. s. de reliq. & vene. sanc. c. 2. & not. i. q. 1. qui studet. ¶ Quaedam vero sunt spiritualia per causam, vt sunt sacramenta strictē, vel largē sumpta, quae sunt causa gratiae. Hae de facto cadunt sub p. ratio, in quantum corporalia sunt, sed non sine symonia, vt. c. seq. & i. q. 1. dictum. & s. eod. c. non satis. & c. cum in ecclesia. ¶ Quaedam sunt spiritualia propter statum, vt est religio, & de istis dicendum; vt. s. eo. c. veniens. & c. de regularibus. & c. dilectus. & j. eo. c. quoniam. ¶ Quaedam sunt spiritualia, & dependent a potestate spirituali; & de his in. c. ad aures. s. eo. & c. audiui mus. j. eo. ¶ Quaedam sunt spiritualia ratione officij ecclesiastici, vt hic, & s. eod. c. ad nostram. & etiam non potest interuenire aliqua venditio. Vnde quicquid competit clerico, vel ratione ordinis, vt pulsare campanas, claudere hostia ecclesiae, vel similia. Vel si est administratio rerum ecclesiasticarum vendi non potest, quia talia habent dependentiam a spiritualibus, vt hic, & in iuribus allegatis in glo. Et not. glo. j. 15. q. 2. c. 1. ¶ Sed aduerte, quia licet Doct. in hoc simpliciter hic transeant, tamen Hug. i. q. 1. in princ. & Archid. ibi. volunt, q. pulsare campanas non sit officium ordinis, & ideo potest recipi salariū pro pulsatione campanarum. Vide not. p. glo. in ver. iudicem. in. d. c. saluator.

C. dis. opi.

Hae. oia vsq. ad. c. audiui mus de. sunt in. ius. p. s. s.

- uator. & i. q. 1. si quis eps. Inno. in. c. 1. j. ne p. l. vic. suas. vbi dicit, q. dare pecuniam p. gastaldaria nō est symoniacū, licet sit turpe lucrū, & turpis quast. Sed potes dicere, q. in quantum ista sunt merē t. palia, & possunt comitti merē laicis, nō comittitur symonia; sed in quantum concedunt rōne ordinis, ita q. nō hnti ordinē nō cōpeteret illud officiu, tunc committit symonia. Vel dici posset, q. quis ista non sint spūalia, vel annexa spūalibus; tñ quia concernūt administrationē ecclesiasticarū; & sic quasi spūalia dñr ratione administrationis, vel officij, dñr committi symonia; & ita debet intelligi glo. ¶ Quaedam autē spūalia, q. sunt annexa, vel dependentia in spūalibus, vt p. bē da, beneficiū, & ius decimarū. ¶ Quaedam verō spū ritualia, quae sunt annexa, & deputata ad vsum spū aliu, vt vasa sacra, vestes sacerdotales, & similia. Et hae vendi non possunt, vt. c. ad hae. de relig. domi. de cō. sec. dist. 1. c. ligna. & c. vestimenta. ¶ Idem dicendum de iure patronatus, quod est cōnexum spūalitati; q. non pōt vendi, nec emi, vt. c. mater. de iure pat. tran. sit tñ cum vniuersitate seculari, vt. c. ex literis. de iu. pat. Et not. singulariter p. d. c. t. a, quae sequunt cōiter Doct. \* Et ex p. d. c. t. a deciditur quastio; an p. calice, & vestibus benedicendis si recipitur pecunia, committatur symonia, quidam, q. non; quia non reperitur prohibitum. Contrarium tenet Gof. in sum. eo. tit. ver. nunquid symonia. in. c. ad nostram. s. eod. ¶ Glo. nostra colligit argm. q. declarat, qualiter intelligendum sit. In eadem, ibi, licet aliās peccet, dic, hoc verum, ¶ si in voluntate p. seuerant; secus si fuit primus motus voluntatis, quem subito compressit; quia ¶ primi motus non sunt in potestate nra; & ideo nō imputantur ad peccatum, de p. nit. dist. 1. c. cogitationis. In eadem, ibi, processum fuit ad actum, dic, & si ¶ interuenit pactū, est conventionalis, si sine pacto, ex intentione dicitur mentalis symonia, quae minus est detestabilis, quod patet; quia prima non tollitur per p. nitentiam; secunda sic, vt. s.

C A P. X X X I X.

S Y M M A R I V M.

- 1 Symoniacum est aliquid pro consecratione Episcoporum, benedictionibus Abbatum, ordinationibus clericorum accipere; nec excusat consuetudo.
- 2 Columbas vendere in templo, significat gratiam spiritus sancti vendere.
- 3 Christi miraculum, vendentes in templo eijciendi, fuit maius resurrexione Lazari, Caeci illuminatione, & alijs miraculis.
- 4 Episcopus dicitur consecrari, Abbas benedici, clericus vero ordinari. Et dicitur ordinari etiam Episcopus. & ibi quare. nu. 5. Et in quo differat ordo presbyterialis ab Episcopali. nu. seq. remissus.
- 7 Pecunia quemadmodum non potest recipi pro collatione ordinis quando confertur, ita nec postquam collatus est; nec consuetudo in contrarium excusat.
- 8 Censiles potest portari ex consuetudine Episcopo tempore chrisimatis.
- 9 Consuetudo laudabilis, q. ordinandus aliquid daret ordinatori pro sustentatione pauperum, vel quid simile, debet attendi, licet in ordinatione nil possit exigi.

bet attendi, licet in ordinatione nil possit exigi.  
 10 Symonia vocatur heresis Neophita.  
 11 Expense factae ab Episcopo pro electione confirmanda, possunt peti.

1 Sicut. ¶ Symoniacum est aliquid pro consecratione Episcoporum, benedictionibus Abbatum, ordinationibus clericorum accipere, nec excusat consuetudo. h. d. Primo, narrat excessum, & ipsius executionē. Secundo, excusationem reprobatur, & excessum prohibet, & penam addit. secunda, ibi, tantum agitur. ¶ Not. primo, q. vendere columbas in templo, significat gratiā spūs sancti vendere, & spūalia. Et habetur hęc authoritas Math. c. 21. & dicit hic Io. And. q. Hieronymus ibi multum extollit hoc miraculum, sic dicens; ¶ Sulfuratione Lazari, illuminatione caeci, & ceteris miraculis hoc vī mirabilis, quod vnus homo illo tpe contemptibilis, & tantum vilis, vt postea crucifigeretur, Scribis, & Phariseis contra sese tuentibus, & videntibus destrui sua lucra, ad vnus flagelli verbera tantam multitudinem mēsas, & capas, & cathedras eijceret, quae infinitus non fecisset exercitus. ¶ Secundo no. q. ¶ Eps dicitur consecrari, Abbas bñdici, & clericus ordinari. Aduerte; quia etiam ¶ Eps dicitur ordinari, quia et Epatus est ordo, vt tractatur in ph. 6. & c. post translationem. s. de renun. & est tex. in. c. aqua. s. de cōse. eccl. vel alt. ¶ Et in quo differat ordo p. sbyterialis ab Epali, vide Io. Monac. in. c. 1. de sentē. excō. lib. 6. Archid. go. dist. c. leguntur. ¶ Vltimo not. q. ¶ sicut p. collatione ordinis non pōt recipi pecunia, q. confert; ita nec postq. collatus est, nec valet consuetudo in contrarium, & vt dicit hic Host. concilium voluit paliationem quorundam tollere, qui exigebant ex post facto. In glo. 1. ibi, pro consuetudine, dic, Vin. voluit, q. ¶ si esset consuetudo, q. cēsus aliās debitus Epō portaret tpe chrisimatis, q. nō eēt absurdum, quia p. laci dāt chrisma subditis, & subditi censum p. latis, vt. s. de cens. c. omnis. nec talis dicitur dari simpliciter pro chrismate; plus etiā voluit Host. quod ¶ si esset ex laudabili cōsuetudine, q. ordinandus aliquid daret conuertendum in fabricā ecclesiae, vel cultum diuinum, aut sustentationē pauperum sacerdotum, quod licet ordo sit liberē concedendus; tamen cogitur quis ad obseruantiam talis consuetudinis, de quo in. c. ad apostolicam. j. eo. In gl. si. ibi Giezita, dic, vt dixi. s. in rub. In eadem, ibi, symoniae. dic, qui fortē fuit Neophitus; & ideo ¶ symonia vocat heresis Neophita. i. q. 1. quifquis. In eadem, ibi, testō, dic vt habetur Act. aposto. c. 8. Extra gl. opp. de. c. vt p. teritē. s. de elect. vbi ¶ possunt peti expēse factae ab Epō pro electione confirmada Sol. fm Host. & Io. And. ibi, loquitur de expensis factis ab electo, vel ordinato, ad quas tenetur contribuere, quos res tangit tex. hic, loquitur de eo, qui exigit ratione collationis ordinis; consecrationis, vel sacramenti a consecratore, vel etiam ministris.

C A P. X L.

S Y M M A R I V M.

- 1 Religiosi p. ratio recepti, vna cum recipientibus de Parj. BB mona-



- monasterio expellitur; & in arctioribus monasterijs ad penitentiam praxendam detruduntur. Si verò recepti fuerint ante concilium ad aliud monasterium eiusdem ordinis deputantur; dummodò multitudo non sit in causa, quin tunc renuntiat a prima receptione, remanent in eodem, & de nouo debent recipi.
- 2 Monialium appellatione venit Abbatisa, Priorissa, vel praelata.
- 3 Monialium receptio pertinet ad praelatum, & moniales.
- 4 Monialium appellatione non veniunt monachi.
- 5 Masculinum concipit femininum, non e contra.
- 6 Femininum promiscui generis, comprehendit vtrunque genus.
- 7 Femininum appellatum comprehendit vtrunq; substantiuum verò non. & vt ibi.
- 8 Symonia sub palio iustæ, & honestæ causæ non debet committi.
- 9 Constitutio, antiq; iuris declaratoria, addens nouam penam, non extenditur ad praterita, respectu penæ. & ibi ratio.
- 10 Monachi, & moniales, excusantur à iuris ignorantia. Et mulieres generaliter. nu. 11. Quid in monachis claustrum exeuntibus. nu. 12. Et quid de clericis secularibus. nu. 13.
- 14 Deposito fortius operatur, quam simplex suspensio.
- 15 Symonia non impedit monachatum, licet impediatur locum in monasterio.

Quoniam.

Religiosi præcio recepti vna cū recipientibus de monasterio expellunt; & in arctioribus monasterijs ad agendam penitentiam detruduntur. Sed recepti ante istud concilium ad monasterium aliud eiusdem ordinis collocantur, nisi multitudo sit causa, in quo casu remanent in primo, dummodò renuntient primæ receptioni, & de nouo recipiantur. h. d. Diuiditur in quatuor partes. Prima, prouidet circa futura. Secunda, circa praterita, ibi, de his. Tertia, prorogat, ibi, hoc etiam. Quarta, publicationem fieri mandat, ibi, verum.

2 Not. primo, q; appellatione monialium comprehenduntur, Abbatisa, Priorissa, vel praelata simili nomine nuncupata. Facit. c. fina. j. eo. ¶ Secundo not. quòd receptio monialium pertinet ad praelatū, & moniales, de quo in. c. fin. de reg. iur. lib. 6. ¶ Tertio not. q; appellatione monialium non veniunt monachi; & ratio est, quia licet de sui natura masculinum concipiat femininum. Non tamen e contra, femininum concipit masculinum, vt est tex. in. l. si ita scriptis. ff. de lega. 2. Vide glo. in. l. i. ff. de verbo. obliga. Ego verò aliter distinguo, q; aut loquimur de fæminino promiscui generis, & tunc comprehenditur masculinum, & femininum in propria significatione, vt aquila, & simili dictione. & hoc denotat genus promiscui. Facit quod not. Bal. in. l. quicūque. C. de ser. fug. hoc tamen non v; proprie genus fæmininum, sed distinctum. Aut loquimur in fæminino simplici; & subdistingue, quòd aut est appellatiuū, aut substantiuum. ¶ Primo casu comprehenditur vtrunque genus. Exemplum in verbo persona, probatur, in. c. mulieres. j. de sen. excom. & in. l. iura non

singulis. ff. quod me. cau. Secundo casu, non comprehenditur masculinum ex secunda significatione, vel ex vi conceptionis, sed per extensionem; quandoq; propter identitatem rationis, vt hic in tex. nostro; & not. Io. de Imo. in. d. l. si ita scriptum. Vide per prædicta qua dixi in clē. i. in glo. super verbo homines. de electio. ¶ Quarto not. q; sub palio iustæ, & honestæ causæ symonia non est committenda, nec etiam prætextu paupertatis. ¶ Quinto not. q; constitutio antiqui iuris declaratoria, addens nouam penam, non extenditur ad praterita, respectu penæ, sed cæsetur noua; quia licet ante concilium symonia committeretur ex tali receptione ante hanc constitutionem; ista tñ penam non erat taliter statuta, & idē mitius puniuntur recepti, vide quæ dicit in. c. cum tu. de vsur. tradit Inno. in. c. fi. de cōsti. ¶ Ultimo not. quòd monachi, moniales, & alij regulares excusantur à iuris ignorantia, de monialibus non est dubium, quia et alie mulieres excusant, vt. l. cū de indebito. de pbat. & l. si emancipata. C. de iur. & fac. igno. Vide. i. q. i. notandū. Vnde fortius excusantur moniales, quæ nō exeunt claustrum, vt. c. i. de sta. regul. lib. 6. Sed in monachis videtur hic etiā tex. hoc simpliciter probare.

12 ¶ Sed Host. dicit hoc verum in monachis, q; nō exeunt claustrum. Cum verò exeunt, de facili nō indulgetur ignorantia; & intellige de ignorantia positiuū iuris.

13 De clericis autem secularibus, dic. q; non excusantur, quia ad studia literarum inuitantur, vt. c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Nec obstat miles armatæ militiæ excusetur, vt. l. i. C. de iur. & fac. igno. & clericus tanquam miles cœlestis militiæ gaudet privilegio militari, vt not. glo. in. l. miles. ff. de reg. iur. quia illa iura loquuntur de alio privilegio, in quo eadem est ratio. Sed in casu nostro, diuersa est ratio, quia vt dixi, clerici debent vacare literis, milites verò armis, & saluti. R. P. ¶ Glo. i. fortificat tex. deinde determinat, & declarat tex. & ultimo consultit. In eadem, ibi, peccatum operari. Dic de hac materia, vt dicam in. c. quā sit. j. de iuda. In fi. glo. dic de hoc, vt dixi in. c. non satis. §. eod. in glo. i. ¶ Glo. 2. opp. de. c. dilectus. §. eo. & c. inquisitionis. §. de accu. & soluit. deinde format. q. quam sol. & remittit. deinde ponit aliam. q. quam dupliciter soluit. In eadē, ibi, credo, q; hodie. dic. Inno. & Host. tenet primam lē. & distinguatur modus agendi, fm. c. dilectus. qd placet. D. m. in monachis. Nec obstat qd dicit glo. q; in effectu videntur deponi, ex quo detruduntur sine ordinis executione; quia hoc esset verum in monacho, non clerico, de quo intelligunt. Doct. ¶ Fortius operatur depositio, q; simplex suspensio; saltem dispensationis obtinende. Facit qd not. in. c. ex tua. de cler. non resid. sed in monialibus, quæ non habent ordinem; secus esse videtur; nam tenet ipse. D. m. indistincte tex. nostrum. Tu dic; vt dixi in. c. inquisitionis. & c. qualiter. 2. de accu. & vt dixi in. d. c. dilectus. In fi. glo. dic. vel fm. Host. detrudetur in ergastulo. j. septa monasterij, & ibi vitam aget duriozem cæteris, arg. 5. dist. c. studeat. Et not. tex. in. c. glo. fm. D. m. maxime ibi, ne damnabiliter in seculo euagentur. probatur enim,

15 ¶ Symonia non impedit monachatum, licet impediatur locum in illo monasterio. Nam si symonia impediret monachatum, posset redire ad seculum, de quo dixi in. c. veniens. §. eo.

Cap.

C A P. X L I.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi nil exigere debent pro permissione instituendi retores ecclesijs sibi subiectis, monachos profitendi, vel mortuos sepeliendi; alioquin exacta restituantur duplicata, & in fi. c.
- 2 Rectoris in ecclesia institutio, est quid spirituale.
- 3 Iniuria dicitur fieri illi ecclesie, de cuius institutione tractatur, si pro ea commissa sit symonia.
- 4 Symoniace recepta, quando in duplum restituantur.
- 5 Pœna in foro conscientie, an solui debeat.

Audiuiimus.

Episcopi nihil exigere debent, vt permit bēt, vt permit tāt in ecclesijs sibi subiectis retores institui, monachos pfiteri, vel mortuos sepeliri; alioquin exacta restituantur duplicata. h. d. Primo, factū narrat. secūdo, phibet, ibi, cum igitur. tertio, penā imponit, ibi, q; si quis. ¶ Not. primo, q; institutio rectoris in ecclesia est ius spūale; & idē p ea nō debet aliqd exigi; aliā cōmittitur symonia. Et intellige, q; est ius spirituale, si est institutio iuris, nō inuestitura soli facti; licet pro illa non liceat et aliquid exigere pp cōnexitate, quā habet ad ius spūale, vt statim dicā. ¶ Secundo not. tex. in versi. cū igitur. concordātes ponit glo. ¶ Tertio not. q; iniuria dicitur fieri illi ecclesie, de cuius prouisione, vel institutione tractat, si pro ea committit symonia, pbatur et. §. eo. c. de hoc. ¶ Ultimo not. casum, in quo pp symoniace receptum, restituitur duplicatum. Quod procedit in exacto p superiore, & per quandam quasi concussionem, rōne superioritatis. Facit. i. q. i. c. iubemus. & c. cōcussionis. & §. de censi. c. prohibemus. fecus si ex pacto, vel ex sponte cedente recipietur, cessante oī metu; ita loquuntur oīa alia infinita iura, quæ volunt simplū, non duplicatum restitui. In foro aut conscientie dicit hic. D. m. q; non tenetur restituere, nisi simplū, per not. per glo. sing. 12. q. 2. fraternitas. Et sequitur ibi Archid. vbi vult, q; pœna nō potest solui in foro conscientie, licet Goffre. teneat cōtrarium. in sum. in titu. de arbit. ¶ Glo. i. quærit, soluit, & remittit. In eadem, ibi, q; redimit ius suum. dic. hęc glo. non benē dicit, siue loquamur de institutione, quæ est iuris, pro qua non debuit dari pecunia; quia cum tractetur de iure quærendo, & spirituali, non est dubium, q; committitur symonia. Nec dicitur quis redimere vexationē per. c. dilectus. 2. §. eod. Et licet talis institutio indebitē denegetur, tamen nō debet pecunia dari; sed debet adiri superior. Facit. c. nullus. de iure patro. Si verò capitur institutio pro installatione, seu inuestitura, de qua. §. eo. c. in tantum. in fi. & c. ad hęc. & c. vt nostrum. de offi. archid. adhuc non licet dare pecuniā; vide rationes in. d. c. dilectus. 2.

C A P. X L I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Sacramenta sunt liberè conferēda. Ordinarius tamen potest cogere vt obseruentur laudabiles consuetudines. & num. 8.

- 2 Symonia inducitur per receptionem pecunie in exequijs mortuorum. Et exequie dicuntur quid spirituale, vel quasi. nu. 3. Et idem de benedictione nubentium. ibidem.
- 4 Temporale aliquid possit ne dari pro collatione sacramenti. & nu. seq. & nu. 15. Et ibi, si est laudabilis consuetudo, an seruari, & quando debeat.
- 6 Cautio, pro fac. amentis, vel promissio exigere non debet.
- 7 Consuetudinis declaratio, an sit laudabilis, pertinet ad Episcopum.
- 9 Cereus in exequijs; in benedictionibus nubentium, panis, & vinum; & in consecrationibus manutergium datur.
- 10 Laici abutuntur privilegijs ab ecclesia illis concessis gratiosè.
- 11 Munusculum potest dari pro penitentia, non tamen nollens dare, potest compelli.
- 12 Consuetudo in his, quæ sunt mere facultatis, non inducitur. Nec potest allegari titulus, aut obligatio. nume. 13. vbi ratio.
- 14 Consuetudo Venetorum, & Britannorum in soluendis decimis. Et talis consuetudo seruanda est. nu. 18.
- 16 Applicanda vsui cultus diuini possunt exigere, & dari licite.
- Secus si applicantur priuata bursa. & ibi ratio. nu. 17.
- 18 Consuetudo vt aliquid ex post facto detur, cessante fraude valet. & nu. 21.
- 19 Cauda à capite segregari non debet.
- 20 Consuetudo vt tempore sacramenti aliquid exigatur, non valet.
- 22 Consuetudo, quod de oblationibus vnam partem habeat consecrator, alteram clericus, valet. Et an valeat consuetudo vt detur certa quantitas argenti. nu. 23. & vt ibi.
- 24 Clericis non licet negare Episcopo obsequium consuetum, licet Episcopus neget consuetam partem oblationum. Et si negarent, posset agere contra ipsos nomine ecclesie petitorio, & possessorio. Et e contra, posset agere clericus pro obseruatione talis consuetudinis. Si autem consuetudo solum respiceret Episcopum, posset agere ad absolutionem, si Episcopus pro parte sua non seruet illam. nu. seq.
- 26 Facilius perditur privilegium, quam ius cause, vel consuetudinarium.

Ad Apostolicam.

¶ Sacramenta sunt liberè conferēda. Cogit tamen ordinarius obseruare laudabiles cōsuetudines. h. d. Primo, ponit laicorum, & clericorū excessum. Secūdo, prouidet cōtra vtrunq; ibi, quapropter. ¶ Not. primo, q; receptio pecunie p exequijs mortuorum inducit symoniam. Et sic exequie dicuntur quid spirituale, vel quasi. Et idē de benedictione nubentiu. hoc etiam probatur in. c. non satis. & c. cum in ecclesia. §. eo. ¶ Secundo not. q; licet tpe collationis sacramenti non possit aliquid tpalitatatis exigere; non tamen negatur, quin liberè possit concedi; dummodo Par. j. BB ij dō

do non concedatur pro sacramento, nec propter hoc dicuntur vendi sacramenta. Facit. c. dilectus. 2. 5. eod. ¶ Tertio not. ibi. liberè. q. etiam ubi subest consuetudo aliquid dandi, nihilo minus sacramenta sunt liberè conferenda; & sic non potest prius exigere aliqua cautio, vel etiam promissio. ¶ Ultimo not. 7. ibi. per episcopum loci. q. declaratio huius consuetudinis, an sit laudabilis, pertinet ad episcopum. Et sic habes casum, in quo Episcopus potest compellere laicos ad obseruantiam consuetudinis laudabilis fauore ecclesie introducta; quia si non seruarent, delinquerent in ecclesiam, & sic efficerentur de iurisdictione ecclesie, vt. c. cum sit generale. de fo. cop. Ratio autem quare ad episcopum pertineat cognoscere, an sit laudabilis consuetudo, est, vt probatur ibi, veritate cognita. quia hoc est fundamentum sue iurisdictionis; & ista est regula, q. iudex potest cognoscere, an sua sit iurisdictione, vt. c. 1. de rescrip. lib. 6. & c. statutum. eo. tit. & lib. ¶ Glo. fin. in princ. colligit, deinde ponit duas lec. ad fi. tex. & primas approbat. In eadem, ibi, cogi possunt, vt hic, secundum Hosti. q. habent ius petendi, saltem per viam denuntiationis, de qua in. c. noui. de iudi. In eadem, ibi, ex pietate introducta est. dic. quod potest figurari exemplum, fm Host. in exequijs, in quibus consuetudo est, vt detur cereus, & in benedictionibus nubetium, vt detur panis, vel vinum. In consecrationibus manutergium, & simil. In fi. glo. dic. hæc secunda lec. non placet glo. & bene; quia non congruit littera, quæ loquitur de consuetudine introducta per laicos in fauorem ecclesie; sed q. laicus presentet, vel consentiat electioni, non fuit introductum ex consuetudine laicorum, nec principaliter tendit in fauorem ecclesiarum, sed patronorum ex gratiosa concessione ecclesie, vt. c. quoniam. 3. de iure pat. & per predicta reprobantur etiam plura alia exempla; videlicet, Io. qui dixit de patrono paupere, qui vult vsurpare bona ecclesie, eum solum debeat pasci; & Innoc. qui posuit exemplum in laicis, qui voluit prædicare contra id, quod habet in. c. ex inuncto. j. de hæreti. vel volunt lites dirimere, ecclesias defendere, & iurisdictionem vsurpare, contra not. in. c. ecclesia. de conscri. vel fingunt se purgare terram malis hominibus; ideò ante degradationem puniunt clericos, vel sepulturam vendunt, & simil. & ideò plus placet præced. lec. glo. q. est fing. & non probatur alibi, secundum D. m. vt scilicet, intelligatur de consuetudine, qua laici liberaliter consueverunt offerre aliquid temporale, quando percipiebant talia sacramenta; & hoc idem tenet glo. in. c. suam. 3. eo. per istum tex. Sed hæc lec. non placet Innoc. qui vult, quod tex. solum procedat in laicis, qui volunt mutare antiquas consuetudines, sollicitando, quod mihi detur pro sepultura, & simil. vnde 11. vult, q. licet pro pœnitentia consuetum sit dari aliquod munusculum, tamen non potest quis compelli ad illud soluendum. Mouet, quia aut inuitus compellitur soluere, & est symoniacum, & contra ius diuinum, & sic inperscriptibile, vt. c. fi. de consuetu. Aut spontè soluit; & non potest compelli vt soluat, quia 12. non videtur inducta consuetudo, cū sit meræ facultatis, nec potest allegari titulus, aut obligatio, secundum formam. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. quia talis obligatio, & titulus à principio est prohibitus; vult tamen Inno. quod si post collationem sacramentorum esset consuetum aliquid solui, vt est in Venezijs, ubi homines in vita non soluunt aliquid pro decimis, & in morte datur decima omnium mobilium; vel vt est in Britannia, ubi in morte datur tertia pars omnium bonorum conuertenda in opus ecclesie, & sustentationem pauperum; nam tales consuetudines sunt seruandæ, secundum eum. 1. 1. dist. c. in his. 1. 2. dist. c. illud. & c. consuetudo. Host. tamen ibi vt tenere contrariū; vnde D. Ant. hic distinguit, q. aut illud q. datur venit applicandum cultui diuino, vel ad religionem, vt cereus, vel candelæ; & hoc dare, vel exigere est licitum, vt hic, & j. eo. c. Iacobus. & idem si habet aliam iustam causam; vt quia datur loco decimarum, census, vel iuris cathedralitici, vt not. 3. c. sicut. Aut venit applicandum priuatae burse, & datur tempore collationis sacramentorum, & non licet; ex quo non apparet iusta causa, nisi esset aliquid sene, quod non posset mouere animum. Si tamen esset consuetudo liberalis oblationis, laici non possent illam destruere, vt hic. ¶ Si verò esset consuetudo, vt aliquid daretur ex post facto cessante fraude, & ex causa, valeret. Idem, si causa non adesset expressa; quia tunc præsumitur ex tempore. D. m. hic dicit, quod tex. debet intelligi de eo, quod liberè consuevit dari, vel tempore collationis, vel etiam ex post facto, ita tamen quod tempore collationis sacramenti non fiat aliqua compulsio, vel exactio; & quod consuetudo non sit inducta ex præcedente exactione, sed ex pia deuotione fidelium, vt dicit littera. Mouetur etiam; quia in principio dicit de clericis exigentibus pro sacramentis, & statim subiicit de laicis volentibus mutare laudabilem consuetudinem. Vt ergo cauda non segrègetur à capite, vt. c. maiores. de bapt. debet tex. intelligi de consuetudine laudabili aliquid dandi præcedentibus sacramentis; & videtur probari ex tex. quod loquitur de consuetudine dandi tempore collationis, dum littera dicit, quod Papa elegit quandam mediam viam. l. vt sacramenta liberè conferantur; & Episcopus faciat obseruare talem consuetudinem. Concludit ergò D. m. primo, quod non valet consuetudo, vt tempore sacramenti aliquid exigatur ab initio. Secundo, quod non potest consuetudo introduci, vt aliquid detur pro sacramentis, ubi præcessit pactio, conuentio, aut exactio, quia initium fuisse vitiosum. Tertio, q. valet consuetudo, vt aliquid detur tempore collationis, vel ex post facto, dummodò fuerit inducta ex mera liberalitate. Nec obstat q. in his, quæ sunt meræ facultatis, & c. quia ad hoc respond. vt dixi. 3. eo. c. suam nobis. si tamen nolet dare, debet nihilominus dari liberè sacramentum, ne videatur vendi, & postea poterit peti compulsio ad obseruandum talem consuetudinem; & hæc opin. plus mihi placet. Ultimo tractat hic Inno. an valeat consuetudo, q. de oblationibus, quæ fiunt in consecratione, cōsecrator habeat certam partem, & clerici aliam partem; & dicit q. sic, & q. agi potest ad illud petitorio, & possessorio. 1. 0. q. 3. nec numerus. & 1. 8. q. 2. Eleutherius. & c. seruitium. & idè dicit de sepulturis mortuorū. Subdit tñ, q. si esset consuetudo, q. p. cōsecratione haberet certam quantitatem argenti, q. illa consuetudo non valeret, licet cōsecrator possit recipere expensas pro se, &

se, & socijs suis, quas potest petere a loco, in quo fit consecratio, si modo talis locus possit, aliàs tenetur suis expensis consecrare. 1. 0. q. 3. cauendum. & volunt 10. And. & Host. j. eo. c. Iacobus. q. non liceat clericis negare Epō obsequium consuetum, licet Epōs neget consuetam partem oblationum, & si negarent, posset Epō agere contra ipsos noie ecclesie petitorio, & possessorio; & contra possent clerici agere contra Episcopū nomine ecclesie petitorio, & possessorio, vt obseruaret dicta consuetudo. Vel si talis consuetudo fuisset inducta solum in fauorem Episcopi, possent agere vt absoluerent ab illa, si Episcopus parte sua non seruaret illam; q. a priuilegiū meretur & c. 1. 1. q. 3. priuilegium hoc tñ non placet Inno. q. vel facilius perditur priuilegium, quàm ius causæ, vel consuetudinarium, vnde vult, q. possint agere quandiu Episcopus non seruauit consuetum; & vt ipsi non teneantur seruare consuetudinem.

se, & socijs suis, quas potest petere a loco, in quo fit consecratio, si modo talis locus possit, aliàs tenetur suis expensis consecrare. 1. 0. q. 3. cauendum. & volunt 10. And. & Host. j. eo. c. Iacobus. q. non liceat clericis negare Epō obsequium consuetum, licet Epōs neget consuetam partem oblationum, & si negarent, posset Epō agere contra ipsos noie ecclesie petitorio, & possessorio; & contra possent clerici agere contra Episcopū nomine ecclesie petitorio, & possessorio, vt obseruaret dicta consuetudo. Vel si talis consuetudo fuisset inducta solum in fauorem Episcopi, possent agere vt absoluerent ab illa, si Episcopus parte sua non seruaret illam; q. a priuilegiū meretur & c. 1. 1. q. 3. priuilegium hoc tñ non placet Inno. q. vel facilius perditur priuilegium, quàm ius causæ, vel consuetudinarium, vnde vult, q. possint agere quandiu Episcopus non seruauit consuetum; & vt ipsi non teneantur seruare consuetudinem.

CAP. XLIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Cistercienses non sunt exempti à iurisdictione Episcopi.
2 Exemptio probanda.
3 Cistercienses abbates recipiunt possessionem per installationem in choro, sed minus solemnem.
4 Papa creditur; licet originale non ostendat.
5 Cistercienses abbates recognoscunt Diæcesanum in dominum, patrem, & iudicem.
6 Papa illicitum precipienti, vel contra votum professionis, non obediendum; & multo minus Episcopo. nu. 7.
8 Acquisitio possessionis, licet post adiectum plenum ius meri facti; non tamen temporale pro ea dandum est.

Ne Dei. Primo prohibet abbates Cistercienses solenniter installari. Secundo, ponit formam obedientie, quam promittunt suis episcopis. h. d. ¶ Not. primo, q. de iure cōmuni licet monachi etiam Cistercienses habeant plura priuilegia, vt. c. cum ordinem. de rescrip. non tamen sunt exempti à iurisdictione Episcopi, qui fundat intentionem suam de iure communi super omnes ecclesias, & clericos, & religiosos suæ diæcesis, vt. c. cum venerabilis. de relig. domi. & c. 1. de off. ordi. & c. cum episcopus. eo. ti. lib. 6. 16. q. 7. c. omnes. 1. 8. q. 2. c. 1. & quasi per totum. asserentes t ergo se exemptos debent probare, vt. c. cum persona. de priuileg. lib. 6. ¶ Secundo not. q. abbates etiam Cistercienses recipiunt possessionem per installationem, per quam confirmatus inducitur in stallum in choro abbati deputatum, licet solennitates non requirantur, vt hic; & an per talem installationem prælatus acquirat possessionem aliarum rerum, vide Doct. in. c. in literis. de restit. spol. ¶ Tertio not. quod dicitur Papa, licet non ostendat originale. Secus in inferiore, secundum Goffre. per nota. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. de quo dic. vt dixi latissimè in clem. 1. de proba. ¶ Quarto not. formam promissionis, quæ faciunt abbates Cistercienses diæcesanis. & dic. q. per t. verbum subiectionem, positum in tex. dicitur recognoscere diæcesanum in dominum, per ver-

bum reuerentiam, in patrem, per verbum obedientiam, in iudicem. ¶ Ultimo not. quod etiam Papa non est obediendum si mandat illicitū, vel quod sit voto professionis contrariū. Facit. 3. de sta. mona. c. cū ad monasterium. fm Inno. de quo dic. vt ibi traditur. & in. c. 1. de voto. & per Io. And. in mercur. semel Deo. dereg. iur. lib. 6. ¶ Multo ergò minus debet obediri Episcopo in talibus; & licet Papa ponatur posterior in ordine, tamen in obedientia debet esse prior. 1. 1. q. 3. c. qui resistit. & 9. q. 3. c. cuncta p mundum. & sic probat iste tex. q. nō valet semper argumentum ab ordine litteræ. ¶ Glo. 1. ponit casum, per quem tollitur contrarium, quod potuisset formari, quod decretalis non faceret ad titulum contra not. in proem. 6. In fi. glo. dic. not. singulariter ex ista glo. coniuncto tex. quod t. licet acquisitio possessionis, post adeptum plenum ius sit meri facti, non tamen licet pro ea aliquid dare temporale, de quo dixi in c. dilectus. 2. & c. ad aures. 3. eo. In fi. glo. 2. dic. vult ergò glo. quod requiratur installatio, sed non solennis; & ideò Goff. reprehendit Vincen. qui voluit, q. non requireretur; dicit Hostien. quod talis installatio poterit fieri per monachos qui elegerūt. Io. And. dicit standum esse consuetudini D. m. putat, quod cessante consuetudine pertineat ad Archidiaconū, per. c. vt nostrum. de off. archid. nec tex. nofter tollit sibi hanc potestatem, sed solennitatem.

CAP. XLIIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudinis prætextu non debet exigere prandium à canonico de nouo recepto.
2 Lapis late exposuit decretalem hanc, ex eo quod ipse appellabatur Iacobus, & erat Florentinus; ubi Iacobus vocatur Lapis.
3 Auctor dum audiret præceptorem suum legentem. c. Nicolao. de appella. vidit unum D. Nicolaum, qui volebat Doctorem percutere; eo quia parum solemniter assisset. d. c.
4 Canonicus duarum ecclesiarum quis potest esse. Intellige tamen vt ibi.
5 Canonico ultra præbendam debentur alij redditus.
6 Consuetudo non operatur, vt aliquid possit exigere à recepto in canonicum.
7 Consuetudinis prætextu possunt clerici etiam ad ventris repletionem aliquid accipere à laicis. Et plures assignantur rationes. nu. 8. & 9.
10 Temporale pro spiritali; etiam in recompensationem non potest accipi. Nec si veniret conuertendum in vsu diuinum. ibi. dem.
11 Statuto, vel consuetudine non extante, pro præbenda nil debet exigere. & vt ibi. Statuto autem exigente, si onus imponitur super præbendam, valet in fauorem cultus diuini. nu. 12. Si verò onus imponitur recepto, nihil valet. nu. 13. Extante verò consuetudine, si à laicis debet dari, remittit ad not. in. c. ad apostolicam. supra eo. si à clericis non, nisi vt ibi. nu. 14. Et ratio quare valeat in laicis. nu. fin.



Jacobus.

Prætextu consuetudinis non debet exigere prandium à canonico de nouo recepto. h. d. secundum Io. And. Primo, ponit quærelam. secundo, dat iudicem. ibi, quo circa. Subdit hic Io. And. quod dicitur Lap. Abb. qui fuit scholaris suus, commentauit latè hanc decret. quia incipit Iacobus; & hoc in honorem sui nominis, quia Florentinus erat, & Florentiæ Iacobus vocabatur Lapis cõiter, sicut Bononiæ, & hic, Ioannes Nannes. & ego vidi dum audirem. D. m. legentem. c. Nicolao. de appel. quod ex eo, quod parum solenni zasset illud. c. quidam. D. Nicol. de Basilea voluit ipsu percutere in facie. ¶ Not. primo ex tex. quod quis potest esse canonicus in duabus ecclesijs, quod intelligitur de iure speciali; de iure communi, dicitur, ut traditur in. c. literas. de conce. præb. 70. dist. sanctorum. & videtur quæ dixi in clem. pen. de rescrip. & hoc colligitur hic in tex. dum dicit Aprutin. ¶ Secundo not. quod canonico ultra præbendam debentur alij redditus, intelligitur tamen de redditibus cõibus, qui in quibusdam ecclesijs appellantur mēsa grossa. ¶ Vltimo not. quod nec receptus, nec recipiendus in canonicum potest compelli dare aliquid temporale ratione receptionis, etiā si hoc haberet consuetudo, quod intelligitur Host. si modo quod recipitur, tenderet ad ventris repletionem, seu ad commodum burfale; secus si ad cultum diuinum; quia tunc potest recipi, & potest peti cautio à principio, vt. c. significasti. de elec. Subdit tamen Host. quod clerici possunt aliquid exigere à laicis, prætextu consuetudinis, etiā ad vtriusque repletionem, vt. c. ad apostolicam. s. eo. rationes autem diuersitatis, quare magis à laicis, quàm à clericis exigere possit, ponit ipse Host. plures. Prima, quia quod clerici petunt à clericis, vnde magis priuata utilitatis; sed cum clerici petunt à laicis, vnde publica utilitatis. l. r. in ff. de iust. & in. d. i. dist. in. ius publicum, sed publica utilitas præfertur priuata, igitur & c. Secunda ratio, quia quod laici sunt cõiter clericis infestissimi. 2. q. 7. laicos. fiat ergo representatio, maxime cum præiudicetur salutis animæ. Facit de deci. c. cū sint. & ponit plures alias rationes, de quibus vide cum prædictis opi. D. m. de. c. ex nudis. prop. fi. 1. q. 3. vbi dicitur, quod spirituali precipitur non recipi aliquid temporale, etiā in recompensationem; & etiā si illud veniret conuertendum in cultum diuinum, vel in pauperes, vel in fabricam ecclesiæ. Facit. c. veniens. & c. quæto. s. eo. horum timore. D. m. distinguit, quod aut nullum subest statutum, vel consuetudo, & nihil debet exigere; etiam conuertendum in diuinum usum, vt in contrarijs, licet. n. cuilibet canonicorum possit imponi onus fauore piæ causæ, vt. c. fi. s. de his quæ fi. a. ma. par. cap. tñ recipiendo, non potest aliquid exigere in recompensationem spiritualium. Aut subest statutum, & tunc aut hoc onus imponitur præbende, & valet in fauorem cultu diuini, vt. c. significasti. de præb. & c. i. s. vt eccl. benef. & c. si pp. de rescrip. lib. 6. Aut per statutum imponitur onus recepto, quod teneatur aliquid dare, pro receptione, pro ornamento ecclesiæ, vel cultu diuino; & forte non valet, secundum eum, per. d. c. ex multis. Aut imponitur per consuetudinem, & tunc si illud est dandum à laicis clericis, serua quod dixi in. c. ad apostolicam. s. eo. sed si à clericis, non valet si ad priuatam utilitatem; secus si ad diuinum cultum, dum-

modò non pcedat exactio; quia quod laici ex quo longo tpe liberè soluerunt, videntur se ad hoc obligasse sub noie cuiusdam oblationis, quam sunt soliti facere clericis, tẽpore spualium, vel post; vt dixi in. d. c. ad apostolicam. Facit de conse. dist. 1. c. omnis Christianus. In canonicis verò tempore receptionis non videtur esse hæc ratio, cum huiusmodi oblationes communiter non fiant, vt. c. nouum genus. de decimis.

C A P. X L V.

S V M M A R I V M.

- 1 Symoniacè ordinem conferens, suspenditur à collatione ordinum, accipiens verò ab administratione. c. nu. 8.
2 Papa solus cum symoniaco in ordine dispensat.
3 Abbatiss Siculi, quem auctor Dom. suum vocat, opinio reprobata in. c. per tuas. 3. de symo.
4 Verbum inquietare, quid denotet. Et quid oriatur per verbum non possit inquietare.
5 Transactio super alimentis futuris absque auctoritate prætoris fieri non potest.
6 Beneficio recepto in ordinatione, quemadmodum quis potest renuntiare, ita potest etiam renuntiare obligatione succedente loco beneficii.
7 Promissio ante ordinationem, interueniente iuramento facta, quod ordinatus non possit aliquid petere contra iuramentum præstitum, quia tale iuramentum potest seruari, in ordinante verò secus; & ibi rationes.
8 Pœna commensuranda est delicto.

Si quis. Non summatur, quia seipsu summatur. ¶ Not. primo, quod conferens ordinem symoniacè, est suspensus à collatione ordinum, quod intelligitur Goff. de ordinibus, quos sic contulit. Hosti. verò de omnibus ordinibus, vide quæ dixi in. c. p. tuas. 2. s. eo. Ordinatus verò est suspensus ab ordine, dumtaxat symoniacè recepto. ¶ Secundo not. quod cum symoniaco in ordine solus Papa dispensat, dicitur, vt dixi in. c. de symoniacè. s. eo. Et aduerte, quia per istum tex. expressè reprobatur opin. D. m. quam posuit in. c. per tuas. 3. s. eo. vbi voluit, quod cum quasi symoniaco posset dispensare episcopus; nam hic est, quasi ille idem casus; & tñ dicitur, quod reseruat Papæ dispensatio; vnde licet ibi tenuerim ipsam opinionem, D. m. nunc tamen mihi non placet. ¶ Tertio not. ex tex. ibi, non ingreret. iunctis dictis Goff. & Io. And. quod quod verbum, inquietare, quandoque denotat inquietationem extraiudicalem, vt. l. diuus. ff. de peti. hæred. quandoque præiudicalem, vt. l. amplius. & l. quo enim. ff. rem. ra. hab. quæ iura nihil probant. Tu vide Bar. in. l. is qui. §. Sabinus. ff. de cess. bono. q. vult, quod per hoc verbum non possit inquietari, oritur ius opponendæ dilatoriar, quod not. ad statuta, & promissiones, in quibus poneretur hoc verbum inquietare. ¶ Glo. 1. quærit, quare non teneat tale pactum, vel iuramentum. Sol. deinde colligit, & opp. de. c. debitores. In eadem, ibi, nullam inducit obligationem, dicit D. m. quod de hoc, quod tangit glo. quod promissio non valet, etiam si interuenit iuramentum, non tangitur in tex. & debet intelligi secundum eum, si fiat ante ordinationem, vel in ipsa ordinatione; quæ committeretur symonia; secus si post,

C A P. X L V I.

S V M M A R I V M.

- 1 Monachorum appellatione venit Abbas. Et quare. nu. 2. & nu. 9. & nu. 12. Idem in scholiarum Rectore. nu. 3. Contrarium. verò. nu. seq. Et quando debeat hoc ampliari, & quando restringi. nu. 5. & 6.
2 Dispensatio est stricti iuris, & odiosa, quo ad illos, cum quibus dispensatur. Et regulariter in dispensatione fit stricta interpretatio. nu. seq.
3 Appellatione ecclesiæ parochialis in materia stricta non venit parochialis collegiata.
4 Abbas non possit eligi, nisi esset monachus.
5 Appellatione monachorum si tractetur de salute anime, venit Abbas.
6 Statutum exorbitans in fauorem anime, latè interpretandum est.
7 Voluntas licet secuta receptione efficiat resuram, non tamè efficit symoniam, ita quod teneatur ad restitutionem. Et ratio subditur. nu. 16.
8 Symonia non committitur de iure diuino in beneficio.
9 Soluenti resuram fit restitutio. Et ratio. nu. seq.
10 Symonia fit in præiudicium ecclesiæ, de cuius bonis committitur. quod procedit vt ibi.
11 Resuram proprium quid. Symonia quid proprium. nu. 22.
12 Sperare aliquid in mutuo est contra charitatem. & ibi ratio.
13 Ordo charitatis vnde originem trahat.
14 Differentia plures inter symoniam, & resuram. Et impugnantur. nu. seq.
15 In symonia potest esse, vt mens deprauata tantum sit in vna parte.
16 Resuram præstatio est contra ius diuinum, & humanum. Symonia verò contra humanum tantum.
17 Gier primus symoniacus in veteri testamento.
18 Iudas, an commiserit symoniam vendendo dominum nostrum Iesum Christum.
19 Vendens sacerdotem, an symoniam committat.

Mandato.

Non summatur pp eius breuitatem, & lectionum varietatem. & habet duo dicta. secunda, ibi, & ad resignationes. ¶ Not. primo, quod appellatione monachorum venit Abbas; & ad hoc allegatur iste tex. quotidie. & facit clem. 1. de rescrip. Et ideo est, quia per abbatiam quis non definit esse monachus. Facit quod not. Io. And. in pemptio. 6. vbi dicit, quod appellatione scholiarum venit rector, quia licet sit rector, tñ est scholaris. Sed contra opp. de. c. fi. de præben. lib. 6. vbi appellatione beneficii non veniunt rectorie, & aliæ dignitates; tñ non definiunt esse beneficia; & ad id. c. sedes. de rescript. vbi expressis inferioribus adiecta clausula gñali non veniunt superiores. Sol. contraria loquuntur in materia odiosa, & aliis præiudiciali; & ideo fit stricta interpretatio, hic verò in materia fauore. Par. j. B B iij rabil,

rabili, quia agitur de salute monachorum; ideo fit  
 larga interpretatio, secundum Inno. Facit reg. odia.  
 de reg. iur. lib. 6. Host. dicit, quod in utroque casu po-  
 deranda est intentio scribentis, vt. c. intelligentia. de  
 verb. sig. vnde ideo hic fit extensio, quia non paratur  
 alteri preiudicium. In contrarijs vero fit restrictio,  
 ne paretur alteri preiudicium. Sed dicit D. Ant. qd  
 dicitur solu. non videntur bona; quia & hic loquimur  
 in materia, quae de sui natura est stricte interpretan-  
 da, qualis est dispensatio, vt. c. quod dilectio. de cofan-  
 gni. & aff. & c. si. de fil. presby. lib. 6. Ideo Io. And. dat  
 aliam solutionem, dicens, qd dispensatio est stricti  
 iuris, & odiosa quod ad illos, cum quibus dispensatur;  
 sed quo ad illum, cui conceditur facultas dispensan-  
 di non expressis personis, largè est interpretanda; vn-  
 ex quo hic non fuit facta mentio de personis, cum quibus  
 debebat fieri dispensatio, late interpretabitur; hæc  
 est notab. solutio, pro quo facit. c. si cui. de praben.  
 lib. 6. D. Ant. hic dat aliam solutionem; videlicet, qd  
 in dispensatione regulariter fit stricta interpretatio.  
 Et ideo in ea appellatione monachorum non veni-  
 ret Abbas. Sed ideo hic venit, quia Papa retulit se ad  
 dispensationem generalis concilij, vt. c. quoniam. 3.  
 eo. vn. cu illud loquatur de prelati, quam de sub-  
 iectis; & hoc mandatū, cu fit illius iuris executoriū,  
 debet recipere interpretationes ab illo iure. Facit  
 quod not. in anth. de fil. ante dota. instru. nat. & vide  
 iura, quae allegabo in. c. tu. de vsur. D. m. hic dicit,  
 qd licet hoc dictum sit verum in se, tamen sol. non est  
 bona; quia Papa hic se retulit ad constitutionem ge-  
 neralis concilij. c. quoniam. non vt dispensaret cum  
 omnibus hic contentis, sed dispensaret circa illam  
 constitutionem respectu mutationis locorum. Tu  
 conclude circa istum artic. qd an appellatione mona-  
 chorum & c. post. D. m. qd aut materia est odiosa, &  
 appellatione monachorum non venit Abbas; quia  
 ex propria significatione non comprehenditur, sed  
 per extensionem; vt hic facit. c. statutum. coniuncto  
 .c. licet canon. de elect. lib. 6. vbi qd appellatione pa-  
 rochialis ecclesiae in materia stricta non venit pa-  
 rochialis collegiata, & tamen non est dubium, qd colle-  
 giata parochialis, parochialis est; & hoc ppter qua-  
 litatem, quam habet vltra. vnde licet Abbas sit mo-  
 nachus, quod patet, quia aliter non posset eligi in Ab-  
 bate, vt. c. cum in magistrum. 3. de electio. lib. 6. &  
 eod. titu. c. nullus. & c. indemnitate; quia tamen  
 habet qualitatem supra omnes monachos; alias non  
 venit appellatione monachi. Ad quod etiam allego,  
 quia aliud est habere iura monachatus, & aliud est  
 habere iura abbatiae, vt. c. si. de relig. domi. & idem  
 dicendum de rectore, qd proprie non veniat appella-  
 tione scholarium, postquam habet qualitatem adie-  
 ctam; & hoc in materia stricta. Aut materia non est  
 stricta, sed fauorabilis; & tunc si prouiso est fienda  
 per Abbatem, vt quia mandatur, qd possit absolueri  
 monachos suos, & non venit Abbas, not. Io. de Lig.  
 in clem. 2. de sta. mona. Facit. c. si. de instit. aut mada-  
 tum, vel commissio est expedienda per alium; & tunc  
 fit extensio ad monachos, quod intellige quando est  
 eadem ratio. Facit quod not. in. d. c. statutum. & proba-  
 tur in tex. nostro, quia hic agebatur de salute animae;  
 & eadem ratio erat in Abbate; & hoc tenet Io. And.  
 post Archid. in. c. 1. de sta. mo. lib. 6. vbi dicit, qd ap-

pellatione monachorum, vbi tractatur de salute aīe,  
 venit & Abbas, per tex. nostrum. & per hoc est alleg.  
 not. dictum Io. And. in. c. pro humani. de homi. lib. 6.  
 & c. 1. 3. qui fil. sint legi. vbi vult, qd statutum etiam  
 exorbitans in fauorem animae, est late interpretan-  
 dum. Facit etiam gl. in. c. 1. de postu. praela. & adde qd  
 dixi in. c. ita quorundam. & c. significauit. j. de iud.  
 & vide ad materiam Fed. de Sen. conf. 5. & conf. 19.  
 Glo. 1. in prin. figurat casum, deinde colligit duo ar-  
 gumē. & ad vltimum opp. de materia. vide iura, quae  
 allegat glo. & quae dixi in notab. Glo. 2. colligit, qd  
 voluntas, vel affectus, licet faciat vsuram, sequuta  
 receptio, ita qd tenetur ad restitutionem, nō tamē  
 facit symoniam. Subdit tamen, quod talis affectus in  
 symonia puniendus est. In eadē, ibi, vsuram vñ indu-  
 cere. dic. vt dicam in. c. consuluit. de vsur. Et aduer-  
 te; quia hæc gl. non ponit rōnem; quia vsurarius mē-  
 talis teneatur restituere, & non symoniacus; vnde di-  
 cit Hosti. quod rō est, qd vsura phibita est vtroque  
 testamento, nec Papa pot dispensare, vt. c. super eo.  
 j. de vsur. Sed symonia in beneficio est prohibita so-  
 lum ex dispositione ecclesie. Vnde est symoniacum,  
 quia prohibitum; & ideo Papa dispensat; & not. hoc  
 dictum Hosti. quia qd in beneficio non committit symo-  
 nia de iure diuino. de quo dic. vt dixi i. c. 1. 3. eo.  
 Sed dicit D. m. quod hæc opi. multū restringit tex. no-  
 strum, vt non videatur procedere in symonia prohi-  
 bita de iure diuino; & tex. vñ loq. generaliter, vel pot  
 dici, quod ideo hic non fit restitutio, quia mona-  
 chus fuit ille, qui dedit, qui non potest habere pro-  
 prium. Ideo si fieret sibi restitutio, frustra fieret; qd  
 acquireretur monasterio, vt. c. 2. & c. ad monasteriū.  
 de sta. monac. Sed qd soluenti vsuras fit restitutio, quia  
 pot habere proprium. Sed ista ratio mihi nō placet,  
 quia idem esset dicendum in conuentionali; vnde  
 Abb. in. c. consuluit. de vsur. dicit, quod rō est, qd in  
 vsura fit solum preiudicium illi, qui eā recepit, ideo  
 tenetur eam restituere; sed symonia posset fieri in  
 preiudicium ecclesie, de cuius bonis fienda esset, si  
 non haberet aliunde; hæc sol. non placet Io. And. qd  
 dicendum esset idem in symonia conuentionali; vñ  
 idem Abb. dat aliam rationē; videlicet, quod qd pro-  
 priū vsuræ est, quod committatur ex aīo, iuxta illud,  
 mutuū dātes nihil inde sperātes. Sed qd symonia respi-  
 cit factum propriē, vt. s. vendatur, vel ematur spūale.  
 Sed dicit Io. And. quod p hāc rōnem nō tollitur du-  
 bium, quare magis animus obliget in vsura, qd in sy-  
 monia. Ideo dicit posse dici, quod dī sperare lucrū in  
 mutuo est magis contra charitatem; quia in mutuo  
 tu teneris reddere tantundem, sed in beneficio tu cō-  
 sequeris vtilitatem sine alia restitutione. Itē, qd ma-  
 gis quis obligatur ad mutuū, qd ad beneficium cōce-  
 dendum, quia minus leditur ex primo, qd ex secūdo.  
 & qd ordo charitatis post Deum incipit a dilectione  
 sui ipsius; & ideo equū est, quod min⁹ liceat sperare,  
 vbi plus astringitur, & minus leditur. Item in vsura  
 durior fit interpretatio, qd in illa vnus tm leditur. s.  
 recipiens, hic duo. s. dāns, & recipiens. Item spes sy-  
 moniæ pot esse ex parte vtriusque, in vsura ex parte  
 alterius tantum. Sed prædictæ rationes, si rectē ad-  
 uertantur, non astringunt, & faciliter pnt impugna-  
 ri; nam primæ rationes militarent, qd vbi quis confer-  
 ret beneficium de suo; quia tunc magis grauaretur donan-

donando, qd mutuando. Item in spūalibus sacramen-  
 tis, & simil. ad quæ quis teneretur ex debito officij;  
 non grauatur in aliquo, sed mutans grauatur mu-  
 tuādo pppriam pecuniam. Præterea etiam qd in symo-  
 nia pot cōtingere, vt non sit mens deprauata, nisi ex  
 parte alterius tm. D. Ant. dat aliam rōnem, qd illud,  
 qd qd esset recepturus in vsura, tenet contra ius diui-  
 nū, & humanū; sed in symonia tenet cōtra ius huma-  
 num, qd prohibet actualem venditionē spūalium,  
 nō mentalem. Quæ rō vñ incidere in rationē Hosti.  
 Sed dicit D. m. qd hæc ratio non vñ bona; nam qd Gie-  
 zi, qui primo commisit symoniā in veteri testamen-  
 to, nullum peccatum expresse fecit præcedente cō-  
 uentione, sed ex sola animi instigatione, & tm fuit  
 læpra percussus. i. q. 1. cito turpem. Præterea, sicut di-  
 citur, mutuū dantes & c. qd gratis dādum est; ita &  
 gratia est gratis danda. Vnde concludit D. m. qd ma-  
 le potest reddi ratio diuersitatis; nisi dicamus, qd il-  
 lud fuit inductum in odium vsurarium, vt tollatur  
 via fraudibus. Facit qd not. in clem. 1. de vsur. Vel de  
 bet intelligi tex. in symonia prohibita ex constitu-  
 tione ecclesie, vel ex affectione, & spe secundaria, nō  
 primaria; & hoc dicit tutius tenendum; & prædicta  
 pcedunt retenta opin. qd vsurarius teneatur restituere  
 re. Aliqui tenent contrariam sententiam, & sic cessa-  
 ret ista difficultas, vt dicam in. d. c. consuluit. j. de  
 vsur. ¶ Vltimo, vt finem notab. huic materiæ symo-  
 niæ imponamus, quæro, qd vtrum Iudas commiserit  
 symoniam vendendo Christum? glo. 1. q. 1. q. studet.  
 dicit qd commisit plagium, & symoniam. Alij dicūt  
 contra, qd licet venderet Deum, non tamen vendidit  
 ob aliquā gratiam conferendam; & tunc dicit com-  
 mitti symonia, quando quis vendit sacramentum,  
 vt fit gratiæ collatum, arg. 1. q. 1. quicquid. dicunt  
 tamen, qd fuit sacrilegium. Vgūt. tamen tenet, quod  
 commisit symoniam; & magis placet Archid. & mi-  
 hi per tex. in. d. c. qui studet. vbi ad probādum, quod  
 ibi dicitur symonia, inducit exemplum de Iuda.  
 Præterea illud idem corpus fuit venditum, qd nūc in  
 altari offertur, & est sacramentum corporis, & vni-  
 tatis ecclesie. Et idem tenet Archid. 1. q. 3. c. abijt.  
 vbi idem dicit de vendente sacerdotem; & idem te-  
 net. 2. q. 4. quid ergo. & mihi placet; quia non po-  
 tuit esse maior venditio spiritualis; & sic nullum ma-  
 ius, nullum acceptius, nullum præciosius donum re-  
 periri posset illo, quod fecit Pontius Pilatus de cor-  
 pore Iesu Christi Ioseph, qui Christ⁹ nos custodiat,  
 & clericos a labe symoniæ mundet. Amen.

Ne prælati vices suas, vel eccle. sub ann. cen. cōce.

S V M M A R I V M.

- 1 Prælatus siue maior, siue minor, non potest vices suas vt-  
 dere, vel pro pecunia concedere.
- 2 Rubrica negatiue concepta, & habens sensum perfectū,  
 potest sicut nigrum, allegari ad decisionem.



Continuatur hæc Rub. ad  
 præcedentes hoc ordine.  
 Supra visum fuit de symo-  
 nia in genere, ideo nunc  
 submittit de quadā eius  
 specie, quam prohibet. s.  
 ne prælati vices suas, & c.  
 In qua notandum est, qd  
 non licet alicui prælato  
 maiori, vel minori vices suas. i. iurisdictionem ven-  
 dere, vel concedere pro pecunia, vt in rub. & in. c. 1.  
 j. eo. cum simi. & habetur materia huius rubr. 1. q. 3.  
 per totum. 89. dist. c. decenter. & 2. 1. q. 2. c. si. & not.  
 qd hæc rubr. potest allegari ad decisionem, sicuti &  
 nigrum, cum incipiat negatiue, & habeat sensum per-  
 fectum, secundum not. in rub. C. ne fideiuss. dot. pen-  
 tur. & 3. vt eccle. benef. traditur late per Io. de Imo.  
 in rub. ff. de verbo. obliga. dixi latius in rub. de sum.  
 trini. in clemen.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurisdictionem episcopalem exercere est quid spirituale.  
 Et si aliquid temporale pro ea exercenda daretur, com-  
 mitteretur symonia. & duplex est Episcopi iurisdictione.  
 ibid.
- Et an liceat eam vendere, n. 2.
- 2 Iurisdictione est res inestimabilis.  
 Patria potestas inestimabilis res est. ibidem.
- 3 Constitutio antiqui iuris declaratoria, ad quæ extendan-  
 tur.
- 4 Pœna vendentium iurisdictionem episcopalem, quæ sit.
- 5 Obuentiones licite vendi possunt. & nu. 12.
- 6 Verbum futuri temporis, non importat canonem latæ sen-  
 tentiæ.
- 7 Archiepiscopos duos genera.
- 8 Assessori licite constituitur salarium.
- 9 Aduocatus licite vendit patrocinium.
- 10 Pœna pecuniaria imponi non debet, vbi personalis impo-  
 nenda est.

**Præterea.** Qui dat pecuniam, vt  
 episcopalem, vel aliam  
 iurisdictionē exerceat,  
 officio suo priuatur; & sic conferens, illud amplius  
 conferre non poterit, & canonicè punietur. h. d. Pri-  
 mo, ponit excessum. Secundo, illum punit. secunda,  
 ibi, præsentī. ¶ Not. primo, qd exercere iurisdictionem  
 episcopalem est quid spirituale; & ideo pro il-  
 la exercenda non potest dari aliquid temporale, qd  
 committeretur symonia, vt. c. decernimus. 3. de iu-  
 di. & intellige vt dixi, de iurisdictione spirituali. In  
 temporali verò dic. qd aut habet aliquam dependē-  
 tiam ab officio ecclesiastico, & non licet illam ven-  
 dere; ita debet intelligi glo. in. c. seq. in vers. præcio.  
 ibi, maxime. Facit quod dixi in. c. consulere. 3. titu. 1.  
 Aut est merè temporalis, & hoc casu non fit licitum  
 illam vendere, ne subditi grauētur, vt auth. de man.  
 princi. §. illud. & facit. c. seq. & illā vendens, grauiter  
 peccat, & turpe est lucrum. Facit. c. nemo. 3. tit. 1.  
 tamen non committitur symonia, secundum Inno.  
 & Hosti.



& Host. Et aduerte; quia prædicta intelligenda sunt de venditione exercitij iurisdictionis temporalis.

2 Vtrum t̄ autem liceat vendere ipsam iurisdictionē, tex. videtur velle, q̄ non, in. §. fi. de pac. iura. fir. & ibi not. Bal. tum quia res inestimabilis, sicut patria potestas, vt. l. filia. C. de colla. tum quia eius rei non videtur esse commercium; ergo non potest vendi, vt. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obl. & l. apud Iulianum. §. fi. ff. de lega. 1. q̄ Bar. v̄ singulariter limitasse cōsi. 175. qd̄ incipit, quod nouit an iurisdictione, si modò venderetur extraneo, vel personæ phibitæ; secus si consorti, aut alicui de collegio, p̄ not. in. l. 1. ff. de off. cōsul. & l. 1. C. si liberal. imperia. lib. 10. ¶ Secundo not. ibi, de cetero, t̄ quod cōstitutio ē antiq̄ iuris declaratoria, non extenditur ad præterita, sed solum respicit futura, quando adijcitur noua p̄na. Facit quod dixi in. c. quoniam. §. tit. 1. dicā etiam in. c. cum tu. j. de vsur. quia ibi melius adaptatur; & ibi de hoc artic. tangam latius. ¶ Vltimo not. p̄nam, qua t̄ sunt puniendi transgredientes hanc constitutionem; sed contra hoc oppo. de. c. seq. vbi p̄na maior imponitur. Sol. duplex datur secundum Goffre. prima, quod tex. noſter loquitur, q̄ venduntur obuentiones iurisdictionis; illē verò quando venditur iurisdictione. D. m. dicit, quod hęc solutio nō est bona, quia t̄ obuentiones licitē venduntur, vt. c. fi. j. eo. & in glo. fin. ergo non meretur p̄nam, vt. l. Gracchus. C. de adul. hęc reprehensio simpliciter nō est bona; quia licet fructus ecclesiæ licitē vendantur, tamen fructus iurisdictionis, habentis exercere iurisdictionem, non possunt vendi. Mihi tamen non placet hęc sol. quia tex. loquitur indistinctē etiam de vendente exercitium iurisdictionis. Secunda sol. est, q̄ tex. noſter loquitur de p̄na, quæ imponitur ipso iure. c. verò seq. de illa p̄na, quæ imponitur per viam accusationis. Sed hęc non est bona, quia tex. noſter loquitur per verbum, priuatur. & sic futuri temporis; ergo non latæ sententiæ, vt dixi latius in. c. iudæi. 2. j. de iud. Tertio soluit Host. & melius; videlicet, q̄ iste tex. suppletur per seq. vnde debet exponi, priuatur officio suo. hoc est, remoueat̄ a clero. f. per depositionem; & sic perdet omne officium ecclesiasticum. & in fi. dum tex. dicit potestatem amittat. supple. & canonicè puniatur, vt. c. prox. ¶ Glo. 1. quærit, & soluit. In fi. dic. quod t̄ quidā est Archip̄sbyter Ciuitatis, de quo in. c. officium. §. de off. archid. quidam ruralis, de quo in iuribus in glo. allega. & c. fi. de off. archiep. ¶ Glo. 2. quærit de intellectu literę, & exponit. deinde oppo. & non soluit; dictum colligit, & nō oppo. & adaptat hanc decret. ad rubrum, illud exponendo. In eadem, ibi, constituere salarium. dic. quod hoc licet, quia non debet quis suis sumptibus militare, vt. c. cum ex officij. §. de præscrip. & t̄ assessori licitē constituitur salarium, vt. c. statutum. §. assessorē. 10 de rescrip. lib. 6. & t̄ aduocatus licitē vendit patrociniū. 14. q. 5. c. non fanē. Sed in casu præced. & tex. noſtri, episcopo non licet recipere pecuniam ab officiali suo, vendendo sibi iurisdictionem; quia hoc tenderet in grauamen subditorum, vt. c. fe. q. & officialis de facili induceretur ad extorquendum pecunias per fas, & nefas; & quandoq; imponeret p̄nā pecuniariam, vbi esset p̄na personalis imponenda. Facit quod not. in. auth. de manda. princi. §. oportet.

Item secundum Hosti. quandoq; Episcopus remitteret, iste verò paruum culpam, magnam faceret. Et intellige, quando Episcopus diceret, vendo tibi iurisdictionem meam pro centum vsque ad annum, vel quid simile; & totum lucrum sit tuū; Secus si daret salarium ipsi officiali, & lucrum feruaretur ipsi Episcopo. Facit qd̄ traditur in. d. auth. de man. prin. §. coges. Et ex prædictis infero, quod etiā nō est licitum per eandem rationem subsistentem, Episcopo dare certam partem lucri, per quotas prouenientes ex iurisdictione. In eadem, ibi, cum ab ecclesiarum. dic. de hoc artic. vt ibi traditur. & 1. q. 1. c. experientia. & §. de elect. c. cum in cunctis. §. inferiora. & volentes tenere, quod iste habeat iurisdictionē, dicit, quod habet suā, non autem Episcopale. In fi. gl. dic. Facit. c. iudex. cum duobus seq. de off. delega. lib. 6. ¶ Glo. fi. colligit, infert opp. & soluit. In fi. glo. dic. quod t̄ quis pot̄ vendere obuentiones iurisdictionis, tāquam fructus, quod verum dicit Inno. dummodò non vendantur exercenti iurisdictionem; quia propter connexitatem videretur vendere ipsam iurisdictionem. 1. q. 3. c. si quis obiecerit. Item quia non cessat ratio prohibitionis. Alij verò fructus possunt vendi cuiunque, secundum Host.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Locatio, & venditio iurisdictionis tendunt in præiudicium subditorum.
- 2 Episcopus subditorum excessus dissimulare non debet. & quare. Et an puniri possit. ibidem.
- 3 Episcopus, iurisdictionem quare locare non possit.
- 4 Iurisdictionem ordinariam, quibus in casibus episcopus dare possit.
- 5 Censuum nouis ecclesijs imponi non debet, nec antiquis augeri.
- 6 Episcopus, vel alter inferior a Principe, an, & quando possit dare iurisdictionem. remissiuè.

Quoniam.

Summatum est in præced. cap. Primo, ponit excessum, quem expressa causa prohibet. Secundo, addit p̄nā. ibi, q̄ si quis. ¶ Not. primo, q̄ t̄ locatio, & venditio iurisdictionis tendunt ad præiudicium subditorum. ¶ Vltimo not. q̄ t̄ Episcopus non debet dissimulare excessus subditorum; imò si dissimulat, debet puniri; & ratio est, quia dissimulando videtur consentire. 43. dist. c. Ephesijs. & hanc dissimulationem faciunt prælati, vendentes talia, vt possint recipere pensionem, aut promissum pretium; & ob eam causam nō audiunt subditorum clamores; imò q̄ peius est, secundum Host. quandoq; fauent, & excusant officiales. cōtra not. 86. dist. c. 1. ¶ Glo. 1. quærit de causa, t̄ quare Episcopus non possit locare iurisdictionem, & soluit in effectu, ponendo tres rationes. In eadem, ibi, maxime cum iurisdictione sit spiritalis. dic. sentit ergo glo. q̄ idem est, si iurisdictione sit temporalis, quod intellige, dummodò sit annexa spiritali, vt dixi in. c. præced. Glo. 2. quærit, & soluit. In fi. dic. secundum Hosti. q̄ t̄ Episcopus in duobus ca-

bus casibus dat iurisdictionem ordinariam. Primus est, quando perpetuò constituit generalem officialem, vel ad placitum suum. Nec est curandum de nomine, an appelletur vicarius, vel officialis, vel vicedominus; & q̄ talis habeat ordinariam, probatur in. c. suam. de off. vic. & c. pen. eo. tit. lib. 6. & c. perlectis. 25. dist. Secundus, quando confirmatur, vel instituit prælatum habentem iurisdictionem, vt. c. dudum. 2. §. de elect. quo casu, licet t̄ concedi non debeat sub nouo censu, vel augmentatione veteris; potest tamē concedi sub antiquo non diminuto, vt. c. prohibemus. de censu. Possit tamen dici, q̄ in talibus non est Episcopus, qui dat iurisdictionem; sed ipsa lex interueniente factio episcopi. Et de materia, tan, & quando Episcopus, vel alter inferior a Principe, possit dare iurisdictionem, vide in. d. c. cum ab ecclesiarum. §. de off. ordi. & Bar. & Legistas in. l. & quia. ff. de iurisdic. om. iud. In glo. fina. in fi. dic. secundū Io. And. quod est p̄na de positionis, cum nota infamiae. 1. q. 3. c. fina. & talis perdit potestatem conferendi officium, vt. c. præceden.

C A P. I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesiæ regimen sub annuo censu committi non debet.
- 2 Venditio rei spiritalis, quare prohibita.
- 3 Sacerdotes, qui currunt ad diuitem vsurarium mortuum, pauperem verò vilipendunt, reprobentur.
- 4 Rector quando vices suas alteri committere potest.
- 5 Sacerdoti, an liceat locare operas suas ad diuina officia. remissiuè.

Quoniam.

Regimen ecclesiæ sub annuo censu concedi nō debet. h. d. Primo, narrat consuetudinem, quam Secundo, prohibet, ibi, ne id. Tertio, causam reddit, ibi, quia sub annuo. ¶ Noto primo, q̄ t̄ commissio regiminis ecclesiæ non debet fieri sub annuo censu. ¶ Vltimo not. ex fine, vnam rationem, t̄ quare prohibetur venalitas spiritualitatis; quia t̄ sacerdos in regimine ecclesiæ debet dirigere intentionē, & considerationē suam ad præmiū æternæ salutis, non ad lucra tēporalia; ratio est, q̄a quod natū est ex spiritu, debet esse spiritus; q̄ ex carne caro, vt habetur Io. c. 3. Et ideò Hosti. t̄ reprehendit sacerdotes illos, qui ad vsurarium diuitem mortuum currunt, pauperem verò vilipendunt. ¶ Glo. 1. assignat rationem, & soluit quæstio. In fi. dic. quod t̄ si rector est abfuturus ad modicum tempus, potest ipse sibi vicarium constituere, vt not. 2. 1. q. 2. c. precipimus. & facit quod not. glo. in. c. vnico. §. de offi. primice. Aut impedimentum est futurum longum, & debet institui cum consensu Episcopi, vt. c. cum ex eo. de electio. lib. 6. & de appella. c. peruenit. Si verò impedimentum est perpetuum, constitutus est perpetuus vicarius, similiter cum consensu Episcopi, vt. c. extirpanda. §. qui verò. §. de præben. de quo dic. vt in dictis iuribus, & in clemen. 1. de excels. prælat. ¶ Vltimo quæro, t̄ an liceat sacerdoti locare

operas ad diuina officia; & dic. vt traditur in. c. significatum. §. de præben. & aliquid dixi in. c. suam. §. tit. 1. traditur. 2. 1. q. 2. d. c. precipimus.

C A P. I I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Prælati ad quod tempus fructus ecclesiæ sue locare potest.
- 2 Locator conductori, quando dicitur molestiam inferre. & nu. 3.
- 3 Molestiæ prohibitio intelligitur de ea, quæ non venit ex natura contractus.
- 4 Molestare non dicitur hæres petens a legatario fieri inuentarium, & satisfari de vtendo arbitrio boni viri.
- 5 Molestare non dicitur, nisi malo animo fiat.
- 6 Molestare quando quis dicatur remiss.
- 7 Locator, an præcisè compelli possit ad obseruationem contractus.
- 8 Contractus a principio voluntatis, ex post necessitatis.
- 9 Locator obligatur ad patientiam præstandam; & sic ad factum.
- 10 Non patiens tenetur ad interesse. & seq.
- 11 Iuramentum assumit naturam contractus, vel rei, quibus adijcitur.
- 12 Iudex & si debeat condemnare, vt locator permittat conductorem vti re locata, non tamen ex hoc præcisè compellit.
- 13 Interesse ad quod locator tenetur conductori, continet, & damnum emergens, & lucrum cessans.
- 14 Condemnatus ad factum præcisè potest compelli ad illud adimplendum.
- 15 Quarentigiatum instrumentum factum continens, præcisè ad factum adimplendum astringit.
- 16 In obligationibus facti descenditibus ex decreto, vel sententia iudicis, an, & q̄ succedat obligatio ad interesse.
- 17 Iudex, vel arbiter si mandant sub certa p̄na rem locare, an sit eis satisfactum si locata fuerit, verum non permittatur vti re locata.
- 18 Successor an teneatur stare colono. & nu. 25. Limitatur sub nu. 29.
- 19 Successor, an teneatur stare solutioni factæ prædecessori.
- 20 Locatione ad longum tempus, transfertur vtile dominium.
- 21 Ecclesiæ lesa per locationem sui prælati, datur restitutio in integrum.
- 22 Tēpus longū, vel non modicū dicitur decennium. & nu. 35.
- 23 Successor beneficiati non habenti administrationem, vt canonico, non tenetur stare colono. Limit. nu. 29.
- 24 Vsufructuarius non tenetur stare locationi.
- 25 Succedens per viam transmissionis alteri, non tenetur stare colono.
- 26 Canonicus non est administrator ecclesiæ, nec dominus præbendæ.
- 27 Præbendarius in præbenda, non habet plenum ius.
- 28 Succedens clerico habenti administrationem, vt prælati, & similes, an, & quando teneatur stare colono.
- 29 Ecclesiæ non moritur.
- 30 Succesor fisci, & contra. Fiscus succedens, an, & quando teneatur stare colono.

- 33 *Fiscus succedens priuato, iure utitur priuati.*
- 34 *Succesor cuiusvis alterius, an, & quando teneatur stare colono. Quando locatio ad longum tempus. Quando ad modicum. nu. 35. & nu. 40. Quando ad libitum, vel locatoris, vel conductoris, nu. 36. & nu. 65.*
- 37 *Conductor succedens in conductione, tenetur vtili actione ad mercedem succedenti in locacione.*
- 39 *Locator potest cogi ad cedendum actionem contra conductorem singulariter ei succedentem.*
- 40 *Heredes vniuersales ex parte locantis, & ex parte conductis, an ad inuicem stare tenentur. & nu. 62. Limit. duobus modis. nu. 46. & nu. 50. & nu. 51. & nu. 52. & nu. 53. & nu. 54. & nu. 56. Limit. in colono partiaro cui heres non tenetur stare. nu. 41. Limit. dummodo heres adiuerit hereditatem. nu. 42.*
- 43 *Succesor per viam transmissionis, an, & quā stet colono.*
- 44 *Pupillus succedens tutori, vel maior curatori in administratione tenetur stare locacioni facta per eos.*
- 45 *Emptor, locator, & similes non tenentur stare locacioni.*
- 46 *Succesor fisci tenetur stare colono. Quid si expelleret, an priuaretur iure suo. nu. 48.*
- 47 *Conductor loci publici datur vtilis actio in rem.*
- 48 *L. Cognouimus. C. de mōcip. et col. patri. fund. declaratur.*
- 49 *Ecclesia, & fiscus, an equiparentur, & nu. 50. & seq.*
- 55 *Hypotecharia, quando agi possit contra tertium possessorem non facta prius excussione principalis.*
- 57 *Colonus, siue conductor, an teneatur stare singulari successori. Limit. duobus modis. nu. 58. & nu. 59.*
- 60 *Missus in possessionem ex primo decreto, ex causa seruanda, vel ex secundo decreto tenetur stare colono.*
- 61 *Iudex nunquam presumitur per suam sententiam prauidicare, ad iudicium non vocato.*
- 63 *Vxor est quodammodo in dote vniuersalis succesor.*
- 64 *Legis est nemini velle prauidicare.*
- 66 *Locatio, quando morte finitur.*
- 67 *Facultas arbitrandi, seu declarada voluntatis contrahentium, an transeat in successorem singularem, & nu. 69.*
- 68 *Quid in arbitro, & arbitratore successoribus.*
- 69 *Facultas ad obueniens persona ex contractu, non transit in successorem.*
- 70 *Potentia operari plus non debet, quam q̄ in actu est.*
- 71 *Locatio ad vitam, an valeat, & transferat ius in rem nec ne?*
- 72 *Solutio facta pro tempore futuro, an prauidicet successori.*
- 73 *Prædia ecclesie non solum locari possunt, verum & obuentiones ecclesiasticæ.*
- 74 *Prædia ecclesie, & obuentiones, an, & quando laico locari possint.*

**Quærelam.** Fructus ecclesiarū possūt cōcedi sub annuo cēsu. h. d. diuiditur, primo, conductoris quærelam; secundo, dat ei iudicē. secūda, ibi, ideōq; & in textu ibi, ecclesiā, dic. i. ecclesiasticas obuentiones. & ibi, G. persona, dic. i. rector ecclesiæ. ita. n. summitur verbum persona in. c. ex parte. de rescrip. in. c. personas. & c. bonæ. de appellatio. & inde personatus, c. cum accessisset. de constit. Item & in text. ibi, ipse tenuisset. dic. scilicet, conductor conquarens. & habet materiam vtilē, & practicabilē. ¶ Nota primo, q̄ rector ec-

clesiæ potest locare fructus ecclesiæ suæ vsq; ad septennium absq; auctoritate superioris; & in tali locacione non requiritur solemnitas, quæ requiritur in locacione ad longum tempus, vel in alienatione, vt dixi in clem. i. de rebus ecclē. non alie. Secundo not. quòd ꝑ locator qui promisit conductori nullam inferre molestiam, dicitur illam inferre, si non permittit conductorem vt re locata. Aduerte tamen, secundum Io. And. quod si conductor aliquid faceret, propter quod posset expelli; vt quia cessauit in solutione, vt. l. quæro. §. inter. ff. locati. posset locator ipsum expellere, etiam si iurasset non molestare; quia propter hoc non diceretur molestare; quoniam iuramentum ꝑ recipit conditionem. secundum naturam contractus, vt dicit Inno. in. c. quemadmodum. de iureiuram. dixi in. c. veniens. eod. tit. & ideò idem arbitror in omnibus similibus casibus, in quibus de iure regulariter licitum est locatori expellere conductorem, de quibus in. l. edē. C. de loca. & in. c. propter sterilitatem. §. de locat. ratio est; quia prohibitio ꝑ molestiæ intelligitur de molestia, quæ non venit secundum naturam contractus, vt not. Bald. in. l. i. C. de usufruct. & ideò si testator ꝑ mandat hæredi, ne aliquo modo de iure, vel de facto, molester vxorem, quam reliquit usufructuariam, non intelligitur hæres illam molestare; licet petat satisfactionem de vtendo arbitrio boni viri, & inuentarij confectionem; & vide Bald. in. l. i. C. de his quæ p̄p̄n. nomi. in. 2. q. vbi dicit, quod si testator ꝑ mandauit heredi, ne molestaret vxorem, intelligitur, quod non molester malo animo; & quando quis ꝑ dicatur alium molestare. vide Inno. in. c. bonæ. circa princ. & Io. And. in. c. i. de statu. mona. & Io. Cald. in. c. in nra, de rescrip. tradit in. l. i. C. de nudi. & in. l. i. C. de thesaur. lib. 10. & l. die sabbato. C. de iudi. Tertio not. secundum D. m. quòd ꝑ locator potest præcisè compelli ad standum contractui locacionis; quia contractus ꝑ principio sunt voluntatis, & ex post facto necessitatis, vt. l. sicut initio. C. de actio. & obli. sed hoc mihi non placet; quia locator ꝑ obligatur ad præstandam patientiam, & sic ad factum; ergo si nõ patitur ꝑ succedit obligatio ad interesse, not. in. l. si fundo. C. de locat. & l. si in lege. §. colonus. & l. si fundum. ff. de locat. tenet glo. in. l. conductorem. C. eo. Hosti. in summa eod. tit. §. quæ actiones. vers. videamus. & D. Ant. ibi, videtur sentire, quod hoc sit verum; quia hic præcisè compellitur ratione iuramenti; & ad hoc a multis allegatur iste tex. pro qua opifacit glo. parua in. l. si pecuniā. ff. de condic. ob causam. Facit. c. ex rescripto. §. de iureiurā. & quod not. glo. in clem. 2. de re iud. D. Anto. & D. m. in. c. veniens. de iureiuran. Sed aduerte; quia hæc opin. nõ videtur vera; quia, vt dixi, regulariter ꝑ de natura contractus est, vt in obligationibus facti succedat obligatio, & interesse, vt. l. si quis ab alio. in. fi. ff. de re iudi. & in locato, probant iura. §. allegata. Iuramentum verò ꝑ assumit naturam rei, vel contractus cui adijcitur, vt dixi, & latius in clem. i. de iureiur. Facit etiam quod not. D. Ant. in. c. per tuas. de arbi. & ideò licet iurem aliquid facere, satis dicor implere, si soluo interesse, cum illud veniat ex natura rei; quia intelligitur. Iuro facere, vel soluere interesse, vt latius dixi in. c. veniens. de iureiur. Nõ obft. tex. noster, per quem mouen-

mouentur Doct. quia etiā posito, quòd iste iurasset, quod tamen hic non appareret, non tamen tex. probat; quia non sequitur ꝑ index debet condemnare, vt locator permittat conductore vt re locata vsque ad terminum constitutum; ergo præcisè compellitur; quia etiam in casu prædicto videtur sufficere prælatio interesse, vt statim dicam; & quia ista non est materia nostra, vide in dictis iuribus, & per Bar. in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborū obli. gatio. & aduerte, quia interesse ꝑ ad quod locator tenetur continet non solum damnum emergens; sed etiam lucrum cessans, vt. d. l. si fundum. & dicto. §. colonus. tenet Hosti. in. d. c. videamus. ¶ Vltimo notatur singulariter ex textu quòd ꝑ ille qui condemnatur ad factum, potest præcisè compelli ad illud adimplendum. Facit quòd singulariter dicit Bald. l. i. C. de sent. quod pro eo quod inter. profer. vbi vult, qd ꝑ si de obligatione facti cōfectum sit instrumentum guarentigiatum, potest quis præcisè compelli ad factum; quia tale instrumentum habet paratam executionem. Facit. l. qui restituer. ff. de rei vendi. facit etiam quod notat Ang. in. d. l. stipulationes non diuiduntur. vbi vult; quod in obligationibus ꝑ facti descendentes ex decreto, vel sententia prætoris, non succedat obligatio ad interesse, per. l. si prætor. ff. de iudi. aduerte tamen, quia hæc opinio mihi non placet, per. l. miles. §. de decem. ff. de re iud. Nõ obft. allegata in contrariū, quia opinio Angeli procederet in factis, qui merè descendunt ex officio iudicis; seculus vbi prius factum erat in obligatione ex dispositione contrahentium, & postea quis ad illud condemnatur, vt dicto. §. de decem. Nõ obft. dictum Bald. quia illud non probatur iure, & l. qui restituer. loquitur in obligatione rem restitui, non facti in qua longa est differentia. Non obft. text. noster; quia hic non dicitur, quod ratione sententiæ iste possit præcisè compelli; nec hic negatur, quòd si locator vellet prestare interesse, quòd non posset, & quod posset præcisè compelli. Nec obft. quod iste iudex ita iudicare teneatur; quia hoc ideò est; quia ad hoc solū agebat conductor, & solum oriebatur dubium de veritate contractus; non autem an posset prestare interesse; & ideò arbitror quòd etiam in casu nostro liberatus esset iste locator præstando interesse. An ꝑ autem si iudex, vel arbiter mandauit locare sub certa pœna dicatur satisfactum, si pars locauit, sed postea non permittit conductorem vt re locata; & vt quæstio etiā sit maioris effectus, pone, quod arbiter mandauit sub magna pœna, ille locauit, & promissit seruare locacionem sub parua pœna; deinde non dimittit conductorem vt re locata, vel alteri vendit; an incidat in pœnam laudi, vel contractus locacionis? videtur dicendum; quod incidat in pœnam laudi, per. l. fundi partem. in prin. ff. de contrahen. emptio. vbi dicitur quod agi potest ex primo contractu. Contrarium tamen consuluit Barto. confi. 128. quod incipit, præcepit arbiter. vbi concludit, quod sublata est obligatio ex laudo, & noua nascitur ex contractu locacionis, per. l. in numerationibus. ff. de solu. vbi dicit esse casum, & l. Stichus. §. hæres. ff. de statu. liber. notat glossa magna in fine in. l. i. C. de pac. Nõ obft. l. fundi partem. quia ibi verba contractus volebant, quod ex certo tempore teneretur conductori, quæ

verba non possunt vno momento expediri; sed requirunt perseverantiam; secus quando solum fuisset damnatus locator; quia eo ipso quod locatum est, videtur satisfactum mandato; vt notat glo. in. d. l. i. & eodem modo potest responderi ad. l. inter castellanum. licet Bald. ibi in locato teneat contrarium; ad materiam vide Bar. & latius Moder. in. l. permisceri. §. species. ff. de acqui. possess. & prædicta nota perpetuo. Glo. i. quærit & sol. in. fi. dic. not. bene hanc glossam, & idem dicitur in iuribus per eā allegatis; vide. D. m. in. c. ad aures. §. quòd met. cau. Archi. 22. q. 5. c. iuramenti. Glo. 2. quærit, & sol. distinguendo. & in. fi. incidenter decidit vnam. q. In fine gloss. dic. quòd hæc materia est vtilis, & quotidiana, & hic principaliter traditur per doctores, ideò pro clara ipsius intelligentia illam examinabo per. 2. q. principales. Prima, ꝑtrum succesor teneatur stare colono. Secūda, an teneatur stare solutioni factæ prædecessori. Circa primam facio principaliter tria membra. Primū, quid iuris in successore in ecclesia, vel beneficio. Secundū, ꝑ quid iuris in successore fiscalis. Tertium, qd iuris in quolibet alio successore. Circa primū membrum distingue, quod aut rector, vel prælatus locat ad non modicum tempus. Aut ad modicū tempus. Primo casu dic, quòd succesor ita demum tenetur stare colono; si facta fuit locatio in casibus, in quibus permittuntur alienationes; de quibus. 12. q. 2. in summa, & sit seruata solemnitas requisita in alienatione rei ecclesiasticæ. de qua. 12. q. 2. in. c. fine. & c. abbatibus. & c. placuit. & ratio est; quia ꝑ in tali locacione ad longum tempus transfertur vtile dominiū, & ius in rem, vt. l. i. §. qui perpetuum. ff. si ager vectigal. vel emphy. pet. in clem. 2. de reb. ecclē. non alie. Facit quod not. in. c. nulli. de reb. ecclē. non alie. Aduerte tñ, quod etiā in casu prædicto si ecclesia ꝑ esset læsa, posset peti in integrum restitutio aduersus contractum, vt. c. i. de integ. resti. & c. ad nostram. de rebus ecclē. non alie. Tempus aut longum, vel nõ modicum dicitur decennium, vt. d. clē. 2. & ibi per glo. Si verò prædicta non fuerint seruata, nedum quòd succesor non teneatur stare; sed ipse locator, vt dicta clem. Secundo casu, quando locatio est facta ad modicum tempus, quod est minus decennio, vt dicta clem. i. subdistingue, quòd aut loquimur ꝑ in clerico beneficiato nõ habente administrationem, put est canonicus, aut in habete administrationem. Primo casu, dic, quòd succesor non tenetur stare locacioni. Facit primo, quia talis equiparatur usufructuario, vt not. glo. in. c. præsentis. de offi. ord. lib. 6. & c. si. de pecu. D. m. latius in repe. c. cum effes. de testa. sed usufructuarius ꝑ qui succedit titulo singulari in usufructu, nõ tenet stare locacioni, vt. l. arbores. §. i. ff. de usufruct. Item, nec colono usufructuarij tenetur succesor stare, vt. l. si quis domum. §. huic subiungi. ff. locat. & statim dicam. Secundo probatur, quia succedens ꝑ in ius alterius non per viam transmissionis; sed per viam priuationis, non tenetur stare colono, vt. d. §. huic subiungi. sed talis est canonicus, igitur & c. Tertio, quia huiusmodi actio est personalis; ergo non datur contra alium canonicum singularem successorem, vt. l. si. C. de hære. acti. l. i. §. hæres. ff. ad Trebel. Quarto probatur, quia canonicus ꝑ non contrahit nomine ecclesiæ; quia nõ administrator; nec nomine



mine præbendæ, quia illius non est dominus; ergo contrahit nomine proprio; ergo successorem non obligat, vt statim dicam; & probatur in l. fin. in fi. ff. de contrah. empt. Quinto, quia talis non habet plenum ius, & datur sibi præbendæ, vt inde viuat. 2. q. 1. §. fi. 44. dist. §. 1. vbi Hiero. dicit, Tibi, o clerice, de altaris redditib' viuere licet, nõ luxuriari. ergo vltra tempus suum non debet posse obligare; & hæc est communis \* Doct. conclusio. Bal. & Cy. in l. emptori. C. loca. & l. si filio. §. si vir. ff. sol. mat. & Domi. de Rota. decif. 225. vbi dicunt hoc procedere, nisi causa rationabili fieret, & autoritas Episcopi interueniret; & sentit hic etiam Innoc. Secundo casu, quando est clericus hñs administrationem, vt prælatus, vel siml. & subdistingue, q̄ aut ipse locauit nomine proprio, & non tenetur, vt. c. veniens. de transac. Aut locauit nomine ecclesiæ, vel dignitatis; & subdistingue, q̄ aut locauit ad certum tempus, aut ad voluntatem suam quandiu voluerit, vel ad voluntatē conductoris. Primo casu, dic, q̄ aut locauit in vtilitatem ecclesiæ, & successor tenetur stare; cum potnerit ex licito contractu ecclesiā obligare, vt. c. 1. de solutio. Aut non fuit facta in vtilitatem ecclesiæ, & tunc, aut fuit seruata forma, & solemnitas requisita in alienatione, & successor tenetur stare; aliàs secus, arg. c. 2. de præcar. & c. 2. de rer. permuta. & c. 2. de donat. & sentit hic glo. & sequuntur communiter \* Doct. Sed D. Zabarel. tenet hic, quod successor tenetur stare contractui, licet rector solus locauerit; ex quo habet administrationem. Vult tamen; quod si conductor soluit vltra tempus illius, quod non præiudicat successor, de quo dicam in 2. q. princ. D. m. hic vult concordare dictas opiniones, dicens, quod aut contractus apparet in vtilitatem ecclesiæ, & tenet. Sed prætextu læsionis, si nunc aliqua apparet posset peti restitutio, vt. c. 1. de restitu. in integ. Sed idem. D. m. in disputatione sua, quæ incipit; Sépronius. in 5. dubio. simpliciter tenet, quod contractus teneat. Possit tamen peti restitutio ratione læsionis. Hæc opin. de iuris rigore videtur verior; postquam ille habet potestatem administrandi, nec concedit ius aliquod in re. Præcedens tamen videtur æquior. Nec obstat prædictis. l. emptorem. C. loca. ybi successor nõ tenetur stare colono; quia illa loquitur in successore singulari; & in eo, qui non succedit in administratione respectu successoris. Item locatio in casu nostro fuit facta nomine ecclesiæ, & ecclesia non moritur vnquam, vt. c. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. Et ad declarationem prædictorum, vide etiam quæ dicuntur in sequentibus.

¶ Circa secundum membrum principale, quid iuris in fisco, subdistingue, q̄ aut quærimus, vtrum fiscus successor teneatur stare colono. ¶ Primo casu, dicunt quidam, q̄ speciale est in fisco, q̄ non teneatur, per. l. si fundus. in princ. ff. loca. Tu dic, quod in hoc casu idem iuris debet esse in eo, quod in priuato. Nam si est successor vniuersalis, vt quia capit oia bona ex vniuersali publicatione, vel est hæres vniuersalis, & tenetur stare colono; nam ex antecedenti-

bus contractibus fiscus succedens dicto modo priuato, vitur iure priuati, vt. l. fiscus qui. ff. de iur. fic. & l. cum quidam. §. fiscus. de vsur. Non obstat. d. l. si fundus, quia loquitur in fisco, qui esset successor singularis, vel ex publicatione rei singularis, vt ibi dicit glo. 1. & ideò non mirum si non tenetur, quia nec priuatus teneretur, vt dicam. j. ¶ Secundo casu dic, q̄ licet quis sit successor fisci singularis, & voluntarius, nihilominus tenetur stare colono, vt statim dicam in sequen.

¶ Circa tertium principale membrum distingue tria membra. ¶ Primum est, quando quis locauit ad longum tempus. Secundum, ¶ quando ad modicum. Tertium, ¶ quando locauit, donec voluerit locator, aut conductor voluerit. Primo membro dic, q̄ successor tenetur stare colono, qualiscunque sit successor. Et ratio est, quia conductor est quæsitum ius in re, vt dixi in primo membro; & probatur in l. 1. §. q̄ superficiè. & §. quod autem. ff. de superfic. & ff. de cõtrahen. empt. l. si aqua. ff. de ferui. rusti. prædio. l. per quem locum. & ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. hoc tenet glo. Cyn. Butrig. Bar. & Bal. in d. l. emptorem. C. de locat. facit quod dixi in primo membro. Et colonus ¶ huic successor tenetur vtili actione ex locato, vel actione in factum, vel officio iudicis ad futuram mercedem soluendam; nam ex quo successor cogitur illi stare, ergo & colonus ¶ tenetur mercedem soluere, vt. l. diuortio. ff. sol. matr. l. solutum. ff. de pigno. act. §. vnde si domum. & not. ff. vsufruc. que mad. can. l. si vsufructus. Et potest etiam conueniri dominus locator, ¶ vt cedat iura conductorem, vt. ff. loca. l. cum in plures. §. messem. & ff. de act. empt. l. creditor. §. si inter. & traditur per Bal. & Doct. in d. l. emptorem. & l. si rem. ff. de euict.

In secundo membro, videlicet; ¶ in locatione ad modicum tempus, subdistingue, q̄ aut loquimur in successore vniuersali, aut in singulari. Primo casu, dic, quod tenetur stare colono, & colonus hæredi locatoris, & locator hæredi coloni, vt. l. hæredem. & l. in his. §. non debet. ff. de regu. iur. & l. ei cui. ff. de libe. lega. & l. veteres. ff. de contrah. stipu. & l. viam. C. de loca. In l. i. eo. §. si. nam & fiscus tenetur, vt supra dixi. hoc tamen fallit in colono partiaro. ¶ cui hæres stare non tenetur, vt. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. Et ratio est, quia inter locatorem, & conductorem videtur contracta societas, vt. l. idemq. ff. pro soc. quæ societas finitur morte, vt. l. nemo. ff. pro soc. In l. i. eo. §. soluitur. Item quod dixi, q̄ conductoris ¶ hæres tenetur stare locatori; intellige vbi hæres a colono institutus eius hæreditatem audivit. Secus si hæreditatem repudauerit; quoniam tunc liberè conceditur locatori, & eius successor ipsam rem alteri locare; licet hæres qui repudauit, restitutus sit ad adendum hæreditatem; quia licet a deat, non tamen recuperat ius in fisci in re conducta; casus est singularis in l. si vno. §. si. ff. loca. Et ratio est, quia ista restitutio non trahitur retro in præiudicium tertij. Facit. c. quamuis. de rescrip. lib. 6. & l. in integrum. ff. de mino. Secundo casu, cum loquimur in successore particulari, dic, aut est successor per viam priuationis, aut per viam transmissionis. Primo casu, dic, q̄ non tenetur stare colono, vt. l. si quis domum. §. huic subiungi. ff. loca. Exemplum potest poni in vsufructuario,

rio, qui locauit; & ratio est, quia ¶ vsufructus redintegratur cum proprietate; & sic est potius successor ex priuatione, quàm ex transmissione. Secundo casu, quando est successor per viam transmissionis, subdistingue, q̄ aut est successor per viam administrationis, seu officij, aut per viam transmissionis iuris. Primo casu, dic, q̄ tenetur stare colono; dummodò prædecessor qui locauit, habuerit plenum ius locandi; & locatio sit ritè facta, secundum Doct. ibi. & d. l. emptorem. C. loca. Facit quod dixi. s. in prælato, & rector ecclesiæ; vnde ¶ pupillus, qui successit tutori, vel maior qui successit curatori in administratione, tenetur stare locationi facta per tutorem, vel curatorem, vt. l. si tutelæ. ff. de admin. tut. Secundo casu, quando per viam transmissionis iuris, subdistingue, q̄ aut loquimur in successore voluntario, aut necessario. Primo casu, subdistingue, q̄ aut habet plenum ius in re, aut nõ. Primo casu, dic, q̄ regulariter nõ tenetur stare colono; vnde ¶ emptor, & donatarius rei locatæ, & siml. non tenentur stare locationi; vt. d. l. emptori. & ff. de leg. 1. l. nihil. §. si. ff. de vsufruc. l. arbores. §. 1. hoc tamen fallit in pluribus casibus. Primo, in ¶ successore fisci, quoniam ille tenetur stare colono fiscali, vt. l. si. ff. de iur. fic. & ratio potest esse, quia contractus fiscales obferunt vicem legis; vt. l. donationes. quas. C. de dona. inter vir. & vx. & l. Cæsar. ff. de public. vnde debent intelligi procedere sine iniuriæ tertij, sicut facit lex, vt. l. meminert. C. vnde vi. & 4. dist. c. erit autem. & hoc statutum fuit etiam in fauorem fisci, ne teneatur conductor ad interesse. Facit. l. bene a Zenone. C. de quadrienn. præscri. Item secundum Nico. Math. ratio est, quia conductor ¶ loci publici datur vtilis in rem, vt. l. 1. ff. de loco pub. fru. Et aduerte; quia D. Ludo. Ponta. in l. si filio. §. si vir. dicit in hoc casu, quod ¶ si successor talem conductorem expelleret, esset priuatus omni iure quæsitio sibi in rem a fisco, & ipso iure; & hoc dicit singulariter probari in l. cognouimus. ¶ C. de mancip. & colo. patri. fund. lib. 1. Ex quo infert, idem esse dicendum in successore singulari ecclesiæ; quia regulariter ecclesiæ, & fiscus æquiparantur, vt. l. si. C. de sacrosan. eccle. quæ opin. mihi non placet. Primo, quia illa. l. cognouimus. loquitur in colono ad longum tempus, qui ex natura sui acquisiuit ius in rem; quod patet ex tex. ibi, dum dicit antiquissimas. & ex si. rubrum dicit, emphyteuticorum feudorum. Nec obstat, si diceret, quod quilibet colonus fisci videt habere ius in re, secundum quod dicit Nico. Mat. quia hoc non videtur mihi verum, & esset contra priuilegium fisci regulariter. Præterea, posito quod ita esset, tamè potentius ius est in re, in conductore ad longum tempus; quia habet ius in re ex iure cõmuni, & iure speciali, si est fiscalis; & ratio. l. cognouimus. non debet ad simplicem casum extendi, quando esset ad modicum tempus facta locatio; & maxime, quia ius illud est pœnale, & sic restringendum, vt in reg. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. Est ergo solum speciale in l. cognouimus. in colono fiscali, q̄ si successor expellit illum, & ille sit antiquissimus colonus, quod debet expelli priuari iure quod habuit & c. Item non placet in eo, quod dicit D. Ludo. q̄ tales sint priuati ipso iure; quæ tex. ibi loquitur per verbum futuri temporis, quod est priua bis. ergo necessaria est sententia, vt. l. in cri-

minali. ff. de iurfdi. om. indi. dicam in c. iudai. j. de iuda. Itè fati dubito, in eo quod dicit de ecclesiâ, per nota in d. l. si. & anth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & maxime, quia apparet, q̄ in casu nostro non sit bona ¶ æquiparatio fisci ad ecclesiâ; nam quilibet successor ecclesiæ tenetur stare; non autem quilibet successor ecclesiæ tenetur stare, vt dixi in primo membro. Est tamè dicta opin. maximi effectus, & memoria reponenda. Secundo fallit, si ius coloni per prædecessorem fuerit referuatum, vt. l. si merces. §. qui fundum. ff. loca. & l. si mercedem. §. habitatoribus. ff. de actio. emp. tenent Cyn. & Doct. in d. l. emptorem. C. de loca. & Doct. hic, & Math. in d. l. arbores. ff. vsufruc. Tertio fallit, ¶ si locator referuauit ius successor exiendæ pensionis pro tempore antecedenti, & futuro; quia tunc tacitè videtur conuenisse cum successore, vt teneatur stare colono, tex. est in d. l. arbores. §. 1. 2. respon. ff. de vsufruc. Quarto fallit, in vsuario, ¶ qui tenetur stare colono, tex. est singularis in l. si habitatio. §. si vsus. ff. de vsu & habi. & ibi notat Bal. Quinto fallit, ¶ si colonus fecerit impensas in fundo; quia successor tenetur illi stare, donec conductor illas recuperet, vt. l. colonus. ff. de vi & vi arma. Facit. l. si necessarias. ff. de pig. act. & l. si in area. ff. de condic. indeb. & l. si iniuria. §. si. ff. de fart. Sexto fallit, si locator ¶ in contractu locationis obligauit conductori omnia bona; quia tunc conductor potest vt retentione rei, ratione obligationis sibi factæ de re conducta, quæ cum adheat rei, transuetiam cõtra tertium possessorem, vt. C. de pig. l. debitorem. C. de remiss. pig. l. res pignori. C. de distrac. pigno. l. si debitor. ff. de pigno. act. l. si conuenit. §. si fundum. & hoc ideò est, quia cum ipse locator principalis esset obligatus ex locatione ad præstandam patientiam; & hoc accessit hypotheca bonorum, & propter non præstitam patientiam succedat obligatio ad interesse, vt dixi, potestratione ipsius interesse ipsam rem retinere, donec sibi illud soluatur. Hoc voluit Bar. singulariter, qui hoc pluries obtinuit in practica in d. l. emptorem. & sequitur Bal. & D. m. hic; & idem tenet Bar. in d. l. si. quod autem. ff. de superfic. Ex quibus infero casum singularem, q̄ licet contra tertium possessorem ¶ non possit per viam actionis hypothecariæ agi regulariter, nisi facta excusatione; tamèn contra tertium dominum, & possessorem ex dicto iure transmissio, potest conductor, qui illi locatori, & eius successor possidet, retinere rem nõ facta alia discussione; vide quæ dixi in rub. de cau. poss. tract. primo artic. §. q. 9. vers. sexto impeditur; fallen. 5. Vltimo fallit, ¶ in colono partiaro, secundum Butrig. qui dicit, D. Lamber. de Rampo. ita consuluisse, quia inter eos, vt. s. dixi, contracta est societas; quod verum dicit Bal. in d. l. emptorem. pro illo anno, quo laborauit fundum, & fecit sumptus. Sed ego nõ video; si prima opin. est vera; ista limitatio Bal. qualiter possit esse vera, si locatio erat facta ad longum tempus. Sed iuxta prædicta quæro, vtrum ¶ colonus, seu conductor teneatur stare singulari successor? Sol. dic, quod non, tex. in l. qui fundum. ff. loca. & ratio est, quia respectu locatoris, nihil interest, q̄ ipse conductor velit stare singulari successor. Et ideò non potest ammodò locator expellere conductorem, per not. in l. qui autem. §. illud. cum ibi not. ff. si quis

ff. si quis cautio. Successor verò singularis non potest illum compellere, quia ius agendi, quòd compete-  
bat locatori, regulariter non transfertur in singula-  
rem successorem, vt patet ex prædictis; & probat in  
l. omnes. §. si hæres. ff. usufruct. quemad. cauea. Hæc  
tamen sol. recipit duas limitationes. Prima, nisi lo-  
cator transferat in singularem successorem ius exigen-  
dæ pensionis pro tempore futuro; quia hoc casu hæc  
translatio operatur, vt colonus teneatur stare  
singulariter successori, & ibi not. Bar. Secundo limi-  
tatur, nisi locator in singularem successorem, non  
solum transferat ipsam rem, sed etiam ipsam actio-  
nem sibi competentem contra conductorem; tunc  
enim conductor tenetur stare singulari successori,  
cum inter sit locantis propter cessam actionem. Facit.  
l. si nomen. ff. de hæred. vel act. ven. Si verò habet  
plenum ius in re, tunc successor singularis tenetur sta-  
re colono, vt. l. in venditione. §. i. ff. de bo. auth. iud.  
60 poss. Vnde missus in possessionem ex primo decre-  
to, vel causa rei seruandæ, vel etiam ex secundo de-  
creto, tenetur stare colono; ratio est, quia ex senten-  
tia iudicis res transfertur in successorem, sed nõ ple-  
nè; & ratio rationis est; quia iudex nunquam præ-  
sumitur velle ex sententia sua præiudicare, seu aufer-  
re ius illi, qui ad iudicium non fuit vocatus, vt. l. in  
integrum. ff. de mino. & l. si. C. si per vim vel alio mo-  
do, notat Inn. in c. quoniam frequenter. vt lit. non  
contest. hoc tenet hic. D. m. & Bar. in. d. §. 1. & Doct.  
in. d. l. emptorem. Secundo casu, videlicet; in succes-  
62 fore singulari; necessario, distinguè, qd aut quis suc-  
cedit non habenti plenum ius in re locata, respectu  
dominij, qualis est usufructuarius; & non tenet stare  
colono, vt. d. l. si quis domum. §. huic subiungi. ff. lo-  
ca. & ff. de pigno. l. vectigali. & s. tacitum fuit in alio  
casu. Aut loquimur in successore eius, qui tempore,  
quo locatur, habebat plenum ius, etiam respectu p-  
sonæ eius, cui postea restituit rem locatam: Exem-  
plum in marito, respectu rei dotalis, & talis tenetur  
stare colono, vt. l. si filio. §. si vir. ff. sol. mat. & l. 2. §. si.  
ff. de dote præle. ratio est, secundum Bal. in. d. l. em-  
ptorem. quia vxor est quodammodo vniuersalis suc-  
cessor; quia titulus doris est vniuersalis, vt. l. quod di-  
citur. ff. de impen. in re. do. fac. Item quia mulier vi-  
detur dedisse potestatem marito, & maritus quodam  
modo videtur procurator vxoris; & sic non videtur  
agi de successore; sed videtur ipsa quasi antecessor,  
& quæ locauit. Hanc rationem ponit Bal. in. l. 1. §.  
cumq. C. de rei vxo. act. Vel dic, secundum D. Ludo.  
quòd ratio est, quia ista rei translatio, quæ fit in vxo-  
rem, fit ex legum dispositione, quæ referuat ius co-  
lono; quia de eius natura est, vt operet effectus suos  
sine iniuria alterius, vt. l. meminere. C. vnde vi. &  
64 l. 1. C. qui veni. eta. impetra. ¶ Circa tertium mem-  
brum princ. quando esset facta locatio ad volunta-  
tem locatoris, distinguè, qd aut loquimur in successo-  
re vniuersali, & non tenetur stare colono, vt. l. 4. ff. lo-  
ca. & ratio est, quia voluntas illa morte finitur, vt. c. si  
gratiosè. de rescrip. lib. 6. & l. si sic. §. illi si volit. ff. de  
lega. 1. & l. si expresserim. ff. de cond. & demonst. & l.  
centesimis. ff. de verbor. obligat. Et idem ego arbi-  
tror in successore coloni propter eandem rationem,  
si facta fuit conductio, donec conductor voluerit.  
Aut loquimur in successore singulari, & Bart. vt ha-

betur in quibusdam lect. vult, qd teneatur stare colo-  
no. Mouetur, quia cum hæc voluntas finitur morte,  
videtur facta locatio ad longum tempus; & sic vide-  
tur acquisitum ius colono in re; & sic quicumque suc-  
cessor tenetur stare, vt dixi. §. in primo casu tertij  
membri princ. Sed D. Ludo. dicit, quòd hoc est erro-  
neum, nec credit hoc fuisse de mente Bar. Mouetur,  
66 quia licet verum sit, qd in casu prædicto locatio in mor-  
te finitur; tamen illud est verum, quando locator  
durauit in ea voluntate vsque ad mortem; si tamen  
vellet eum expellere ante mortem, posset; vnde dicit,  
qd hæc locatio transiit in successorem cum hac quali-  
tate, quia facultas in arbitrandi, seu declarandæ volu-  
tatis, quam alter ex contrahentibus habet ex forma  
contractus, vel obligationis, transit in successorem  
etiam singularem ex dispositione hominis. Casus est  
not. secundum Iac. de Are. & Bal. in. l. si sic. §. si. ff. de  
lega. 1. quis non transeat ex dispositione legis, vt est  
67 tex. in. l. si stipulatus. & l. si. in prin. ff. de verb. obli. q.  
uis aliud sit in arbitro, & arbitratore, cuius potestas  
arbitrandi non transiit in successorem, vt. l. fin. C. de  
contrah. empt. & l. si quis arbitratu. cū sua materia. ff. de  
verb. obli. & sic patet, qd iste successor tenebitur stare.  
Hæc opi. mihi magis vt erronea, qd opi. Bar. licet neu-  
tra mihi placeat; nec est verum, qd facultas ad hæres  
68 personæ ex contractu, transeat in successorem. Non  
obst. l. si sic legatum. §. si. qd ille tex. loquitur in lega-  
tario, qui in re legata hñ loco hæredis, vt. l. ad tēpus.  
§. 1. ff. de vscap. & ideò non est mirū, si facultas ad  
hærens personæ respectu rerum transeat in legatariū  
illarum rerum; secus si p viam contractus, vt. d. l. si si  
69 pulat' fuerit. & d. l. si. in prin. Præterea, posito qd hæc  
facultas transiret, non tñ debet successor obligatus  
stare colono; quia non debet plus operari id, qd est  
70 in potentia, qd illud qd est in actu. Sed si tps esset de-  
terminatum, & declaratum, successor singularis non  
tenetur stare, nisi vt. §. dixi. igitur & c. & ideò plus vt  
facere ratio Bar. quia si hæc facultas transiret, & vi-  
deretur ius acquisitum in re, non est dubium, quòd  
teneretur stare colono. Vnde solū inurgit dubitatio,  
an videatur tenere locatio, ita quòd sit acquisitū ius  
in re; circa qd recurre ad ea, quæ dixi in clē. 1. de reb.  
eccl. non alie. post Math. & Io. de Imo. vbi tractatur,  
71 an locatio ad vitam valeat, & transferat ius in rem,  
vel non. Et ex prædictis clare habes expeditam hanc  
vilem materiam quo ad validitatem contractus lo-  
cationis, & obligationē, qualiter successor teneatur  
stare colono, vel e contra. ¶ Circa secundam princ-  
72 palem quæst. an solutio facta pro tempore futuro  
præiudicet successori, dic vt latè tradit per. D. m.  
in disput. quæ incipit, Sempronius. in vltimo dubio,  
quæ etiam satis deciditur ex præcedentibus. Glo. si.  
in prin. opp. & sol. ponendo sex significationes ver-  
bi ecclesiæ. Secundo quærit opponendo, & sol. Ter-  
tio quærit de rōne differentia. In ea. ibi, obuentiones  
73 ecclesiasticæ. dic, not. ergo ex glo. iuncto tex. qd non  
solum p dia ecclesiæ possunt locari; sed etiam obuen-  
74 tiones ecclesiasticæ; & dicit hic Host. qd laico non  
pnt locari, arg. c. 1. & 2. j. ne cleri. vel mona. sed tādē  
remittit ad not. p eum, in sum. huius tit. vbi ipse ter-  
net cōtrariū; dūmodo laicus ponat ibi clericū loco  
sui, p illis recipiendis, ne fortè cōtingat aliqd attrin-  
gere de spūalibus. In ea. ibi ponitur ne videatur dic,  
& sic

& sic patet ex his quæ dicit glo. & ex superioribus, qd  
c. 1. & 2. faciunt ad primam partem. c. 3. ad secundā  
hoc. c. vlt. ad tollendum dubium, ne quis fortè cre-  
didisset, propter præcedentia, qd tales obuentiones  
non possunt locari ad annum censum.

De magistris, & ne aliquid  
exig. pro licen. docen. Rub.

S V M M A R I V M.

- 1 Magister vnde dicitur, & eiusdem orthographia.
- 2 Magister quis dicatur. & vnde magistratus; & quibus  
comperat. D. N. I. Christus dicitur magister.
- 3 Doctores non debent dedignari vocari magister.
- 4 Doctores legum, seu canonum, item medicine quomodo  
vocentur, & apud Italos, & penes Vltimontanos.



Continuatur hæc Rub. ad  
præcedentes hoc modo.  
vifum fuit. §. qualiter spi-  
rituali pecunia vendi, aut  
recipi prohibentur; ideò  
superest videre de his, quæ  
instar spiritualium se ha-  
bent, vt de magisterio, &  
licentia docendi. Ideò sub-

neccitur hæc rubrica, de magistris. Pro cuius decla-  
7 rōne quæro qd vñ dicatur magister. Sol. dic, qd dicit  
magister ex maior, & steron. qd est status vsque itatio;  
quasi in statione maior. debet enim scribi media  
prædicti nominis per duo. ij. vñ cōsonans, & aliud  
vocale, vt dicatur maijster; sed quia i, consonans af-  
sumit g. sonat. Ideo ex vitio idiotarum iam consue-  
tudo inoleuit vt etiā apud pronectos scribatur per  
g. & hæc secundum Catholicon. Sed contrarium  
vult Gasparinus Pergamenus, qd scilicet per g, scri-  
batur. Quæro quis dicatur magister. Sol. dic, qd ille  
7 qui alicuius rei præ ceteris curam gerit. vnde &  
magistratus vocantur deriuationem habentes a ma-  
gistro. Item præceptor cuiuslibet disciplinæ potest  
dici magister a monendo, seu monstrando, vt glo. in  
c. 1. & l. hi quibus. ff. de verb. sig. & sic vt competere  
hoc nomen quibuslibet docentibus, pictoribus, &  
3 carpentarijs. & ideò fortè doctores in dedignantur  
appellari magistri, qd facere non debent; quia hoc  
nomine Apostoli Iesum Christum appellauerunt  
4 apud nos doctores nos legū, seu canonū Dñi appel-  
lantur. doctores verò medicinæ magistri apud aut.  
Vltimontanos oēs magistri appellant. vide gl. sing.  
in cle. 2. in vers. doctoratus. eo. tit. & de prima  
parte huius rubricæ tradit. 37. dist. c. maxime. & c.  
quibusdā. 61. dist. missū. & c. statumys. 86. dist. c. cū  
multa. & c. dudum. 8. q. 1. c. oportet. ad secundā vero  
partem facit. 1. q. 3. c. vendentes. cū. c. sequentibus.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Cathedralis ecclesia providere debet magistro de benefi-  
cio, vt clericos ecclesiæ, & alios pauperes gratis do-

ceat; Vendens autem licentiam docendi, aut inter-  
dicens idoneum ad docendum beneficio priuatur.

- 2 Parentes filijs etiam spurijs alimenta præstare tenentur.
- 3 Pater filio literis operam danti, an, quando, & quomo-  
do subuenire debet.
- 4 Legendi verbum etiam ad scholares extenditur.
- 5 Scholaris legere non debet, nisi proficiat.
- 6 Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res  
angusta domi. Diuitiæ ad felicitatem pertinent.
- 7 Licentia non obtenta nemo legere debet.
- 8 Doctores a scholaribus primo legentibus pactum petere  
non debent.
- 9 Docendi licentia idoneo deneganda non est.
- 10 Beneficium dicitur fructus laboris.
- 11 Quali, improprietatis nota.
- 12 Qualitates in idoneo ad docendum requisitæ.
- 13 Scolaris, an, & quando possit legere.
- 14 Scholaris asserens se doctorem, an, & quando teneatur  
pena falsi.
- 15 Scholaris tempore approbationis reputatus habitus, si  
efficiatur in vilis potest a doctoratu degradari.
- 16 Statuto prohibente ne Rector possit reprobari, vt est  
Jenis, doctores non possunt dicere, qd nollunt approbare.

Quoniam. Totus iste titulus sū  
matur per Io. Andr.

vno cōtextu hoc mo-  
do. Ecclesia cathedralis, & quælibet collegiata, quæ  
ad hoc sufficit; debet assignare competens benefi-  
cium, seu redditus alicuius præbendæ magistro gram-  
maticæ, qui clericos illius ecclesiæ, & alios pauperes  
scholares gratis doceat. & hic eligit a plato cū capi-  
tulo, vel a maiore parte capituli quorū negligētiam  
supplebit ordinarius loci. Metropolitana ecclesia et  
debet habere theologū, cui fructus vnius p̄bendæ,  
quodiu docuerit, ministrari debeat; nõ tñ erit canoni-  
cus. & si p̄bēda, nõ sufficit vtriq; magistro, p̄uidere  
debet grammatice i aliqua ecclesia ciuitatis, vel diœce-  
sis suæ. & vt possit habere copiā theologorū, plato,  
& capitulū mittere debet p̄sonas doctiles ad studiū,  
quibus si proprij redditus non sufficiūt, expensas per  
quingennū ministrabunt. doctores vero quodiu do-  
cuerint, & studentes p quingennū recipiunt inte-  
gros fructus p̄bendarū non obstante consuetudine,  
vel statuto in cōtrariū disponētib. & hoc quo ad pri-  
mā partem rubricæ. Intendit. c. nostrū. in prima par-  
te, & c. seq. in secunda, & c. p̄. & fi. qd pro licentia do-  
cēdi et prætextu cōsuetudinis, nihil debet exigi, vel  
promitti. & ob hoc promissum remittit, & solum  
restituūt; & idonei legere volentes nõ debēt impedi-  
ri in facultate, & licētia obtinēda. & cōtrafacientes  
bāficijs, & dignitatibus priuant. h. d. quo ad secundā  
partem in rubricæ. c. nost. in secunda parte, & c. seq.  
in prima parte, & c. 3. do. Anto. summat quamlibet  
decre. de per se. & mihi placet, vt singulè clarius  
intelligantur. vnde hæc prima. h. d. Cathedralis ec-  
clesia in providere debet magistro de beneficio, qui  
clericos ecclesiæ, & alios pauperes gratis doceat;  
& vendens licentiam docendi, vel interdicens ido-  
neum ad docendo beneficio priuatur. h. d. diuidi-  
tur in tres. Primo mādatur provideri de magistro. se-  
cundo factū reprehensibile, phibet ibi, pro licētia.  
tertio penām imponit, & cām reddit ibi, qui autē  
par. j. CC ¶ Nota



¶ Nota primo ibi, qui parentum opibus, q̄ proprie pauperes non dicuntur, qui parentum opibus iuari possunt. tenentur t̄ enim parentes filij necessaria ministrare, vt. l. si à liberis. ff. de libe. agnos. etiam si sint spurij, vt. c. cum haberet. s̄. de eo qui duxit in ma. quam pol. per adul. & qualiter dinerisimodè accipiatur verbum, pauper. dixi in. c. i. de accus. Secundo not. ex eisdem verbis, arg. qd̄ t̄ filius potest compellere patrem, vt subueniat sibi in studio, si modo pater possit. qd̄ intellige, quando esset idoneus, & operam daret studio; non autem si esset scholaris nomine tantum. & debet subuenire secundum dignitatem persone, & facultatum quantitatem, & loci cōsuetudinem. Facit gl. in vers. beneficium. in fin. Tertio not. ibi, legendi. qd̄ t̄ verbum legendi, potest referri etiam ad scholares. nam legere dicuntur dū studēt. concordat. c. cum magnopere. cum. c. fi. ne cler. vel mona. & hoc facit ad. q. vtrum habitatus vt possit studere in aliqua facultate, possit in illa doctorari, & legere, vide latè Io. Andr. in Mercur. de reg. iur. lib. 6. c. cum quid. Quarto not. ibi, & proficiendi. q̄ t̄ non sufficit legere nisi quis proficiat. Vnde Hofst. ponderat istum tex. contra scholares nō proficientes qui melius facerent, si parentes inaniibus sumptibus non vexarent, & vide eum latius in c. i. de offi. prim. Quinto not. ibi, opportunitas subtrahatur, q̄ vt inquit Iuuenalis, Haud t̄ facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. Vnde non mirum si Philosophus inquit, q̄ dinitie ad felicitatem pertinent. Sexto not. q̄ t̄ nemo debet legere nisi obtenta licentia, q̄ facit, secundum Abba. & Io. Andr. contra scholares, qui publicant petitiones non petita licentia. Septimo not. ibi, cōsuetudinis, secundum Abba. & Io. Andr. argū contra t̄ doctores, qui à scholaribus primo legentibus paltum petunt. Octauo not. ibi, nec docere. q̄ ideò t̄ non est deneganda licentia docendi. qd̄ vtrum, secundum Inno. & Doct. nisi causa subsistente, vt puta; quia magna esset copia doctorum, & vnus alium impediret, vt. c. cum dilectus. de accusatio. Vltimo not. ex fi. text. singulare quotidiè allegatum; qd̄ t̄ beneficium dicitur fructus laboris. nam ex quo feruit ecclesie debet ab illa habere fructus, vt. c. cū secundum. de præben. & hunc fructum licite potest recipere etiam diues; dummodo ad hoc non inducatur per auaritiam, vt not. Inno. in. c. fi. episcopus. de præben. In fi. glo. in vers. consuetudinis. dic. not. ex hac glo. q̄ strictè, & proprie sumpto vocabulo iste non dicitur committere symoniam. & ita potest intelligi, q̄ not. Vinc. in. c. seq. sed largo sumpto vocabulo benè d̄ cōmittere symoniā, & ita ponit Inno. in. c. 3. j. eo. & hoc denotat dictio, quasi, posita in glo. hic quæ t̄ regulariter est nota improprietas, vt. l. 3. §. fin. ff. de vi & vi & ar. & traditur in. c. 2. de præben. lib. 6. Glo. penul. colligit duo notabilia ex text. secundum à contrario literæ. & dat rationes. & in fi. ponit quæ sit p̄na iniuste denegantis. 12 In fine dic. pro intellectu gl. & tex. quòd ad hoc vt quis dicatur idoneus, plures requiruntur qualitates. primo vt habeat peritiam docendi. secundo facultatem. tertio interpretandi subtilitatem. quarto copiam discendi. quinto vt sit approbatus ab habente potestatem, vt probatur in. l. 1. C. de profes. qui in

vrbae Constantin. libr. 12. iuncta. l. magistros. C. de profes. & medi. lib. 11. debet etiam non solum esse scientia doctus; sed etiam moribus ornatus, & ordinem docendi tenere. 8. q. 1. c. oportet. Et ex his infert D. m. qd̄ scholaris t̄ non potest legere. qd̄ verum, vt. l. præsit cathedræ; sed bene potest, vt discat, vt quotidiè feruatur; quia docendo quis docetur. vide glo. C. de excu. artif. libr. 10. & l. 1. & vide Io. Andr. in. d. Mercur. c. cum quid. Et subdit hic D. m. qd̄ scholaris t̄ q̄ diceret se doctorē tenet p̄na falsi, tu dic hoc verum si diceret se doctorem, & exerceat se vt doctorem, vt. d. l. eos. quia quando simpliciter dicit se doctorem punitur arbitrio iudicis, arg. l. si quis. C. de acqueduc. libr. xj. secundum Bal. qui hoc tradit in. l. qui sub prætextu. C. de sacrosan. eccle. not. glof. in vers. nomine. in. c. quanto. de iureiuran. Bal. in repet. l. data opera. C. qui accu. nō pos. Item subdit D. m. q̄ licet quis t̄ tempore approbationis habuerit qualitates, de quibus s̄. dictū est, si postea effectus sit inutilis; potest degradari à doctoratu, vt. d. l. grammaticos. & l. vt gradatim. §. reprobati. ff. de mune. & hono. vide D. m. post Io. Andr. in. c. cum secundum. de præben. Et not. singulariter, q̄ sit statutum t̄ diceret, q̄ rector non possit reprobati, vt est in statuto Senensi, q̄ doctores non possunt dicere, q̄ nolunt approbare; licet semel fuerit practicum contrarium, facit gl. in vers. nequinerint. in clem. 1. de foro compe. & in regula. c. cum quid. de reg. iur. lib. 6.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Docendi gratia nihil debet exigi; exactum restituitur. Promissum relaxatur; negligente prelato in prouidendo de magistro supplet superior.
- 2 Docere magister debet esse prouidus, & discretus.
- 3 Episcopus supplet negligentiam prelatorum.
- 4 Scholaris nō potest obligare ad intrandū cū certo doctore.
- 5 Exigens à clerico volente ire studiatum pro licentia obtinenda an committat symoniam. Declaratur. nu. 6.
- 6 Vjura an sit mutare pecuniam scholari ad hoc, vt ipsam audiendi intret in scholis.
- 7 Tempus infra q̄ prelatus debet instituere magistrum.
- 8 Negligenti conuincatur admonitionem requirit.
- 9 An requiratur iudicialis.

Prohibeas.

Pro licentia t̄ docendi nihil debet exigi, vel promitti, & exactum debet restitui, & promissum relaxari, & negligentiam prelati circa prouisionē magistri superior debet supplere. duo ponit dicta; secundum ibi, sanè. ¶ Nota primo, q̄ t̄ magister debet esse prouidus, & discretus de quo dixi in. c. præcedenti. Secundo not. ibi sciens, q̄ stipulatum est concordantes ponit gl. Vltimo not. q̄ t̄ episcopus supplet negligentiam prelatorum, nedum in conferendis beneficijs, sed etiā in alijs omnibus quæ ad inferiores prelatos pertinerent, puta; in instituendis magistris, & idem puto in omnibus, quæ ad inferiores prelatos pertinent. ¶ Primo quæro, vtrum scholaris possit se obligare

obligare ad intrandum cum certo doctore. Vincen. & communiter \* Doct. qd̄ non; quia est turpis promissio. ff. de var. & extraor. l. 1. §. pinde. & ff. de cōdi. & demon. l. Titio. §. 2. & ff. de libe. homi. exhib. l. 2. quòd not. tu scholaris, vt scias facere schinca-moram doctoribus. Secundo quæro, vtrum exigens t̄ pecuniam à clerico volente ire ad studiū pro tradenda licentia committat symoniam Inno. dicit qd̄ non; licet malè faciat. Hofst. contra per not. in. c. pen. j. eo. dic. vt dixi in. c. præcedenti. Vltimo quæro, vtrum mutans t̄ pecuniam scholari, vt intret se cum committat vsuram. & dic. vt dicam in. c. nauigati. j. de vsur. ¶ In fi. gl. i. dic. gl. oppo. & dat duas sol. In fi. dic. idem dicit Inno. dummodo ille qui soluit sit idoneus. Tanc. dicit, q̄ ex parte recipientis vt commissum crimen concussionis, ex eo quia ppter superioritatem videtur exegisse pecuniam, quasi ab innito. i. q. 1. iubemus. & c. cōcussionis. dicit tamē, q̄ non committitur symonia. Inno. tamen vult, qd̄ committatur. & hoc mihi plus placet, intelligendo de licentia obtinenda à prælatis ecclesiasticis, secundum q̄ loquitur tit. noster limitan. etiā vt dixi in. c. p̄ced. secus si diceret de licentia docendi, quæ obtinenda est à laicis. Cl. in vers. remitti. colligit notabile dictū. Glo. fi. colligit in ead. ibi, de concess. præben. c. nulla. dic. ex hac allegatione glo. glof. videtur sentire, q̄ prelato t̄ detur semestra ad instituendum magistrum; quo elapso potestas deuoluatur ad superiorem, vt in beneficialibus. Sed Io. Andr. & Doct. dicunt esse arbitrarium; & q̄ ad hoc procedere debet. Facit q̄ not. glo. in. c. apostolica. de re iudi. lib. 6. & not. in. c. ex parte Astenfis. de concess. præben. in quibus probatur, q̄ ad t̄ cōuincendam negligentiam, per quam potestas id agendi deuoluēda est ad aliū, debet præcedere admonitio, q̄ intellige, quando ad illud expediendum non est appositum determinatū tempus, aliās secus, arg. not. in. d. iuribus. vide Bal. in l. 3. C. qui accusare non possunt; & an requiratur iudicialis t̄ monitio, vide Ang. in athen. de heredi. & fal. §. si quis non autem non implens.

C A P. I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Doct̄ pro licentia docendi pecuniā exigere non debet, et si esset cōsuetudo.
- 2 Decret. quanto de magist. impetrata fuit contra cancellerium, Pariensem, & quare.
- 3 Doctoratus an dignitas.
- 4 Doctores nobilissimi appellantur. & nu. 27.
- 5 Doctores legentes habent ordinariam iurisdictionem in scholares. maxime legentes per. 20. annos. & nu. 26. Et dicuntur Vicarij Principis, & Illustres. & Marian. Socin. tum legerat Decret. per. 16. annos.
- 6 Doctores præferendi militibus. & quare, & quando; & quid si decretorum, quid theologia, & simi. & nu. 25. & nu. seq. quam plurimis.
- 7 Omne rarum pretiosum.
- 8 Imperator præfertur Pape in temporalibus.
- 9 Dominus directi domini, in his quæ pertinent ad dominium directum, præfertur habenti vtile, & cōuerso.

10 In exercitio sibi commissio, præfertur vnusquisq; alteri cuius, etiam superiori. Scholaris disputatur, præfertur illo in actu etiam doctoribus.

11 Nobilior est qui, melioribus, & dignioribus præst. Et maior dicitur. nu. 20.

12 Nobilior est committens, sine mandas, quam exequens. Nobilior est committens exequutionem alicuius actus, quam ille qui exequitur. Militare ministerium, est exequutio legalis, & canonicæ. ibid.

14 Nobilior est regens, quam qui regitur.

15 Nobilior est proprietarius iustitiae, quam ipius minister.

16 Doct̄ est effectus proprietarius iustitiae, insigniorum traditione; & ibid. traduntur insigniorum significationes.

17 Acquiritor eadem debet esse natura, & q̄ in vno est dispositum, in altero quoq; obseruandum est. Advocatus, & miles equiparantur. Doct̄ præcedit simplicem advocatum.

18 Meritum magis meretur, qui bonum aliquod operatur in se, & in alium, quam qui in se tantū, vel in aliū tantū.

19 Iustitia est omnium virtutum clarissima.

20 Superlatius non est dari superius. Nobilissimum scientia facit hominem.

21 Nobilium inestimabile, quā estimabile est.

22 Scientia iuris civilis, & canonica est inestimabilis. Militia potest estimari.

23 Doct̄ est, vt docet iuris scientiam; vnde prouincia doct̄is scholaribus tradita gubernanda conferuntur.

24 Honorandus, quem Imperator præ ceteris honorat.

25 Excellentia graduum, maioriatē temporis desiderat.

26 Doct̄ non potest effici minor. 17. annorum.

27 Miles potest effici impubes, & infans.

27 Maiorum ratio prius habenda. Doctores dicuntur reuerendissimi; & Philosophiam sequi dicuntur.

28 Doct̄ iuris canonici, siue sacre pagine præfertur doctoribus iuris civilis. Doct̄ iuris civilis, & canonici præfertur medicis. vbi supra.

29 Subiectum facit nobiliorem scientiam.

31 Subiectum theologiae, est Deus omnium nobilissimus, perfectissimus, & optimus.

32 Subiectum iuris canonici est homo.

33 Subiectum iuris civilis, est bonum commune.

34 Subiectus medicinae, est homo egrotus.

35 Doct̄ iuris canonici, præferendus secundo doct̄ori iuris civilis, tertio doct̄ori medicinae. Limit. nu. 38.

36 Doct̄ in vtroq; iure præferendus simplici canonista. Limit. nu. 37.

40 Doct̄or præferendus, qui approbatus à superiori, & digniori.

42 Doct̄or prius licentiatus, & post alium doctoratus, an præcedere debeat eum qui postea fuit doctoratus.

43 Studium vbiicumq; etiam si non sit regia ciuitas, constitui potest.

44 Spoliare, hoc verbum, ponitur & in malam, & in bonā partem.

45 Inuidia extirpanda.

46 Doct̄orem collegam habere expedit, etiam si quis per se sit idoneus.

Quanto. Pro licetia f docendi pe-
cunia exigi non debet, et
si hoc haberet consueto-
do. h. d. Primo narrat factum respensibile, q praui-
rone improbat. Secundo, pena imponit ibi, si qui ve-
ro. Et dicit hic Vinc. q hec f decre. fuit impetrata
contra cancellariu Parisiensem, qui a quolibet do-
cente, pro licentia docendi marcam argenti exige-
bat. Nota primo. ibi, dignitate assumit. q f docto-
ratus est dignitas, tex. in proe. C. ibi magisteria di-
gnitate &c. & ibi hoc voluit Iac. Butr. qui dicit per
illum tex. q excocatus, & infamis, & Iudeus do-
ctorari non possunt, per reg. infamibus, de reg. iur.
lib. 6. de Iudzo dica in. c. 1. j. de Iudais. idem voluit
Bar. in. l. fi. C. de Iudis. & sentit in. d. phem. C. & ff.
Cotrarium tu tenuit ipse Bar. in. l. ex eo. ff. de mili-
taria. vbi concludit etiam, q militia non sit digni-
tas. Bal. in. d. proe. dicit, q proprie loquendo docto-
ratus non est dignitas. Volens tenere hac opinionem,
posse rā dere ad tex. nostrum, q hic nō loquitur de
doctoribus, sed de magistris scholarium, qui in ec-
clesiis consequuntur hoc officium docendi, & in illis
reputatur dignitas. Facit tex. dum dicit de vestris ec-
clesijs. Ad tex. verō in pri. consti. C. potest rā deri, vt
dicit Bal. ibi, q loquitur de illo qui alias erat ibi, in
dignitate non tanq magister legum; sed tanquam
princeps agentium in rebus. Sed pro prima opinio-
ne, que magis doctoribus placere debet, allego, qd
f tales doctores nobilissimi appellantur, vt. l. dixi-
mus. in fi. de excus. tut. & l. prouidendum. C. de po-
stu. Facit q nō. gl. penul. in. c. penul. de postula. in gl.
2. & clem. 1. & c. penul. de praben. q adiectiuum cō-
uenit Comiti, vt. c. grand. de supplen. negli. prela.
& Vicecomiti, vt. c. accedens. vt lite non contest. &
Marchioni, vt. c. constitutus. 2. de testib. & Duci, vt
c. venerabilem. de elec. iunct. suprascrip. D. m. hic di-
cit, q saltem possumus dicere, q f doctores legen-
tes dicantur habere dignitatem, cum habeant ordi-
nariam iurisdictionem in scholares, vt authen.
habita. ne fi. pro patre. maxime si continuauerunt le-
cturam, per. xx. annos. Et non est mirum; quia effi-
ciuntur vicarij principis, & illustres, vt. l. 1. C. de p-
fess. qui in vrbe Constantin. & ad hanc dignitatem
adipiscendam sum proximis per quadriennium. Et
ex prae dictis infert D. m. f doctore militi praeferen-
dum, cum ille non dicatur habere dignitatem, vt vo-
luit Bar. in. d. l. ex eo. & hoc maxime si legit p. xx. an-
nos. & maxime si sint docto. legum; & melius si de-
cretorum. & sanctius, si theologiae. & maxime militi-
bus hodiernis, qui non ob virtutes, sed potius pro-
pter corruptelas, & propter diuitias efficiuntur mi-
lites, vt dicit Cyn. in. l. 1. C. de iur. & facti igno. qui
et dicit, q solū habent priuilegiū prius bibendi, &
praecedendi in funeribus. Quidam dicunt, q vbi est
copia docto. & paucitas militum, q miles praecedet,
vt Senis contingit; licet olim esset contrarium, &
econuerso. pro hac opinione. facit. 93. dist. c. legi-
mus. vbi dicit, q turba sacerdotū, qui venerādi sunt,
facit eos contemptibiles. & subdit ibi; quia f omne-
rarum praetiosum. 2. q. 7. sancta. Facit q no. in auth.
de cōsuli. §. si verō. col. 6. Tu dic, fm dnm Sign. Me-
dio. q aut loquimur in actu, qui conuenit doctori, &

sibi adaptat, aut in his, q pertinent ad ipsius exerci-
tiu, & docto. pferendus est. Aut in actu, & exercitio
militari, & miles pferendus. hac probant in. l. 1. C.
de offic. vica. vñ delegatus principis in delegatione
sibi facta maior est quolibet ordinario, vt. c. sanē. de
offi. deleg. Itē probatur, quia in his, q sunt temporalia
Imperator f pferatur Papae. 96. dist. c. cum ad verū. &
x. dist. c. qm. Probatur tertio; quia in his, quae pertinet
ad directū dnm; praefertur vtili. & e contra, & in his
q pertinent ad vtile, habens vtile pferatur habenti di-
rectū, vt. l. 1. cum seq. ff. si ager. vect. vel emphy. peta.
& l. 1. ff. de superfi. per tot. in. l. in cāx. §. si. ff. de pro-
cur. Itē quia in exercitio f sibi cōmissio vnusquisq;
debet praeferrī, et aliās superiori, vt. l. 1. in aliqua. §.
si. cū seq. ff. de offi. proc. & lega. p p dicitis facit q no.
in. l. 1. ff. de bo. pos. ex testa. militis. ex quibus infert,
q laudabilis consuetudo est quam seruam. f. q ille
qui disputaturus est, pponatur et Doct. in illo dūta-
xat actu. Aut loquimur in actu, seu exercitio indif-
ferenti non magis cōuenienti doctori, quam militi;
& dicit ipse, q docto. praefertur est. Mouetur plu-
ribus rōnibus, & argumentis; primo, quia tanto quis
est nobilior, f dignior qto melioribus, & dignio-
ribus praefertur, vt in auth. de defenso. ciuita. §. proinde.
& l. fi. C. de peda. iudi. & l. 3. §. si quis. ff. ne quis eum.
Facit q not. gl. in. l. si seruus. in princip. ff. de leg. 3. &
l. vrbana. ff. de verb. sig. & l. si qui. §. si. ff. de edil. edic.
sed scientia legalis, & canonica est huiusmodi, arg.
not. in. l. 2. ff. de leg. igitur &c. Secundo probatur; quia
minus nobilis f est executio alicuius actus, quam sit
illud cuius aliquid est executio, vt probatur in. l. iu-
stitia. ff. de iustitia & iure. iuncta glo. & l. si vt pro-
ponis. & l. executorem. C. de execu. rei indi. Sed mi-
litare ministerium, est executio legalis, & canoni-
stalis, vt. l. qui restituer. ff. de rei vendi. & l. 3. ff. ne
vis fiat ei. & l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cle.
Ad q etiā facit, quia disponens f est nobilior eo, q
dispositum implet; cum in implemento non dicatur
oriū principaliter effectus, vt. l. si ita. & l. cum enim.
ff. de nouatio. sed lex disponit oēs res diuinas, & hu-
manas, vt. l. 1. C. de vete. iur. enuclean. & talium dis-
positionum executionem, & implementū faciunt
arma, vt. d. l. qui restituer. & C. de iustitia. codice.
compo. in princ. igitur &c. Tertio probatur, quia no-
bilior est regens, f & de eo prior ratio habenda est
quam eius, q regit, vt. l. in conditionibus. in princ.
ff. de cōdi. & demon. C. de bo. q libe. l. cum multa. &
l. iubemus. C. de epi. & cle. sed ministerium legale re-
git ministerium militare, vt. l. 2. C. de legi. auth. ha-
bita. C. ne fili. pro patr. igitur &c. Quarto probatur;
quia prior ratio, seu f consideratio habenda est illi,
qui iustitia est proprietarius, q illius qui non est, sed
dumtaxat est minister, vel executor, vt in. l. in bello.
§. si qui. ff. de capti. & l. sed si vn. §. si quis seruū. ff. de
iure iur. & l. qui vsu. ff. si vsu. petat. cū not. in. l. 1.
eo. tit. not. in. l. iudiciū soluit. ff. de iudi. cū simi. Sed
docto. f ex insignorū traditione vr effect. proprietarius
iustitia. q pater p libri traditionē, arg. l. 1. ff.
de enict. & l. clauib. ff. de cōtrahē. empt. & l. qua ra-
tione. §. si qs. ff. de acqui. re. domi. & l. mortis cā. §. ti-
tia. ff. de dona. cā mor. pbat et ex impositione anuli
in digiti, qui platiōis signū demōstrat, vt. l. cū pater.
§. pater plurib. ff. de leg. 2. Itē p impositionē bireti,

q tan-

q tanq diadema, capiti imponit in signū gratie, &
victoriae, vt. l. 1. C. de athletis lib. x. & est signū sacer-
dotalis cuius propriū est expressē, vt auth. constituto-
re, q de digni. §. si. col. 6. & auth. quom. opor. episc.
circa princ. col. 1. probat in epist. inter claras. & in
epist. victor. C. de summa tri. quae oia cessant in mili-
te, & ex praedictis habet significationem insigniorum
17 Docto. Quinto probat quia de his, q pari f passu
ambulant, q in vno obseruat, debet, & in reliquo ob-
seruari. l. cū emptor. ff. de rei vend. & l. 1. C. de diuer.
rescrip. & l. 2. C. de priuile. fisci. & l. aspidius. C. q po.
in pig. ha. sed miles, & aduocat. eparant, vt. l. aduo-
cati. C. de aduo. di. iud. l. 1. de bo. pos. ex testa. mili. l.
pximi. C. de pximi. fa. scri. lib. 1. 2. l. ex eo. ff. de mili-
taria. l. miles. ff. de rei iud. sed nō est dubiū, q docto.
pcedit simplicē aduocatū, vt no. C. de iusti. cod. cō-
po. ver. Theophilū sumpto, arg. ab ordine literae; ergo
debet pcedere militē, quia si vinco vincentē te,
debeo vincere te, vt. l. de accessionibus. ff. de diuer.
tēpora. p. cri. cū sua materia. Sexto probat; quia mag-
gis meret f qui in se, & in aliū bonū operatur, quam
ille qui in se, vel in aliū tū, arg. l. athletas. §. ait p. tor.
ff. de infami. & l. quicumq; §. si. C. de hereti. & ideō
19 Aristo. ethico. dicit, q iustitia f est omniū virtutum
clarissima docto. tali ministerio vti in se, & in alio
allegando, & docendo. ergo pponendus est. Facit, q
dixi in. c. 1. §. eo. Septimo probat; quia licet bono
20 melius reperiat; tū superlatiuo f nō est dare sapius,
vt. l. vbi aut. ff. de ver. ob. & in proe. ff. §. discipuli. sed
scientia facit hominē nobilissimum, vt dixi. §. igitur
&c. Facit et q not. in proe. ff. vbi dicit, q Doct. de-
bent consequi maximum decus. Octauo pbat, quia
21 illud, q est inestimabile f ceteris nobilior illo, q est
estimabile, vt. l. sacra. in fi. ff. de rer. diui. & l. si. pcura-
torē. ff. de re. ha. & l. ex hac. ff. si quadri. pau. fe. dicat.
22 & l. non singulis. ff. de reg. iur. sed ciuilib; f & canoni-
ca sapiētia nullo pto pot estimari, vt. l. 1. §. est enim
quidā. ff. de var. & extra. cognit. sed militia pot esti-
mari, vt. l. fideicomissa. §. seruo. ff. de le. 3. & l. omni-
modo. §. si. C. de in offi. testa. igitur &c. Nono pbat
prior rō habenda est volētū seruare quā acquirere, vt
l. fin. C. de codicil. & l. §. si verō. C. de iure delibe.
23 sed finis f docto. est, vt prouincia conseruent. ad
hoc enim instituti sunt, vt discipulis aperiat legum
doctrinā, ex qua gubernatores Reipub. efficiuntur,
vt in proe. Infi. in fi. & in proe. ff. §. summa itaq;.
Decimo pbat ille, pro oibus honorandus est que
24 Imperator pra alijs honorat, vt. l. destituendē. C. de
aduoc. diuer. iudi. & l. 1. in fi. ff. de albo scriben. sed
Imperator pra ceteris honorat doctores, vocando
eius antecessores, vt in proe. ff. §. §. §. in principio &
in fi. & l. 2. §. tanta. C. de vet. iur. enucl. igitur &c. Vn-
25 decimo probatur; quia f quanto gradus est excellen-
tior; tanto maior annorum pluralitas exigit, vt pro-
batur in. c. cū in cūctis. de elec. & in auth. p. biteros.
C. de epi. & auth. itē nulla. eodē tit. sed maior nume-
rus annorum requiritur in doctore; nā impubes imo
26 f minor, 27. annis non potest effici docto. vt. l. 1. §.
pueritiā. ff. de postulan. traditur in. l. quidā. & ibi la-
tē per Io. de Imol. ff. de re iudi. sed impubes, & in-
fans pōt effici miles ait. l. sed si miles. §. cum autē. ff.
de excusatōnib; tur. & l. fin. C. de mili. testa. igitur &c.
27 Duodecimo pbat; quia eorū, quae maiora f sunt,

prior rō habenda est, vt. l. si vt certo. §. q. vero. ff. loca-
ti. & l. quicquid. §. cum partes. ff. de acqui. re. do. sed
doctores dicuntur reuerendissimi, & veram philoso-
phiam dicuntur sequi, vt. l. 1. C. de silentia. lib. 1. 2. &
l. 1. ff. de iustitia & iure cōiunc. l. scire oppor. §. philo-
sophi. ff. de excu. tut. Ad quem et adde illud Cicer.
cedant arma togae, & Boet. in princ. de philoso. con-
solatio. Dextra qdē eius libellos, sceptrū verō manu
sinistra gerebat. & hec vt plurimū, cōcludūt in do-
cto leg. & cano. & thelo. rōne nobilioris subiecti. De
medicis non curemus, ipsi cām suā defendant. Alia
plura, arg. quae allegat idem. D. Segno. breuitatis cā
omitto. Satis sit facti dixisse veritatem. & fortifica-
se cām nostrā, & praedicta cōclusio indubitanter p-
cederet in docto. legentibus maxime si legant p. 20.
annos. Et ex praedictis subtilis indagator facillimē
poterit inuestigare quis sit praefertendus, an magister
in sacra pagina, vel in iure canonico, vel ciuili; nam
28 rōne subiecti f magister est praefertendus, vt D. m. in. c.
tūc. de cleri. non residen. eadem rōne docto. decre.
est praefertendus legita. Facit. c. fi. j. eo. & eadem rōne
legista pferatur medico. Et p praedicta conclusione
faciunt plura ex argumentis. §. formati; & tenet ex-
pressē D. m. in. c. clerici. de iudi. & praeter praedicta
29 argumenta probat secundo; quia f illa scientia dici-
tur excellentior cuius subiectū est nobilior. Facit in
auth. quō oportet episco. Sicut et dicimus, q tanto
30 quis maior f est, quanto melioribus praefertur. in auth.
de def. ciuit. §. 1. Oldr. cōsil. 1. 04. no. l. fin. C. de pe-
dan. iudi. & in. l. si seruus. in princ. ff. de leg. 3. & l.
vrbana. ff. de verb. sign. Sed nō est dubiū, q subie-
ctum f theologiae est nobilior imo perfectissimum,
& optimū; quia Deus. Ergo magister in sacra pagi-
31 na praefertendus est. Itē f subiectum iuris canonici est
homo, dirigibilis non simpliciter in bonum cōe; sed
etiam in Deum, fm fidem, & sacras regulas, vt. §. in
proemio decretalium. & tradit Io. And. post magi-
strum Gem. de Senis, in regula, peccatū. de reg. iur.
lib. 6. in Mercur. dixi. j. de vsur. in. 4. q. 4. mēbri prin-
cip. tenet D. m. in. c. clerici. de iudi. Sed subiectum
32 f iuris ciuilib; simpliciter tendit in bonū cōe, prout
congruit humane societati ciuili uienti, vt tradi-
tur in dictis locis. Subiectum f verō medicinae est ho-
33 mo egrotus. sed D. m. melius dixisset, corpus sana-
bile. Nam medicina versatur circa corpora sana, vt
sanitatem conseruet; & circa egra, vt ea pristinae sa-
nitati restituat; & circa neutra. de quo apud eos. Er-
34 go inter eos doctores prius praefertendus f docto.
iuris canonici; secundo, docto. iuris ciuilib;. tertio
docto. medicinae. Si quis autē esset docto. f in iure
35 canonico, & ciuili, praefertendus esset simplici cano-
nicū; quia duplex funiculus difficilē rumpit. c. 1. de
treuga & pace. & in auth. post fratres. 1. C. de legit.
heredi. nisi f secūdū, q dicit Petr. de Ancha. c. 1. de
36 Parochijs. & D. m. assumpsisset quis gradū in iure ca-
nonico, potius honoris causa, ignarus penitus pra-
dictae scientiae, vt faciunt quidā, qui ignorant ordi-
nē decreti, & rubricas decretalium. nā tūc debet pra-
cedere habens gradum iuris canonici, si excellentior,
& docto. sit, argm. l. nemo. C. de offi. magistra. offi-
cio. ibi, is gradu ceteros antecellit que stipendia me-
liora, vel labor prolixior fecerit ante ire. Et aduerte;
37 f q praedicta circa praedictionis praerogatiā proce-
par. j. CC iij dunt



dunt ceteris, & paribus, & tēporis, & sciētiae, & simi-  
liū aliās aut possent essent tales qualitate, & pbitate  
magis vnus quā alter, q̄ doctōr ēt legum prāferen-  
dus esset canonistā. Dato enim, q̄ canonista esset  
omniū indoctus dicemus, & legista doctissimus  
ne canonistā prāferendum? Nequaquā iudicio meo.  
Præterea, & si ambo eodē tēpore existissent docto-  
res, † & essent æquales in gradu, & in sciētia, & vnus  
ditiu legit. maximē si per viginti annos alter nō. cui  
dubiū, q̄ iste esset prāferend⁹, per ea quæ. s̄. dixi. Est  
39 ēt ratio habenda approbatoris. † Data enim paritate  
in ceteris ille prāferendus est, qui à superiore, & di-  
gniore approbatus est. Et ideō approbatus à sum-  
mo Pontifice, & à principe, † prāferendus est ap-  
40 probato ab inferiore, vt not. in. c. per tuas. de maio-  
ritate, & obedientia. & fortē anteriori in tempore,  
arg. c. hi qui. 2. respon. de præben. lib. 6. dūmodo nō  
essent doctores bullati. Prædicta, & similes qualita-  
tes in prædictis considerandæ, & ponderandæ sunt.  
41 Quid autē de eo, † qui prius est licentiatus, & post-  
alium doctoratus, an debeat pcedere qui postea do-  
ctoratus fuit. Audiui D. m. ad hoc allegantē, q̄ pri-  
mo licentiatus debet præcedere; & hoc dicebat tene-  
re Io. Cald. in. c. capitulū sancte Crucis. de rescrip. q̄  
tex. satis benē probat. possit tñ etiam in contrariū  
adduci; sed non insisto. Secundo not. s̄m D. m. arg. q̄  
42 † in quolibet loco, si non sit regia ciuitas, pōt studiū  
constitui. sed hoc non, v̄ mihi hic probari hic, dic,  
vt Bar. in proe. forū, & in. l. fed & reprobati. de ex-  
cus. tut. vide latē D. m. in. c. tue de cleri. nō resid. Vl-  
timo not. ex fi. ibi, spoliatis, † q̄ hoc verbum ponitur  
hic in bonam partem; licet quandoq; ponatur in  
malam. de quo in. c. conquerēte. de resti. spol. & ibi,  
43 per Io. An. In si. gl. penul. dic, Doc. cōiter \*sequunt  
gl. pro qua facit, s̄m Hosti. quia aut cupiditas mouet  
eum, & hoc debet extirpari; quia damnabilis est; vt  
hic. Aut inuidia, † & ēt reprobatur. 8. dist. c. qui cō-  
44 tēpta. 26. dist. c. esto. Aut odiū, vel alia corruptela, &  
idem arg. i. i. q. 3. c. quatuor. Nec ob. q̄ ipse fit mul-  
tū idoneus; quia hoc non obstante expedit colle-  
gam † habere, vt. c. fi. de offic. archid. Itē secundum  
Hosti. & Io. And. potissima ratio, quia possit esse ta-  
lis, qui licet esset idoneus; non esset tamen gratus  
audientibus tum ratione affectionis tum credulita-  
tis; quia oportet addiscentem credere.

C A P. IIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Magister in vnaqua; cathedrali ecclesia, vel alia in fa-  
cultatibus sufficienti debet à prelato, & capitulo ele-  
gi, & eidē assignari redditus vnus præbende in metro-  
politana, et Theologus, quibus si præbenda nō sufficiat  
Theologo prouidendum est de præbenda, magistro autē  
de aliqua ecclesia in ciuitate, vel diocesi. & nu. 3.
- 2 Discere detrahatur quis à dicēdo propter inopiam, & ca-  
rentiam docentium.
- 4 Præuilegium tandiu durat, quādiu durat causa.
- 5 Monachus an possit assummi in magistrū. nu. 13. limita-  
nume. 14.
- 6 Monachus debet habere officium, plangētis nō docentis.
- 7 Collega non debent iungi homines disparis professionis.
- 8 Monachus nō pōt pariter insistere diuinis, & monasticā  
regulam districte tenere. nu. 17.

- 9 Monachus vix bonum clericū facit.
- 10 Citara non benē consonat cum psalterio.
- 11 Monachum doctum melius est proponere cathedra, quā  
clericum, aut presbyterum indoctum.
- 12 Doctores idonei in docendo, qui primum moribus, deinde  
facundia præstant.
- 15 Monachus non habet officium docendi, nisi eligatur.
- 17 Scholares destinantes horas studio, & inuisendis amafijs  
laudantur.
- 18 Docentes omnes tendunt ap vnum finem docendi, & si  
sint diuersarum sciētiarū, & diuersarum p̄fessionum, &  
religionum; nam & vnum corpus. nu. 19.
- 20 Monachus, ac religiosus pōt assummi ad curā animarū.
- 21 Scientia habet in se pietatem.
- 22 Collectam an doctores à scholaribus colligere possint. nu-  
me. 24. & seq. cum limit. & declar.
- 23 Diuitie repudiata à Cratete Philoso. et ab Anaxagora.
- 25 Doctores iuuenes nouiter legere cupientes, non debent fa-  
cere collectam.
- 26 Doctores iuuenes legentes magis legendo docent, vt do-  
ceantur, quam vt doceant.
- 27 Conductus, & contrahens, & si non dicatur at tamen in-  
telligitur, secundum consuetudinem loci.
- 28 Studia celebrantur vt scholares consuunt, & pecunias  
dimittant.
- 29 Aduocatus an exigere possit, ac pacificè licitè de salario  
cum clientulo.
- 30 Scholares nobiles, ac magnifici bene faciunt donare ma-  
gistris suis.
- 31 Nobilius est dare quā accipere.
- 32 Salarium si non existant præbenda, quæ magistris possit  
assignari, an, & qñ & ex quibus ecclesijs, ac beneficijs  
sibi debeat prouideri. & nu. 34.
- 33 Præbendarum difalcatio est prohibita si perpetuo non  
si ad tempus fieret.
- 34 Iuramentum in omni iuramento intelligitur excepta au-  
toritas superioris.
- 35 Scientia, & si sit quid spirituale at tamen licitè permuta-  
ri potest cum spirituali.

**Quia.** In qualibet cathedrali ecclesia, vel  
alia in facultatibus sufficienti de-  
be à prelato, & capitulo eligi vnus  
magister, cui debent assignari redditus vnus præben-  
da. In metropolitana verò ecclesia debet etiā eligi,  
& theolog⁹, & si p̄benda nō sufficiat vtriq; , p̄uideat  
Theologo de p̄benda grammatico vero, p̄uideat de  
aliqua ecclesia, in ciuitate vel diocesi. h. d. primo ponit  
antiquum consilium. secundo illud innouat, &  
supplet secunda ibi, verum. ¶ Not. primo † duas  
causas propter quas quis detrahitur à discendo, vi-  
delicet inopia, & carentia doctorum. Secundo nō. q̄  
† non solum in ecclesia cathedrali debet esse magi-  
ster; sed in qualibet alia in qua facultates sufficient.  
& idem in regularibus ecclesijs, & monachorum, vt  
in cle. ne in agro. de stat. monach. Tertio not. ibi, sed  
tādiu. q̄ † tādiu debet durare priuilegiū q̄ diu durat  
cā stipēdij, & priuilegiij. c. cū ibi sancte de app. Vlti-  
mo not. summarium. Sed quæro, quia hic in text.  
& c. præcedenti. requiritur, q̄ doctōr sit idoneus,  
vtrum † religiosus, & maximē monachus possit as-  
sumi in magistrum. Hosti. hic dicit q̄ non; quia de-  
bet habere † officium plangentis, non docentis. 16.  
q. 1. c. monachus. & seq. Itē facit, quia homines † di-  
sparis

sparis professionis simul non sunt iungendi. 16. q. 7.  
c. in aona aetione. & in clem. 1. de elect. Facit etiam  
96. q. 1. nemo potest. vbi dicitur, quod quis simul  
non potest insistere diuinis pariter obsequijs, & mo-  
nasticam regulam districte tenere. Facit etiam. 16.  
q. c. legi. ibi, bonus † monachus aliquādo vix bonum  
clericum facit. & quia † nō benē concordatur Cytha-  
ra cum psalterio, de cleri. coniug. c. dilectus. cum in  
finitis simil. In contrarium verò allegat. 16. q. 1. sic  
vide. & c. si clericatus. vbi Hier. monet monachum,  
11 vt discat. Item facit; quia † melius est p̄ponere cathe-  
dra monachū doctū, & honestū, q̄ secularē psbyte-  
rū indoctum; ead. q. c. sunt nonnulli. maximē cū isti  
gratis doceat, nec idonei sunt prohibēdi; sed hi sunt  
12 † idonei, q̄ primum moribus, deinde faciūdi p̄stant,  
vt dixi. c. 1. s. eo. Tu dic, s̄m Host. quem sequitur Io.  
13 And. q̄ aut † monachus se ingerit, & repellitur, vt in  
iuribus pro prima parte allegatis. Aut habet licen-  
tiam, & admittendus est, vt. d. c. doctōr. & c. mode-  
ramine. & c. sunt nonnulli. 15. q. 1. vbi patet, qd̄ mo-  
nachus potest promoueri ad ecclesiam secularem; &  
q̄ si promouetur, licitè prædicat, & omnia sacramē-  
ta ministrat; idem ergo dicendum si promoueretur  
ad officium docendi, q̄ resultat in vnus ecclesie vti-  
litate, dum modō † abstineat à sciētijis prohibitis,  
14 vt. s. ne cleri. vel mona. c. non magno. c. fi. & dicit ad-  
uertendum esse. Facit quod notat. j. de stat. monac.  
c. quod Dei, & j. de hæreti. c. cum ex iniunctis. & c.  
15 excōicamus. s. quia nō. non ob. q̄ † monachus non  
habet officium docētis, quia illud est verum, nisi ad  
illud eligatur. Ad. c. nemo. responde, quod verū est;  
16 q̄ † eodē momento non pōt diuinis vacare, & cathe-  
dra seruire, quia imo pōt; sed in diuersis horis, & hic  
17 vidi † optimos scholares qui certas horas, & in vi-  
sendis festiuitatibus, & amafijs impartiebant; & cer-  
tas studio. Ad. c. in noua. rñde, quod loquitur de cō-  
traria professione; sed hic non dat contraria profes-  
18 sionē; nā oēs † magistri tendunt ad finem docendi; li-  
cet enim in vniuersitate studij sunt diuersæ faculta-  
tes, & diuersorum hoīum corpora, diuersa studia se-  
ctantium; tñ vna est vniuersitas, & vnum corpus, li-  
cet in ea sint laici, & clerici, canonistæ, & legiste. Fa-  
cit etiam pro prædicta decis. quia † si religiosus pōt  
20 assumi ad curam animarum; fortius debet posse p̄-  
mouere ad officij docendi, cū ex eo resultat vtilitas  
totius ecclesie; vt. c. seq. & c. ex eo. de elect. libr. 6. &  
21 maximē; q̄ † scientia hēt in se pietatē. ¶ Glo. in ver.  
22 paupes. q̄rit † an Doct. licitè possit exigere collectā  
à scholaribus, & arguit, q̄ non; & sol. dist. inguēdo. In  
ead. ibi, Socrates. dic, q̄ debet dicere Crates; q̄ So-  
crates fuit Atheniensis, nō Thebanus; & hic Crates,  
23 vt dicit Hier. ad Iouianū. 3. post princ. † sic Cratē fe-  
rūt dixisse diuitijs. Abite pesum malę cupiditates.  
Ego vos submergā, ne submergar à vobis. Valerius  
lib. 8. c. 7. ait, cū à studio reuers⁹ fuisset Anaxagoras  
Clazomenius philosophus, & fundos incultos inue-  
nisset, dixisse fertur, non essem saluus, nisi isti fundi  
perijissent. In fi. gl. dic. gl. 37. dist. c. de quibusdā. lati⁹  
24 hanc. q. assumit, & tandē Barth. Brix. ibi, in addi. te-  
net, q̄ † licitè possit doctōr collectam facere. Rayne.  
25 & Gof. in sum. hui⁹ rituli tenēt contrariū, dicentes,  
q̄ si aliqd̄ exigat à paupibus, vel à clericis ecclesie;  
à qua doctōr recipit bñficiū, quasi spūale, teneat fa-

cere ex officio; & si pp id aliqd̄ exigerent committe-  
rent symonia. c. nemo. de symo. 1. q. 3. c. vendētes. &  
c. nō solum. Sed Gof. hic tenet, q̄ † Doctores. iuuenes  
25 nouit legere incipiētes, nō debēt facere collectā; q̄  
26 † potius docent, vt doceantur, q̄ vt doceant; & se de-  
bent inuitare ad legendū anteq̄ inuident; sed antiq̄  
posūt. Hosti. hic dicit, q̄ si nō eget, nō debet colle-  
ctā facere; si verò eget, debet sibi à diuitib⁹ p̄uideri;  
dicit tñ se nunq̄ p̄ sui sustentatione collectā fecisse.  
D. Ant. dicit, quod nouitij non debent, qui docent vt  
doceant, nec antiq̄, quib⁹ est ordinatū salariū. D. m.  
distinguit; & melius, q̄ aut est consuetudo, vt fiat col-  
lecta, aut non. Primo casu pōt, et si habet salarium;  
licet in eius cōducta nō fiat mētio de collecta; quia  
licet fuerit simpliciter conductus; nihilominus intel-  
27 ligitur conductus, † & contraxisse s̄m consuetudinē  
loci, vt. l. quod si nolit. s. qui afsidua. ff. de ædil. edic.  
& l. fi. C. de fideiuss. Facit. l. si fundus. ff. de euct. Bar.  
in. l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis. dum tamē  
non exigat à pauperibus, arg. 17. dist. c. sicut. Secūdo  
casu dic, q̄ si est sibi ab ecclesia cōstitutū salariū, vel  
bñficiū in stipendiū, q̄ tunc à clericis et diuitib⁹, vel  
ab alijs, quos tenet docere, s̄m formā. c. nos tri. & c.  
1. s. eo. cū sim. non pōt aliqd̄ exigere, ab alijs diui-  
tib⁹ pōt; sed si habet salariū ex publico; vt cōiter est  
in oibus studijs Italię, tunc indistinctē nō possūt col-  
lectā facere et à forensibus diuitib⁹; q̄ tale salarium  
et pp illos v̄ constitutum, immō vt plurimum ho-  
die † studia celebrantur, vt forenses consuunt, & pec-  
28 unias dimittāt. Nec ob. si diceret, q̄ hoc salarium  
v̄ succedere in locū salarij ab ecclesia cōstitutū; er-  
gō dēt sapere illi⁹ naturā; q̄ hoc nō est verum, cum  
sit diuersa rō, vt patet ex p̄dictis. Vtrū autē † aduocat⁹  
29 exigat salariū pro patrocinio, & an licitè de eo paci-  
scat, & qualiter, & qñ, dic, vt in quodā tractatu, quē  
30 feci de postulando. s. 18. † Nobiles autē scholares, &  
31 magnifici benē facerent donare magistris suis; † cū  
beatius sit dare, q̄ accipere. c. cū Marthę. de celeb. mis.  
s. in canone. Gl. s̄m. primo q̄rit, & sol. deinde in versu.  
sed nunq̄. q̄rit, & allegat pro, & cōtra; & sol. Tertio  
in versu. itē nunq̄. q̄rit, & sol. In eadem, ibi, quousq;  
dic, secundum Vinc. Host. & Abba. q̄ de cōi proui-  
32 debīt donec vacet; vñ vult Host. q̄ † qlibet de eccle-  
sia debet tñ de suo dare, q̄ faciat verā p̄bendā, arg.  
c. fi. de his q̄ sūt à mai. part. cap. & de eccle. ædifi. c.  
33 de his. Nec ob. c. cū cām. de p̄b. vbi † phibet dif-  
falcatio p̄bendarū; quia intelligit qñ fieret defalca-  
tio p̄petua; hoc verò donec magister legerit, & præ-  
benda vacauerit, & ex publica vtilitate, quæ præferē  
priuate, cuius cā est permisa p̄petua diuisio, & sic ex  
cā legitima, vt. s. de p̄ben. c. vacante. D. tñ m. dicit,  
q̄ hoc credit, si mō redditus superesset canonicis; vi-  
gore tñ huius cōstitutionis non ardent, quæ inten-  
dit, vt prouideat de præbenda ecclesie. In ead. ibi,  
34 Io. And. quia † in oī iuramento intelligit excepta au-  
toritas superioris, de iureiur. c. veniens. In ead. ibi, mo-  
dicum tps̄ expectare. dic, de hoc vt habet in. c. si tibi  
concesso. de p̄ben. lib. vj. In fi. gl. dic, s̄m Hosti. quod  
35 licitè potest interuenire hæc pactio; nā hæc scientia  
est, quid spirituale, quæ potest licitè permutari cum  
spirituali, vt. c. ad quæstiones. de rer. permut. & hoc  
placet Io. And. & D. m.

- 1 Prælati, & capitula ad studia theologie scholares dociles mittere tenentur; & ipsis providere, si non habeant modum.
- Scholares per quinquennium dum existunt in studio percipiunt fructus suarum prebendarum, & si absentes.
- Magistri dum legunt, etiam si absentes, percipiunt fructus suorum beneficiorum.
- 2 Scholares volēs studere debent esse dociles, subtilis ingenio, tenax memoria, & robusti corporis, & quare.
- 3 Docere non admittitur ad docendum Neophitus, & ibi ratio.
- 4 Clerici si studium non est in loco, debent mitti, quo est studium.
- Romanorum decem Principum filij fuerunt alio, pro adiscendo transmissi.
- 5 Scientia parit aeternitatem, et perpetuitatē in hoc seculo.
- 6 Doctor sicut firmamenti splendor. & nu. 8.
- 7 Discipulorum honorum est defensare opiniones; & auctoritates sui Magistri.
- 8 Doctores sunt sicut stelle firmamenti.
- 9 Doctores magis sunt privilegiati in docendo, quam discipuli in adiscendo.
- 10 Studium ad studium commorari sufficit quinquennium, & num. 15.
- 11 Studium commorantes ad studium videntur laborare pro utilitate, & commodo totius ecclesie.
- 12 Dociles qui dicantur.
- 13 Scientia docibilis, homo docilis.
- 14 Dociles si non fuerint ad studium missi, possunt implorare officium superioris, vt cōpellat prælatus ad eos mittēdos.
- 16 Studium ad alia studia quam Theologia est necessaria licentia Papæ clerico. Limit. ibidem.
- 17 Fructus ex prebenda percipiendi in absentia, an intelligatur concessi, data licentia ad studium accedendi.
- Nisi studium prout vt Bononiense haberet privilegium huiusmodi. nu. 18.
- 19 Studium ad studium transmissis, an possit referri. q. q. non sunt dociles, vel q. non student. nu. 20. Vel q. sunt multi, sine plures, quam sustineri possint. nu. 21.
- 22 Privilegio, in absentia percipiendi fructus ex sua prebenda, qui gaudeant.
- 24 Scholares non intrantes, nec studentes non gaudent privilegio scholarium. intellig. vt nu. 26.
- 25 Scholares facientes castra, et numerantes tegulas nō sunt scholarium privilegij honorandi. Declara. vt nu. 26.
- 27 Studium melanchomiam generat.
- 28 Scholares debent, & domi, & in scholis dare operam literis.
- 29 Scholaris transmissus ad studium a prælato, si in scholis Theologiae, & domi iuri canonico det operam; an perdat privilegium huius cap.
- 30 Studium iuris canonici tendit in utilitatem vniuersalis ecclesie.
- 31 Studium missus a prælato ad studium, an in principio quinquennij possit percipere, & vendere omnes fructus ipsius quinquennij. Et si hoc faciat, an successor veditio-nis stare teneatur. ibid.

Super specula. Prælati, & capitula ad

studia theologie scholares dociles mittere tenentur, q in absentia redditus prebendarū suarum p quinquennium licitē recipiunt; & si proprij redditus nō sufficiunt ad studij sustentationē, prælatus cū capitulo debet eis providere; magistri verò donec docuerint, integrē percipiunt fructus prebendarum suarum. h. d. diuiditur. Primo, ponit consilium antiquum. secundo, addendo illud corroborat, ibi, statuetes. & est pars. c. super specula. s. ne clerici, vel monach. & c. super specula. j. de priuil. ¶ Nota primo, ¶ qualis debeat esse volens studere, debet enim esse docibilis, & subtilis ingenio, & tenax memoria. Itē debet habere corpus robustum; quia Dea scientia est Minerua, minuens neruos; & ideò his carentes, & maximē docibilitate, deberent potius se abstinere, ne inanibus sumptibus laborarent, & parentes fatigaret. Secundo not. ibi, cū docti fuerint. arg. quòd ¶ Neophitus non admittitur ad docēdum; quia quis non secundum proprium sensum, sed secundum patrum traditionem, & scripturarū veritatē docere debet. 37. dist. c. relatum. & c. cū in magistrum. Tertio not. quòd ¶ si studium nō est in loco, debent dociles clerici mitti ad studiū theologie. vñ narrat Vale. lib. 1. c. 1. q. Romanis, tñ studium amplificandæ religionis fuit, vt decem principum filij ex fenatris consulti singulis Hetruriz populis percipiendæ sacrorū disciplinæ gratia traderent. Quarto not. q. per ¶ scientiam quis acquirat eternitatem, & perpetuitatem in hoc seculo. ¶ Doctor. n. vñ splendere sicut firmamenti splendor, & dicitur splendor multū illuminans, vt .c. cum ex iniuncto. j. de hæreti. quia sicut firmamentum semp manet; ita & literatus pp scientiæ memoriā. Aut pp cōmentaria cōdita semper viuunt, vel per bonos discipulos, qualis fuit Plato a Socrate; nam ¶ bonorū discipulorum est auctoritates, & opinionēs magistri defensare, vt fecit I. C. in. l. quale. s. r. alias dicere. ff. de arbit. Ili tñ vix moriunt, vt Boet. Iā nos seculi mors manet; q. tps de fama triūphat. Quinto not. ibi, ¶ qui velut stelle. text. not. quotidie allegabilem, qui sumptus fuit ex proemio Hyer. sup Biblia. Sexto not. q. ¶ magis sunt privilegiati magistri in docendo, q. discipuli in adiscendo, rō est; quia docere in magistro debet esse perpetuum; sed discere in discipulo nō debet esse perpetuū, & satis vñ collihi hic, q. ¶ sufficiat quinquennij ad studiū, q. ¶ pbat in proq. florū. Vltimo not. q. ¶ studio insistentes videntur laborare pro utilitate, & cōmodo totius ecclesie; vt. c. cum ex eo. de elect. lib. 6. ¶ Glo. in versu. docibiles. quærit in princ. ¶ qui dicantur docibiles. deinde declarat tex. cui est adaptandus finis glo. & in medio super, versu. sed vt quid. opponitur de superfluitate respectu obseruantiz. In eadem, ibi, habiles ad docēdum. dic. fm Io. And. q. melius dixisset dociles; quia ¶ scientia est docibilis, & homo docilis. Aduerte tñ; quia glo. vñ errare, dum dicit, quòd tex. debet intelligi de aptis ad docendum; & sic de doctoribus, aut de magistris; quia tex. loquitur de scholaribus, vt patet ibi, qui cum docti fuerint, & c. In fine glo. dic. Hæc glo. debet intelligi de his, qui missi

- 14 missi sunt auctoritate huius. c. & ¶ si aliqui essent dociles, & non mitterentur; possent implorare officium superioris, vt compelleret prælatum, & capitulum ad mittēdum eos. Facit. c. nullus de iur. patron. ¶ Glo. in versu. per annos quinque. quærit, & sol. & contra solut. oppo. & non soluit. In eadem, ibi, in primis. dic. f. docentibus & hoc etiam tenet hic Hosti. quia semper expedit, quòd doceant. In fi. glo. dic. quòd ideò hæc clausula per ¶ quinq; annos non refertur ad præcedentem literam, hoc est ad docentem; quia illa habet suam specialem determinationem; videlicet, dum in scholis docuerit; secus vbi non haberet specialem determinationem, vt in contratio, de qua materia dic. vt latissimē dixi in. c. secūdo requisit. s. de appell. Glo. pen. quærit sol. & infert. In ea. ibi, auctoritate huius constitutionis. dic. hoc videtur verum respectu ¶ studij in theologia; sed respectu ¶ studij aliarum facultatum videtur necessaria indulgentia Papæ, vel prælati, vel a statuto, vel a cōsuetudine. Hęc tamen limitatio non videt procedere in studio iuris canonici; sed dic de hoc vt statim dicā.
- 17 Vtrum autem eo ipso quòd ¶ prælatus, dat licentiam clerico absentandi se studij causa, videatur concessa licentia percipiendorum fructuum in absentia; Archid. dicit, quòd sic. 37. dist. c. de quibusdam. quia aliās talis licentia nihil videtur operari, vt. c. si Papa. de priuile. lib. 6. lo. And. tenet contrarium in. c. tuæ. de cler. non resid. per illum tex. qui videtur requirere, quòd vltra prælati licentiam habeat indulgentiam percipiendorum fructuum; & si tu diceres, quid operatur licentia; respondeo, quòd satis; quia non poterit puniri ex eo quòd nō residet in beneficio. Facit. c. cum in cunctis. s. cum verò. de elect. quod verum dicit
- 18 Io. And. nisi istud studium ¶ ad quod accedit, haberet privilegium percipiendorum fructuum in absentia, vt est Bononiæ, secundum eum; & idem dicit in. c. i. de cler. non resid. lib. 6. ¶ In eadem glo. ibi, faciam. dic. & pro hoc facit, quia non potest allegari in cōtrarium statutum, aut cōsuetudo, put dicitur
- 19 hic; dicit tamen Hosti. & sequitur Io. And. quòd ¶ talibus possit referri quæstio, quòd non sunt dociles; & circa hoc expectanda esset licentia, seu declaratio superioris; aliās sequeretur, q. inhábiles possent ire; sed hoc mihi non placet, quia si ipsi iuerunt; aut iuerunt tanquam missi, & electi a prælato, & capitulo, & sic fuerunt electi tanquam dociles, & non possent, qui elegerunt, contra factum proprium venire. Aut iuerunt sine electione, & licentia; & tunc arbitrator, quòd non sit locus tex. nostro respectu studentium; quia tex. videtur requirere duo, quòd eligant, & quòd electi habeant licentiā percipiendorum fructuum; & hoc facit pro opi. Io. And. de qua. s. Sed bene arbitrator, quòd ¶ possit referri quæstio, quòd ipsi non student, prout debent, vt statim dicam. Itē post
- 21 set obit. secundum eum, ¶ nimia multitudo. Facit. c. penult. j. de cler. non resid. & quod not. in. c. vbi periculum. s. præterea. de elect. lib. 6. quod ego intelligo respectu compulsionis, vt fuit electio; sed si plures essent electi, & missi; non video, quòd debeat obstare multitudo. In fi. glo. dic. hæc auctoritas habetur Math. c. 20. Vlt. quærit hic Hosti. & post eum Docto.
- 22 ¶ qui sint, qui gaudeant hoc privilegio. Solut. dic. quòd studentes in theologia in studijs generalibus,

non in villis, aut castellis, de cler. non resid. c. tuæ. Et volunt hic Docto. quòd non sufficiat ¶ moras trahere in studio; sed q. debent studere. 16. q. 1. c. generaliter. Et licet quandoq; diuertant ad curiam Romanam, vel ad alium locum tamen gaudent privilegio, ex quo habet animum de proximo redeundi, de penit. distin. 1. c. diuortium. Et placet mihi hæc opinio;

24 quia ¶ scholares nō intrantes, & nō attendentes, nec studentes, non gaudent privilegio scholarium, nec scholares sunt nominandi, vt notat Io. de Lign. in proq. clem. & ibi dixi. Facit tex. in. l. 1. in fi. C. de stud. lib. vrbis Romæ. vbi gl. dicit, not. tex. contra scholares, ¶ qui malē attendunt, qui quandoq; edificat castra, & quandoq; numerat tegulas; & idem dicit D. Domin. in proq. 6. not. Bar. in. l. qui sub prextu. C. de sacrosan. eccl. D. m. in. c. 1. in fi. de iud. & idem dicit si inhonestē viuat, per. l. agentes. aliās incipit per id tēpus. C. de curios. & statio. lib. 12. excusant ¶ tñ quòdoq; a quibusdam facetijs, & fracharijs, vt paulisper leuentur a labore ¶ studij, quod melanchomiam generat, vide glo. 22. q. 5. c. caute. quæ dicit, quòd scholaris habitu, & non effectu puniri debet, vt mendax. Et volunt hic doctores redeundo ad materiam principalem, quòd ¶ non solum debent studere in scholis theologiae; sed et in domo. Vnde dicit hic Hosti. q. si ¶ quis in scholis audiret theologiae, & in domo haberet bacchalaureum, qui eum doceret ius canonicum, quòd non debet gaudere hoc privilegio; & sic sentit, q. studentes in iure canonico non gaudent privilegio. c. nostri. Contrarium tenet Archid. de priuile. lib. 6. c. 2. & 37. dist. c. de quibusdam. Idem etiam videtur sentire Lap. de studentibus iuri ciuili; sed cōmuniter reprobat. De ¶ studentibus autem iuri canonico est maius dubium. D. m. hic, & in. c. tuæ. de cler. non resid. tenet opinio. Archid. quia tale studiū cedit in utilitatem vniuersalis ecclesie, vt. c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Facit. c. præcedens, & quod not. in. c. 1. de consang. & affinit. ad tex. nostrum potest responderi, dum dicit, in theologia. subaudiendum est,

31 maximē. Vtrum aut ¶ tales in principio quinquennij possint vendere, & recipere omnes fructus illorum quinq; annorum, doctores communiter ¶ tenent, q. non per tex. nostrum, dum dicit, per annos quinq; & sic denotat cōtinnuationem; an autem si hoc faciat successor teneat stare, dixi latius in. c. fi. s. tit. prox.

De iudæ. & sarracenis Rub.

- 1 Continuatio Rubric. ad superiora.
- 2 Iudæi sunt qui ad literam legem Mosaicam tenent.
- 3 Iudæi dicuntur, qui adherent literæ, quòd nec Christiani, nec Iuristi debent facere.
- 4 Leges scire est vim, non verba earum tenere.
- 5 Iudæi dicuntur a Tribu Iudæ.
- 6 Iudæ Tribu fuit dignis. & magis bellicosa.
- 7 Iudæi sunt dicti Israelitæ; & quare.
- 8 Iudæus dicitur confessor, siue confitens, & quare.
- 9 Iudæi dicti ad Heber; & quis iste Heber. nu. 10.



- 11 Sarraceni qui sint; & dicuntur cœlicolæ. & quare nu. 12. item & Pagani nu. 13. & vnde nu. 16. & nu. 17.
- 14 Pagus quid sit, vnde dicatur, & cuius aspectus. nu. 15.
- 18 Samaritani vnde dicti.
- 19 Seruus dupliciter accipitur. Immo & tripliciter nu. 20. Et serui vnde dicti. ibid.



Continuatur hæc rubrica ad præcedentes hoc modo: visum fuit. S. de his, q. Spiritum sanctum per symoniã vendendo, Deum blasphemãt; vñ cõpetenter videndum erat de his, qui malè colèdo Deũ de-honorãt; vt sunt Iudæi, & Sarraceni; idèò submittitur hic rubr. de Iudæis, & Sarracenis. verũ quia plura specialia circa eorum seruos reperiunt, idèò subneçit, & tertio loco de eorũ seruis. & not. q. Iudæi sunt hi, qui ad literam, Mosai cã legem tenent, circuncidèdo, & alia legalia veteris testamenti ad literã faciendõ; nõ considerantes, nec attendentes ad vim, m̃tem, & p̃tatem verborum; & hinc est, q. Iudæi nimis adhærent literæ, Iudæizare dñr, vt. S. de sac. vn. c. 1. §. pen. q. Chriani nequaquã facere debèt. 6. di. §. pen. & c. translatõ. de cõsti. & c. cum Marthã. S. de cele. mis. nec èt Iurista, q. qm̃ scire leges non est verba earũ tenere, sed vim, ac p̃tatem, vt. l. scire. ff. de legi. & ff. de ver. sign. Iudæi aut dñr a tribu Iudæ, q. quæ inter. 12. tribus Israel fuit dignior, & magis bellicosa, & primam aciem, ac regni priuilegium obtinuit; vnde solum ex ea Rex eligebatur; sicut ex tribu Levi Sacerdotes accipiebantur. Plurimi autè Iudæi ante scissurã. 12. tribuum Hebræi, seu Israeliti dicti sunt. Sed ex quo in regna p̃dictus populus, qui Dei populus appellabat, diuisus in tribus fuit de stirpe Iudæ, quæ Reges habebat. Iudæorũ nomen sortitus est. Reliqui verò antiquum nomen retinuerunt. Vnde iudæi nomen, scissuram quãdam significat; & interpretatur Iudæus confessor, siue confitens; sed talis interpretatio non conuenit eis; postquam Christum crucifixerunt; quia potius defensores sunt; hæc ponit Catholicõ. Iudæi autè dicti sũt ab Heber, qui fuit p̃nepos Sem, abnepos filij Noè; & interpretatur transitus, eo quòd ab illa gente trãsire, & recedere deberet Dominus. Et iste Iudæus a quo dicti sunt Hebræi fuit ille, qm̃ Dama. & refert Hosti. in sum. eo. tit. §. 2. in fi. cuius familia cultum tenuit Dei ceteris idololatriæ fãdatis. Iudæi verò hi sunt qui innumeros Deos Deasq; colũt; vel re-ãtis loquẽdo, demones adorãt; & isti nõ receperũt nec vetus, nec nouũ testamẽtum, licet quidã ex eis receperint. 7. libros Moyfi; vt hic dicit Io. And. & tradit Hosti. in sum. in tit. de Sarrace. §. 2. & Spec. eo. tit. Hi Iudæi cœlicolæ appellãtur per ius ciuile, vt rubr. C. de Iudæ. dñr enim ibi, de Iudæis, & cœlicolis; & glo. dicit ibi, q. cœlicolæ sunt qui planetas colunt, quidam tamen Sarraceni hodiè colunt Machometum. Hi etiam Iudæi dicuntur, quasi extra fidem nostram. Dicitur enim Iudæus a paga græcè, quòd est villa; vnde paganus, quasi in villa habitãs; vt quia non ciuilem, sed rusticorum more, & quasi bestiali modo viuunt. Dñr èt paganus ad differentiam mili-

tis, secundum ius ciuile, vnde secundum dictum ius, omnis non miles, & paganus liber dicitur. Ius nostrum. ff. de reg. iur. & in tit. de mili. test. quasi per totum. Dicuntur, Iudæi a Sara vxore Abraham, ita n. voluerunt nominari, nõ quòd ab ea nati sint, nec ab ea originem traxerint; quia originem traxerunt ab Agar ancilla Abraham, & Sara; vnde potius Agareni, seu Agaroni essent appellãdi; & de hoc. 32. q. 4. c. recurat. & c. dixit Sarra. vñ possũt dicere, quòd tale nomen ab eis fuit vsurpatum, Spec. in ti. eo. in fi. dicit, quòd dñr a Samaria ciuitate. Inno. autem Sarra. Sed Host. eo. ti. §. 2. in fi. dicit, q. Iudæi dicuntur Samaritani; & hi sunt qui solum. 5. libros Moyfi receperunt; sed primum plus placet; quia vsurpauerunt sibi illud nomẽ. Vñ Sarraceni, quasi Sarra geniti, quia a Sara geniti gloriãntur; vnde debet scribi per vnum. R. Vnde dicit glo. super illud Isai. 21. c. vbi dicit in Arabia Arabes. Arabes inquit Sarraceni in Ismaele, & Cedar filio eius qui Radius a matre sua Agareni appellandi forent, sed voluerunt vocari ob cãm, de qua dictũ est; ad p̃dictã vide gl. pen. in .c. & si Iudæos. j. eo. & Archid. 54. dist. c. Israel. Nec arbitror q. inter Sarracenos, Paganos, & Cœlicolas sit aliqua differentia ad priuilegia, seu grauamina Sarracenis imposita, facit qd tradit Azo in sua sum. in tit. de paga. i. prin. vbi synonimè, quasi pro eodem petentes Sarracenos, & Paganos appellat; & tã differentia est quo ad cibos, cultus, & sacrificia eorum. Alij. n. Iouem, Alij Solem, Alij Lunam, Alij alia Idola colunt, & adorant. Circa secundam partem rubricæ not. secundum Io. And. & Doc. quòd Iudæi hic dupliciter accipiunt, vno modo strictè, & propriè p̃ eo qui libertate caret, de quo. j. eod. & c. 1. 2. & fi. & talis dicitur originaliter a seruando, ex eo quòd Imperatores captiuos hostes nõ occidere solèt, vt olim fiebat; quia omnes captiuos occidebantur, vt Insti. de iure person. post prin. & tales Iudæi, etiam m̃cipia appellati sunt, ex eo quòd manu capiũtur, vt Insti. de iur. patron. §. pen. & ff. de sta. ho. l. 4. in fi. Alio modo dicuntur serui magis lato sumpto vocabulo, a seruiendo, vt famuli, vt. j. eo. c. Iudæi. & c. si Iudæos. & c. ad hoc. vnde famulus pro seruo ponitur, vt. c. de famulis. S. de seru. non ord. Tu aduerte; quia imo hic tripliciter accipitur; nam Iudæus est quedam tertia species seruorum, qui sunt inter strictam significationem vocabuli, & latam; nam nec liberi sunt, nec libertate carent; vt sunt Ascriptij, Originarij, & similes de quibus. j. eo. c. 2. respons. Postremo dic, q. de prima, & secunda parte rubricæ traditur. 33. q. 8. c. dispart. 22. q. 1. areis, siue carẽ. 23. q. 4. & 5. q. 6. per totum traditur specialiter. 28. q. 1. c. Iudæi. cum. 4. c. seq. & c. si quis. 55. dist. c. per sincera. de Sarracenis tradit. 1. i. q. 3. c. ad mensam. de tertia verò parte rubricæ traditur. 4. dist. c. mancipia. cum duobus sequentibus cap.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

Christianus, si seruus emptus a Iudæo causa mercimonij factus fuerit, aut fieri desiderat pro. 12. solidis redimitur. & nu. 14.

2 Iudæus

- 2 Iudæus non potest habere seruum Christianum siue fuerit Christianus tempore emptionis siue post.
- 3 Baptismo seruus quis non efficitur liber.
- 4 Baptismo solum dimittitur peccatum quo ad ipsum baptizatum, non quo ad vindictam publicam, vel præiudicium tertij.
- 5 Ingenuus quis dicatur.
- 6 Libertas dicitur qui ad libertatem per manumissionem peruenit.
- 7 Christianus prohibetur non solum iudæo seruire, sed etiã cum eo habitare.
- 8 Iudæus medicina à iudæo non recipienda.
- 9 Iudæus non potest eligi in medicum & quando nu. 10.
- 11 Iudæus ad Iudæum legentem medicinam an sit prohibendum ne scholares intrent, & quid de consuetudine, et an valeat.
- 12 Iudæus non potest doctorari, quia non potest habere dignitatem.
- 13 Seruus Iudæi proclamans ad baptismum an & quando & qualiter efficitur Christianus & sequenti. distinguendo.
- 14 Iudæo commercium est Christianorum prohibet.
- 15 Seruus datus pro noxa eripitur ad libertatem auxilio pratoris si nouo domino præstium attulerit.
- 16 Idoneus magis eligendus per Episcopum ad studium transfundendus.
- 17 Eligendus melior afferens conditionem.

Præsentis. Si seruus emptus a Iudæo causa mercimonij factus est Christianus, aut fieri desiderat pro. 12. solidis redimitur.

fiderat pro. 12. solidis redimitur h. d. Diuiditur in duas partes. Primo ponitur bimembris constitutio scilicet de baptizato, & baptizari volente. secundo constitutionis ratio ibi, quia nefas est. Noto primo ibi, pro quolibet bono mancipio argu. secundum Ioan. Andr. quòd ista est suprema estimatio talis serui ex quo sequitur, quòd si mancipium non esset ita bonum, non deberetur tantum præstium. Secundo not. ibi, ad ingenuitatem. hoc est, ad libertatem reducat, vel vt sibi tanquam seruum retineat. Vltimo not. quòd Iudæus non potest habere seruum Christianum, siue fuerit Christianus tempore emptionis, siue post emptionem factus, esset vel fieri vellet Christianus. & de hoc latius. j. Ex prædictis ego infero, quòd Iudæus non potest habere seruum Christianum, quia per baptismum seruus non efficitur liber; quia per baptismum solum dimittitur peccatum, quo ad ipsum baptizatum, non quo ad vindictam publicam, vel præiudicium tertij, de quo vide gl. & D. Anto. in. c. gaudemus. de diuor. Ita consului anno præterito. & faciunt quæ dixi in. c. qualiter. 2. vel in. c. de his. S. de accusationibus. in. 4. membro, illius glò. magna. distinctionis, quam ibi feci. Sed opponitur contra tex. ibi dum dicit, ad ingenuitatem, quia Iudæus dicitur ille, qui statim, vt natus est, liber est, nec aliquo tempore fuit in seruitute. Qui verò ad libertatem per manumissionem peruenit, liber tus propriè appellatur, vt Insti. de ing. manumif. in princ. & Insti. de liber. in princ. & in. c. 1. de purg. can. Sol. dic, quòd hic non sumitur ingenuus, propriè, sed largo modo, quasi vel ita. quòd quemadmodũ ab ingenuo non debetur ius patronatus; ita nec a seruo reducto ad ingenuitatem, de quo in tex. is qui re-

demit non habet ius patronatus; nec operas vel obsequia ab eo exigere potest. & sic dicitur quodam modo ingenuus. ¶ Glossa prima format duas. q. In ead. gloss. ibi, nullus. dic, not. ex hac glo. & ex iuribus in ea allegat. quòd Christianus non solum prohibetur seruire Iudæo; sed etiam prohibetur cum eo habitare. quoniam malorum confortia sepe etiam bonos corrumpunt, vt. d. c. sepe alleg. in glo. de quo dixi tibi latissimè in. c. nulli, in. 1. not. & in. c. repellantur in. fin. glo. 1. vbi vide circa materiam conuersationis malorum aureas auctoritates. S. de accus. Et ex prædictis infertur secundum. D. m. quòd a Iudæis non potest recipi medicina, nec cum eis in balneo motari, per tex. in. c. nullus. alleg. in gl. Secundo ego infero quòd Iudæus non potest eligi in medicum; cum ab eo, vt dictum est, nõ possit recipi medicina, quòd verum dicunt Archid. & Vgu. commentatores decreti, cessante necessitate, quia propter necessitatem sunt multa licita, quæ aliàs non licerent, vt. l. 2. C. de patri. qui filios destrax. & l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & idèò anno præterito consului quòd vbi essent tanta aeris intemperies quæ non posset reperiri medicus Christianus, vt Orbitelli, Thalamoni, Grosseti, & simili. quòd tunc liceret habere medicum Iudæum. facit. c. & temporis qualitas. 12. q. 1. c. ead. can. quæst. 8. si quis. 13. quæst. 2. c. vbi cunq;. 7. q. 1. c. temporis. de eccl. edifi. c. ad audientiam. & ita est limitanda prima illatio domini mei. 3. Infert etiam D. m. ex prædictis decisionem quæst. Azon. de qua dicit se pluries fuisse interrogatum, videlicet, vt trum medico iudæo sit permittitur introitus scholarum Christianorum causa addiscendi. & dicit se respondisse per iura superius allegata q. non, saltem de rigore; quia si prohibetur cohabitatio & consortium generaliter, fortius debet prohiberi ingressus scholarum; quia inter scholares, contrahitur nedum consortium, sed etiam quædam intrinseca amicitia, & iuuenes habent annos etatis molles, & facilliter possent ad sententiam iudæorum subverti ex astucia iudæorum. Subdit tamen quòd aliud seruatur de consuetudine; & sic de facto vidi obseruari. sed an talis consuetudo valeat, vide. Item nec potest Iudæus doctorari; quia doctoratus est dignitas, vt dixi. S. ti. 1. c. quanto. & Iudæus non potest habere dignitatem, vt. l. fi. C. de iudæis. & c. cum sit. j. eo. Et sic sequitur quòd non potest doctorari. hoc etiã expressè tenet Bar. in. d. l. fi. in glo. 2. quæ sentit contrarium de. c. fi. j. eo. & illud sol. per distinctionem. In eadem gl. in. fi. distinguè quòd aut iste seruus est vernaculus. i. natus ex ancilla iudæi, aut est seruus emptus. primo casu Iudæus efficitur desiderat statim rapitur ad libertatem nullo pretio dato, vt. l. Deo nobis. C. de epi. & cle. Secundo casu subdistingue, quòd aut erat Christianus tempore emptionis, & est statim liber; quia iudeo prohibetur commercium Christiani. 54. dist. c. mancipia. Aut non erat Christianus; & tunc dic quòd aut fuit emptus a Iudæo, vt sibi seruiret. & statim cum efficitur Christianus eripitur ad libertatem, nullo dato pretio, vt. c. fraternitatem. 54. dist. Aut fuit emptus causa mercimonij; & tunc aut non fuit expositus venalis intra tres menses. & habet locum. text. nosser, vt scilicet, redimatur pro. 12. solidis. & vide de prædictis glo. in c. gene-

c. generalis. §. hoc autem. §. 4. dist. ¶ Glo. in ver. feruitium. in prin. limitat. tex. nostrum. & limitationē pbat per simile. deinde ponit tres. qq. & eas sol. prima est ibi, vel si non potest. secunda ibi, plures. tertia ibi, quid si nullus. In eadem ibi. §. dominus. dic. vult ergo glo. quod sicut seruus datus pro noxa eripitur in libertatem auxilio prætoris, si nouo domino præteritum attulerit, vt. d. §. dominus. ita & iste seruus redemptus seruitij causa eripitur ad libertatem dato prætio emptori, & fortius dicendum est in casu nostro, cum concurrat fauor fidei Christianæ. Facit quod no. in. d. l. fi. C. de capti. & sic no. ex hac glo. bonum arg. a simili. In eadem glo. ibi, locus erit gratificationi. dic. secundum Ioan. Andr. post Goffr. quem sequuntur Doct. quod episcopus debet eligere magis idoneum. arg. c. cum autem. de iure patro. & l. si plures. ff. de accu. Facit. c. si duobus. de rescript. in. 6. vnde semper est eligendus qui meliorem offert conditionem. Ex quibus sequitur quod si quis vult emere vt perducatur ad libertatem, & alius vt in seruitio retineat, eligendus est primus, libertatis fauore. Facit dictum. c. si duobus. omnibus verò partibus existentibus, locus erit gratificationi, vt in glo.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæus Christianum in seruū habere non potest, secus in ascriptitium, vel originarium & quos nu. 5.
- 2 Serui ascriptitij dicuntur quia ascripti glebe scilicet possessioni. & cum ipsa transferuntur. Quomodo constituantur. nu. 4.
- 3 Serui. Ascriptitij sunt liberi, & si teneantur erga dominum ad quadam seruitia, quæ in iure expressè reperiuntur. aut consuetudine aut præscriptione.
- 4 Seruus Iudæus non potest ascriptitijs plus oneris imponere; à iure sit sibi permillum.
- 5 Domini non possunt exigere talia, a suis subditis.
- 6 Seruis Ascriptitijs Christianis an aliqd de nouo imponere possit nu. 15. vbi & an ex pacto vel ex dominatione.
- 7 Iudæus abutens vel ratione loci, vel seruitij seruis et ascriptitijs, & ordinarijs perdit ius quod in ipsis habet.
- 8 Pedagogum translatum de loco ad locum perditur à domino id potente imponere siue exigere.
- 9 Serui Ascriptitij & originarij possunt testari inter suos.
- 10 Præscriptio non procedit contra libertatem.
- 11 Præscribuntur iura colonaria.
- 12 Aequitas, & rigor concurrentes, quis eorū præferatur.

**Multorum.**

Iudæus Christianum in seruū habere non potest, in ascriptitium verò, vel originarium habere non prohibetur. h. d. Diuiditur in duas partes princ. sicut duo sunt dicta. secunda ibi si verò, quæ secunda subdiuiditur quia. Primo ponit decisum dictum. secundo illud limitat secunda ibi, quod si quisquam. No. primo, quod licet Iudæus nō possit habere seruū Christianum; tamen potest habere Christianū seruū ascriptitium vel originarium. Ascriptitij serui transferuntur; quia ascripti sunt glebæ. hoc est, solo vel pos-

4 sessione, & cum ipsa possessione transferuntur, nec possunt ab ea recedere eā deserendo, & sunt ascriptitij duplici modo, vno modo si fuerint in possessione per. 3. o. annos. & sic tale ius quæritur præscriptione, vt. l. cum satis. C. de agri. & cens. lib. 1. r. Alio modo fiunt per duplicem confessionem, de qua scriptura appareat, si se ascriptitios consententur, vt. l. cum scimus. C. de agri. & cens. Originarij verò sunt qui nati sunt ex ascriptitijs. & isti pariter nō possunt a possessione discedere, nec possunt vendi sine possessione. & de his traditur plenè in. d. tit. C. de agri. & cens; & per Host. in summa. in titu. de natis lib. vent. §. & in quibus. ver. sic fecimus. vbi connumerat plures alias similes species de quibus etiam in glo. 1. in rub. C. de agri. & cens. & l. 5. 4. distin. generalis. & ibi per gl. Aduertendum tamen est circa prædictum notabile; quia ego illud intelligo & tex. nostrum respectu ascriptitiorum, & originariorum, qui tempore huius constitutionis erant ascripti solo Iudæorum; non tamen arbitror quod aliquo modo ipsi Iudæi, tales ascriptitios, vel originarios ex nouis ascriptitijs possint de nouo acquirere. Hæc probantur, iudicio meo, per tex. dum dicit, in possessionibus eorum sunt, & ibi dum text. dicit, terris eorum diutius adheferunt. & ibi, dum dicit, debentes. & ibi, dum dicit, maneat, & ibi, dum dicit, consuetas pensiones &c. quæ omnia verba tendunt ad ius quæsitum ipsis Iudæis, quasi velit Greg. quod de nouo non possit peti. Facit quod traditur in. l. cum prætor. in princip. ff. de iudi. & c. nonne. de præsumpt. Item hoc periuadet odium Iudæorum ne ius de nouo super Christianis acquirant. & probatur in. c. seq. Secundo not. quod tales ascriptitij sunt liberi; licet teneantur dominis possessionum ad quadam seruitia; non tamen tenentur vltra ea, quæ à iure disposita inueniuntur vel quæ per consuetudinem, vel præscriptionem præstare consueuerunt. ¶ Tertio not. quod Iudæus non potest ipsis ascriptitijs vel originarijs plus oneris imponere quam vt statim dixi in præcedenti not. Et sic inducitur iste tex. secundum Ioan. Andr. contra dominos qui exigunt tallias a subditis, cum a talibus originarijs nihil exigi possit, præterquam in supradictis casibus. Sed dicit Ioan. Andr. hic quod posset attendari quod Christianus possit ascriptitio aliquid de nouo imponere. ad tex. nostrum posset responderi quod speciale fit in Iudæis in eorum odium. Vl timo not. quod Iudæus propter indebitam translationem ascriptitij vel originarij ad alium locū, vel obsequium, amittit ius quod habet in ipsis. ex quo dicit Ioan. Andr. esse bonum arg. quod si quis transfert pedagogum de loco ad locum; amittit ius pedagogij. & de his pedagogijs remittit ad summam Host. in tit. de cens. §. ex quibus causis. In. fi. glo. 1. dic. & probatur. C. de epi. & cle. l. Deo nobis. & C. ne Christianum man. l. vnica. ¶ Glo. 2. colligit not. ex tex. deinde infert & illationem limitat, & limitationi opposit. & sol. In eadem ibi, liberos est & ibi, non repelluntur a legitimis actibus. dic. & ex hoc patet quod testari possunt. de quo tamen remittit se Ioan. Andr. hic ad not. per Specu. in tit. de instru. edi. §. compendiosè. circa princ. & conclusio est quod testari possunt; sed inter suos. & idem tenet. Aduers. in. l. cum satis. C. de agri. & censit in glo. super verb. mandat lib. 1. r.

lib. 1. r. In eadem ibi, argu. contra. dic. quod promoti possint ab ordines. In eadem ibi, si seruus. dic. 2. in. fi. vel secundum aliquos non tenet talis promotio, vt ibi not. & ea. distin. c. quicūque. ¶ Glo. in ver. diutius. primo colligit arg. ex text. deinde arguit in contrarium, & remittit; pro solu. deinde infert ex prædictis, & ad illationem op. & non solu. In eadem ibi, nullus episcopus. 2. in. fi. In eadem glo. in fin. dic. illa. l. fin. loquitur proprie de libertate, & contra quam non præscribitur tempore; tex. verò noster, & similia intra loquuntur in iure colonario, quod tempore quærit, & aut præscribi potest; quoniam tales coloni ascriptitij seu originarij non amittunt libertatem, imò retinēt vt dictum est. & ideo in his facilius procedit præscriptio. ¶ Glo. in ver. sibi imputet. est expositiua, ponens intellectum tex. nostri, & ipsum intellectum probat per similes. In eadem ibi, liberi hominis. dic. hoc est, Christiani. In eadem ibi, si quis prædium. dic. quod etiam ex pacto dominus transferens, vel vendens prædium, non potest illius originarium, vel ascriptitium ad alium locum transferre eo inuito. In eadem ibi, vel integrandi sunt. dic. hoc est reducendi ad pristinam libertatem. ¶ Glo. in ver. seueritate colligit arg. In eadem ibi, seruandus est. dic. idem probatur in. l. prospexit. ff. qui. & a qui. In eadem in. fi. dic. quasi velit dicere glo. quod nisi esset odium Iudæorum, esset seruanda æquitas potius, quæ rigor; sed vtrum, sit verum, quod quando concurrunt æquitas, & rigor, æquitas præferatur, vel ecōtra dic. vt plenissimè dixi in clemen. 1. de iudi. vbi tradidi, quid sit rigor, & quid æquitas, & quot eorum species. ¶ Glo. h. ponit principaliter ad tex. nostrum duos intellectus, approbat tamen primum, quem dupliciter declarat. In eadem ibi, ipso facto. dic. quasi velit dicere glo. quod est opus sententia. & hoc videtur verius, per ea quæ not. in. l. iubemus. §. sanè. C. de sac. sanc. eccle.

C A P. I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæi synagogas nouas erigere prohibentur.
- 2 Synagoga interpretatio.
- 3 Ecclesia quid.
- 4 Grex vnde, & in quo ab armento differat.
- 5 Gregarius miles quis. Item egregius.
- 6 Dispositio acquirere de nouo vtans, partorum retentionem, non vetat.

**Iudæi.**

Iudæi antiquas synagogas restitue re possunt; sed nonas erigere prohibentur. h. d. in tex. ibi, de ciuitate. te. dic. secundum Ioan. Andr. de ciuitate, scilicet, Ianuensi. nam sic erat in antiqua, & sic sub isto infra continetur, quod isti Iudæi Ianuenses fuerunt conuesti Papæ, quod non permittebantur stare in anti quis synagogis. ¶ Notō primo summariū, circa quod aduerte quod dicitur synagoga græcè, latinè interpretatur congregatio; quia Iudæi in ipsis congregabantur. sed nos dicimus ecclesiam, quæ latinè idem est,

quod conuocatio, & per consequens apparet, quod vocabulum nostrum est proprius vocabulum, quam sit suum; quia etiam pecora, & cætera animalia dicuntur congregari. vnde grex a gregando dicitur, vt traditur in cle. 1. de deci. & Inst. de leg. §. est enim. & hoc largo sumpto vocabulo; strictè enim grex dicitur pecudum. armentum verò bouium, & equorum, l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendi. & hinc est, quod dicitur gregari miles quasi de grege. Egregius verò quasi extra, & p cæteris fulgeat virtutibus. & de ecclesia, & synagoga vide Arch. de conse. dist. 1. c. ecclesia. Vltimo not. quod depositio vetans aliquid acquirere de nouo, non propterea intelligitur vetare retinere iam parta; de hoc. j. eod. consuluit. In. fi. gl. fi. dic. facit tex. 1. 8. q. 2. in. c. cellulæ. & c. de monachis. siue monachis.

C A P. I I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Parasceue quid, & quare dies passionis Christi, sic vocetur.

**Quia.**

In die veneris sancta non licet Iudæis tenere hostia, vel fenestras apertas. h. d. & dicitur illa die Parasceue, quæ secundum Ioan. Andr. est sexta feria septimana sanctæ, quæ ideo sic appellatur; quia Iudæi ea die parabant cibaria pro die sabbati necessaria. vnde dicitur quasi preparatio ciborum.

C A P. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæorum in domibus, vel Sarracenorum inseruientes excommunicantur. Iudæos baptizatos suis bonis spoliare permittentes, etiā si Principes seculares, excommunicantur.
- 2 Christianus nullo modo, nec quomō quæsto colore possunt habitare, vel moram trahere cū Iudæis, et Sarracenis.
- 3 Iudæis cum habitantes, vel moram trahentes, an excommunicari sint ipso iure an magis sententia requiratur.
- 4 Ipso iure non importatur per verbum futuri temporis, quod requirit sententiam. §. limit. nu. 6. & nu. 10.
- 6 Ipso iure, importatur per verbum præteriti temporis, per aduerbium penitus nu. 6. per mox. 7. per ipso iure, & factu. nu. 8. per omnibus modis. nu. 9. per futurum si sit duplicatum nu. 19. Idem si appareret per verba sequentia. nu. 12.
- 11 Ordo iudiciarius non est necessarius in sententijs ipso iure peruenientibus.
- 13 Ipso iure & si quis sit condemnatus, attamen requiretur sententia declaratoria fuisse commissum, quod lex punit ipso iure.
- 14 Ipso iure condemnatus; absq; quod declaratur delictum propter quod commiserit, non facit fructus suos medij temporis.
- 15 Conditionis melioris esse non debet infidelis, quam conuersus ad fidem.
- 16 Iudæorum bona licitè acquisita, per se Christianum facientem non dimittuntur.



- 17 *Baptismus non praeiudicat tertio vel Reip.*
- 18 *Iudaei conuersi ad fidem non perdunt agnationem, & habent successorem passiuam ex testamento et ab intestato.*
- 19 *Iudaei quibus in casibus ab ecclesia coercerentur.*
- 20 *Exempla non restringunt regulam.*

**Iudaei.** Excommunicari debent, qui in domo iudeorum seruiunt Iudaeis, vel Sarracenis, etiam seculares principes, qui Iudaeos baptizatos bonis suis spoliari permittunt. & est haec secunda pars. c. Iudaeis. §. de testi. Diuiditur in duas partes sicut duo sunt dicta. secunda ibi, si qui praeterea. ¶ Noto primo quod Christiani nullo modo, nec quouis quaesito colore, possunt habitare, vel moram trahere cum Iudaeis vel Sarracenis, vt. §. dictum est in. c. i. & §. dicitur in. c. ad ad hoc. Secundo not. ibi, excommunicatur, quod tales habitates cum Iudaeis, vel Sarracenis debent excommunicari, & sic sequitur quod non sunt excommunicati ipso iure sed necessaria sit sententia, cum tex. loquitur per verbum futuri temporis, secundum quod traditur in. c. si diligenti. de fo. compe. & l. iubemus. §. san. e. C. de sacrosanct. eccl. & l. in criminali. C. de iurisd. omni. iud. cum simi. & auth. habita. C. ne fil. pro patr. secus si loqueretur per verbum praeteriti temporis, videlicet, excommunicati sint, quia tunc non esset necessaria sententia, vt in. d. iuribus. Aduerte tamen; quia licet lex loquatur per verbum futuri temporis; tamen est lata sententia; quando promulgatur adiuncto verbo, penitus, vel omnino. verbi gratia, careat penitus impetratis, vt dicit Do. Anto. in. d. c. si diligenti, per. l. & si legibus. C. si contra ius vel vti. publi. & idem dic, si adiungitur verbu[m] ¶ mox, vel statim, vt Barto. in. l. si quis maior. C. de transactio. & per eum in. l. iubemus. §. economus. C. de sacrosanct. eccl. & vide bonum tex. cum gl. in authen. de incestis nupt. §. i. coll. 2. Et idem si lex diceret ipso iure excommunicetur, vel ipso facto, vt dictis iuribus. Et idem si diceret omnibus ¶ modis; quia haec verba idem importat, quod importat ipso iure. gloss. est sing. in authen. vt defunct. non iniur. §. fancimus. in verbo, modis omnibus & in authen. de incest. nupt. in princ. vel si futurum sit duplicatum ¶ vt cassetur, & annulletur; quia intelligitur, ipso iure, nec est necessarius ¶ ordo iudiciarius. notat Bald. de pace Const. super verbo priuilegia. Item etiam si appareret ¶ per verba sequentia, quod legislator sic voluerit, vt singulariter not. in. c. si. §. pars verò. de officio deleg. lib. 6. & in. c. quisquis. de elect. Nota tamen circa praedicta, quod licet canon, vel lex ¶ loquatur per verbum praesentis temporis, & sit lata sententia; tamen est necessaria sententia declaratoria illum sic fecisse. vnde si lex imponit poenam priuatiua bonorum ipso iure, non auferuntur bona statim; nisi praecedente declaratoria sententia delicti. Est tamen vtile, quod constitutio imponat poenam ipso iure ¶ quia interim delinquens non faciet fructus suos, vt c. cum secundum. de haeret. & in authen. de incestis nuptijs. in princ. & in auth. de rapt. mulie. circa fin. col. 9. & praedicta perpetuo not. vt vtilia. Tertio not. quod ¶ non debet esse melioris conditionis infidelis, quam conuersus ad fidem. Quarto not. quod Iudaei qui conuertuntur ad fidem non ¶ coguntur dimitte-

re bona sua licite acquisita. Licet haec sit vulgaris opinio vulgi quod Iudaei non possint baptizari nisi dimittant bona sua, valuit tamen forte dicta opin. vulgaris secundum Doct. quia bona iudeorum vt plurimum sunt illicite acquisita, cum vt plurimum vsuris operam dent, vnde causa regule sit quod non dimittur peccatum nisi restituatur ablatum. c. cum tu. §. de vsur. & regul. peccatum. §. de regul. iur. lib. 6. quia per baptismum solum excusantur a peccato, non tamen excusantur quominus teneantur restituere; quia ¶ baptismus non prauiudicat tertio, vel Reip. vt dixi in. c. i. §. eo. quare limit. hunc text. secundum Doct. quod possunt retinere bona scilicet licite acquisita secus si essent illicite acquisita. Vltimo not. quod ¶ Iudaei per conuersionem non perdunt agnationem, habent igitur successorem passiuam tam ex testamento, quam ab intestato consanguineorum suorum. & ratio est; quia vt dicitur in tex. non debet esse melioris conditionis & c. Glo. i. colligit ex tex. & sentit contrarium, & soluit. Glo. 2. oppo. in princ. & soluit ponendo 9. casus, aut. 10. ¶ in quibus ecclesia coercet Iudaeos. In fi. dic, idem etiam in omnibus similibus casibus; quia isti causa exempli ponuntur. & que causa ¶ exempli ponuntur, non restringunt regulam, vt. c. i. ne cle. vel mona. & l. damni. ff. de da. in factis. & l. i. §. quod vulgo. ff. quod vi aut clam. vide latius per Inno. quam iurisdictionem habeat ecclesia contra infideles, in. c. quod super his. §. de voto. in glo. fin. in princ. quae arguit ex tex. deinde sentit cotrarium, & sol. dupl. ceter. In fine gl. dic, de hac materia, vt D. m. in. c. licet ex suscepto. §. de fo. cop.

C A P. V I.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sarracenis Christiani deferentes merces prohibitas vel in ipsorum nauibus nauigantes excommunicati sunt, bonis priuantur & eos capientium efficiuntur serui.*
- 2 *Auaritia crimen, & mala remissio.*
- 3 *Auxiliantes, & delinquentes pari puniuntur poena.*
- 4 *Sarracenis deferentes arma, ferrum, legnamina puniuntur triplici poena de iure canonico de iure civili capite seruiuntur, & bona eorum confiscantur.*
- 5 *Papa in omnes laicos ratione delicti concernentis totam Christianitatem, & fidei decorem habet iurisdictionem.*
- 6 *Seruus & si Christianus quis tamen effici potest nu. 8.*
- 7 *Ecclesia potest imponere poenam seruitutis.*
- 8 *Christianus sanus mendicans, seruus effici potest.*
- 9 *Manumitti an possint incidentes in seruitutem propter delictum.*
- 10 *Differentia est inter potestatem manumittendi ex parte eius qui manumittit, & proclamantem ad libertate.*
- 11 *Asportantes serui prohibita ad Sarracenos si capiatur a pluribus an omnes efficiantur domini ipsius capti, vel magis captus vnus eorum efficiatur seruus.*
- 12 *Sarracenis asportans prohibita an nec ne debeat habere animum nocendi Christianis.*
- 13 *Sarracenos docentes construere naues, eadem poena, qua & asportantes prohibita puniuntur.*
- 14 *Sarracenis ad Christianos accedentibus, si quis vendiderit ad eos asportari prohibet tenetur eadem poena, qua & asportantes.*

- 15 *Extenditur dispositio penalis ex eadem ratione publica 9*
- 16 *Excommunicatus an iterum excommunicetur nu. 23.*
- 17 *Mortuus non amplius potest interfici.*
- 18 *Infamis non potest amplius infamari.*
- 19 *Excommunicationis Iustae triplex effectus.*
- 20 *Excommunicatus non separatur a Deo, sed a communione hominum nu. 21. donec fuerit absolutus. nu. 22.*
- 24 *Excommunicationes tot requirunt absolutiones quot sunt excommunicationes.*
- 25 *Bannitus pluribus bannis est pluribus absolutionibus liberandus.*
- 26 *Excommunicationis Iustae effectus. Excommunicatus difficilius resurgit & gratiam Dei recipit; eius bona meritoria debilius sunt nu. 27. Angelus eius bonus sibi ad custodiam datus minus laborat in eum custodiendo. nu. 28. & contra mulus nu. 29.*
- 30 *Excommunicatio Iusta, & quo ad ecclesiam triumphantem operatur.*
- 32 *Excommunicationis Iniustae effectus.*
- 33 *Excommunicationis nullae nororia nullus est effectus.*

**Ita quorundam.** ¶ Christiani ¶ deferentes merces prohibitas Sarracenis vel in ipsorum nauibus nauigantes excōicati sunt, & bonis eorū priuati, & capientium serui efficiuntur sui. h. d. Diuiditur quia primo ponit duplicem Christianorum excessum. Vel tripliciter punit secunda ibi tales igitur. Et in. fi. subiicit, certum mandatū ibi praecipimus etiā & c. ¶ Primo not. quod ¶ crimen auaritia & cupiditatis dicitur saeuum. Est enim auaritia quasi radix omnium malorum, & de pluribus malis ex auaritia prouenientibus. Vide D. m. in. c. relatum & plenius in. c. auaritia. §. de praeb. ¶ Secundo not. quod ¶ praestantes auxilium ad delinquendum pari poena puniuntur cum delinquentibus de quo latius in. c. i. de offi. dele. & in cle. i. de pœn. per Inno. in. c. ficut dignum. de homicid. & l. is qui opem. ff. de furt. ¶ Tertio not. quod ¶ deferentes arma, ferrum, vel legnamina Sarracenis puniuntur triplici poena, primo excommunicati sunt ipso facto, secundo quia debent priuari omnibus bonis, quia serui capientium efficiuntur, & haec poena procedit de iure canonico. De iure autē ciuili capite puniuntur, & eorū bona confiscantur, vt. l. 2. C. quae res export. non deb. de quo hic tangit glo. 2. Et intelligo text. nostrum non solum de Sarracenis; sed etiam de quibuscunq; infidelibus. per tex. in. d. l. 2. ¶ Quarto no. quod ¶ ratione delicti concernentis totam Christianitatem & fidei decorem, Papa habet iurisdictionem in omnes laicos. ad idem text. no. in. c. pro humano de homicid. lib. 6. ¶ Vltimo not. quod licet quis sit ¶ ingenuus & Christianus tamen potest redigi in seruitutem, propter delictum, suum etiam de iure canonico. Et sic not. quod ¶ ecclesia potest imponere poenam seruitutis. Vide etiam casum singularem in quo quis ¶ redigitur in colonariam seruitutem in. l. vnica. C. de mendican. vall. li. i. i. videlicet quando quis esset validus, & sanus, & mendicaret; quia si ingenuus hoc detegit, acquirit ius colonatus in illo. quod est notandum contra istos garofones, & ribaldos. Sed quae

ro, an isti ¶ qui incidunt in seruitutem propter delictum, de quo in tex. possint manumitti. Ioan. Andr. hic dicit, quod non. allegat. l. 2. C. qui ad liber. procla. non licet. & hoc sequitur Doct. Tu aduerte quia illa. l. non probat; loquitur enim de prohibito proclamante in libertatem. Sed longa est differentia ¶ inter potestatem manumittendi, ex parte eius qui manumittitur, & proclamante in libertatem vt patet ex rubr. Qui manumittit poss. C. & in rubr. C. qui ad libert. proclam. non lit. Vnde dicerem quod isti tales non possunt proclamare in libertatem arg. d. l. 2. sed quod bene possent manumitti, cum hoc non reperiatur prohibitum; posset tamen forte attentari quod opi. Ioan. Andr. procedat quando aliquis fraudulenter hunc peteret in seruitutem, ad hoc vt alius non peteret, & vt statim manumitteretur; quia tunc forte non posset manumitti. Sed quare quid si plures ¶ capiant istum delinquentem, an omnium seruus efficietur, & videtur dicere quod sit locus gratificationi. vel secundum quod dixi in gloss. super verb. seruitū in. c. i. §. eod. Sed dic quod omnium efficiatur seruus, nec prohibetur quis esse plurium seruus, vt. C. de seruo communi manu. per to. & ff. de stipul. seruo. per to. In. fi. glo. i. dic, expono secundum Ioan. Andr. gloriantur. hoc est, gloriari deberent Christiano nomine. vel dic secundo, secundum eum, quod respicit factum simile. §. de excess. pra. c. quam sit graue. vel posset tertio dici quod isti solum nomine gloriantur, & in effectu non sunt veri Christiani sed ficti. effectu & re. ¶ Gloss. 2. in. prin. allegat deinde ponit qua poena puniantur de iure ciuili. tertio assignat rationem ad text. Vltimo ponit quid veniat appellatione armorum. In eadem ibi, nam causatum & c. dic sentit igitur haec glo. quod tex. noster habet ¶ locum etiam si Christiani defecerunt huiusmodi merces prohibitas absq; intentione impugnantorum Christianorum; quia satis est quod Christiani ex hoc possint impugnari. & idem tenet hic Ioan. Andr. Quidam tamen intelligunt contra vt litera Iacet & sic exigunt intentionem deferentium vt Christiani ex hoc impugnentur sed prima opin. communiter tenetur. Est igitur exponendus tex. noster dum dicit, ad impugnandos hostes Christianos. hoc est, ex quibus Christiani possent impugnari. idem & tenet Ioan. Andr. quod eadem poena ¶ puniantur, qui docent Sarracenos construere naues, seu fabricare, cum tale artificium non habeant, nec sciant, per. l. fi. C. de pe. & bene. Ex praedictis. Ego infero quod eadem poena ¶ teneantur qui ipsi Sarracenis ad Christianos venientibus arma, vel alias merces prohibitas venderent, ar. l. 2. C. quae res export. non pos. In contrarium tamen facit; quia cum haec constitutio sit penalis, non videtur ad casum non expressum, extendenda; vt in regula, in poenis. de re. iur. li. 6. cum ergo text. loquatur de potestatis se non extendentibus ad hunc casum, potes dicere quod communis fauor fidei Christianae & communis fauor totius Christianitatis facit vt debeat fieri extēfio. arg. not. per Ioan. Andr. in. c. pro humano. de homici. lib. 6. & c. pe. qui si. sint legi. glo. & Bar. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus ven. traditur in. c. sciant cuncti. de elec. lib. 6. In quibus dicitur quod licet statutum ¶ sit penale, vel correctiuum; tamen si respicit fauor-

fauorem ecclesie, vel animæ, extenditur ex identitate rationis; ergo idem dictum in casu meo propter rationis identitatem, quæ no. perpetuò. In fi. glo. dic de hoc etiam vide insti. de interdic. §. armorum. & insti. de pub. iud. §. item. l. Cornelia. per glo. in ver. arma. ne cle. ne in agro. de sta. reg. ¶ Glo. in ver. subministrant. colligit arg. ex tex. In fi. dic. de hac materia dicam plenè in. c. sicut dignum. & c. ad audientiam. j. de homic. licet hic aliquo qualiter examinet huc art. Io. An. post Host. In gl. super ver. subiectis in fin. dic hæc glo. & tex. faciunt pro his, quæ dixi in. c. præced. in secundo notab. In fi. glo. in ver. priuatione, dic. vt dixi in. 4. notab. ¶ Gloss. pe. est clara. dic. vt in ea. ¶ Gloss. si. not. excommunicatum posse excommunicari. & allegat concord. deinde tripliciter op. & sol. ponendo duas opi. & approbat secundam. In eadem ibi, omnis Christianus. dic. & similiter qui mortuus est, non potest amplius interfici. sed excommunicatio. seu anathema est eternæ mortis damnatio; ergo excommunicatus non videtur posse amplius excommunicari; sicut & infamis non potest amplius infamari; vt. ff. de iniur. l. item apud Labcon. §. ait prætor. & c. ad. l. Iul. & c. vt intra cert. temp. cri. quest. ter. l. 2. & ibi gloss. In eadem ibi, & quidam dicunt. dic. videlicet, Taner. Goffr. Phil. sed Host. vt dicit hic & sequitur Io. And. & \* cõmuniter Doct. dicunt quod triplex est effectus iustæ excommunicationis specialiter, & nominatim prolata, quatum ad denuntiationem excommunicationis. Primus quod ecclesia declarat, licet occultum fuisse a Deo separatam propter peccatum. non enim excommunicatio separat a Deo, sed proprie peccatum. vnde Isaia cap. 39. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos & Deum vestrum. & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiret. nec potest a Deo separari, nisi velit. l. 1. q. 3. c. illud. facit. c. cum æterni. de re ind. lib. 6. Secundus effectus est quia separat excommunicatum a communione hominum fidelium, per iura allegata in gloss. & quo ad istos duos effectus secunda excommunicatio nihil operatur. & sic quo ad hoc excommunicatus amplius non excommunicatur. & ita possunt intelligi iura & rationes glo. pro contrarijs alleg. dixi. j. de sen. excom. c. cum pro causa. l. 1. prin. artic. Tertius effectus est, vt excommunicatus excludatur, & exclusus teneatur a communione fidelium donec fuerit absolutus, vt. j. de sen. excom. c. a nobis. & c. nuper. & ad hunc effectum excommunicatus potest iterum excommunicari; quia secunda excommunicatio operatur hunc effectum, scilicet; quia declarat eum & magis proiectum a Deo ex nouo delicto, & quod non debet secum amplius communicare, nisi obtineat secundam absolutionem secundæ excommunicationis. & ideo dicitur est de tertia, quarta, & quinta, & & vltiori excommunicatione; quia tot requiruntur absolutiones quod sunt excommunicationes; vt patet ex prædictis. & idem tenet Bart. in. l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de noui op. nun. & Bald. in. l. libertam. C. de nup. Sicut dicimus in simili quod bannitus pluribus bannimentis, pluribus indiget absolutionibus, vt in. d. iuribus. Sunt etiam effectus iustæ excommunicationis, secundum Host. quia, secundum eum, firmiter tenendum est qui excommunica-

tus difficilius refurgit & gratiam Dei recipit, quam alius peccator non excommunicatus, & quod orationes & cetera eius bona meritoria debiliora sunt quam in alio. de quo remittit se ad tradita per eum in sum. de pœnit. §. an fide. Er & est effectus quod Angelus bonus datus sibi ad custodiam minus laborat in bene custodiendo. & Angelus malus plus in eo potest. vnde, fm sanctos viros, sicut rusticus vitur asino, & iumento, ita diabolus excocato. & sic patet, secundum. D. m. quod etiam quo ad ecclesiam triumphantem aliquid operatur excommunicatio lata per prælaturam. sic dicit limitandum glo. 24. q. 1. c. quocunq; quæ vult quod prælatus excommunicando, nullam, quo ad ecclesiam triumphantem potestatem exercet. Prædicta autem procedunt in excom. catione iusta. Excommunicationis etiã iniustæ vnicus est effectus, scilicet vt talis, tanquam a Deo separatus, euitetur donec per iudicem suum decernatur excommunicatus in iustæ. & sic istius iniustæ excommunicationis, etiam multiplicatæ non est nisi vnus effectus. Vbi autem certum est quod sententia excommunicationis sit nulla, nullus est etiam eius effectus. vt. j. de excess. præla. c. cum a quorundam. & c. cum contingat. de offi. deleg. & c. solet. de sent. excom. lib. 6.

C A P. V I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæi synagogas reparare veteres non autem de nouo construere possunt. Quid si penitus destructa nu. 9.
- 2 Construere et siquid de nouo prohibeatur, non tamè reparare. Quid tamen sit reparare nu. 4.
- 3 Statutum prohibens edificare castra, non prohibet edificata diruta resarcire.
- 4 Reparare dicitur, qui non immutat formam pristinam rei.
- 5 Forma mutata noua etiam alia, non antiqua & eadem dicitur.
- 6 Sanguinem, et si non liceat edere diebus. Ieiuniorum tamen licet oua & lac & si sint ex sanguine.
- 7 Nouum est id, cui quid additur qua forma antiqua immutatur.
- 8 Iudæi ab ecclesia permittuntur.
- 10 Extinctum non amplius reuiuiscit.
- 11 Imperatores Constantinus. Iulianus.
- 13 Aedificans. Re. edificans non impeditur pro non opere nuntiat.

Consultuit.

Iudæi veteres synagogas reparare possunt; nouas verò construere prohibetur. h. d. Duæ sunt partes. secunda ibi, verum. Noto primo quod licet prohibeatur constructio alicuius edificij, non tamen intelligitur prohibita alicui edificij reparatio quod facit ad statuta disponenda quod licet alicui priuato sit prohibitum castrum edificare de nouo, non per hoc intelligitur prohibita reparatio iam constructorum. Facit. l. 1. §. si quis edificium. ff. de no. op. nun. Aduerte tamen quia non debet ita reparare, vt reparatio tribuat nouam formam; quoniam vbiq; mutaretur pristina forma; videtur nouum edificium & sic

Cõi. pi.

& sic cadit prohibitio noui edificij, vt pbat. tex. n. Facit quod in simili not. glo. 33. q. 2. c. ad monere. & 82. dist. c. proposuisti. in qbus dicit, qd et si non est licitum comedere sanguinè illis diebus, qbus licitum est comedere oua, & lac, quis oua, & lac, ex sanguine sint; nã licet tunc, & si non liceat vt carnibus, tñ quasi mutata forma sanguinis in oua, & lac, videat mutata substantia rei, & cõsequenter lacte, & ouis sine peccato, tñ tps vescat. Facit. §. de testi. c. cū cam. i. gl. magna. & ff. ad exhibe. l. Iulian. §. sed & si qs. & ita ego intelligo qd not. gl. l. 1. p. ciuile. ff. de insti. & iur. & cõsultit D. Ant. cõsult. 68. i. q. b. tradit, qd noui fieri dñ, quociescunq; aliquid addit ad antiquã materiã, faciẽdo transferri in substantiã primi. Aduerte tñ; qd dicit hic Io. And. qd illud qd dicitur hic, qd et antiquas synagogas non possunt p̄tiosiores facere, nõ seruat de cõsuetudine. Sed qrit hic Io. And. quare hoc Iudæis permittat ecclesia? Sol. dicit ipse, fm Host. qd ecclesia sperat illorum cõuersione; vñ, vt facilius ad hoc adducatur, hoc eis permittit, & eos tollerat. 45. dist. c. qui sincera. & super hoc consulit pluries theologos, qui mihi responderunt, qd hac de causa tolleratur, quia sunt memoria maximi fundamenti fidei nræ, qd mihi placet. Sed quæro, quid si synagoga sit penitus destructa, vt rñ liceat Iudæis eã reedificare? Sol. dic. qd non; qd noua diceret, vt. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verb. oblig. & hoc idē tenet gl. 18. q. 2. c. d. monachis. Guigiel. in cl. dudū. de testa. tex. not. in. l. qui res. §. areã. ff. de solutio. nã res semel extincta naturaliter nõ potest reuiuiscere, vt ibi, ergo necesse est, vt dicam, istã nouã synagogam; per consequens phiberi aedificari. Facit, qd in simili, not. gl. in. c. 3. §. de iure patro. & sic tex. n. intelligend⁹ est, qd synagoga minatur, vel passa est ruinã in parte, non aut in totũ. In gl. 1. ibi, subiecit dic. de facto. De iure enim hoc operata est mors Iesu Christi, vt. j. eo. c. & si iudeos. in prin. fm Phi. & Hosti. & sequit Io. And. & Doct. vñ Constantinus fuit solus executor. In eadem, in fi. dic. de Constãtino tradit. 26. dist. c. imperator. de Iuliano. j. 1. q. 3. c. Iulianus. in gl. 2. ibi nouum. dic. vñ j. reficiens nõ impeditur per nouit. operis nuntiationem, vt. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. op. nũ. In eadem in fi. dic. probatur, de his quæ si a præla. c. cum apostolica. & §. de sen. c. 2. & prædicta faciunt ad q. an episcopus possit restituere p̄byterũ a se remotũ inuito patrono, de quo vide in. c. quamuis. de rescrip. lib. 6.

C A P. V I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Christiani non debent esse in familiari seruitio iudeorum. & qualiter, & quomodo. nu. 2. & quare nu. 5.
- 3 Simul stare, ac conuersari nõ debent disparis professionis, studij, siue exercitij, & ratio. ibid.
- 4 Scholares iuriste non debent conuersari cum laicis, vel mechanicis, & quare.
- 5 Christiani, cum Iudæis quare conuersari non debeant.
- 6 Christiani cum iudæis, an intra, & extra domum conuersari prohibentur. & nu. 9.
- 7 Christiani non debent nutrire pueros Iudeorum in domo eorum, & quare.
- 8 Christiani possunt Iudæis auxiliari in aedificandis domibus, & sic

bus, fodendis vineis, & huiusmodi. Iudæi nõ dimittentes nutrices christianas suos filios lactes in eorum domibus, excommunicantur. Qualiter autẽ hoc procedat nu. 1. Et an ex dispensatione. nu. 13. Alimenta non prestans necare dicitur.

Ad hæc.

Christiani nõ debent esse in familiari seruitio iudeorum. h. d. Diuidit, qd primo prohibet. secundo, cãm prohibitionis ponit, ibi, qm. Nota primo, qd Christiani nõ debent seruire Iudæis, cõtrahẽdo cū eis familiaritatẽ intrinsecã, aut assiduã cõuersione, vel morã, qd qualiter intelligat, tradit gl. 1. Secundo not. qd hi, qd sũt disparis professionis, studij, vel exercitij, nõ debent simul cohabitare, vel cõuersione, vel morã, qd qualiter intelligat, tradit gl. 1. Societatẽ habent cū laicis, vel medicis, & turpius si habent cõuersione cū mechanicis assidue, & rñ e; qd si cõuersates simul sũt eiusdẽ professionis, & exercitij, vñ ab alio discere p̄t, sec⁹ si disparis professionis. Facit tex. i. clem. 1. de elec. ¶ Tertio not. qd cãm pp qd christiani prohibent habere continuã cõuersione nõ cū iudeis, videlicet; ne simplices a callidis iudæis fleat, d quo dixi. §. eo. c. 1. gl. 1. ex quo vñ, qd talis cõuersione nõ sit ita phibita doctis, & literatis viris, qd nõ possunt corrumpi; imò ipsos iudæos bonis argumẽtis ad fidẽ nrãm possunt reducere. Facit, qd not. in. c. quãto. & c. gaudem⁹. §. de diuor. ¶ Gl. 1. colligit arg. a cõtrario sensu, & demum illud declarat. i. fi. dic. fm Hosti. qd imò extra domũ assidua cõuersione nõ im probat, sed idissolubilis astrictio; & sic vult Hosti. qd Christiani extra domũ possunt Iudæis seruire, & sic extra domũ nõ reprobatur; sed in domo oĩnõ prohibent; sed D. m. hic dicit se putare, qd alia sit mens huus. c. videlicet, qd nec i domo, nec extra domum debeat assidue seruire Iudæis; nec etiã licet nutriat pueros suos in domo eorũ, voluit. n. iste tex. apparet afidũ seruitiũ fm eũ, qd sit extra domũ seruitio interpellato, qd fieret in domo; qm ista vident paria habito respectũ ad cãm prohibitionis cã, vna, ne pp cõtinuã cõuersione, & assiduã morã corrumpant, vt hic in fine. Secũda est ne iudæi videantur superiores christiani, si christiani ipsis famulent; cū ipsi iudæi debeat se recognoscere christianorum seruos, vt. c. & si iudeos. j. eo. & sic patet ex prædictis rõnibus, qd nec i domo, nec extra domũ debeat illis seruire cõtinuo seruitio; itẽ tex. n. in prin. loquit gñaliter; nec aliq facit mentionem, dũ loquit de assiduo seruitio, an in domo, vel extra domũ, ergo gñaliter intelligẽdus, vt. l. de p̄tio. ff. de publ. maxime pp fidei fauorem; solum enim tex. facit mentionẽ de domo, dũ loquit de nutricibus, de quo dicit in gl. seq. intellige ergo tex. not. strũ, qd phibet assiduũ seruitiũ, vt extra domum, qd christiani vellẽt seruire, & famulari psonis ipsorũ iudeorũ. Sec⁹ si vellent aliq dũ edificiu aedificare, vineas fodere, vel qd simile; qd hoc christianis nõ phibet. Gl. 2. colligit arg. ex tex. a cõtrario. In fi. dic. hæc gl. fm Doc. duos p̄t habere intellectus. vñ, qd eadẽ phibitio sit et extra domũ, quasi velit, qd dũ glo. dicit eadẽ phibitio. corrigat arg. suũ, qd sumpsit a cõtrario sensu, & hoc vñ sequi Io. And. dũ suppledo ad verba gl. eadẽ phibitio. dicit supple etiam extra domum, Par. j. DD mum,



num, idem etiam videtur sentire D. Ant. Secundus intellectus est, quod talis prohibitio non extendatur extra domum; & hunc sequitur D. Card. & D. m. qui dicit se credere hunc fuisse intellectum gl. & sic vult, qd verba glo. dum dicit, eadem prohibitio est. non referantur ad principium glo. sed ad tex. quasi dicat, qd similis prohibitio, de qua hic habetur. j. eo. c. in fi. vbi excommunicatur Iudaei, si non dimittunt nutrices christianas; & sic ex quo compellunt dimittere, videtur sentire ille tex. qd eas in domo haberet; & hunc intellectum dicit humaniorem; possent enim creaturae Iudaeorum perire, si non reperirent nutrices. Item quia tex. noster dum facit mentionem de nutricibus, expressè loquitur de domibus; & sic à contrario, extra domum videntur posse nutrire; & hoc arg. fuit mota glo. nostra, qd arg. à contrario sensu validum est in iure, vt. c. c. apostolica. s. de his que fiunt à prala. & l. i. s. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iuris. Ego credo, qd secundus intellectus fuerit omnino de intentione glo. nec aliquo modo verba glo. secundum rectam grammaticam, adaptari possunt ad primum intellectum, quia tunc diceret aduersari ne, sed eadem prohibitio est, sed pro primo intellectu Io. And. & aliorum tex. est apertus in. c. & si Iudeos. vers. inhihemus ergo. j. eo. vbi tex. generaliter prohibet, ne Iudaei nutrices habeant christianas; nec distinguit in domo, vel extra domum; & subdit ponendo rationem, ne filij liberae, filijs famulentur ancillae, quae ratio etiam vendicat sibi locum extra domum; & ad hoc etiam facit, qd dicit D. m. in precedenti glo. de seruitio respectu personarum ipsorum Iudaeorum. Nec ob. tex. in. d. c. & si Iudaeos. ibi dum dicit, si verò nutrices non dimiserint. quem tex. allegat D. m. pro secundo intellectu; quia etiam habentes nutrices extra domum, possunt illas dimittere, remouendo pueros eorum, & satis cõuenit hoc verbum, dimiserint. Facit glo. 2. q. 1. c. si peccauerit. in vers. sic. dimittere. & patet ad sensum, Dicerem tamè propter rationem D. m. qd aut Iudaeus potest aliter sibi prouidere inueniendõ nutricem Iudaeam, vel faciendo puerum nutriti à matre sua; & tunc habeat locum primus intellectus; aut non potest villo alio modo sibi prouidere; & tunc procedat secundus intellectus, ne Iudaeorum creaturae pereant; quoniam necare dicitur, qui non praestat alimenta. 1. 2. q. 2. c. qui abstulit. 86. dist. c. non satis. 2. q. 4. c. inter cetera. c. ubi ergo ecclesia tolleretur Iudaeos, propter spem, quam habet vt conuertatur ad fidem. 45. dist. c. sincera. & c. preced. videt, quod potius, circa hoc, debeat seruare humanitatem, quam crudelitatem, maxime cum ipsi infantes nil intelligentes, aut sapientes, non possint dici aliquid mali commississe, propter perfidiam parentum, & baptismi defectum. Extra glo. quaerit hic D. m. vtur Iudaei in casu prohibito possunt habere nutricem Christianam ex dispensatione episcopi; & dicit ipse quod non; quia episcopus non dispensat contra ius; nisi expresse, vel tacite hoc ei permittatur, secundum Inno. in. c. cum dilectus. de tempo. ordi. Archi. in. c. licet canon. de elect. lib. 6. D. m. in. c. at si clerici. s. de adulterijs. s. de iudic. dixi in clem. ne Romana. de elect. & maxime; quia ista prohibitio tendit ad honorem fidei; & ita dicit de facto consuluisse. D. Card.

C A P. I X.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudaei volentes baptizandi, inuiti non cogendi, sine iudicio non puniendi; aut suis bonis spoliandi. nu. 9. In festis eorum minime perturbandi, nec cimiteria eorum violanda, nec eorum corpora exhumanda; & quare nu. 4. vbi quid de parulis. & seq. nu. 7. & nu. 8.
2 Ecclesia, sicut corpora, ita & aias ad se cõfugiens saluat.
3 Iudaeus confugiens ad baptismum, an statim baptizandus, & quare.
5 Iudaei sunt serui Christianorum. nu. 6. et quare nu. 8. Vnde filios non habent in potestate. ibid. nu. 6.
9 Iudaeis non sunt auferenda pecunia de facto, nec vulnerandi, aut occidendi, nisi mediante iustitia. Et contrafaciens qualiter puniendus. ibid.
10 Pecunia verbum accipitur largè, strictè, & strictissime.
11 Iudaei possunt exigere à Christianis seruitia à iure pmissa.
12 Malitij hominum obuiandum.
13 Mutillare quid importet.
14 Baptismo conditionali, an imprimatur character.
15 Iudaeus si ordinatur, non recipit characterem.
16 Iudaei quare ab ecclesia susciuntur, et si mortaliter peccet.
17 Iudaei non possunt compelli ad seruandum ferias, & festiuitates Christianorum.
18 Sepeliri non debent cum cadaueribus vestimenta, & ornamenta, & alia huiusmodi.
19 Sepelita corpora exhumantes, manu armata capite puniunt.
20 Pena si alternatiue sit imposta, cuius sit electio. Bart. opin. nu. 2. Bal. 2. 3. Abba. 2. 4. Socin. 2. 5. distinguendum. Et electio in alternatiue est debitoris. nu. 2. 1. & nu. 40. Quid si verba directiua ad partem. nu. 2. 6. Quid si vtraq; corporalis. nu. 2. 7. Limit. nu. 2. 8. & 2. 9. Quid si vtraq; pecuniaria. nu. 2. 6. Quid si vna corporalis, & alia pecuniaria. nu. 3. 0. Quid si vna corporis, sed non mortis affectiua, alia pecuniaria. nu. 3. 2. Limit. ibi. Quid si ad iudicem. nu. 3. 9. Quid si vtraque pecuniaria, & corporalis ibid. Limit. tamen quod de corporali dicit, vt nu. 4. 1. Quid si vna corporalis alia pecuniaria. nu. 4. 2. Quid si nec ad partem, nec ad iudicem. nu. 4. 3. Quid si vna pars ad iudicem, alia ad partem. nu. 4. 5.
24 Pena à iudice est imponenda; quia ipse videre debet, quae expediat. & nu. 4. 4.
31 Iudex, an morturo possit dare electionem mortis.
33 Manus arida membrum est, & quare. nu. 3. 4. & quomodo intelligend. nu. 3. 5.
35 Arbor sicca, adhuc à solo non reuulsa, dicitur arbor.
36 Commodum ex propria malitia quis reportare non debet.
37 Manus abstissione puniendus, si eam non habeat, pena pecuniaria puniendus. Quid si non habeat, nec dextram, nec sinistram in quarum alteram statuitur vult delinquentem puniri? nu. 3. 8.
41 Arbitrari iudex debet in mitiorem partem.
42 Enormitas delicti facit legu dispositione trāscedere puniendõ.
46 Pena, vna si est pecuniaria; puta soluat. C. & alia corporalis, puta, vel iudex sibi amputet manum, dicitur magis corporalis, quam pecuniaria.
47 Statutum disponens reum fideiusoribus relaxandum, vbi est pena pecuniaria; non habet locum, quia pena per aliud statutum esset alternatiua, vt. pecuniaria, & corporalis.
48 Pena soluenda per reum in alternatiuis, quousq; debeat solui, vt non dicatur in mora?

- 49 Pena alternatiua, & si in tempore non fuerit à reo soluta, attamen reus potest compelli à fisco ad eam soluendam.
50 Statutum dictans, qd quis puniatur certa pena, vel alia, quae iudici videbitur, quomodo intelligendum. Arbitrium iudicis est circa ea, circa qua. l. sine statutum sibi prefixit, & non extra, aut vltra.
51 Pena statuta à statuente, super qua insuper det arbitrium iudici arbitrandi, aliàs in casum singularem si est pecuniaria, iudex arbitratu pecuniaria; & sic e contra, si est corporalis, arbitratu corporali. Item, & quando esset electio alius. nu. 5. 3. vbi limit.
52 Alius, electio, est implicatiua antecedentis, qualitatis.
53 Statutum si disponat delinquentem puniri in centum, vel plus, vel minus, prout iudici videbitur; an ex hoc possit iudex penam pecuniariam alterare in corporalem.
54 Pena semel electa non potest, nec iudex, nec pars ad aliam refugere, eligendo.
55 Pena diuersa non alternatiue imposta pro vno, & eodè delicto, an sit electio, an verò vna per aliam tollatur.
56 Quid si vna imponatur per. l. alia per canones.
57 Quid si vna est fori penitentialis, alia iudicialis.
58 Quid si vna statutaria, alia legalis.
59 Intellectus tex. cap. huius.

Sicut iudaei.

Iudaei volentes, baptizandi sunt; inuiti aut non sunt cogendi; nec sine iudicio puniendi, aut bonis suis spoliandi; nec et sunt in festis eorum perturbandi, aut eorum cimiteria violanda; nec eorum corpora exhumanda. h. d. Primo, ponit vult iudicem, cuius rōnem subdit, ibi, quippe Christi. Secundo, ponit dictū bimēbre, cōtinens prohibitionē. ibi, null. Tertio, ponit aliud dictū, aliā continens prohibitionem, ibi, neq; aliq. Quarto, ponit aliud dictū, duplicem et cōtinens prohibitionem, ibi, ad hoc iudaeorum. Vltimo, ponit penā contrafacientiu, ibi, quisquis. Nota primo, qd sicut ecclesia corpora ad se fugientia saluat, vt. c. vitet. de immu. eccl. & l. i. & per tot. tit. C. de his qui ad eccle. confug. et si iudaei sint, vt ibi tradit. & l. 7. q. 4. Iudas. ita & saluat aias ad se fugientes, vt hic; & potius debemus illas saluare, cum trāsa sit prior corpore, vt. c. cum infirmitas. j. de penit. & remis. & l. si. C. de sac. sanc. eccle. Secundo not. qd Iudaeus aufugiens ad Christianos, & dicens se velle effici Christianū, non est propterea immediatè baptizandus; imò debet stare inter Christianos antequam baptizet p 40. dies, vt. c. ne, qd abst. de cõse. dist. 4. quāuis olim stabant per octo menses. c. Iudaei. ea. dist. & rō est, vt mediante mora inter Christianos habita, & cursu tps, possit eius voluntas pateferi; scilicet, qd bono zelo, & rata fidei deuotione id facit; dicit tñ hic D. m. qd in multis locis hoc non seruat, & malè; quā plerunq; inuenitur se voluisse baptizari ex discordijs, & indignationibus, quas cū parentibus, vel alijs huiusmodi psonis commiserunt, qd ex zelo fidei. Tertio not. qd Iudaei non sunt inuiti baptizandi; & ratio ponit in tex. ibi, qui pp Christi fidem. & c. qd clarè pcedit in adultis; sed de paruulis maior est dubitatio. glo. 2. 8. q. 2. Iudaeorum ponit opi. & vlt potius inclinare in sniam, qd non possint eripi à parentibus eorum baptismi cā. Aliqui verò tenent contrariū; quā cū Iudaei sint serui, vt. c. si iudaeos. j. eod. & Genesis. c. 9. ibi maledictus Cain, sit

seruus fratrum suorum. Facit. 2. 4. q. 1. s. qm. & 2. 3. q. 8. c. dispar. vñ cū sint serui Christianorum, non habent filios suos in potestate. 3. 2. q. 3. c. 1. & Insti. de patri. potest. s. 1. quā obrem secularis principes infantes eisdem subiectos, possunt inuitis parentibus baptizare; nā cū possint alij vendere, vel donare; forti debent posse ad baptismū inducere, qd maxime vlt meritoriu, fm Io. And. hic, & sequit Archi. 45. dist. c. qui sincera. Nec obst. c. iudaeorum. p qd mouet glo. p̄dicta; quā fm aliquos, ille tex. potest intelligi, qd non possunt inuitis parentibus baptizari, scilicet; vt hoc fiat p non dnos eorum; secus per eorum dnos; vel potest intelligi, secundum Io. And. quod non possunt induci ad baptismum inuitis parentibus, ad hunc finem, vt parentes propter hoc cogantur indirectè conuerti ad fidem; sed ad finem, vt pueri eorum saluentur, benè potest. D. m. hic dubitat; dicens, quod Iudaei non sunt propriè serui, imò ab eis non possunt coacta seruitia exigi, vt hic; quia per hunc modum compellerentur indirectè parentes etiam baptizari, quod fieri non debet; nisi aliàs ad hoc se aliquo modo obligassent per votum, vel similit. vt. c. debitum. de bapti. sed ad hoc satis videtur respond. Io. And. Hæc secunda opi. mihi benignior, sed prima verior, de iuris rigore. Quarto not. quod Iudaei non sunt occidendi, vel vulnerandi, nec eis sunt pecunie auferendae de facto, sed solum mediante iudicio, & iudicis potestate, cui hoc à iure commissum sit; & dicit hic Host. qd auferentes aliter contra hanc prohibitionem, si fuerint conuicti, duplū reddere compellunt, per. l. Christianos. C. de sacrif. pagan. & eorum templis. Et not. qd pecunia hic sumitur largè pro omni eo, quod est in commercio nostro, & qd ad pecuniam redigi potest, vt in tex. l. pecunia. & l. seq. ff. de verb. signifi. Io. And. in. c. faelicis. de pen. lib. 6. & etiam arbitror, qd ita accipitur in ver. ad hoc. in fi. Quandoq; benè accipitur strictè solum pro his rebus, quae constant numero, pondere, vel mensura; & quae magis per gen. quā per speciem recipiunt functionē, vt in tit. si cert. per. ff. & C. per tot. Tertio modo sumitur strictissime dumtaxat pro pecunia numerata, vt traditur. 2. 3. q. 3. c. 2. & l. 2. q. 2. c. 1. & l. 1. ff. de constit. pecun. Quinto not. ibi, neq; aliquis. & c. tex. vt iacet, dic tñ, quod possunt exigi seruitia à iure pmissa, vt. c. 2. s. eo. Sexto no. qd obuiandum est prauitati, & malitiæ malorum hominū. Et aduerte; quia mutillare sumitur hic propriè pro frangere, vel dirupere; qualiter aut propriè sumat, dixi in. c. accusasti. s. de accusat. Vltimo not. in fin. penā contrafacientium, qd in glo. fin. examinabitur. ¶ Gl. 1. assignat rōnem, ibi, maiores. dic. s. p̄. & fi. & probatur. 1. q. 1. quidā. & ideò primitur character, quando est conditionalis; quia saltem indirectè voluit ad fidem cõuerti. 1. 6. q. 1. merito. In eadem, ibi, si patre. dic. & idem probatur. s. de despon. impub. c. 1. in princ. in glo. 1. In eadem, in fin. ibi, nullus. dic. vbi dicitur nullum iudaeum oportere autem Iudaeus si ordinetur recipiat characterē ordinis. dic. qd non, secundum Io. And. post Vinc. & Pet. in. c. translato. s. de constitu. ¶ Gl. 2. exponit, dic. vt in ea; quia benè dicit. Gl. 3. fortificat, & assignat rōnē, dic. vt in ea. ¶ Gl. in ver. bonas. colligit arg. à contrario, & assignat rationem; & in fi. allegat cõcordantiam. In ea. ibi, qui sincera. Par. j. DD ij dic.

16 dic, & ibi not.in glo. fi. † quare ecclesia in his susti-  
neat eos,cum mortaliter peccent;vbi dicit,q hoc fa-  
cit, ne alijs indirecte videantur compelli ad fidem.  
In fi.glo.dic,& vide Archi. de confes.di.3.c.rogatio-  
nes.vbi dicit, q † non possunt compelli seruare fe-  
rias,& festiuitates nostras; & ita consilium de facto.  
17 ¶ Glo.in ver.cæmiterium.oppo.& sol.dic,vt in ea.  
¶ Gl.in ver.pecunia.dic, q glo.colligit not.In eadē,  
18 ibi. §. suis. dic, vbi dicit, q † ornamenta, & similia vesti-  
menta cum corporibus humani non debent, vt fa-  
ciunt simplices homines. ¶ Gl.pē. primo, ponit vnā  
penam violati sepulchri; deinde querit, an talis infa-  
metur, & sol.ponendo duas opi.primam tamen ap-  
probare videtur. In eadem, ibi, si quis. dic, vbi dicitur,  
19 q † qui manu armata cadauera, & sepulchra spo-  
liant, capite puniuntur. Si verò sine armis, puniuntur  
in metallum; & dic, secundum Io. And. q † propter  
hoc vxor olim poterat dare libellum repudij, vt. l. cō-  
sensu. in prin. C. de repud. ibi tamen loquit de discul-  
tore, siue derobatore sepulchri. In eadē, ibi, infamat.  
dic, & hanc etiam glo. sequitur. 3. q. 7. §. porro. pro  
qua est tex. in. d. l. 1. alleg. in glo. dic, vt plenē tradi-  
tur in. l. infamem. ff. de pub. iud. ¶ Glo. si. querit, cū.  
20 † hic imponatur pœna alternatiuē, cuius sit electio.  
in fi. colligit vnū arg. In eadem, ibi, in optione iu-  
dicis. dic not. hanc glo. quæ vult, q in pœnis imposi-  
tis à iure alternatiuē, electio spectet ad iudicē. Idem  
tenet glo. in. c. a. crapula. de vi. & honest. cleri. & idē  
tenet ibi Io. And. per. c. quoniam frequenter. §. vt lit.  
non cōstet. in fi. Facit. c. querenti. de verb. sign. Idem  
etiam tenet glo. 3. q. 4. dist. c. fraternitatis. vbi dicit, qd  
diuersitas pœnarum tribuit electionem iudici; & p  
ista opi. videt tex. in. l. 1. §. expilatores. ff. de effra. &  
tenet glo. in. c. 2. de cohabit. cleri. & mulie. Facit tex.  
in. c. 1. de offi. vicar. Contrarium, tenet glo. in. l. quicū-  
que. C. de ser. fug. vbi vult, q electio sit partis, p qua  
facit regula generalis, que vult, q † in alternatiuis ele-  
21 ctio sit debitoris, vt in reg. alternatiuis. de reg. iur.  
lib. 6. & l. plerumq; ff. de iur. dot. Cyn. in hoc artic.  
fuit vari; aliud tenet in. l. si fugitiui. C. de ser. fugi. &  
22 aliud in. l. quicunq; eod. tit. Bar. † in. l. 1. §. expilato-  
res. distinguit tria membra, dicens, q aut verba di-  
riguntur ad iudicem; vt puta, puniat tali, vel tali pœ-  
na; & tunc electio sit iudicis, ita intelligenda est gl.  
nostra, & iura. §. pro prima opi. alleg. Aut verba diri-  
guntur ad ream; vt puta, soluat mille, vel exhibeat  
medietatem, vel tertiam bonorum suorum, vel si-  
mil. & electio sit rei. Ita intelligenda sunt iura, secun-  
do loco alleg. & l. quicunq;. C. de ser. fug. per quam  
glo. hic mouetur, dicit enim ibi tex. domino repræ-  
sentet. & c. & sic verba ad ream diriguntur. Aut &  
tertio, verba sunt ambigua, nec apparet ad quem  
dirigantur; vt puta, dicit lex, pro tali delicto sit pœ-  
na pedis, vel metalli; & dicit simpliciter Bar. in. d. §.  
expilatores. q datur electio reo. Similem distinc-  
tione facit gl. in legatis. an sit electio hæredis, vel lega-  
tarij in legatis alternatiuis, in. l. Lucio. ff. de lega. 2. &  
Dyni in. d. reg. in alternatiuis. Bar. tamē in hoc tertio  
mēbro aliter dicit, in. d. l. quicunq; videlicet, quod  
aut loquimur in pœnis corporalibus; verbi gratia,  
sit pœna amputationis pedis, vel man; & est electio  
iudicis, vt. d. §. expilatores. Aut in pecuniarijs; & est  
23 electio rei, per. d. l. plerunq; ff. de iure dot. Bal. verò

in. d. l. quicunq;. simpliciter dicit. q in pœnis alterna-  
tiuis semper electio est rei, siue verba diriguntur ad  
partem, siue ad iudicem, siue simpliciter, siue loqua-  
mur in corporalibus, siue in pecuniarijs, per. d. re-  
gulam generalem. l. quicunq;. & d. reg. in alternati-  
uis. Item, quia datur electio reo in summis. (Sed me-  
lius dixisset in pecuniarijs, per ea que. j. dicā) qua-  
rum obligationes favorabiles sunt; multo magis de-  
bet dari electio in pœnis, quæ sunt odiosæ, in quibus  
ea debet fieri interpretatio, quæ tendit in fauorem  
rei, vt. l. si pœnes. & l. interpretatione. ff. pen. Nō ob-  
l. si fugitiui. C. de ser. fug. quia secundum eum, loqui-  
tur in pœna mixta, in qua semper electio fit iudici;  
quia ad eum pertinet pœnarum afsimilatio. Item  
nō ob- l. tex. in. d. §. expilatores. quia ibi loquit in pœ-  
na arbitraria, in qua semper datur electio iudici, vt  
. ff. de pen. l. hodie. eandem etiā sniam videtur tenere  
ipse Bal. in repe. l. data opera. C. qui accusa. non pos-  
24 D. m. † in. d. c. a. crapula. j. de vit. & honest. cleri. tenet  
idem q Bar. in primis duobus mēbris; in vltimo ve-  
rò mēbro expresse tenet contra Bar. & Bal. licet non  
videret Bal. videlicet, q in dubio electio fit iudici,  
mouetur primo autoritate glo. & Doct. simpliciter  
tenentū, q electio fit iudici, p iura super? in prin.  
alleg. que loquitur impersonaliter; & tñ dat electio-  
nem iudici. Item, quia in dubio per iudicem  
imponenda est, & sic lex in dubio loquitur iudici.  
Item, quia † iudex debet videre quæ pœna sit magis  
expediens; & illam imponere, vt. d. c. qm frequēter.  
§. vt lit. non contest. 2. q. 5. c. prodest. & l. quid er-  
gō. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infra. & ibi. Doct.  
Ego verò in hoc articulo clarius exordiendo mate-  
ria, † distinguo principaliter quatuor mēbra, q aut  
25 verba dirigunt ad partē, aut ad iudicem, aut nec ad  
partem, nec ad iudicem exempla collige, vt. §. dictū  
fuit in opin. Bar. Aut verba respectū vnus pœnæ al-  
ternatiuē debet referuntur ad partem, & alia refe-  
runtur ad iudicem, verbi gratia; si quis tale delictum  
cōmiserit, soluat centū, vel iudex amputet sibi ma-  
nū & c. Primo casu; subdistingue, q aut vtraq; pœna  
26 est pecuniaria, aut vtraq; pœna ē corporalis, aut vna  
corporalis, & alia pecuniaria. Primo casu; dic, q aut  
est talis alternatiua, in qua cōpetit electio, videlicet;  
si cadit affectio aliqua in ipsis pœnis, verbi gratia; si  
qs tale quid cōmiserit, soluat, aut mille, aut medietate  
honorū suorū; & hoc casu electio sit ipsius rei.  
Aut nō cadit affectio, vt est i nūmis, vt. l. nūmis. de in-  
lit. iuran. verbi gratia; si quis tale quid cōmiserit, sol-  
ua. 20. aut. 30. & tunc nulla est electio, sed quod mini-  
mum est debetur, per not. in. l. si ista stipulatus fue-  
& q not. Bal. in repe. l. 2. ff. de leg. 2. in secundo con-  
trario, vbi dicit, q vbi alternatiua non ponitur inter  
eligibilia, vt puta; in nūmis; in quibus non cadit  
affectio, et si quis soluit in maiore summā, non dicitur  
satisfecisse obligationi; nisi respectu minoris. Se-  
27 cundo casu, qn vtraq; est corporalis, † dic, q ad ipsū  
reum spectat electio; hoc tamen arbitror limitan-  
28 dum, † si vtraq; esset corporis afflictiua; non tñ esset  
aliqua continens mortem. Sed vbi vna esset corpo-  
ris afflictiua, alia verò mortis; vt puta, soluat pœnā su-  
stigationis, vel amissionis capitis; & tunc fortē licet  
ipse vellet eligere pœnam mortis, non tamen esset  
admit-

admittendus, per ea, quæ statim dicam in seq. mem-  
bro. Item arbitror limitandū, † si per electionem suā  
29 non eluderetur pœna; secus si eluderetur; verbi gra-  
tia, soluat, aut patiatur amputationē manus dextræ,  
aut sinistrae, & ipse non habens manum dextram, aut  
habet aridam, aut quam fortē magis expediat non  
habere, illam eligeret; & hoc casu dic, vt dicā in seq.  
30 membro. Tertio casu, qn † vna est corporalis, & alia  
pecuniaria; videlicet, aut soluat mille, aut pœnam ca-  
pitis; & isto casu dic, vt dixi in præced. q fortē non  
posset eligere pœnam mortis, ne videretur sui ipsius  
homicida. Facit tex. singularis in. l. aut damnū. ver.  
31 sed animaduerti. ff. de pen. vbi tex. vult, q † iudex mo-  
rituro non possit dare, vt eligat quam mortem velit  
facere; fortius ergō dicendum est, non omnino mori-  
turo, & illum tex. ad hoc singulariter allegat Bald.  
32 in. l. 1. C. quib. ad liber. procla. non tamē mortis; alia verò pecu-  
niaria, & tunc potest eligere quam vult. Quod for-  
tē limitandum est, vt etiam tetigi in præced. casu,  
quando per electionem suam pœna non eluderetur,  
vel annihilaretur; & potest figurari exemplum in  
manu arida amputanda, vt dixi; quia si vellet illam  
eligere, quæ arida est, non esset admittendus, arg. not.  
per Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. vbi dicit  
Cyn. quod qm imponitur pœna amputationis alicu-  
ius manus dextræ, scilicet, vel sinistrae, & illa sit ex to-  
to arida, q iudex debet amputare aliam viridem, p  
tex. in. c. sicut vrgeri. 1. q. 1. Ille tamen tex. probat cō-  
33 trarium, dicit enim, q licet manus arida sit sine san-  
guine; tñ verum est membrum; & arbitror Bal. ha-  
buisse hanc. q. a. Bar. Brix. in. d. c. sicut vrgeri. qui tex.  
vt dixi facit contra Bal. Nec ob- l. arg. Bal. quia satis  
dicitur delictum punitum, licet amputetur manus  
34 † arida; quia eius amputatio infert corporis defor-  
mitatem; & hanc sententiam contra Bal. tenet Ang.  
35 arg. l. 3. §. pē. ff. arbo. fur. cas. vbi probatur, q † appel-  
latione arboris continetur etiam arbor sicca, donec  
succidat a solo, & talis, quæ succia non dicitur ampli-  
us arbor, sed lignum. Saluarem tamen dictum Bald. si  
manus non solum esset arida, sed etiam esset talis,  
quam magis expediret non habere, quam habere;  
vt si esset cancrofa, & talis, quæ visu terrorem indu-  
ceret; adeo q ad saluandum reliquū corporis opus  
esset illam imputare; quia tunc arbitror, q non pos-  
set illius amputationem eligere, cum non cederet  
sibi ad pœnam, sed ad maximum commodum sani-  
tatis corporis. Maxime si commisisset delictum ea  
36 intentione, vt manus amputaretur, cum † quis nō de-  
beat, ex malitia sua, & ex delicto suo, cōmodum re-  
portare, vt. c. intelleximus. in si. §. de iudi. Quid autē  
37 iuris, † si non haberet illam manū? arbitror, q solū  
teneretur pœna pecuniaria, primo, quia si perit vnū  
ex alternatiuē debitis, reliquum est in obligatione.  
Secunda, quia, vt. §. dictum est, in casu nostro amo-  
38 do non cadit electio. Quid autem, † si statutum dice-  
ret, si quis tale quid commiserit soluat pœnam, aut  
amputationē manus dextræ, aut sinistrae, & talis nul-  
lam haberet manū? & hoc casu videtur dicendum,  
q cum non sit capax pœnæ, q non sit aliqua pœna  
puniendus, per not. in. c. si fortē. de elec. lib. 6. in ver.  
euidenter. Tu dic contrarium, per not. in. c. si com-  
promissarius. eo. tit. lib. 6. erit enim in arbitrio iudi-

cis aliam pœnam sibi imponere, probatur. 1. 2. q. 2. §.  
liberto. & per gl. 2. in ver. accusatus. in. c. nullus. §. de  
ser. nō ordi. & quod traditur in. c. de multa. §. de præ-  
ben. & c. ea noscitur. j. de sent. excom. & per not. per  
Bar. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & in. l. 2. C.  
vt intra cert. rem. cri. accus. termin. vt semel contingit  
Bononia; quia dum legeretur condemnatio damna-  
ti in abscisionem aurium, damnatus circūstantibus  
dicebat, e ci saranno delli aradegati. qui ductus ad  
locum iustitiæ repertus fuit sine auribus; deinde re-  
ductus ad officialem fuit furca suspensus, ex eo quia  
inuentus fuit, q aures fuerant sibi abscisæ pp secun-  
dum furtum, vt fuit confessus; & sic fuit ipse aradi-  
gatus, prout ipse prius dixerat. Secundo mēbro  
39 principali, quando † verba diriguntur ad iudicem,  
similiter distingue, q aut vtraq; pœna est pecuniaria;  
& tunc electio est iudicis, q procedit, siue loquamur  
in rebus, in quibus cadit affectio, siue in pecunia nu-  
merata, in qua non cadit affectio; est enim circa pecu-  
niam numeratam in hoc diuersa causa à membro  
præced. quia † in summis alternatiuē debitis electio  
40 est debitoris, secundum verba prolata; vt est regula-  
riter, quod minus est in obligatione, vt. §. dixi. secus  
qn ad creditorem pertineret electio; vt puta, dabo ti-  
bi. x. aut. xx. quod malueris; quia tunc. xx. sunt in ob-  
ligatione. Aut vtraq; pœna est corporalis, & si inter  
ipsas nō sit magna discrepantia, electio erit iudicis.  
Si verò magna discrepantia; puta, amissionis pedis,  
vel alterius membri, vel mortis; & tunc arbitror, q  
iudex non posset eligere maiorem pœnam; quia cū  
41 videatur esse in arbitrio suo, † debet ipse arbitrari in  
benigniore parte, vt. l. interpretatione. ff. de pen.  
& in reg. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. Bal. in auth. sed  
nouo iure. C. de ser. fug. & si eligeret maiorem, pos-  
set appellari, vt. l. si qua pœna. & l. aliud. §. 1. ff. de ver-  
bo. sign. quod tamen arbitror limitandum, nisi causa  
cognita, id faceret ex aliqua iusta causa; vt puta, vt  
42 † multis crassantibus locus sit exemplo aliorum, per  
J. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœn. & quod tra-  
ditur in. l. quid ergō. §. pœna grauior. ff. de infami-  
bus. & l. si seuerior. C. eod. tit. Aut & tertio, vna est  
corporalis, & alia pecuniaria; & tunc si pecuniaria  
nō discrepat multum à corporali, potest iudex elige-  
re quam vult, licet dicatur, q † quælibet pœna corpo-  
ralis, sit maior quælibet pecuniaria, vt. l. in seruorū.  
§. fin. ff. de pœn. tamen posset esse tanta bonorum  
amissio, vt æquaretur corporali respectu qualita-  
tis personarum, vt ibi traditur. & ff. de excu. tuto. l. &  
propter litem. & Insti. eo. §. item propter litem. Si  
verò esset discrepantia; vt puta, condemnet in cen-  
tum, aut in amputationem manus; arbitror, q tunc  
deberet eligere pecuniariā, quod declara, & limita,  
43 vt dixi in præced. casu. Tertio casu principali, † quā-  
do verba simpliciter proferuntur, idem per omnia  
arbitror dicendum, quod dixi in præced. membro;  
licet Bar. distinguat, an vtraq; sit corporalis, vel vtra-  
q; pecuniaria. Moueor primo, per. l. si fugitiui. & q  
ibi tradit. C. de ser. fu. secūdo moueor, p tex. in. l. aut  
damnū. §. 2. ff. de pen. vbi tex. vult, q si imponatur  
pœna alternatiua furcarum, aut capitis, non debet  
iudex dare electionem reo. Tertio moueor; quia, vt  
dictum est, pœna in dubio imponenda est per iudi-  
cē, vt. c. conuastione. §. de resti. spol. 3. q. 2. c. si-  
Par. j. DD iij ne de



ue de, §. in hoc. & l. aliud. §. r. & l. si qua pena. ff. de ver. sig. & traditur hic in gl. in verb. potestatis. Quarto, & ultimo membro principali, quoniam una pena alternatiua refertur ad partem, alia ad iudicem; verbi gratia, soluat centum, vel iudex amputet sibi manum; & isto casu arbitror, quod siue vtraque esset pecuniaria, siue vtraque corporalis; aut vna pecuniaria, & alia corporalis, quod cum hic non cadat proprie electio; quia alternatiua tota non dirigitur ad vnum solum, quod debemus dicere, quod reo non soluente penam ad eum directam, succedat pena directa ad iudicem, vel maior pena, si maior alternatiua posita referatur ad partem; licet haec videretur simplex, & inepta loquutio, verbi gratia; si quis tale quid fecerit; soluat manus amputationem, aut iudex condemnet eum in centum; quia debemus a minore ad maiorem ascendere; unde talis alternatiua videtur esse quodammodo condicionalis, videlicet; si non soluerit centum, amputetur sibi manus, de qua materia vide Bal. in repet. l. data opera. C. qui accus. non pos. & hoc casu illo existente in mora soluendi, succedat obligatio corporalis, vel alia maior pena. Et not. quod si vna esset pecuniaria, puta; soluat centum, & alia corporalis; puta, vel iudex amputet sibi manum, habito respectu ad id quod euenire potest, de potius corporalis, quam pecuniaria; Vnde si stante statuto, quod vbi est pena pecuniaria reus possit relaxari, datis fideiussoribus; secus si esset corporalis; quia in casu praedicto, talis non videretur relaxandus, de quo vide Bal. in d. repet. l. data opera. col. 8. Sed vsque ad quantum tempus possit iste reus soluere penam, ut non dicatur in mora, vide Bar. in l. r. ff. de penu. leg. & traditur in l. item veniunt. §. si. ff. de peti. heredi. Bal. in d. l. quicunq; C. de fer. fu. Nota etiam circa praedicta, quod licet transierit tempus, intra quod ille damnatus debuerit soluere penam pecuniariam, & sic in eius defectum successit corporalis, quod tamen potest compelli per fideiussorem ad soluendum pecuniariam. Hoc tenet sing. Bar. in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio & Ang. in repe. l. si in insulam. ff. de verb. oblig. in si. q. vbi dicit de facto ita consuluisse, per. d. §. idem respondit. Sed quare iuxta praedicta, quid si statutum diceret; puniatur tali pena, vel alia, quae iudicanti videbitur; vel simili, qualiter sit hoc intelligendum? Sol. dic. quod debet intelligi de simili pena specialiter expressa; & ideò si pena expressa in statuto esset pecuniaria, iudex non posset imponere corporalem virtute illius alternatiuae; quia non esset similis expressa. Idem eò conuerso dicendum; quia si in statuto exprimeretur pena corporalis, non posset imponi pecuniaria. Hoc singulariter probat tex. cum gl. in verbo, pena in. d. l. si fugitiui. & hoc idem tenet ibi Bald. sing. ad hoc propositum ponderans illam gl. pro quo adduco etiam quod dicit Bart. in l. r. in si. ff. si famil. furt. fecit. dic. & quod not. in. c. sedes. §. de rescrip. & quod not. D. m. in. c. facris. de sepul. & quod not. in. l. quida ff. de reb. dub. in quibus traditur, quod dicitio alius, est implicatiua antecedentis qualitatis; & idem dicit Ang. in. d. l. si fugitiui. si statutum diceret, puniatur in centum, vel plus, vel minus; prout iudici videbitur; nam per istud arbitrium non potest iudex alternare penam pecuniariam in corporalem; sed praedicta arbitror limitanda; nisi iudex hoc fecerit

causa cognita; nam, & video, quod vbi pena est determinata, potest iudex illam alterare causa cognita, ut. d. l. quid ergo. §. pena grauior. & ibi latissime p. Bal. in repe. ff. de infami. Bal. in l. hodie. ff. de pen. & d. l. etsi fenecior. ff. de infami. vide etiam quod not. 2. q. 3. §. notandum. & j. de rap. in. c. archiepiscopatu. Postremo circa praedicta not. quod si vna pena electa, non potest iudex, vel pars ad aliam transire, ut dicit D. m. in. c. 2. de coha. cle. & mulie. Bar. in l. r. ff. vi bo. rap. p. l. p. tor edixit. §. r. ff. de iniur. & praedicta not. p. petuo quia quotidiana. Quid autem si pro eodem delicto sint impositae diuersae penae, non tamen alternatiuae, cuius sit electio; & in vna p. aliam tollat, nolo insistere, vide Spec. i. tit. de cotum. §. nunc dicamus. ver. sed pone iudex. in si. gl. antep. n. & l. num. q. plura. ff. de priuat. delict. & Bal. in. d. l. data opera. vide Io. And. in. c. felicis. §. si. de pen. lib. 6. vbi ponit, quid si vna imponit per legem, alia p. canonem; & vide etiam glo. in. c. gaudemus. de diuor. per Hosti. i. c. de his. de accu. de offi. deleg. c. r. per gl. pen. in. c. si. de temp. ordi. & per glo. 49. dist. c. r. In quibus tradit, quod si vna pena est fori penitentialis, & alia iudicialis, de quo terigi. i. d. c. de his. §. de accu. vide Cyn. in. l. non dubium. in si. C. de legib. per glo. & Bar. in. l. sanctio legum. ff. de pen. Insti. de pen. teme. litig. in fin. Io. And. in addi. Spec. in rub. de furt. & Bar. in. l. r. ff. vi bono. rap. in qbus vide, quod si vna est legalis, & alia statutaria, dicam forte in. c. r. j. de pen. Habes igitur ex praedictis vnum intellectum ad tex. nostrum in si. fm glo. ut dicitio, aut, stet pro opposita hic iter diuersas penas, & stet proprie cum tribuat electionem iudici, alium tamen intellectum ponit hic Hosti. quem refert Io. And. fm quem cessat decisio gl. & altercatio praedicta, videlicet; ut intelligamus tex. quod faciens contra praedicta patitur periculum officij, & honoris; quoniam est talis, qui sit in officio, & honore constitutus. Si verò non esset talis, ut quia simplex laicus, tunc habet locum secundam partem alternatiuae; ut excommunicatur, & sic est locus electionis; sed primus intellectus glo. plus placet D. m. & mihi.

C A P. X.

S V M M A R I V M.

- 1. Praedicantes paganis, possunt recipere cibos ab eis.
2. Paganorum dapibus vesci non licet Christianis, & quare num. 6. & quandoq; sic. ut nu. 8.
3. Priuilegiati focii gaudet priuilegio focii; & ibi quomodo.
4. Praedicandi ad paganos, nec religiosi, nec alij clerici possunt ire sine licentia superioris; & quare. nu. 13. & nu. 19.
5. Praedicandi munus tantummodo idoneis concedendum.
7. Excoicati magis quam infideles vitandi; & quare num. 9.
9. Familiaritas maior in conuiujs, quam in colloquio contrahitur. Conuiuium la tauola e vna meza corda.
10. Conuiujs sacerdotum debet immisceri lectio sacrarum scripturarum; Et quare ibid.
11. Origenes nec somnum, nec cibum assumebat sine lectione.
12. Plinius patruus secundi, vbiq; locorum semper volebat sibi aliquid legi.
14. Praedicare est officium curae, quare non competit, curam non habentibus animarum.
15. Fratres mendicantes de iure non possunt praedicare, nisi ex priuilegio, prout & audire confessiones.

- 16. Praedicare infidelibus, an hodie absq; licentia superioris liceat.
17. Regulam strictiorem volens intrare satis est, quod petat, etsi non obtineat, licentiam a superiore.
18. Praedicandi munus, & transitus ad aliam religionem habent se tanquam excedentia, & excessa, & in quo ratione petende licentiae differant. nu. 19.

Quam sit.

Ponit duas indulgentias illorum, quod paganis praedicant secundam, ibi, in super. Nota primo, quod existentes apud paganos praedicandi causa, possunt recipere cibos ab eis, & eorum focii; & hoc ex speciali priuilegio concessio, ex quo inferitur, quod regulariter non licet vesci dapibus, quod ab infidelibus apponerent; cum hoc sit specialiter concessum, in contrarium tamen est ius commune, ut. l. r. in si. ff. ad munici. Facit. c. 2. §. de coniug. lep. & l. ex sola. C. de primipi. li. 12. Secundo inferitur, quod focius priuilegiatus gaudet priuilegio priuilegiati, vbi alias priuilegiatus principalis esset inutile; nisi ad focios extenderetur, quod vide Doct. in. c. licet. de priuilegiis lib. 6. Secundo not. quod religiosi, & alij clerici non possunt ire ad praedicandum, et infidelibus, sine licentia proprii prelati, & apostolica auctoritate, quibus obtentis possunt praedicare, et inuito prelati, in cuius diocesi praedicarent; & hoc vult tex. ibi dum dicit, absque contradictione qualibet. Vltimo not. quod officium praedicandi non est concedendum, nisi idoneis ad denuntiandam euangelicam veritatem. Glo. r. qrit, quod sint ista tria, & sol. dic. ut in ea. Gloss. 2. assignat rationem in principio, quod quare vti liceat cibis infidelium praedicationis causa, de munitur formati contrarij, & illud soluit. Et in fine format vnam questionem quod sit. In ead. ibi, exemplo Domini dicit, ut tradit Luca. c. 5. & fin. In ead. ibi, ad me fam. dic. & ibi et not. quare magis vitamus excoicatos, quam infideles. In ead. ibi, cibos nros. dic. ut tradit Deuteron. c. 14. In ead. ibi, sed hodie. dic. forte hoc contingit post Machometum. In ead. ibi, ait senatus. dic. vbi dicit, quod edictum de partibus caducis, intelligit, & de asse. Not. igitur gl. & exiuribus in ea allegatis, quod tunc plures sint infideles, qui non distinguunt cibos suos a cibis Christianorum, ut sunt Tartari, & Indi, quod tunc liceret Christianis vti cibis eorum. In ead. in fine. dic. glo. in. d. c. oes. 28. q. 1. reddit aliam rationem, quam sequitur hic Io. And. videlicet; quia maior familiaritas contrahitur in conuiuio, quam in colloquio. Item, quia facilius quis decipitur inter epulas, quam in simplici loquutione. 22. q. 4. c. vnusquisq; vñ est esse prouerbijs istorum officialium. Chela tauola e vna meza corda. Facit etiam ad praedicta. 44. dist. c. p. reuerentia. de cose. dist. 5. c. in oibus. in qbus traditur, quod in conuiuio sacerdotali lectio diuinarum scripturarum debet immisceri; quia per tale lectionem prohibentur fabulae ociosae, quae solent in huiusmodi mensis interponi; & quia per tale lectionem animae edificantur ad bonum, & fabulae non necessariae prohibentur, hinc not. Inquit diuus Hiero. ad Marcellinam, quod Origenes nec cibum sumebat, nec somnum inchoabat sine tali lectione; & vide aurea verba Plinij. 2. epist. 49. ad Seuerum, vbi ipse dicit de Plinio patruo suo, quod siue esset in praedio, siue in cena, siue tonderetur, siue balnearetur, semper sibi liber legebat; imò & si ambulabat, erat cum libro continuo; quoniam perire omne tempus arbitrabatur, quod studijs non impertiretur. Glo. pen. format

contrarium, & sol. dic. ut in ea. Glo. si. quare, quare sit necessarium petere, & obtinere licentiam praedicandi a suo prelato, & sol. In eadem, ibi, officio sibi commissio. dic. & ratio est, quia praedicare est officium curae; & ideò non competit illis, qui non habent curam animarum, ut dicit gl. not. in clem. 1. de regula. Vnde fratres mendicantes de iure praedicare non possunt, cum non habeant curam animarum; vt dicitur igitur officio praedicandi ex priuilegio speciali, & etiam audiunt confessiones, vt clem. dudum. de sepul. Sed quare iuxta praedicta, an hodie sit concessum a iure officium praedicandi infidelibus, absq; eo quod sit necessarium denuò petere licentiam Papae, pro rationem, quam ponit glo. 2. & dicit Io. And. quod Inno. dicebat etiam communicare paganis olim licuisse; hodie verò non; pro ratione, quam ponit glo. 2. sed mihi plus placet opinio Laud. In ea. ibi. c. duae dic. quod ille tex. facit pro. In ead. ibi. l. 2. dic. vbi dicitur, quod volenti intrare strictiorem regulam, sufficit petere licentiam a superiore; licet eam non obtineat; & sic facit in contrarium; & ideò litera glo. debet potius dicere, arg. contra; licet non habeat illud contra; sed pro sol. dicti contrarij dicit Gof. quod officium praedicandi, & professio, seu transitus ad aliam religionem, habent se, vt excedentia, & excessa; quia in primo sufficit petere licentiam, in secundo non sufficit nisi obtineatur. §. de sta. monac. c. q. Dei, & ratio est, quia in praedicatione subest periculum, ne corrumpat, vel inficiat proximum; vt probant iura praedicta, qui timor cessat in transeunte ad strictiorem regulam. In ead. gl. in si. dic. quod in. c. cum olim. ille ligabatur ex forma arbitrij solum ad petendum consilium, & non consensum; sed hic requiritur, quod obtineat consensum, vide Bar. late in repe. l. 2. §. si plures. ff. de exercito.

C A P. X I.

S V M M A R I V M.

- 1. Infidelium ad terras pro redimendis captiuus licet ire, dum modo eum iurent prius, quod nihil ad eos subsidij portabunt, vel mittent extra dictam causam redimendi captiuos, etiam post factam treugam. nu. 3. Sed an res prohibitas possit portare, pro redemptione captiuorum. sub nu. 8.
2. Pacis appellatione non venit treuga. nu. 8. & 17.
4. Redimi possunt Christiani etiam durante guerra ab infidelibus.
5. Per treugam non dicitur esse finitum bellum. Et quare prohibitus portare ad infideles tpe belli vetita, vtiq; & tempore treugae prohibeatur. ibid. nu. 14. Et quid sit treuga. nu. 16.
6. Mandans comprehenditur in dispositione personaliter loquente concernente actum, nedum faciens per se.
7. Mandans, an, & quando comprehendatur in statuto puniente facientem quid.
9. Captiuus pro redimendis, an solum non prohibitas, an verò, & prohibitas res possit quis ad infideles transportare opin. Imo. nu. 10. Io. And. nu. 11. Abb. nu. 12. Socin. nu. 14.
13. Compensatio vnde maius mali, quam boni resultat reprobat.
15. Ratibabitio etiam in penalibus retrotrahitur. Par. j. DD iij 19 In-

- 18 *Iurans non ire cum mercibus, nisi facta pace, si vadit facta treuga, an incidat in pœnam excommunicationis, & periurij.*  
 19 *Alternatiuorum est, vt alterum verificetur.*

**Significauit.** † Pro redimendis captiuis licet ire Alexandriam, seu ad partes infidelium; dummodo euntes prius iurent, quod nihil subsidij portabunt extra redemptionis causam; & portantes, vel mittentes merces prohibitas, etiã post factã treugã, sunt excommunicati; & † pacis appellatio non venit treuga. h. d. Tres sunt partes, secunda, ibi, illi quoq; tertia, ibi, ad vltimum. In tex. ibi, significauit, dic. i. significando quæsiuit, secundum lo. And. & in text. ibi, quomodo, dic, hoc est, vtrum hoc fieri possit aliquo modo, vel non; & sic bene sequitur responsio, arbitramur. Nota primo, quod † durante tempore guerræ inter nos, & infideles, nõ est licitum portare aliquas merces, ex quibus ipsi valeant consequi aliquod auxilium, vel commodum; vnde non solum prohibentur deferre merces prohibitas, de quib⁹ in. c. ita quorundam. s. eo. & in. c. ad liberandum. j. eo. sed etiam omnes alias merces, ex quibus infideles possent habere commodum, de quo dicam aliquid in gl. i. & clari⁹ in. c. seq. hoc tamen notabile limitatur in text. nisi portarent redemptionis causa; sed vtrum tunc possint portari merces prohibita, dicitur in glo. i. Secundo not. q. † licet redimere Christianos ab infidelibus etiam durante guerra; licet ex ipsa redemptione ipsi consequantur aliquod subsidium. Tertio not. ex secunda parte, q. † pœna imposita portantibus merces infidelibus tempore guerra, extenditur ex identitate rationis etiam ad tempus treugæ, pro quo facit; quia per treugam nõ dicuntur finire guerræ, vt in vers. seq. & sic habes, qd̄ † ius pœnale extenditur ex identitate rationis; sed potes dicere, q. communis fauor totius Christianitatis, & fidei, hoc operatur, vt dixi in. d. c. ita quorundam. in glo. 2. s. eod. Quarto not. quod † dispositio etiam personaliter loquens, concernens actum, comprehendit non solum facientem per se, sed etiam mandantem, & fieri facientem; licet cõstitutio sit pœnalis. Nam. c. ita quorundam. puniebat portantes, & subministrantes merces prohibitas. & c. & hic extendit etiam ad illos, qui per alios mittunt, vel subministrant; & potest esse ratio, fidei fauor, vt dixi in præced. not. Facit q. not. in. c. mulieres. s. de sent. excom. & quod not. 17. q. 4. c. si quis suadente. Vtrum autem hoc sit simpliciter verum, q. † statutum puniens facientem actum, extendatur ad mandantem, vide Bar. in. l. aut qui. ff. de vi aut clam. & l. denuntiasse. §. hæc verba. ff. de adult. Ego de hoc plenè dicã in. d. c. mulieres. Vltimo not. quod † appellatione pacis, non venit treuga; & ideò qui iurauit, vel promisit non ire, vel aliquid facere, nisi facta pace, non facit contra iuramentum, vel promissionem, si vadit tempore treugæ. Glof. i. in principio est literalis, deinde format vnam questionem, & sol. In eadem, ibi, ita quorundam. dic, secundum D. m. q. glo. ex hac allegatione videtur restringere tex. vt procedat solum in portante prohibitas merces; & videtur velle, q. licet quis portet tẽpore

guerræ alias merces, quã prohibitas non incurrat in pœnam excommunicationis. Sed aduerte; quia si iste fuit intellectus glo. videtur sibi ipsi contrariari; sequeretur enim, q. † redemptionis causa, liceret portare arma, & merces prohibitas, cuius contrarium dicit glo. nostra; sed dic, q. alius fuit intellectus glo. vnde dic, vt dixi. s. in primo not. & facit. c. seq. In si. glo. dic, idem tenet Goff. Inno. verò & Hosti. tenent contrarium, volentes, q. licitum sit deferre etiã merces prohibitas, pro redemptione captiuorum, arg. l. fancimus. C. de sacrosanc. eccle. & c. i. s. de pigno. vbi vasa, quæ aliàs regulariter prohibentur vendi, p. redimendis captiuis distrahi possunt. 12. q. 2. c. aurum. Facit vers. seq. ibi, causa lucrãdi. & loquitur de mercibus prohibitis; ergò à contrario possunt deferri merces prohibita redemptionis causa. Facit etiã, q. aliã merces portari possunt, dummodo non sit guerra, vt in. c. proximo. seq. prædicta tamen dicit vera Inno. † nisi quis venderet merces prohibitas in ipso articulo exercitij prælij; quia tunc viderentur contra Christianos vendere; quia tunc tenerentur pœna huius. c. aliàs secus. Nam licet per arma, & ligna causa redemptionis portata, Christiani possint offendi; non tamen est hoc directè contra Christianos. Io. And. dicit, † quod ante factum esset tenenda opinio glo. maximè, quia Sarraceni videntes has merces posse portari, hac de causa nolent reddere captiuos, nisi pro talibus mercibus prohibitis. Item Christiani volentes fraudem committere habent hoc velamen; quia semper dicerent hoc fecisse pro redimendis captiuis, & sic tenderet ad maximum præiudicium Christianitatis, post factũ vero, dicit, q. tenenda esset opi. Inno. & Hosti. quasi redemptionis necessitas, illos excuset à pœna, arg. c. cõsiliũ. s. de obser. ieiũ. xj. q. 3. c. quoniam. de sent. excom. c. inter. Facit etiam. c. verum. s. de iureiur. & cum hac opin. transit hic D. Ant. D. m. tenet indistinctè † opin. glo. vt non liceat tales merces prohibitas portare et redemptionis causa, nec excusetur talis etiam ex postfacto; quia ex tali delatione armorum Christiani venirent impugnandi; & ideò non debet tale consilium impendi ad malum committendum, propter bonum captiuationis. Talis enim † cõpensatio à iure reprobatur, vt. c. super eo. j. de vsu. & i. q. 1. non est putanda. & tex. cum glo. in. c. non magno. s. ne clerici, vel mona. vbi vide plures remissiones in glo. Mouet et per tex. s. eo. c. ita quorundã. vbi quo ad pœnam, & malitiam, equiparantur portantes tales merces prohibitas, & subministrantes corporaliter regimen, curam, vel gubernationem ad expugnandos Christianos, pro quo et facit glo. ibid. in ver. tempore pacis. & sic vtraq; opi. est satis sustentabilis. Concludit D. m. q. durante tempore guerræ habeat locũ opin. glo. tempore vero pacis, habeat locum opin. Io. And. & sic vtraq; opiniones sunt sustentabiles; tamen mihi videtur magis equa, & secura opin. glof. pro qua et adduco, quoniam † fauor publicus præferendus est priuato; vnde cum talis prohibitio respiciat publicum fauorẽ, & redemptioni respiciat priuatum; vñ q. etiam redemptionis causa nullo modo liceat. Glo. 2. opponit, & dupliciter soluit. Gl. in vers. excommunicationis. quærit de ratione, & sol. In eadem, ibi, non tamen pax. dic, idem dicit glo. penul. & si,

† si. In si. glo. dic, hæc glo. sentit clarè secundum D. meum, quod tempore pacis licitum sit deferre ad infideles, etiam merces prohibitas, Contrarium tamen tenet Inno. in. c. seq. & ibi dicam latius. posset tamen aliter intelligi, dum dicit de mercibus prohibitis; scilicet, tempore guerræ, & sic cõprehendantur et merces non prohibita tẽpore pacis. ¶ Gl. in vers. per nuncios. quærit de ratione, & solut. In si. gl. dic, de hac materia, vt dicam in. d. c. mulieres. & idẽ voluit Alanus hic, vt etiam incidere in excommunicationem, qui † haberet ratam delationem talium mercium; quia rati habitio retrotrahitur, vt. c. rati. de reg. iur. lib. 6. de quo latius tractatur in. c. cum quis. de senten. excom. mu. lib. 6. ego dicam in. d. c. mulieres. Glo. penul. quærit, quid sit treuga, & sol. & bene. 16 Est enim treuga securitas præstita personis, & reb⁹ ad tempus aliquod, bello nondum finito. Glo. si. quærit, an talis absoluat a periurio; & sol. In si. gl. dic, in contrarium tamen facit, tex. 24. q. 3. in. c. illi qui, vbi tex. vult, quod † pax quãdoq; appelletur treuga; sed dic, quod illud accipitur improprie. Not. igitur gl. ex qua habes vnum intellectum; videlicet, quod ille, qui † iurauit non ire cum mercibus, nisi facta pace; si vadit facta treuga incidit in pœnam excommunicationis, & periurij, vt dixi in. 3. notabili. Secundum intellectum ponit hic Io. And. & Doct. post eum; videlicet, quod ille iurauit non ire cum mercibus, nisi facta pace, vel treuga; si vadit tempore treugæ cum mercibus prohibitis; non est periurus; sed bene incidit in excommunicationem, ratio primi quare non sit periurus, est, quia ad † veritatem alternatiuæ, sufficit alteram partem adimplere, vt. l. plerunq; ff. de iure. dot. & l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Ratio secundi quare incidat in excommunicationem, est; quia manet causa prohibitionis. c. nostri. cum adhuc non sit facta pax. Pro hoc intellectu facit tex. noster in si. qui solum facit mentionem de excommunicatione; non autem de periurio; & hic intellectus colligitur ex illis verbis Papæ; dum dicit, conditio illa de pace, aut de treuga, vterq; intellectus tamen est bonus, & verus in se, & adaptabilis literæ.

C A P. X I I.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sarracenis, qui tempore guerra subsidium præstant, vel cum eis commercium habent, excommunicati sunt.*  
 2 *Sarracenis quasuis merces, aut alio modo consilium durãte bello inter eosdem præstantes, excommunicati sunt. Et quid facta pace. & nu. 3. 5. 6. & 7.*  
 4 *Argumentum à contrario sensu non procedit, quando sequitur absonus intellectus, vel legum correctio, & quando respectu totius, & quando respectu partis, prout totum, & pars est.*  
 8 *Sarracenis tempore belli portantes prohibita; an duplici excommunicatione puniendi sint.*  
 9 *Pœna a diuersis constitutionibus si imponatur ipso facto, delinquens vtraq; tenetur.*  
 10 *Pœne diuersæ si pro vno delicto imponantur, non alterantur, an vna tollatur per aliam.*

- 11 *Excommunicatus ab homine, ab homine absoluenãus.*  
 12 *Papæ, ter in anno excommunicat portantes ad infideles, prohibita.*

Quod olim.

† Excommunicati sunt, qui cū Sarracenis tẽpore guerra cõmercium aliquod contrahunt, aut aliquod es eis in subsidium præstant. h. d. Primo, excommunicat. Secundo, hortatur illos, quibus scribit, ibi, vestræ igitur. Not. primo, ibi, mercimonium. & ibi, quocunq; alio ingenio. & ibi, aliqua rerum subsidia, quod † durante bello inter Christianos, & infideles non solum excommunicati sunt deferentes merces prohibitas, de quibus in. d. c. Ita quorundam. s. eod. & c. ad liberandam. j. eod. sed etiam quascunq; alias merces, & quicunq; alio modo consilium, vel auxilium præstiterunt, non solum si realiter, vel personãliter; sed etiam cū ingenio, vel per alium talia præstiterint. Host. tamen hic dicit, quod iste intellectus ita generalis, est satis periculosus, & quod indigeret declaratione. Sed Inno. & Goff. & plures alij tenent prædictum intellectum; indistinctè volentes, quod durante bello prohibitio sit generalis; sed facta pace, cesset prohibitio quantum ad merces non prohibitas, quantum verò ad prohibitas adhuc duret. Sed pro intellectu Host. qui vult, quod † facta pace nõ duret prohibitio in aliquo, etiam in mercibus prohibitis, facit tex. noster, dum dicit, quandiu guerra durauerit; ergo a contrario sensu, finita guerra sicut durante guerra prohibitio erat generalis, ita & facta pace relaxatio sit generalis; nec duret prohibitio. Item pro eius opin. facit tex. in. d. c. ita. ibi dum dicit, ad impugnandos Christianos; ergò secus a contrario. Sed mihi plus placet opinio. Inno. & Goffred. vt statim dicam. Nec obstat argumentum a contrario sensu; quia non sumitur hic arg. a contrario sensu generaliter; sed in parte, videlicet; vt tẽpore pacis liceat portare merces non prohibitas; sed in alia parte, quod liceat etiam portare prohibitas, non sumitur arg. a contrario; quia resuleret absonus intellectus; quia contra iura, quæ volunt, quod tempore pacis non liceat portare merces prohibitas, vt. d. c. ita quorundam. & d. c. ad liberandam. & statim dicam. Et sic nota singulariter, quod † sicut vacat argum. a contrario in totum, quando resuleret absonus intellectus, vel iurium correctio, vt. l. 2. C. de condit. infert. & ita etiam vacat argum. a contrario sensu in parte; quando in illa parte, si sumeretur, resuleret abson⁹ intellectus, vt hic. quod perpetuò not. Non obstat. c. ita quorundam. quia, vt ibi dixi in glo. 2. ille tex. intelligitur etiam de deferentibus abq; intentione, vt Christiani impugnarentur. Vnde ille tex. facit pro opinione Inno. & Goffr. pro qua etiam adduco tex. in. d. c. ad liberandam. vbi tex. nihil dicit de tempore guerra. & tamẽ prohibet deferri merces prohibitas. Facit etiam pro. d. opinione; quia aliàs infideles possent facere pacem fraudulenter, vt interim sibi prouiderent de dictis mercibus prohibitis sibi necessarijs. Sed D. m. hic dicit, q. † ante factum tenenda est opin. Innoc. & Goffred. sed post factum conseruaretur quis à pœna; quia tex. in. d. c. præalleg. ita dicit ad impugnandos Christianos. tamẽ plus placet



cet opin. Inno. tam de iuris rigore, quam de æquitate propter fauorem fidei, & Christianitatis; forte tamen illas merces prohibitas portans tempore pacis excusaretur a pena propter varietatem opin. arg. eorū, quæ not. Inno. in c. fraternitatis. s. de frigi. & malefic. in gloss. magistra circa medium Io. And. in c. alma. de sent. excomm. lib. 6. In fi. gloss. D. Anto. in c. ex literis. s. de spon. per Zenzel. & Paul. in clem. ne Romani. de elect. per glo. Insti. de obli. quæ ex quasi delict. nascunt. in prin. per Guiel. in clem. statutum. de elect. & ibi ego plenè dixi post gloss. super ver. cōsuetudinem. ¶ Gloss. 2. in ver. supponimus. in princ. sentit q. an isti sint duplici excommunicatione excommunicati; deinde format aliam. q. & sol. in eadē gloss. ibi, duplici excommunicatione sunt ligati. dic. not. benè hanc gloss. secundum. D. m. ex qua colligitur, quòd si pro eodem delicto a diuersis constitutionibus imponitur pœna ipso facto, delinquens vtraq; pœna tenetur; licet vtraque imponatur pro eodem delicto; & licet prædictæ constitutiones non concernant interessè priuatum, de quo satis dubitat D. m. per not. per Io. And. in c. fecelicis. de pœnis. lib. 6. Bar. in l. i. ff. vi bonorum rapt. hæc quæstio, incidit in illam quæstionem, vtrum si pro eodem delicto sunt impostæ diuersæ pœnæ non alternatiuè, vna tollatur per aliam, de qua. q. vide remis. copiosè in c. sicut Iudæi. s. eodem. si quis tamen vellet tenere contrarium, eius, quòd dicit glo. posset dicere secundum. D. m. quòd Papa excommunicauit hic prorogando constitutionem. c. ita quorundam. quæ loquitur de mercibus prohibitis, etiam ad merces non prohibitas; sed contrafaciens incidit solum in vnam excommunicationem, pro qua opi. facit tex. nofter in fi. dum dicit, in excommunicationem illā. vnde ponderandum est, quòd dicit excommunicationem, non autem excommunicationes; item ponderandum est verbum, illam, & sic se refert ad. d. c. ita quorundam. & iste intellectus plus mihi placet, quam opinio glo. quia per ipsum nulla sequitur absurditas. In eadem, ibi, potest dici. dic. idem tenet Host. vbicunq; excommunicatio non est lata ab homine; quia a tali non absoluitur; nisi qui excommunicauit, vel eius superior, vt. c. ad reprimendum. s. de offi. ord. & c. pastoralis. §. præterea. s. de offic. deleg. & c. nuper. de sent. excomm. & subdit hic Io. And. quòd Papa temporibus, quibus solet facere generales processus. s. saltem ter in anno, tales portantes merces excommunicat; & sic ligatur sententia hominis, vnde non absolueretur hodie ab alio, quam a Papa, imò secundum eum, Papa illos absoluit cum magna difficultate, vide ipsum Io. And. in c. excommunicamus. §. sanè. j. de hæret.

C A P. X I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæi, nutrices, vel seruientes Christianos habere non debent, aliàs commercium Christianorum eis interdicitur. Et solum in domo habere nutrices prohibentur. nu. 14.
2 Iudæi propter eorum delictum, et culpam, Christianorum sunt serui; sustinentur tamen in eorum ceremonijs, & alijs ob pietatem sibi concessis.

- 3 Ingratus beneficij recepti, quis esse non debet.
4 Ingratitudo est ventus vrens fontem misericordie, & vnam pietatis exsiccans; & vnde proueniat. ibid.
5 Ingratus est, qui beneficijs non reddit, ingrator qui dissimulat, ingratus omnium qui obliuiscitur.
6 Familiaritas quandoq; contemptum parit. Quòd tamen intellige. vt nu. seq.
8 Proverbia vulgaria, possunt loco iurium allegari.
9 Proverbum quid.
10 Familiaris inimicus, ingratitude retribuit.
11 Familiaris inimico, nulla pœnis efficacior.
12 Communio sumenda est in die resurrectionis Dominicæ.
13 Indignatio diuina presumitur contra eos, qui aliquid turpe, & in vituperium fidei Christianæ fieri patiuntur.
15 Infidelis excommunicatio per viam indirectam.
16 Excommunicatio effectus quis sit.
17 Christiani cum Iudæis quando commercium licitè contrahere possunt.
18 Hominum cavere commercio, & esse inter homines, non modica est pœna.
19 Priuatio presupponit habitum.

Et si Iudæos.

Iudæi nutrices, vel seruientes Christianos habere non debent, & contrafaciens interdicit Christianorū cōmerciū h. d. Diuidit principaliter in quatuor partes. Primo, ponit exordiu. Secundo, facti narrationē. Tertio, phibet. Quarto, penam mādāt imponi. secūda, ibi, accipim⁹. tertia, ibi, inhi bemus. quarta, ibi, si verò. & est tex. notabilis habēs aurea verba. ¶ Not. primo, qd Iudæi sunt Christianorum serui pp eorum delictū, & culpā; sustinentur tñ in eorum ceremonijs, & alijs libertatibus eisdem cōcessis, propter pietatem Christianorum; & vt ad fidem facilius alliciantur, & propter spem de eorum conuersione. 45. dist. c. qui syncera. & tetigi in c. sicut Iudæi. in gl. super verb. bonos. s. eo. Secundo nota, quòd quis non debet esse ingratus recepti beneficij. Ad quòd memoriæ commendabis aurea verba S. Bernardi dicentis, ingratitude est vetus vrēs fontem misericordie, & rorem siccans pietatis; vitium vt plurimū proueniens a superbia; quia credit recipiens, debitum recepisse. Et Seneca eodem lib. quē de beneficijs scripsit sic inquit, ingratus est, qui nō reddit, ingrator qui dissimulat, ingratus omnium qui obliuiscitur. Et Cicero inquit, immemorem beneficij omnes odere. Tertio not. ibi, familiaritate contemptum. quòd familiaritas quādoq; parit cōtemptum. Vnde dicit Valerius lib. 2. c. i. in fi. Quicquid in excelso fastigio positū est, quo sit venerabilis, humili, & trita cōsuetudine vacuum esse debet. Idem colligit gl. nostra in verbo, familiaritate. & allegat iura probantia; & vide 8 r. dist. quando. Sed Ioan. glossator ibi dicit se audiuisse ab Azone, quòd verum erat, quòd familiaritas pareret contemptū. s. inter rusticos, & malè intelligētēs; secus inter prudentes, inter quos non contemptum, sed beneficiū, beniuolentiam, affectionem, & amicitiam parit. Et Aristo. 8. Ethic. consimilitatio inducit, & conferuat amicitiam. & consuetudo auget affectionem, probatur in l. 3. ff. de peculio. Quarto not. ibi, iuxta vulgare proverbum, quòd vulgaria prouerbia possunt loco

loco iurium allegari. Idem dicit Io. And. in c. inter corporalia. s. de transf. prælat. Facit de consec. dist. 5. c. ne talis. de iureiur. c. quemadmodum. & ff. de of. fi. procon. l. solēt. §. fin. ff. de leg. 3. l. si chor⁹. secundū Host. & Io. And. Et vide Cicer. 2. Rethor. j. proverbum est quasi probatum verbum, dicit enim, quod proterbium est scientia generalis, cui consuetudo fidem tribuit, opinio communis ad sensum accommodat, incorrupta veritas, & integritas acquiescit. Quinto not. ibi, hospitibus exhibere, tex. j. contra familiarem inimicum, qui propriè retributionem illam facit, de qua hic in textu, ergò cauendum est ab inimico occulto; quoniam vt inquit Boetius de consol. philof. Nulla est efficacior pœnis, quam familiaris inimicus; & ratio est, quia quis non timet de eo, nec præcauet. Vnde Hieron. scribit ad Papiniam, & Marfilium, læuius est professum inimicum cauere, quam hostem latetē, sub amici nomine, sustinere, Iacula. n. præuisa minus lædere solent. Sexto not. ibi, resurrectionis Dominicæ. j. communionem sumendam esse in die resurrectionis domini; & sic per talē assumptionem debet esse satisfactum constitutioni. c. omnis. j. de pœnit. & remis. & sic facit iste tex. pro opinione illorum, qui volunt, quòd per assumptionem factam in die Iouis, hoc est in cœna domini, non sit satisfactum. d. constitutioni. j. de quo dicam in d. c. omnis. Septimo not. ibi, diuinam indignationem incurrant, j. presumendam esse diuinam indignationem, atq; vitionem contra eos, qui aliquid inhonestum, vel turpe in vituperium fidei Christianæ fieri patiuntur, cum illud valeant prohibere; cum per hoc videantur quodammodo consentire, vide gl. hic in verbo, patiuntur, & iura in ea alleg. Octauo not. ibi Christi mors. tex. expressum pro opinione Hosti. & Io. And. de quo dixi in c. consuluit. s. eo. super glo. i. Nono not. ex fine ibi, dimiserint. tex. qui secundum D. m. probat illum intellectū, quòd Iudæi solum prohibentur habere nutrices Christianas in domo. dic. vt dixi in c. ad hoc. s. eod. Decimo not. ex fine j. practicam excommunicandi infidelem per viam indirectam, videlicet; vt interdicitur Christianis commercium cum ipso infideli; & sic habet effectum excommunicationis, cum illa sit communionis omnium priuatio, probatur in c. seq. i. fin. & hoc colligit glo. fin. Vltimo not. ex fine argu. à speciali, siue à contrario, qd Christiani licitè possunt cōtrahere commercium cum Iudæis; in pœnam enim Iudæorum interdicitur Christianis cōmerciū cū eis; quia j. dicitur esse non modica pœna; scilicet; inter homines esse, & hominum carere consortio. c. i. de exceptio. lib. 6. & l. qui sanctum. C. de hæret. subtrahitur enim ipsis Iudæis Christianorum commercium, si Iudæi non dimiserint nutrices, & seruientes Christianos, ergò à contrario per antea poterāt cōtrahere commercium cum eis habere. cum j. priuatio presupponat habitum vt. s. de despon. impub. c. ad dissoluen dum. & l. decem. ff. de verb. obligat. Item a contrario si Iudæi dimiserint ipsos Christianos, cessante causa possunt cum eis Christianis habere commercium, idem etiam probatur in c. seq. in fin. fugienda tamen est eorum nimia familiaritas, ne sub tempore, vel velamine dicti commercij, quid contra Christianos, ac eorum religionem committatur, vt. c. lu-

dei. 2. s. eo. 28. q. 1. c. sapē. & c. omnis. & c. nullus. In glo. 3. in versi. de familiaritate. ibi. §. circa. dic. vbi tex. dicit oportet esse proconsulē. sed cū ingenio, ne contemptibilis esse videat. In fine glo. in versi. effundere. dic. sed contra hanc gl. facit. c. hoc sacramentū. de consec. dist. 2. vbi tex. dicit hunc cibum, & potum incorporat, id est seipsum de corpore ecclesiæ facit. In glo. in versi. ancilla. dic. vt dixi. s. eo. in rubr.

C A P. X I I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæus percutiens clericum qualiter puniendus. & nu. 4.
2 Ecclesia quandoq; exercet iurisdictionem contra Iudæos.
3 Iniurians clericum, & ipsi, & ecclesiæ, cui videtur illata iniuria, tenetur satisfacere.
5 Pecuniaria pœna loco subrogatur corporalis.
6 Iudex cognoscens de causa iniuriæ, criminaliter ex officio, potest compellere iniuriantem ad satisfaciendum l. s. o. Criminalis causa, & civilis, qualiter, & quando, & quomodo simul examinari, aut intentari possit.
8 Iudex ecclesiasticus potens punire pœna spiritali, non debet pœna pecuniaria punire.
9 Iudex ecclesiasticus, an, & quando pecunialiter punire possit, & pecunia ad quem vsus conuerti debeat.
10 Excommunicationis pœna, non nisi creatura rationalis, & baptizata, est capax. & sub nu. 14.
11 Principes seculares, Iudæorum, quando dicantur negligere mandata canonis, executioni mandare. Et an possint excommunicari. nu. seq.
13 Iudæus lædens clericos, an temporalis, an ecclesiastica sit iurisdictionis.
14 Excommunicatio est maior pœna, quam habeat ecclesia.
15 Delegatus Papæ suam potest sententiam exequi; & cur interpelletur ordinarius loci, ibidem.

Postulasti.

Iudæus, qui percussit clericum, temporaliter punitur; vel interdicitur sibi christianorū commercium, donec satisfecerit iniuriā passo. h. d. communis diuisio, secunda, ibi, ad quòd breuiter, vbi respondet. disti nguendo, ibi, Domino temporali sicut laicus. Idem probatur in c. seq. in fin. Aliquid sit de iure speciali, de quo vide per Inno. in c. super his. s. de voto. quia Iudæus non est in hoc de iurisdictione ecclesiæ, vt etiam probatur in c. seq. ¶ Noto tamen primo, qd ecclesia quandoq; exercet iurisdictionem cōtra Iudæum, vt traditur per Inno. in d. c. quòd super his. & in c. ita quorundam. s. eo. Secundo not. quòd inferens iniuriā clerico tenetur satisfacere non solū ipsi clerico iniuriam passo; sed etiam ecclesiæ, cui etiam videtur illata iniuria; & hoc idem colligit glo. 2. in fine & allegat iura hoc probantia; & si est Iudæus. puniendus est pœna pecuniaria, vt hic. Si verò non haberet pecuniā, vel haberet, sed nō sufficeret, puniendus est alia pœna, vt puta; temperata fustigatione, vt. c. in Archiepiscopatu. j. de rapt. secundum Io. And. & Hosti. Hoc enim, secundum eos est regulare, quòd j. loco pecuniaria subrogatur corporalis, de quo dicam in c. ad liberandam. j. eo. Tertio not. quòd

6 † iudex, qui cognoscit criminaliter de iniuria, potest ex officio suo compellere illum, qui iniuriam intulit, ad satisfaciendum læso. Facit quod not. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. Nec obstat. l. i. C. quando civilis actio præiud. crim. & l. fin. C. de iurisd. omn. ind. In quibus dicitur, quod † non potest simul, & semel agi criminaliter; quia illud est verum, quoniam quis vellet principaliter eodem tempore, ut tranque viam intentare, actionem. f. civilem, & actionem, scilicet criminalem pro eodem delicto; secus si principaliter agit criminaliter; quia tunc iudex potest compellere reum ex officio suo, ad satisfaciendum læso, vt. d. §. qui furem. de qua materia dic, vt tradit in. dd. iurib. & per Bar. in l. 2. §. i. ff. vi bono. rapt. p. Doct. in l. qui crimen. C. qui accus. non poss. ¶ Glo. i. in princip. querit quanta sit ista pœna pecuniaria; & sol. deinde rationem reddit, quare imponat hæc pœna; & in fine querit, & soluit remittendo. ¶ In ea. ibi, quia spirituale. dic, videtur ergo glo. nostra sentire à contrario sensu, quod † si iudex ecclesiasticus potest aliquem punire pœna spirituali, non debeat illum punire pecuniaria, vel alia temporalis; sed dic, quod hoc non est indistincte verum, maxime in crimine sacrilegij; debet tamen cessare cupiditas pecuniaria; imò cessante cupiditate, si magis æstimeretur pecuniaria, potest illam imponere, arg. c. dilectus. §. de offi. ordi. Et tan, & quando ecclesiasticus possit pecuniaria punire, & ad quem vsum talis pecunia debeat redigi, remittit. D. m. ad ea quæ dixi in. c. licet. j. de pœnis. & ibi, dicam. In ea. ibi. c. multi. & ratio est; quia † pœnæ excommunicationis non est capax nisi creatura rationalis, mortalis, & baptizata, pbat in. c. Romana. §. fin. de sent. excom. lib. 6. & c. gau demus. §. de diuor. not. per Io. And. in. c. sicut. 3. in vers. sententiam. quasi in fi. comment. §. de iureiur. & ideò: Papa hic in fi. non mandat istos absolui facta satisfactione. Glo. 2. fortificat. tex. deinde rationem reddit, quare sit satisfaciendum ecclesiæ. In eadem in fine, dic. de hac materia, vt trad. in. c. 2. §. de for. compet. in fi. & c. cum desideres. j. de sen. excom. mu. Glo. fi. colligit id quod dixi in. c. præced. in pen. notab. Quæro extra glo. pro declaratione tex. quando temporalis dominus Iudæi, dicitur negligere. Sol. dicit Hostij. & Io. And. quod hoc apparebit per lapsum temporis eidem assignati ad id faciendum, vt. c. irrefragabili. §. i. §. de offi. ordin. & † tunc etiam ipse dominus potest excommunicari, vt. c. Iudæi. 2. §. eo. Postremo oppo. contra tex. nostrum, quod distinctio tex. nõ procedit in eo, quod distinguit; vtrũ, † iste subfit iurisdictioni ecclesiæ, vel nõ, nam cum ex latione clerici committatur sacrilegium; sequitur, quod est de foro ecclesiæ, vt. c. cum sit. de for. compet. & sic ecclesiæ exercet iurisdictionem contra eũ; licet aliàs non sit sibi subiectus temporaliter. Sol. D. m. fatetur contrarium ad text. nostrum, & respõdet, quod Papa facit hanc distinctionem propter faciliorem executionem; nam quando Iudæus est temporaliter subiectus seculari domino, potest de facili compelli per iudicem ecclesiasticum; quia † excommunicatio est maior pœna, quam habeat ecclesiæ. 2. 3. q. 3. c. corripiantur, cuius pœnæ, vt dictum est, Iudæus non est capax; & ideò additur dominus temporalis, quo negligente, ecclesiæ facit, quod potest,

interdicendo commercium &c. Intelligit igitur. D. m. text. nostrum, quod etiam a principio ecclesiæ potuisset temporalem exercere in talem Iudæum sacrilegum, & in hoc brachium seculare, vt. d. c. cũ sit. iun. c. o. c. i. §. de offi. ordi. simile in. c. significante. §. de offi. delega. nam † delegatus Papæ potest suam sententiam executioni mandare, vt. c. in literis. & c. seq. §. de offi. deleg. & tamen pro faciliore executione interpellatur ordinarius loci; quia ei facilius obtemperatur, vt. d. c. significante. & iste intellectus mihi placet.

C A P. X V.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæi, & Sarraceni vtriusq; sexus in terris Christianorũ debent taliter vestire, vt discernantur à Christianis, & nu. 6. & in die veneris sancta, & Pascha in publicum prodire non debent. d. nu. 1.
2 Negationes duæ affirmant.
3 Confusio, ex commixtione eorum, quæ distincta tradendebent, insurgit.
4 Doctores materias distinctas tradere debent.
5 Velamina, per quæ datur delinquendi materia, leuanda.
7 Mulieres Iudæorum orarium in capite portare debent; & quid illud sit.
8 Illusio, & derisio omnis reprobanda est; & ea maxime quæ in fidei dedecus tendit.
9 Christiani, quibus vestibus vestiri debeant passionis. D. N. tempore.
10 Habitus exterior, interiore mentis dispositionem representat.
11 Vxor olim, si post viri mortem infra annum luctus vestibus lugubribus non vtebatur, efficiebatur infamis; hodie secus.
12 Vestes secundum temporum conditionum sunt portandæ.
13 Iudæi, & infideles subsunt dominio eius, in cuius territorio degunt.
14 Inuocatio Machometi ab infidelibus, Christianis audientibus, per Principes seculares prohibenda.
15 Viri brachas portare debent, non vxores.
16 Clerici, à laicis per habitum distingui debent.
17 Christianus rem veneratam cum Iudæa habens; an, & quando sit puniendus. latè.
18 Ignorantia iusta facti alieni, quem excusat.
19 Cognoscens maritatum, quæ communiter habebatur pro soluta; & econuerso, qua puniendus sit.
20 Statutum Eugubij, & Senarum, quod punit cognoscentem solutam pœna. 300. aureorum; an habeat locum in Iudæis, cui concessum fuit priuilegium, quod in omnibus, & per omnia tanquam veri, & originarij ciues habeantur.

In nonnullis.

† Iudæi, & Sarraceni vtriusq; sexus. debent in terris Christianorũ, vti habitu per quem discernantur a Christianis, & in die passionis Domini, hoc est in die veneris sancta, & paschæ non debent in publicum prodire, nec in contumeliam omnium creatoris proflire. h. d. Diuiditur in tres partes sicut tria sunt dicta. Secunda ibi, in diebus. Tertia ibi, illud. Not.

2 Not. primo ex principio, quod † duæ negatiuæ affirmant, de quo in l. duobus. ff. de vsur. & in proe. §. §. sanè. aliquando tamen negant, dic. vt dixi in. c. & si Christus. §. de iureiur. Secundo not. quod † ex commixtione eorum, quæ debent esse distincta per aliquam differentiam, sublata differentia inducitur cõfusio; ita vt non cognoscatur vnus ab altero, quod not. contra † Doctõ. non tradentes materias distinctas. Tertio not. ibi, velamen. † remouenda fore vela mina, per quæ conceditur delinquendi facultas, facit ad ea quæ dixi in. c. significauit. & c. præced. §. eo. Quarto no. ibi, omni tempore. & ibi, publicè. quod † Iudæi debent portare habitum diuersum a Christianis; tam de die, quam de nocte; quoniam vtroq; tempore imminet periculum, & debet patere dictus habitus, adeò, qd si non pateret, vt puta qa portarent cooperatũ alijs pannis huic constitutioni, nõ esset factisfactum; Mulieres verò ipsorũ se portat orariũ, nõ intelligeret factisfactũ, qd forte viride, vel croceũ. de quo orario hñ 27. q. 1. c. mādato. hoc est quoddã velũ, in capite. Quinto not. qd † licet ois illusio, & derisio sit reprobanda, vt. c. bonæ. 2. §. de postula. plato. & c. olim. §. de re iudi, & in clemen. 1. de renun. maxime illa reprobanda est, quæ tendit in dedecus fidei, & sacratissime passionis redemptoris humani generis. Sexto not. ibi, ornatus. arg. optimum, quod † Christiani non debent vti ornatis vestibus & prætiosis in die passionis; ne videantur exultare, cum sit dies lamentationis. † habitus enim exterior, interiore mentis dispositionem representat. vt in clem. exiuit vers. ideò. de verb. sig. & Ecclesiast. c. 19. Amicũ hois annuntiat de illo, Vnde datur illi versus. vir benè vestitus pro moribus esse peritus, Creditur, a mille quamuis idiora sit ille; debent igitur Christiani dictis temporibus, vti vestibus lugubribus; ne dum alij deberent flere, videantur ridere. c. peristis. j. de priuileg. † Vnde olim vxor, si post viri mortem in annum luctus non vtebatur vestibus lugubribus, efficiebatur infamis, vt. l. genero. ff. de infami. hodie secus est, vt. l. decreto. C. de infam. Quæ not. contra illos, † qui ad funera vestes pulcherrimas portant, & ad nuptias lugubres, malè sentientes de verbis Pauli, Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. 23 Septimo not. ibi, principes seculares, quod † de iure, Iudæi, & alij infideles, existentes in terris domini temporalis, subsunt dominio temporali. Vltimo not. quod † Christiani principes non debent pati, vt Sarraceni, vel alij infideles, qui subsunt ecclesiastico dominio, publicè inuocent Machometum Christianis audientibus. ¶ Glo. i. hanc distinctionem habitus, probat per quatuor similia. In eadem ibi, & masculi a feminis. dic, † quod habentes vxores debent portare brachas, & non velle, quod vxores portet; licet regula fallat in plurimis & c. In eadem in. fi. dic. & † clerici à laicis per habitum debent distingui, vt. c. clerici. 2. §. de vita & honest. cleri. Glo. in verbo, errorem. format. q. & sol. In eadem, ibi, excusatur, in eo quod Iudæa. dic, sentit ergo gl. quod † non excusatur in totum; quia saltem intēdebat committere simplicem fornicationem; hoc tamen procederet, nisi Christianus contraheret matrimonium ignoranter cum Iudæa; quia tunc ex toto excusaretur, cum intenderet agere rem licitam, & † ignorantia iusta facti alieni

eum excusat, vt in reg. ignorantia. de reg. iur. lib. 6. An autem christianus possit aliqua pœna puniri, si sine matrimonio Iudæam cognouit iguorãter, ex eo quod Iudæam cognouit, & sic dabat operam rei illicitæ, vide Io. And. in reg. cum quis, de reg. iur. lib. 6. in Merc. In illis duabus qq. videlicet, † de cognoscente maritatum, quæ communiter habebatur pro soluta, & de cognoscente solutam, quæ communiter habebatur pro maritata; & ad prædicta vide gl. in. c. inebriauerunt. 25. q. 1. ¶ In fi. gl. penul. in fin. dic, sed secundũ. l. est pœna capitalis, vt in auth. vt non luxu. contra naturam in princip. Sed quæro iuxta prædicta, & iuxta glo. † Eugubij est statutum, quod cognoscentes solutam, punitur pœna trecentorum aureorũ, & sunt in simili statuta in hac Ciuitate Senarum, semel contigit, quod cum quidam Iudæi vellēt ire ad habitandum Eugubij, dominus Eugubij concessit illis priuilegium inter alia, qd deberent tractari quo ad omnia commoda, & priuilegia statutorũ, & similitanquam veri, & originarij ciues, demum cõtigit, qd vnus, ex dictis Iudæis cognouit Christianam solutam, vel maritatum; quæritur nunquid debeat puniri pœna capitali; an verò pecuniaria secundum formã præfati statuti. Cogitabis; quia cum hoc nunc agitur de facto in hac ciuitate, nolo decidere. q.

C A P. X V I.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæos, vel paganos proponens publicis officiis, punitur. & præpositio denegatur Christianorum commercium, donec deposuerit officium; & inde quæ sita pauperibus Christianis distribuuntur. limita, et declara vt. nu. 43. et nu. 49.
2 Iudæus, vel paganus non potest præfici officio publico inter Christianos; secus inter ipsos nu. 9.
3 L. generaliter. §. fin. ff. de decur. declaratur.
4 Barbari, an possint habere dignitatem etiam Illustrem.
5 Dignitas Illustris dicitur regalis.
6 Iudæi nullibi habeant dominium, sed omnibus sunt exosi, & per totum mundum dispexi.
7 Effectus nouæ constitutionis antiquam immouantis, qui sit.
8 Concilium Prouinciale habet iurisdictionem in tota prouincia.
10 Montio debet præcedere in eum, qui in pœnam debet incidere.
11 Officium assumens contra iuris dispositionem, tenetur dimittere, & acquisita restituere. & cui. nu. 4. & 48.
12 Bavattaria depositus ab officio, vel alia simili culpa, an, nec ne debeat consequi salarium totius temporis. & nu. 14. Quid si non sua culpa nu. 13.
15 Illicitè acquisitum, inter pauperes dispensandũ, & nu. 47.
16 Excommunicatus quicquid acquirit, pauperibus distribuitur.
17 Irreuerenter agere dicitur, qui attentat ius, sine iuris dispositionem.
18 Statutum loquens de Iudæis, an ad paganos extendatur. & nu. 19.
20 Restitutio malè ablatorum est de casibus reseruatõis episcopo. & nu. 24.
21 Restituere, an possit facere simplex sacerdos consententem sibi



- sibi illicita, ac incerta extorsisse. nu. 24. & nu. 26. & nu. 28.
- 22 Episcopi providentia in maioribus dubijs est adhibenda.
- 23 Episcopus habet generalem dispensationem, & curam omnium ecclesiarum in sua Diocesi.
- 25 Restitutio, an, nec ne possit fieri per eum, qui tenetur restituere. & est communis opinio, quã tñ declarata, vt nu. 29.
- 27 Experientia est rerum magistra.
- 30 Episcopus est pater pauperum.
- 31 Confitenti in foro penitentiali omnia creduntur.
- 32 Restituendi incerta malè ablata, cui ex iuris dispositione facultas concedatur.
- 33 Episcopus non potest se intrmittere in exequendo relicta ad pias causas, propter disposita in testamento, in quo nullus est datus executor. Nec etiam si extaret statutum ipsius episcopi, quod ad eum de malè ablati dispensanda spectet distributio. nu. 34. Quid si extaret synodalis constitutio. nu. 37. & num. 39.
- 35 Confessio facta per testatorem in testamento non accepta a parte, aut iurata, in vim legati ad pias causas resoluatur.
- 36 Confessio facta in testamento, vel ab existente in extremis, an inducat obligationem.
- 38 Ordinarij locorum magis mouentur amore pecuniæ, quam ex zelo conscientie ad faciendum constitutiones sibi numeros imburstantes.
- 40 Episcopi duarum ciuitatum possunt committere distributionem malè ablatorum eius, qui in sua quaque ciuitate malè acquisiuit. Quid si in confinio duarum diocesium fuerint malè acquisita. nu. 41.
- 42 Episcopi providentia in faciendis huiusmodi malè ablati incertis restituere, in quo versetur. Quid si nemo compareat. nu. 44.
- 45 Restituendum quomodo distribuendum, data paritate necessitatis eorum, quibus restituendum, si restituendum omnibus non sufficiat. Quid data paritate eorum, in quibus est facienda distributio. nu. 46.
- 47 Officialis, an illicitè extorsum; pauperibus erogare teneatur. Et qd de aduocato, qd lucratus est, plus qd deberet. ibid.
- 50 Acquisita illicitè de iure ciuili ad fiscum deferuntur.

**Cum sit.** † Præponens Iudæum, vel Paganum publicis officijs per consiliu provinciale punit; & pposito denegat Christianorum commerciu donec deposuerit officiu; & in vsu pauperu Christianoru restituat inde quaesita, fm episcopi prouidentia. h. d. Diuidit in quatuor partes. Primo, constitutione innouat, olim phibitum phibet, & causas reddit. Secundo, punit pponente. Tertio, ppositum. Quarto, prorogat. secunda, ibi, si quis. tertia, ibi, officialis. quarta, ibi, hoc idè. ¶ Nota primo, qd Iudæus, vel Paganus nō potest præfici officio publico inter Christianos. Idè dicit tex. in l. finali. C. eo. tit. vbi latius prouidet, quod non possint habere aliquã dignitatem, vel phementiã, vel honorem inter Christianos, & pilulum tex. dicit ibi Bar. † Iudæos non posse doctorari, de quo tetigi in. c. i. s. eo. & latius in. c. quanto. s. tit. i. Et ex hoc, & ex tex. inferitur, qd Iudæi inter se ipsos possunt habere officia, & dignitates; & ita potest intelligi. l. generaliter. s. ff. de decur. vbi permittit Iudæos promoueri ad dignitates; & ita intelligit Bar. illum tex. & ita est intelligit glo. in l. nullus. C. eo. tit.

vel potest dici, qd ille tex. hodiè sit correctus per l. f. C. eo. tit. Sed aduerte, quia fortius in contrarium facit tex. in auth. qui maximus. C. de nup. & in auth. vt lice. ma. & aui. s. quia verò. i. coll. 8. in quibus probat, qd † Barbari possunt habere dignitatè et illustrem; & not. qd illi tex. loquuntur de iure nouissimo; & sic nō potest dici, qd sint correcti; & idè videntur intelligendi fm primu intellectū, videlicet; vt inter sese possint tales dignitates habere. Et aduerte, qd hoc potest intelligi, vt inter sese, hoc est in locis in quibus habent temporale dominiū ipsi barbari glo. tñ in d. auth. vt lice. ma. & aui. intelligit de barbaris, qd sunt sub Rom. imperio; quia aliàs frustra Imperator super eis legem cōderet, qd mihi nō placet; quia cū dignitas Illustris, dicatur regalis dignitas. c. pen. J. eod. vñ, qd inter ipsos, si sub Dominio Christianoru sunt, nō possit aliquo modo talis dignitas esse; nisi diceret, qd haberet inter se tam Iudæi, quam barbari nomine, non habitu. Sed possunt intelligi dicta iura de barbaris non subiectis; nec obst. arg. glo. quia principes non facit legē ipsi, sed dicit ipsi dimittendas ipsorum consuetudines; & satis videtur innuere ille text. quia tales non subessent dominio Christianorum. In † Iudæis autem hoc non potest procedere; quia nullibi habent dominium; sed per totum mundum sunt dispersi, & omnibus nationibus, & seclis exosi, quod est maximu argumentum fidei nostræ. Secundo not. ibi propter transgressorum audaciam, † vnum effectum nouæ, constitutionis antiquam innouantis; quia per eam compescitur transgressorum audacia. Tertio not. quod † concilium provinciale habet iurisdictionem in tota prouincia; vnde olim omnes causæ agitabantur in illo. 8. q. 3. c. i. 2. & 3. & traditur in. c. i. s. de iud. & ad ipsum concilium, & fm leges spectabat corrigere, & punire omnes excessus Prouinciæ, authen. de sanct. episc. s. vt omni status. coll. 9. Quarto not. ibi, quoniam sub tali rationem, † quare nō est præponendus Iudæus publico officio. Alia ratio ponitur in principio tex. nostri, potest et assignari alia ratio; videlicet, ne filij libera, filijs famulentur ancilla. Quinto not. quod † regulariter vbi aliquid præcipitur fieri sub certa pœna; monito debet præcedere pœnam, de hoc traditur in. c. sacro. J. de sen. excomm. i. 2. q. 2. c. indignè. Io. And. in. c. dolentes. de celebra. mis. Vtrum autem debeat præcedere accusationem, plenè dixi. s. c. 2. de accusatio.

11 Sexto not. quod † assumptus ad aliquod officium contra iuris dispositionem, tenetur illud dimittere cum pudore, & acquisita in ipso officio tenetur restituere. Et prædicta inducit. D. m. ad q. vtrum † depositus ab officio propter barateriam, vel similem culpam, debeat habere salarium totius temporis, gloss. in l. diem functo. in si. ff. de offi. ase. sentit, qd nō. Bar. in l. Mēuia. ff. de annuis leg. concludit, quod pro tempore anteriori debet habere salarium, pro sequenti vero tempore non debeat habere. Idem tenet Dyn. in d. l. Mēuia. & Rayne. in d. l. diem functo. s. si. pro quo adduco. l. pen. C. de anno. & tribu. lib. 1. o. secus † autè si non fuisset remotus culpa sua; quia tunc debet habere integrum salarium, vt. d. l. Mēuia. in prin. Et aduerte, quia † si sua culpa fuit remotus, nedum quod possit petere salarium sequentis temporis, imò conducens petere interesse sequentis temporis, quo debebat

debat esse in officio, per. l. si fundus. ff. locat. tenetur etiam ad interesse officialibus, quos secum duxit sequentis temporis, vt dicit Bar. in d. l. qui autem. & Doc. in d. l. diem functo. s. si. Septimo not. ibi, in vsu pauperum. quod † acquisitum ex illicito negotio dispensandum est inter pauperes. Ex quo inferitur, qd † acquisita per excommunicatum, in negotiationibus suis, debent inter pauperes distribui, cum negotiatio esset sibi prohibita tempore excommunicationis, propter fugiendum eius communionem. Facit. c. illud. J. de cle. excom. Sed prædicta non placet. D. m. mouetur per not. per Inno. in. c. quia pleriq. de immu. eccle. vbi Inno. tenet, quod ex illicita negotiatione acquisitum, sine alterius calumnia, non subiacet restitutioni, & quod restituatur potius est consilij, quã præcepti. i. 4. q. 5. qui habetis. & c. veritatis. de dol. & contu. & idem tenet Ange. in dispn. sua, quæ incipit. Astenfis miles, quoniam licet ipse peccauerit communicando, non tenetur ad restitutionem, si nō extorset ab aliquo iniuste, quod etiã probatur in. c. fin. de symo. vbi dicitur, quod licitè acquisitum sine cuius iniuria, non tenetur quis restituere; sed sufficere agere penitentiam; & ad hunc tex. respondet D. m. quod iste assumptus officium contra iuris dispositione, & sic pecunia reperitur apud eum sine causa. Itè hoc statuitur hic singulariter in pœnã; ergo i alijs casibus videt fecus; vt. l. i. ff. ad munic. Octauo not. ibi, irreuerenter. quod † irreuerenter dicitur agere, ois ille, qui aliquid attentat contra ius. Nono not. ex fine ibi, extendimus. quod † statutum loquens de Iudæis non est extendendum ad paganos, nisi ipsa constitutio extensionem faciat; & idem not. glo. in ver. prorogamus. in. c. constitutionem. de regula. lib. 6. Ego arbitror, quod licet Papa hic non fecisset hanc extensionem, quod tamen nos deberemus facere; quoniam eadem ratione fidei, & totius Christianitatis fauor, extensionem permitteret, vt dixi in. c. ita quorundam. s. eo. nam omnes rationes, quæ vendicant sibi locum in Iudæis, etiam vendicant sibi locum in Paganis. Prima ratio est, quia blasphemus Christi, & c. de qua hic in tex. in principio. comprehendit etiam Paganum, & quemlibet infidelem; vt probatur ex his, quæ dixi. s. in rubr. Item secunda ratio, quæ ponitur ibi, quoniam sub tali prætextu. & c. Et etiam tertia ratio, quã posui supra in tertio not. argu. eorum, quæ dixi. s. in rubr. Et sic videtur mihi cōcludendum, quod vbiunque est eadem ratio † in alijs infidelibus, quæ est in ipsis Iudæis, cōstitutio loquens de Iudæis, extendatur ad ceteros infideles; & ecōtra; & maximè si non esset nisi vnica ratio scripta in lege, p. l. milites agrum. ff. de re mili. Vltimo not. quod † restitutio malè ablatorum est de casibus reseruatibus episcopo; & ad hoc quotidie allegatur iste tex. & huc casum enumerat glo. inter alios casus reseruatibus episcopis, in. c. i. de penit. & remis. lib. 6. ad idem etiam facit. C. de epi. & cle. l. nulli licere. & authen. omnes peregrini. C. communia de succes. & in cor. vnde sumitur. & c. tua nobis. s. de testa. Sed circa prædicta querunt hic Doct. vtrum † simplex sacerdos, qui audiuit confessionem illius, qui tenetur aliquid incerta restituere, possit illa facere restituere; Host. hic dicit, quod non; quia est de casibus reseruatibus episcopo. Mouetur ad hoc triplici ratione. Pri-

ma, quia cum hic casus sit reseruatibus episcopo, si inferiores clerici possent dispensare, sepe sibi imburfarent, & appetere. Secunda ratio est, quia † in maioribus etiam dubijs est prouidentia episcopi adhibenda; vt. s. de offi. Archid. c. fi. & J. de sen. excom. c. monachi. Tertia ratio est, quia † episcopus habet generalem dispensationem, & curam omnium ecclesiarum suæ diocesis. i. o. q. i. regenda. & c. decernimus. & tota diocesis dicitur sua parochia, vt. c. i. J. de rapt. vn de dicit Host. quod multi hodiè occupant sibi tales casus, & similes, † in præiudicium animarum suarum, transgredientes terminos huius constitutionis, contra. c. i. s. de sepultu. vnde episcopi deberent inhibere talia ipsis inferioribus. Archid. verò in. c. 2. de testa. lib. 6. dicit, quod hæc † restitutio potest fieri per eum, qui tenetur restituere, per. c. cum tu. J. de vsur. & c. tua nobis. de testa. lib. 6. i. 7. q. 4. c. pen. & ff. 2. 4. q. 3. c. si quis. quæ iura communiter dicunt, quod obligatus ad restitutionem tenetur illam facere; ad idem etiam facit reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. & ad tex. nostrum qui videtur contrariari, respondet, quod loquitur de Iudæo, qui erat suspectus de restitutione; maximè cum esset fienda inter pauperes Christianos. Io. And. † dicit, ante factum tenendam opinionem. Host. quia secundum opi. Archid. faciliter quis posset euitare restitutionem, afferendo illam fecisse; nec obst. si dicitur, quod illam tenetur probare; quia nō potest semper adhibere notarium, & testes in qualibet pecuniæ erogatione. Præterea, vt dicit Io. And. secundum quod † experientia docet, quæ est osium rerum magistra, plures reperirentur, qui confiterentur se recepisse. i. o. lib. vt possent habere decem solidos; sed ex post facto non apparet ratio, quare qui restituit illud, ad quod tenebatur, non sit liberatus, etiam qd epi nō solum reseruat sibi dispensationem malè ablatoru respectu peccati; sed et respectu distributionis fidei. Fede. † de Sen. cōsilio. 33. simpliciter tenet opi. Hosti. Io. Cal. tenet opi. Archi. Subdit etiã, quod in casibus, in quibus transfuit dominium, vt in histronibus, & similibus. procedit opinio Hosti. in casibus verò, in quibus dominium non transit, vt in vsura, furto, & similibus. tenet opi. Archid. Hanc etiam. q. tã git Lapus in clem. i. de pen. & remis. & Ang. i. dispn. quæ incipit, Astenfis miles, ver. nunc descendo. col. 19. vbi recitat prædictas opinio. 29. col. & col. 30. & deinde ponit distinctionem, quam ponit hic. D. m. tanquam suam, & malè; quia dum loquitur de restitutione, ipse furatur; dicit enim. D. m. aduertendum esse, quod nullus tex. reperitur, qui faciat mentionem de episcopo præter istum, qui si bene ponderetur, non dicit, quod debeat restituere, sed quod erogatio fieri debeat secundum episcopi cōsiliu, & prouidentiam, concludit ergo, quod † dispensatio malè ablatorum, debet fieri per eum, qui tenetur restituere, vel per eum, quem præposuit tali restitutioni fienda, talis tamen restitutionis distributio debet fieri secundum episcopi prouidentiam; & sic dicit, qd per hunc modum saluantur omnes opiniones, & euitantur omnes absurditates, de quibus. s. Interest enim obligati, quod fiat realis restitutio, & epi interest; ex eo, quia est pater pauperu, † obligat enim reddere, reddendo, quæ reddit, nō donat; & sic de illis non potest ad libitū disponere; & sic cū distributio veniat fienda

Cbis opi.

da inter pauperes, debet haberi consilium illius, qui est pater pauperum. Vel potest dici secundum eum, quod ubi de male ablatis non constat; nisi per confessionem factam in foro penitentiali; creditur asserenti se restituisse; quoniam in penitentia de omnibus creditur confitenti, vt. c. significasti. j. de homic. Aut constat in iudicio, seu publice; & tunc distributio debet fieri secundum episcopi prouidentiam; quia hoc casu non creditur sibi asserenti restituisse, arg. c. quanquam. de vsur. lib. 6. & sic vult. D. m. quod sicut constat publice de male abbatibus; ita debet publice constare de restitutione, arg. c. 1. de penit. & remis. Sed parcat mihi D. m. ego arbitrator, quod hanc distinctionem habuit ab Angel. in disput. prædicta incipien. A fessis miles. vers. quito dubitatur. col. 30. & 31. ubi ponit directe hanc distinctionem. sed aduerte, quia etiam forte dici posset, quod prædicto vlt. casu, et si ipse principalis realem, & cum effectu fecisset restitutionem, quod tamen quo ad forum episcopi non esset tutus, licet quo ad conscientiam arbitrator ipsum liberatum; maxime facta penitentia, quod non fecisset dictam restitutionem cum prouidentia episcopi, secundum quod iura disponunt, & fm vtrancq; opinionem. Faciunt tex. & canones, qui de materia loquuntur, qui concedunt Principibus restitutionem, & potestatem committendi hanc restitutionem alijs, vt traditur in. c. tua nobis & c. si hæredis. & c. nos quidem. s. de testam. & in auth. de hæred. & falcid. §. si quis aut. & l. nulli licere. & l. si quis ad declinanda. & l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler. Aduerte, quia in alijs relictis ad pias causas, in quibus datus est executor, vel nõ dato exequutore heres eius exequutor, episcopus non potest se aliquo modo intromittere, nisi data mora executoris, propter lapsum temporis a lege, vel a testatore impositi; iudex enim, vel episcopus non potest illi terminum præfigere, ad hoc, vt constituatur in mora, & per consequens ad ipsi episcopi deuoluatur exequendi potestas, sed bene hoc potest ad finem, vt compellat executorẽ exequi voluntate defuncti, vt trad. per Bal. in repet. l. lile. ff. de leg. 2. ver. Tertio quæro col. 10. de quo dixi in repet. c. si hæredes. de testa. Sed quæro iuxta prædicta, posita opi. Hosti. p. vera, seu statuto episcopi disponenti, quod ad ipsum episcopum spectet distributio; pone, testator reliquit mille pro incertis illicitè acquisitis, & male ablatis, distribuenda in pauperes Christi, per executorem datum in testamento, episcopus, per statutum suum, & per hunc tex. vult dispensare de dictis mille, quæritur, an possit? D. m. hic mouet hunc. q. & dicit eam notabilem, & sol. quod nisi probaretur male ablatum, episcopus non posset fundare intentionem suam super illis, tanquam male ablatis. Mouetur; quia talis confessio facta per testatorem, cum non fuerit recepta a parte, nec sit iurata, habet vim legati ad pias causas, vt probat in. l. 3. C. de fal. causa adiec. lega. & not. in. l. cum quis. §. codicillis. ff. de leg. 3. Facit et quod trad. p. ipsum. D. m. in. c. fin. de suc. ab intest. Sed contra hanc decisionem obstat. quod not. D. Ant. D. Io. de Imo. & ipse D. m. in. c. si cautio. s. de fide instr. ubi volunt, quod confessio facta in testamento, vel ab existente in extremis, inducat obligationem; sed potest dici, quod inducit obligationem, hoc est, legatum, tanquam in pia causa; sed tamen per hoc non probant illa esse incerta, ad hoc vt episcopi prouidentia debeat fieri distributio. Tertio quæro, vtrum valeat constitutio synodalis, per quam disponitur, quod distributio incertorum male ablatorum, nõ possit fieri nisi per episcopum? Federi. d. consi. 33. tenet, quod nõ quia cum pertineat ad ipsum extorforem; nõ potest episcopus facere constitutionem in præiudicium illius, cum nõ liceat iura aliorum tollere. Io. And. in. c. 2. de testa. lib. 6. dicit, quod Diocesani solent circa prædicta prouidere per eorum constitutiones; sed an tales constitutiones teneant, vel nõ, nihil dicit. Ang. in dicta disputatione. ver. quinto dubitat. col. 30. tenet opinio. Fed. Mouet, quia ordinarij locorum magis mouent ad hoc pecuniam, quam zelo conscientie ad faciendum tales constitutiones. Ego arbitrator, quod respectu certorum licet illicitè acquiritorum, vel respectu legatorum in pia causa, nõ valeat constitutio, arg. prædictorum. sed respectu incertorum, si talis constitutio disponderet, quod nõ posset fieri distributio sine prouidentia episcopi, valeret, maxime per opiniones, de quibus in. 1. q. & quoniam in casu prædicto cessaret omnis sinistra suspicio. Quarto quæro circa tex. nostrum; pone, si aliquis Florentinus madauit alicui, quod tanquam infitor suus exerceret seipsum, vel aliam illicitam negotiationem in ciuitate Bononiæ, ex tali negotiatione ille in dicta Diocesi Bononiensi extorsit plura, quæ non sunt incerta, queritur, cuius Episcopi prouidentia debeat fieri restitutio, an episcopi Bononiensis, an verò Florentini? Fede. de Sen. consi. 33. concludit, quod vterque, quod competens; & eandem sententiam sequitur Ang. in. d. disputatione. col. 19. Quinto quæro, quid si incerta sint extorta in aliquo castro, quod sit in confinio duarum diocesium; & ignoratur sub qua diocesi sit, cuius Episcopi prouidentia debeat fieri restitutio? Sol. ego arbitrator, quod vtriusque Episcopi prouidentia fieri debeat, arg. not. per Bal. in. l. si quis ad declinanda. C. de episc. & cler. vers. vltimus quaritur. Sexto quæro, in quo vertat prouidentia Episcopi, tam respectu tex. nostri, quam incertorum? Sol. ego arbitrator, quod ante omnia eius prouidentia vertat, vt publice proponat edicta, quæ omnibus notescant, quod omnes illi, qui aliquid incertum debent coparere; & si aliquis copareret, ostendens illicitè ab eo extortum, illi fieda erit restitutio, arg. eorum, quod ponit Archid. d. c. 2. de testa. lib. 6. & Ang. in. d. disp. col. 19. arbitrator tamen, quod in casu tex. nostri, licet si aliquis copareret, & diceret se aliquid soluisse prædicto Iudæo officio publico fungenti; non tamẽ esset sibi illud restituendum, si ille soluit illud, quod alias soluisset Christiano fungenti illo officio publico, ratione officij, seu mercedis, seu laboris; quia licet Iudæus fecerit contra iura acceptado illud publicum officium; tamen iste soluens, debitum soluit; & sic nõ potest repetere. Facit quod. j. dicam super glo. fin. secus si talis non debuisset illud soluere etiã Christiano illo officio fungenti; & sic etiam ex parte recipientis fuisse illicitè extortum, & respectu soluents; quia tunc fienda esset sibi restitutio, nisi ex parte ipsius soluents versaretur turpitudine, vt putat; si dedisset pecuniam pro iniquo iudicio. 14. q. 5. c. nõ sanè. & in reg. in pari. ff. de reg. iur. & in reg. in pari de reg. iur. lib. 5. Nemine autem comparente versatur Episcopi prouidentia, vt fiat integra, & realis distributio. Idẽ circa eligendo pauperes; vt eligantur magis

37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44

C A P. X V I I.

S V M M A R I V M.

gis miserabiles, secundum necessitatem, in qua necessitate consideranda est qualitas ipsorum respectu loci, infirmitatis, ætatis, nobilitatis, & simil. Itẽ, respectu coniunctionis; quia si data æqualitate necessitatis inter duos, si illud, quod distribuendum est, non esset sufficiens nisi vni ex ipsis duobus, potius coniuncto, quam non coniuncto distribuendum esset, vt probatur in tex. nostro ibi, Christianorum pauperum, & statim dicam in sequenti. q. Vltimo quæro circa prædicta, vtrum circa distributionem fiedam data æqualitate necessitatis, quis debeat potius eligere, vel distribuere in patrem infidelem, seu in hæreticum, quã in extraneum fidelem, & bonum. Io. And. dicit, quod iste tex. facit ad decisionem istius quæstionis, ibi, dũ dicit, Pauperum Christianorum. sed tandem pro decisione remittit se ad not. per glo. 30. distin. c. 1. 42. distin. c. quiescamus. 90. distin. c. non satis. in prin. per Spec. qui fil. sint legit. versic. quid si pater. per Hosti. i. sum. in tit. de tempo. ordi. versic. quid si pater. §. cui. Hoc dubium est satis notabile, & ideo decisionem omitto; quia non intendo illud disputare. Glo. fin. in prin. infer ex text. deinde format duo contraria, & vltimum non soluit. In eadem, ibi, si vellet posset. dic, videtur glo. sentire, quod officialis illicitè extortum nõ necessitetur dare pauperibus, per. c. non sanè. alleg. in glo. & sic habes vnum intellectum ad illum tex. qui satis obscure loquitur, vt illud intelligatur esse consilij, non necessitatis. Inno. verò in. c. quia plerique; s. de immu. eccle. distinguit, quod aut quis habet officium cum iurisdictione; & tunc necessitatur restituere illicitè acquisitum, cum credatur illud acquisiuisse per præuentionem, & violentiam; secus autem dicit in eo, qui non habet iurisdictionem, vt in aduocato, si est lucratus aliquid ultra quam deberet; licet bene faciat restituendo, non tamen necessitatur, vt. d. c. non sanè. Cui autem necessitetur restituere, qui habuit iurisdictionem, dic, quod illi à quo extorsit; nisi etiã soluens versatus fuerit in turpitudine, vt. s. dixi, & dicitur. j. in seq. parte. In eadem, ibi, quia nescitur à quo sit extortum, dic, Io. And. aliter intelligit hoc capitulum; videlicet, quod Iudæus, vel Paganus non grauatur eum, à quo recipit, extorquendo ultra debitum; sed recipit illud, quod ille soluere debet, & quod licet recipere quilibet Christianus ex labore, vel mercede talis officij, vt putas; salarium, vel quid simile, & tale erogandum est pauperibus, & maxime si soluens salarium fuit ille, qui præposuit infidelẽ officio; quia hoc casu magis venit reprehendendus repetens, quã extorquens, secundum Goffr. qui allegat. d. c. non sanè. Est conclusio in terminis nostris, quod si ex parte dantis non versatur aliquod interesse; quia soluit debitum; sed ex parte recipientis versatur illicitum, tunc restitutio debet fieri pauperibus; secus si ex parte soluents versaretur aliquod interessè; quia etiam respectu ipsius diceretur illicitè extortum; nisi in ipsa solutione soluens pariter versatus fuisset in turpitudine, vt dixi. s. in. 6. q. Sed aduerte; quia si de iure civili talia illicitè acquisita deferuntur ad fiscum, vt. l. Lucius. ff. de iure fisci. & per totum tit. ff. & C. de his quib. vt indig. In si. gl. dic, & merito maior pena ibi imponitur; quia maius est delictum, vt dicitur in seq. c.

- 1 Lateranensis concilij decisa.
- 2 Peruersos nolle perturbare, fauere est. & nu. 40.
- 3 Manifesto facinori, qui desinit obuiare, non caret occulte societatis scrupulo.
- 4 Io. And. vtriusq; iuris lumen.
- 5 Indulgentia Lateranensis concilij, quibus concessa.
- 6 Præuilegia ad recuperandam terram sanctam proficiscentium.
- 7 Studentes in Theologia, vel in seruitio ecclesie existentes, quotidianas distributiones non habent. Secus tamen in cruce signatis; & quare. ibid.
- 8 Dubiorum, quæ circa spiritualia, vel eis annexa occurrunt, declaratio spectat ad Papam.
- 9 Constitutionis verbis in dubio melius est seruire, quã fantastice diuinare.
- 10 Interpretatio quotuplex.
- 11 Præuilegium recipiendorum fructuum concessum cruce signatis, non durat ultra triennium. Et quid si clericus interim moueretur. ibid. remiss.
- 12 Grauat in vno, in alio debet releuari.
- 13 Papa omnes Cardinales in genere vocat fratres.
- 14 Cardinales, an habeant ius capituli, vel collegij, an verò censeantur viuere iure singulorum.
- 15 Cardinales diaconi carent titulo.
- 16 Cardinales, an habeant ea, quæ habet vniuersitas.
- 17 Pronuntiatio sola alicuius in Cardinalem, absq; eo, & detur capellus. & c. an faciat eum Cardinalem.
- 18 Collegium Cardinalium sacrum nuncupatur.
- 19 Nomina, rebus debent esse conuenientia.
- 20 Prælati bono exemplo, & opere inferiores instruere debent.
- 21 Superiores, quasi signum ad sagittam.
- 22 Hannibal primus in pralio, vltimus è pralio.
- 23 Nicolai Picinini Capitanei victoriosissimi laudes.
- 24 Clerici diuinis obsequijs insistentes, ab omnibus tallijs, et collectis sunt immunes.
- 25 Immunitas non solum clericis omnibus, sed omnibus etiã de eorum familia de iure civili conceditur.
- 26 Læso modica est faciliter toleranda. & quare. nu. 31.
- 27 Argumentum à contrario sensu valet.
- 28 In possessione sua, omni tempore quilibet etiam priuatus est tuendus.
- 29 Iniuriantes cruce signatis, sunt censura ecclesiastica compescendi.
- 30 Excommunicatio in infidelem, quando dicitur ferri.
- 31 Dilatoria concessa debitori, debet faciliter per creditores tolerari; secus in perceptoria. nu. seq. Et an censeatur per rescriptum Principis sublata, nu. 33.
- 32 Donatio modica conceditur, vbi alias non concederetur.
- 34 Familia præuilegio domini gaudet.
- 35 Pirata licet alias essent excommunicati, ex Lateranensi concilio; tamen ex hoc. c. cum authoribus, & fautoribus excommunicantur.
- 36 Participans alicui in crimine damnato, eadem sententia damnatur.
- 37 Statutum, vel lex imponens penam communicanti cum pirata, excommunicato, bannito, vel receptatore banniti, vel simili; quomodo intelligendum.



- 38 Statutum Senarum si quis receperit aliquid à fiftaro-  
lo seu pensionario, qui auferet, vel ei commodaret as-  
inum, vel equum, sit obligatus ad debitum fugientis, cre-  
ditori ipsius fugientis, qualiter intelligendum.
- 39 Excommunicatus, vendere, emere, & alios contractus fa-  
cere potest, nisi prohibeatur.
- 42 Præterea, hæc dictio est repetitiva.
- 43 Acquisitum ex damnato commercio restitutioni subia-  
cet. & num. 80.
- 44 Excommunicatus acquirens, acquisita tenetur restituere.
- 45 Pœna deferentium arma, & alias res prohibitas infide-  
libus, quæ sit.
- 46 Excommunicatus potest iterum excommunicari.
- 47 Delinquentes, & auxilium præstantes pari pœna puniuntur.  
& contra. nu. 76. & nu. 105.
- 48 Pœna delicti conformis esse debet. & nu. 105. Et ex qua  
litate, & quantitate delicti, de qualitate, & quantitate  
pœne iudicamus, & contra. nu. 50.
- 49 Thomyræ Regina Scytharum, caput Cyri in vterum san-  
guine plenum coniecit.
- 51 Pœna corporalis, quandoq; venit in defectum pecunia-  
rie. & nu. 113. Quod tamen limita, vt ibid. & de mate-  
ria latissimè. nu. seq.
- 52 Pœne cur imponantur.
- 53 Tormenta aliorum, aliorum sunt remedia.
- 54 Bellum alicui inferre volens, quid sibi ante providere ha-  
beat.
- 55 Pluribus intentus, minor erit ad singula sensus. Et qui bi-  
nos lepores. &c.
- 56 Prælatorum officium est, Christianos reducere ad pacem.
- 57 Prælati curare debent, ne debiliores, à potentioribus op-  
primantur.
- 58 Pax, & treuga differunt.
- 59 Alternatiua, cadit inter diuersa.
- 60 Pœnitentia perfecta tria requirit.
- 61 Contritio debet esse vera, & ex corde, & quid operetur.  
ibid. & quæ præcedere habeant. nu. 63. remiss.
- 62 Sacerdos potest pœnitenti pœnitentiam alienare; & Pa-  
pa potest in totum remittere.
- 64 Absolutio, sine vera contritione veraciter non operatur.
- 65 Absolutus absq; contritione, solum quo ad hominem, &  
ecclesiam militantem est absolutus; non autem quo ad  
Deum, & ecclesiam triumphantem.
- 66 Confessio quid.
- 67 Contritio quid.
- 68 Satisfactio quid.
- 69 Personam suam exponens, dicitur satis exponere.
- 70 Vita omnibus temporalibus præponenda est.
- 71 Pauperes facilius saluantur, quam diuites; & quare.
- 72 Deus cor hominis, non manum respicit.
- 73 Animus diues, non archa appellari solet.
- 74 Socij temporales, quorum vnus ponit pecuniam, & alius  
operas, siue personam, diuidunt inter se lucrum æqualiter;  
nisi aliud conuentum sit; & quid in societate spiritali;  
& quomodo intelligi debeat. nu. 76.
- 75 Fratres æqualiter debent inter se diuidere.
- 77 Synodus vniuersalis, & generale concilium sunt syno-  
nima.
- 78 Rescripta debent habere tempus datæ.
- 79 Vsurarum cause, hodie cognoscuntur summarie, & de fa-  
cto. &c.
- 81 Delictum grauius, grauiori pœna puniendum est.
- 82 Lex non debet esse de impossibili.

- 83 Bonis publicatis, non veniunt postea acquisita.
- 84 Christiani pacem semper obseruare debent.
- 85 Ignorantia probabilis excusat, q; tamen limita, vt ibid.
- 86 Patrimonij sui vires, nemo ignorare præsumitur.
- 87 Bonitatis præmium tutius est reportare, quam auaritia  
rationem reddere.
- 88 Grauari nullus debet in aliquo, maximè à suo superiore.
- 89 Talea, & collectæ hodie omnes sunt damnatae.
- 90 Bona vnde dicantur, & ad quæ pertinent.
- 91 Præsumptio non certificat, nisi sit iuris, & de iure.
- 92 Præsumptio simplex est super dubio.
- 93 Præsumptionis duplex diffinitio.
- 94 Pirata, & cursarij qui.
- 95 Interminatio quid.
- 96 Pœna vbi non determinata, arbitraria est imponenda.
- 97 Censura, & seueritas ecclesiastica differunt.
- 98 Pœna. c. huius, an habeat locum in exercentibus piraticâ  
prauitatem contra alios, non contra Christianos.
- 99 Absolutio, non facta satisfactioe secundum formam, c.  
huius, an teneat.
- 100 Pacis violator, qua pœna puniendus.
- 101 Furtum faciens quinq; solidorum, si ex eo violatur pax,  
fur furcis est suspendendus.
- 102 Sacerdotes inferiores, an habeant potestatem ligandi, &  
soluendi.
- 103 Petrus vocatus est Cephas, hoc est caput ecclesiæ, &  
quare.
- 104 Sum. Pont. præ omnibus habet potestatem, & plenâ ex  
causa peccatorum veniam indulget; quod secus est in in-  
ferioribus; cum habeant limitatam potestatem. &  
quare.
- Malum nullum impunitum; & bonum nullum irremune-  
ratum. sub nu. 105. & sub nu. 76.
- 106 Ecclesia vniuersalis vna est.
- 107 Christus, ecclesiæ vniuersalis sponsus est.
- 108 Papa est vicarius Christi, & Summus administrator.
- 109 Bona remuneratiua vniuersalis ecclesiæ, quæ sint.
- 110 Gula vna sola sanguinis Christi, fuisse sufficiens ad redi-  
mendum totum humanum genus.
- 111 Delictum piraticum, quare acrius puniatur, quâ vsura.
- 112 Pecunia symoniacè recepta cui restituenda.
- 114 Pœna corporalis quælibet, etiam parua; est maior quali-  
bet pœna pecuniaria, etiam maxima; & in quibus locis  
habeat.
- 115 Delinquens, quoties constat de delicto, non est in carce-  
re detinendus, sed puniendus, quod tamen intellige, vt  
ibid.
- 116 Iudex, an, & quando multam relaxare teneatur.
- 117 Pœna in dubio semper venit applicanda fisco; quâdo im-  
ponitur ex delicto.
- 118 Iudex non potest, nisi ex euidenti causa, pœnam altera-  
re, commutare, minuere, vel augere.
- 119 Pœne mutatio, & alternatio, vbi tractetur.
- 120 Pœna corporalis si in defectum legitime imposita est; an  
punitus perueniens ad pinguiorem fortunam teneatur  
amplius solvere.
- 121 Soluere dicitur, qui luit in corpus.
- 122 Iudex, qui non poterat cognoscere nisi de causa pecunia-  
ria, si coram eo quis agat in casu, quo corporalis succede-  
bat in locum pecuniaria; an corporalem possit imponere.
- 123 Statutum diuersum, q; quicumq; commiserit tale delictum,  
puniatur in. C. nisi soluat intra mensem; si notorie constat  
eum non soluendo, an possit statim puniri.

124 Soluendo qui non est, qua cautela vti debeat, vt è carce-  
ribus exeat, secundum Ang. & qua de mente auctoris.

## Ad liberandam.

Hoc conciliū generale repetit conciliū Lateranēse, de quo in. c. ita quorundā. s. eo. & addit pœnā impo-  
nendā satisfactioni fiendæ tēpore impendendę abso-  
lutionis. h. d. In text. ibi. & .j. dic. 10. And. dicit, q; sub  
isto .j. continebatur decisa pars, continens priuile-  
giū cruce signatorū, quam decisam posuit hic Host.  
& glossauit dicens, quod ex eo, quod in literis apo-  
stolicis frequenter fit mentio de illa, & quia practi-  
cabilis, necessaria, & utilis est, non debebat remoueri.  
Vnde ponens ipsam, dicit, quod primum re-  
sponsum erat tale, Ipsis t̄ autem clericis indulge-  
mus, vt beneficia sua integre percipiant per trien-  
nium, ac si essent in ecclesijs residentes; & si necesse  
fuerit, ea possent per idem tempus pignori obli-  
gare, postea seq. Cupientes autem alios ecclesia-  
rum prælatos, nec non clericos in merito, & in præ-  
mio habere participes, & confortes ex communi  
concilij approbatione statuimus, vt omnes tā sub-  
diti, quam prælati vigesimam ecclesiarum prouen-  
tium vsq; ad triennium integre conferant in sub-  
sidium terræ sanctæ per manus eorum, qui ad hoc fue-  
runt apostolica prouidentia ordinati. Quibusdam  
religiosis exceptis ab hac præstatione merito exi-  
mendis. Vel similiter, qui assumpto, vel assumen-  
do crucis Christi signo sunt personaliter profecturi.  
Nos autem, & fratres nostri sanctæ Romanæ eccle-  
siæ Cardinales plenariam decimam persoluemus.  
Sciatisq; omnes ad hoc fideliter obseruandum per  
excommunicationis sententiam se obligatos. Ita  
quod illi, qui fraudem commiserint, sententiam ex-  
communicationis incurrant. Sanè quia iusto iudi-  
cio cœlestis Imperatoris obsequi inhærentes, spe-  
ciali debemus prerogatiua gaudere, cum tempus  
proficiendi annum excedat in modico, cruce si-  
gnatâ collectis, vel talijs, & alijsq; grauaminibus  
sunt immunes, quorum personas, & bona post cru-  
cē assumptam sub Beati Petri, & nostra suscepimus  
pœctione, statuētes, vt sub episcoporum, archiepisco-  
porum, atq; omnium prælatorum ecclesiæ Dei defen-  
sioni consistant, proprijs ad hoc protectoribus de-  
putandis, ita vt donec de ipsorum obitu, vel redi-  
tu certissimè cognoscatur, integra maneant, &  
quieta; & si quisquam contra præsumperit, Cæsa-  
rea; & ecclesiastica potestate compescatur. Si quis  
proficiscens illuc, ad præstandas vsuras iuramē-  
to tenerentur astricti, creditores eorum, & remit-  
tant eis præstitum iuramentum, & ab vsurarum exa-  
ctioe, vt desistant, eadem præcipimus distric-  
tione compelli, q; si quisquam debitorem ad solutionem  
coerceat vsurarum, eum ad restitutionem ipsarum  
simili cogi animaduersione mandamus. Iudæos ve-  
rò ad renuntiandas per seculares compelli præci-  
pimus potestatem, & donec illas remiserint, ab vni-  
uersis Christi fidelibus per excommunicationis sen-  
tentiam eis omnino communio deneguetur. His au-  
tem qui Iudæis soluere debita nequieverint in præ-  
senti; sic principes seculares vtiles dilatione prou-  
-

deant, quod post iter arreptum vsquequo de ipsorum  
obitu, vel reditu certissimè cognoscatur, vsurarum  
incommoda non incurrant, compulsis Iudæis prouē-  
tus pignorum, quos ipsi interim perceperint, in for-  
tem deductis expensis computare, cum huiusmodi  
beneficium nō multum videatur habere dispendij;  
quia solutionem sic prorogat, quod debitum nō ab-  
sorbet. Porrò ecclesiarū prælati, qui in exhibenda iu-  
stitia cruce signatis, & eorum familijs negligentibus  
extiterint, sciant se grauitè puniendos. Carterum;  
quia cursarij, & piratæ nimis impediūt iter terrę san-  
ctæ capiendæ, & spoliando transeuntes ad illam, &  
redeuntes ab illa, nos eos principales, & coadiutores,  
& fautores eorum excōicationis vinculo innodan-  
tes, sub determinatione anathematis inhærentes, ne  
quis cum eis scienter communionem in aliquo ven-  
ditionis contractu exercent, iniungentes & rectori-  
bus ciuitatum, vel locorum suorum, vt eos ab hac  
iniquitate reuocēt, alioquin; quia t̄ nolle perturba-  
re peruersos nihil aliud est, q; fauere, t̄ nec caret scru-  
pulo societatis occultæ, qui manifesto facinori de-  
finit obuiare. In personas, & terras eorum per eccle-  
siarum prælatos seueritatē ecclesiasticā volumus exer-  
ceri. Hęc continebant sub prima parte decisi; & de-  
mum sequebatur pars textus nostri hic posita; vide-  
licet, excommunicamus præterea &c. & sequeba-  
tur vsq; in fine textus nostri de verbo ad verbum; sed  
post finem textus nostri subiuncta erat alia pars de-  
cisi; & sic patet, q; in fine textus nostri debet etiam  
poni, & infra; licet illam non habeam in libro meo;  
& hoc, vt denotetur alia vltima pars decisi sub hac  
verborum forma. Quia verò ad hoc negotium exe-  
quendum per maximè necessarium est, vt principes,  
& omnes nobiles simul populi Christiani adinuicè  
pacem obseruent factam, vniuersali synodo suaden-  
te statuimus, vt saltem per quadriennium in toto  
orbe Christiano pax generaliter obseruetur; ita qd̄  
per prælatos Christianos discordantes reducantur  
ad veram pacem, aut treugam inuolubiliter obser-  
uandam; & qui acquiescere fortè contempserint per  
excommunicationem in personis, & interdictionem  
in terras arctissimè compellantur; nisi fortè tanta  
fuerit inimicorum malitia, q; ipsi nō debeant gau-  
dere tali pace, quod si fortè ecclesiam vilipederint,  
poterunt non immeritò formidare, ne per authori-  
tatem ecclesiæ, tanquam in perturbatores negocij  
Crucifixi, secularis potentia indicatur. Nos ergo  
omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Apo-  
stolorum Petri, & Pauli autoritate confisi, ex illa,  
quam nobis licet indignis contulit Deus ligandi, &  
soluendi potestate, omnibus qui laborem istum in  
proprijs personis subierint suis expensis, plenam  
suorum peccatorum, de quibus veraciter fuerint  
contriti, & ore confessi, veniam indulgemus, in retri-  
butionem istorum salutis æternæ pollicemur argu-  
mentum. Eis autem qui non proprijs personis illuc  
accesserunt; sed suis expensis dumtaxat iuxta facul-  
tates viros idoneos destinauerint, & illis similiter,  
qui alienis expensis, in proprijs tamen personis ac-  
cesserint, plenam suorum concedimus veniam pec-  
catorum. Huius quoq; remissionis volumus, & cōce-  
dimus esse participes iuxta qualitatem subsidij, & de-  
uotionis affectum, qui ad subiectionis ipsius terræ  
Par. j. E E ij de bo-

de bonis suis congruè ministrabunt, aut circa prædicta consilium, & auxilium impederint opportunum. Omnibus etiam piè proficiscentibus in hoc opere, sancta, & vniuersalis synodus orationum, & beneficiorum suorum suffragium impartitur, vt eis digne proficiant ad salutem. Datum Laterani. 19. Cal. Ianu. Pontific. nostri anno 18. Et quâquam nec D. Ant. hic, nec D. m. ipsâ referant, nec aliquid super ea dicant; tamè, quia vt aliàs protestatus sum, quod non intendo omittere aliquid ex his, quæ dicit Io. And. illam posui; quia & ipse illam ponit, nec arbitrator errare posse sequèdo ipsius vestigia, & q. vtriusq; iuris lumen extitit. Hoc. c. cum partibus decifæ diuiditur in. 9. partes, sicut. 9. ponit dicta. Secunda, ibi, cu pientes. & ista pars habet vnum versic. ibi, exceptiua; Tertia, ibi, nos autem, & fratres. Quarta, ibi, sciâtq; Quinta, ibi, si qui verò proficiscentium. & hæc habet quatuor vers. primum, ibi, q. si quisquam. secundum, ibi, Iudæos verò. tertium, ibi, his igitur, qui Iudæis. quartum, ibi, porrò. Sexta principalis pars ibi, ceterum quia cursarij. & hæc habet vnum vers. ibi, & indulgemus. Septima, pars ibi, Excommunicamus præterea. quæ principaliter diuiditur in tres partes; quæ primo excommunicat quatuor genera prouentus, si ne secundo, præcipit, & punit, & rationem reddit ibi, principales. tertio ponit, quid faciendum sit, vbi quis non potest soluere pœnam pecuniariam; ibi, q. si forte. Octaua principalis pars ponitur ibi, in secunda parte decifæ post finem tex. nostri ibi, quia verò ad hoc negociû. Nona, & vltima pars, ibi, nos ergo. ¶ Nota primo ex principio decifæ dum dicit, ipfis autem clericis. q. talis indulgentia videtur esse concessa solum clericis secularibus. Sed Hosti. idem dicit de regularibus administrationem habentibus, vt prouentus vigesimæ redditum suorum terræ sanctæ cœcæ teneant soluere, de quo remittit se Io. And. ad id qd not. in. c. si. de voto. de hac materia dic, vt latius dicam in. c. facris. j. de sent. excom. in. 19. princ. artic. 18. q. princ. Secundo nota, ibi, integrè percipiant. iunctis illis verbis, ac si essent in ecclesia. q. tales & quotidianas distributiones. & sic recipiant residentes in ecclesia debent recipere proficiscentes ad liberandam terram sanctam. ¶ Studentes tamen in theologia, vel existentes in seruitio ecclesie, illas non habent; vt trad. in. c. de cætero. de cleri. nō resid. & c. licet. s. de præb. Nec obstat tex. in. d. c. licet. vbi Papa mandat, q. ille studens integrè perciperet fructus beneficiorum; & tamen dicitur ibi, q. non debet habere quotidianas distributiones. & sic videtur, q. etiam isti clerici illas non debeant habere. Sed potes respondere, q. ibi non ponuntur verba, quæ hic ponuntur; videlicet, ac si essent in ecclesia residentes. quæ verba hic posita, debent aliquid operari, secundum q. not. in. c. ex ore. s. r. s. de priuileg. & l. si quando. C. de in offi. testa. Præterea maior rō est in istis, quam in studentibus, cum isti exponant personas suas tot periculis, & proficiscuntur in seruitium Iesu Christi, vt. j. eo. vers. sanè. & eodem modo respondendum est, ad. c. si. s. tit. 1. quia vero ibi dicitur, q. integrè recipiat, ac si esset residens in ecclesia, nec q. possit illos obligare, vt hic. Est igitur conclusio secundum Hosti. & Io. And. q. isti debent recipere etiam quotidianas distributiones. Studen-

tes verò non; nisi Papa aliud declararet, & ad quem spectat declaratio talium dubiorum, vt. c. per venerabilem. qui si. sint legit. Et si opponeres, quare ergo Hosti. & Io. And. declarant istud dubium. Respondeo, q. ipsi non declarant; sed in dubio à verbis constitutionis non recedunt; quoniam & in dubio melius est verbis deferuire, q. in alio fantastice diuinare, vt. ff. de leg. 3. l. nō aliter. in prin. & l. i. s. si is in qui nauem. vers. in re igitur dubia. ff. de exerci. actio. & secundum Io. And. satis videtur dicta declaratio, & interpretatio expressa in. c. si. de voto. & c. r. de cleri. non residen. lib. 6. per Spec. in tit. de hæret. in fine. Vide etiam q. not. Io. And. in. c. excommunicamus. s. catholici. j. tit. primo. posset & alio modo responderi, q. duplex est interpretatio. Vna necessitatiua; & pro ista recurrendum est ad principem, vt. l. cum de nouo. & ibi p. Bal. & Doct. C. de legib. & authen. de consul. coll. 4. Alia est interpretatio autorizabilis; & istam potest facere quilibet doctor, vel magister, vt. l. non possunt. ff. de legib. de qua materia vide quod latè dixi in clem. 2. de electio. In contrarium tamen videtur tex. not. in. c. vnicō. de cleri. non residen. lib. 6. Tertio not. ibi, & si necessè. quod tales clerici ita demum possunt obligare prouentus, si necessitas incumbit. Vnde propter solam vtilitatem non possunt hæc pignorationem facere. Quarto nota ex secunda parte principali, ibi, per triennium. q. ¶ tale priuilegium recipiendorum fructuum non durat vltra triennium. quid autem si interim iste clericus moreretur? remittit Io. And. ad not. per eum. in. c. quærelam. s. ne præla. vices suas. Quinto nota, ibi, ¶ personaliter proficiscuntur. q. qui in vno. granatur. debet in alio alleuiari; & sic alleuiantur isti personaliter proficiscentes; quia non tenentur soluere vigesimam prouentuum ecclesiasticorum; & de hoc fit mentio in. c. si. de voto. Sexto nota, & ex tertia parte, quod & Papa omnes Cardinales in genere, vocat fratres. Facit. c. r. de offi. leg. lib. 6. Septimo nota ex illis verbis sanctæ Ro. ecclesie Cardinales. arg. bonum, secundum Io. And. contra illos, qui dicunt, q. Cardinales non habent ius capituli, seu collegij, sed potius cæsentur viuere iure singulorum, tanq. homines singulariter vocati à diuersis partibus mudi, & in singulis ecclesijs sibi cōmissis intitulati. Aduerte tñ; quia & diaconi Cardinales nō dicuntur habere titulum, vt patet in stilo curiæ. Et ideò quado scribis diacono Cardinali, nō ponas titulum. Mouebantur prædicti etiam ex eo, quia & Cardinales non habent archā communem, nec syndicum, nec alia huiusmodi, quæ vniuersitas, siue collegium habere consueverunt; vt. l. i. ff. quod cuiusq; vniuer. & not. in. c. dilecta. j. de excep. præla. Et aduerte; quia hæc disceptatio non est inutilis, imò magni effectus; quoniam intet hæc duo, fungi. s. iure vniuersitatis, & fungi iure singulorum, longa est differētia, vt patet ex not. in. c. cum omnes. primo responso. s. de consi. & in reg. q. oēs. de reg. iur. lib. 6. Sed secundum Io. And. qui perfectam præsumunt habere opi. euidenter errant; nā & de facto ita est, q. ante sunt Cardinales, q. eis aliqui titulus assignetur. Et hac consideratione habita dicuntur Cardinales, nulla alia ecclesia assignata. 23. dist. in. c. in nomine domini. 79. dist. in. c. oportebat. de qua materia vide quod latissimè scripsi in clem. ne

17 ne Romani. de elec. in. fi. q. Vbi plenè tractaui, & an sola pronuntiatio alicuius in Cardinalē, absq; eo q. assignetur titulus, detur Capellus, assignetur locus, & os aperiat, & aliæ similes ceremoniæ fiât, faciât eum verum Cardinalem, quam èt materiâ tractaui in consilio, q. feci pro D. Cardinali Firmano, q. incipit, Martinus bo. me. Papa. Si ergo dicitur verus Cardinalis, non assignato titulo, vel expressa ecclesia, certè ipsius Romanæ ecclesie dicitur Cardinalis, cuius ratione ecclesie Cardinales semper sunt, vt. c. ad apostolicam. vers. perpetrauit sacrilegium. de re iud. lib. 6. Ad idem. 79. dist. c. si quis ex episcopis. Nec obstat, q. dictum est de archa; quia èt archam communem habent, quo ad seruitia communia, & camerarij specialè loco syndici, qui oblata inter eos equaliter diuidit; congregantur insuper Cardinales, & ad tractatus communes totius mundi communiter conueniunt, & summum ius eligendi habent, & non singulariter; sed congregationes iure habent, vt. c. r. & c. licet. & c. quia propter. s. de elect. quoniam 18 ¶ sacrum collegium Cardinalem nūcupatur, quomobrem tale habendum est, vt & nomina rebus sint cōuenientia, vt. c. ex litteris. de spon. In. fi. de dona. s. est & aliud. cum simi. O cæta nota, ibi, plenarij decimam. q. ¶ prælati, & alij temporales, volentes, q. inferiores aliquid faciant debent opere proprio, & bono exemplo ipsos allicere, vt ab ipsis illud trahatur in exemplum; prout hic facit Papa, qui sibi, & Cardinalibus imposuit onus soluendæ decimæ omnium prouentuum, & alijs inferioribus prælati vigesimæ. Circa quod vide bonum tex. in. c. magnæ. vers. q. cū igitur. s. de voto. & c. r. q. r. c. viliissimus. s. dist. in. c. s. nunc autem. ¶ sunt. n. superiores quasi signum positi ad sagittam, vt. c. qualiter. 2. s. de accus. Hinc Titus 22 Liuius narras laudes Annibalis, inter alia dicit, prius in prælium; vltimus confectio prælio abibat. 23 & hac ætate nostra ¶ de victoriosissimo Capitaneo Nicolao Picinino meritisimo dici potest. Nono nota, ex quarta parte, ibi, iusto iudicio. quoniam iustus esset, q. maior prerogatiua gaudeant, qui Deo seruiunt; & eius obsequijs inherant, quâ insistentes obsequijs alterius, etiam Papæ, vt dixi. s. in. 2. not. Vnde si insistentes obsequijs Principum sunt priuilegiati, vt trad. in. c. de cetero. & c. cum dilectus. s. de cleri. non residen. fortius debent esse priuilegiati insistentes obsequijs Dei. Decimo nota, ibi, cœlestis Imperatoris. arg. q. ¶ clerici insistentes diuinis obsequijs, debent esse immunes ab omnibus talijs, & collectis; quia & ¶ lex ciuilis hoc cōcedit omnibus clericis, & omnibus de eorum familia, vt. l. 2. C. de episc. & cleri. vide q. not. in. c. si. s. de vita & hone. cleri. & de immu. eccle. c. non minus. & c. aduersus. Vndecimo nota, ibi, in modico. quod & modica læsio. est facilliter toleranda. Facit tex. noster in versic. cum huiusmodi. & dicam in. 14. notab. Duodecimo nota, ibi, post crucem assumptam. arg. ¶ à contrariō sensu, quod ante crucem assumptam non essent isti defendendi in eorū bonis, & possessionibus. In contrarium tamen facit, 28 quia ¶ quilibet etiam priuatus omni tempore in possessione sua regulariter tuendus est, vt. l. si quis in tantam. C. vnde vi. & l. penul. C. de vi priua. & q. not. in. c. r. vt lit. pend. & c. conuertiēte. de resti. spolia. Sol. dic. ¶ ista est quædam specialis protectio, vt not.

29 in. c. ex parte. de priuileg. Vnde si ¶ aliqui istis iniuriarentur, sunt per censurâ ecclesiasticâ compescendi, vt patet in versic. seq. & in versic. cæterum, ibi, sub interminatione. & c. Sunt enim quandoq; Episcopi in hoc negligentes; & ideò opus fuit hac speciali protectione, vt. s. de priuileg. c. dilecti. Tertiodecimo nota ex quinta parte, ibi, communio denegatur. tex. ad id quod dixi in. c. postulasti. s. eod. videlicet, quod ¶ excommunicatio quædam dicitur ferri in infidelem, si Christianis denegatur communio cum illis, vide etiam in. c. post miserabilem. de vsuris. Quarta decimo nota, ibi, solutionem sic prorogat. quod ¶ dilatoria concessa debitori facilliter per creditores debet tolerari; quoniam modicum habet dispendij, dicam in. 1. r. not. Facit quod not. 1. 2. q. 2. c. terrulas. & ff. de minor. l. in causis. s. Pomponius. & q. trad. in. l. rescripta. C. de præci. Impe. offe. Nam & ¶ modica donatio conceditur, vbi aliàs non cōcederetur, vt. c. apostolicæ. s. de dona. secus est in peremptoria; quia dicitur grauis læsio, vt trad. in. d. l. rescripta. & l. 2. C. de rescin. vendit. & c. suggestum. de deci. cum suis concor. & l. 1. s. si quis à principe. & s. merito. ff. ne quid in loco pub. & l. 1. ff. ne quid in flame. pub. & ideò ¶ per rescriptum principis non intelligitur sublata; nisi appareat de certa, & præcisa principis voluntate, vt trad. in. c. 2. de offic. deleg. & latius per Bal. & Doct. in. d. l. rescripta. vbi variæ ponuntur opinio. Vide Doct. in. c. quæ in ecclesiis. s. de constit. Quintodecimo nota ex versic. porrò, ibi, familia eorum. quod ¶ familia debet gaudere eodē priuilegio cum domino suo. Facit quod dixi supra in. 1. o. notab. & ad hoc vide quod not. in. c. fin. s. de offic. archid. Sextodecimo nota, ex sexta parte, ibi, principales auctores, & fautores. quod licet per concilium Lateranense de quo in. c. ita quorundam. s. eo. ¶ piratæ essent generaliter excommunicati, q. etiam probatur in. c. excommunicamus. j. de raptō. tamen hic additur, quod auctores, & fautores sint excommunicati. Dicit enim Io. And. quod ista est 36 potius declaratio, quam additio; nam cum isti ¶ participant in damnato crimine, non est dubium, quod eadem sententia damnantur. Ideò autem dicit de principalibus fautoribus; quia illud esset de fauoribus non principaliter, sed per quandam consequentiam; quia illi non sunt excommunicati, vt patet in vers. alioquin. Decimosextimo nota, ibi, scienter. q. ¶ vbi lex, vel statutum imponit pœnam communicati cum aliquo, vt pirata, vel simili, vt hic; vel cum excommunicato, vel bannito, vel receptatore banniti, vel simi. quod ad hoc vt ille talis puniatur, requirit scientia ipsius communicantis, vel receptoris; videlicet, q. sciat esse bannitum, piratam, vel excommunicatum. Idem probatur. s. eo. in tertia parte. versic. scienter. vnde ignorans non veniret puniendus. j. de sent. excom. c. significauit. in princ. & est bonus tex. in. l. 1. & 2. ff. de recepta. & ita consului pridè, quod 38 ¶ stante statuto in ciuitate Senarum, quod si quis receptauerit aliquid ab aliquo mediario, factuario, seu pensionario, qui aufereret, vel ei commodaret aliquid, vel equum, vel quid simile, esset obligatus ad debitum fugientis, creditori ipsius fugientis, vnde consului, q. ad hoc vt talis esset obligatus, requirebatur, q. probaret, q. ipse sciret, q. ille fugeret, vt pro-



batur hic, & in iuribus præalleg. & per Bal.in.l. quicunq; C. de feruis fug. per Bal. in.d.l. 1. & 2. ff. de recepta. & est tex.in.l. 2. §. sed & enim. ff. de incéd. rui. & naufra. & l. Metadorum. ff. de pen. & l. quicunq; §. si verò. & l. Arriani. C. de episco. aud. cum similibus per D.m.in.c. sacris. §. de sepul. Idem etiam tenet Bal. in.c. 1. in princip. quibus mod. feud. amit. verfi. quæro. quid de eo qui ignorabat. vbi dicit, prædicta procedere, nisi ignorantia esset crassa, & supina; ad qd etiam vide glo. in.c. nonnullis. §. eo. & Bal.in.c. 1. §. conueticulas. de pac. iurā. firmē. Decimo octauo not. 39 ibi, in aliquo venditionis contractu. arg. qd excommunicatus potest vendere, & emere, & alios contractus facere; nisi principaliter prohibeatur, vt hic fit, & j. de hæret. c. sicut. 1. q. 3. c. quoniam multos. & j. de sent. excō. c. si verò. Quidam tñ tenent contrarium, de qua materia vide latius in.c. veritatis. de dolo & contum. Decimonono nota, ibi, alioquin, 40 quod ÷ ille, qui non vult perturbare peruersos cum potest, dicitur illis fauere. Ad idem. c. & si Iudæos. & 41 quod ibi not. §. eo. & c. in nonnullis. §. eo. Nec ÷ dicitur talis carere scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desistit obuiare. Ad quod vide etiā. 83. dist. c. error. c. si dignum. j. de homicid. vbi habes hæc eadem verba; & facit. c. nemo. & c. quid prodest. 100. distin. & j. tit. 1. c. 2. & j. de senten. excommu. c. quanto. vbi vide de hoc. Vigesimo nota, ex. 7. parte, 42 hoc est ex princip. tex. nostri, quod ÷ dicitio præterea, est dicitio repetitiua. Repetit enim, & respicit, quod in parte decisæ excommunicauerat non solentes vigesimam, vel excommunicauerat hæreticos, vt. j. de hæret. c. excommunicamus. secundum Io. And. Sed præcedens intellectus est melior; de dicitioe præterea vide Io. And. in.c. præsentium. in versic. præterea. de testib. lib. 6. ¶ Vigesimo primo nota, ibi, 43 commercio tam damnato, quod ÷ acquisitum, ex damnato commercio subiacet restitutioni; & sic facit in arg. quod ÷ acquisita per excommunicatū debent restitui, dixi in.c. præced. vide ibi. Vigesimo secundo nota, ÷ pœna defterentium arma, ferrum, ligna, & alia prohibita ad infideles; sunt enim excommunicati, & priuari debent omnibus bonis, & afficiuntur serui capientium. Has tres pœnam etiam habuistis in.c. ita quorundam. §. eo. hic verò additur, & quarta; videlicet, quod non absoluuntur, nisi restituat quidquid ex damnato commercio lucrati sunt, & tantundem de suo. Vigesimo tertio nota, ibi, præcipientes. quod ÷ excommunicatus potest iterum excommunicari, dixi in.c. ita. in gl. fi. §. eo. Vigesimo quarto, nota, ibi, auxilium, & consilium, quod ÷ pari pœna puniuntur delinquentes, & auxilium præstantes. Facit quod dixi in 16. notab. & vide quæ dixi in. d. c. ita. §. eod. in. 2. notab. Vigesimo quinto nota, ibi, 48 equo iudicio, quod ÷ pœna debet esse conformis delicto, & debet quis puniri in eo, in quo deliquit. Itē probat in.c. fi. §. de immu. eccle. & ad hoc vide iura alleg. hic in glo. super versic. deliquerūt. Vnde ÷ Thomymis regina Scytharum Cyri caput amputatum, in virem humano sanguine repletum conijciens, cum hac exprobratione crudelitatis, sanguinem inquit nostrum sicuti sanguinem bibe; occiderat enim Cyrus filium suum; & occidendo gauisus erat. Et ex prædictis infertur, quod ÷ ex qualitate, & quantitate de-

licti, iudicamus de qualitate, & quantitate pœnæ, & e contra, vt. c. clerici. de vita & honest. cler. & glo. in.c. 3. §. de his quæ fiunt à præla. c. quæsiuit. de pœni. dist. 1. c. voluisse. & c. fin. 24. q. 1. c. non offeramus. cū 51 simil. Vigesimo sexto nota, quod vbi quis nō potest luere in are, debet luere in corpore, probatur in.l. fi. ff. de in ius voc. & c. finem. §. de dolo & contum. & dicam. j. in glo. pen. Vigesimo septimo nota, ex fine 52 tex. nostri, quod ÷ pœna quandoq; imponitur non solum ad castigationem delinquentis; sed etiam vt cedat cæteris in exemplum, probatur in.l. aut facta. in fi. ff. de pœn. & vide iura in gl. alleg. Vnde dicit Hierony. super Hærem. lib. 6. ÷ aliorum tormenta, aliorum remedia sunt. Vigesimo octauo nota, ex octaua parte alterius partis decisæ, ibi, obseruent augumentum, qd ÷ quando quis vult bellum alicui acriter inferre, debet sibi ante prouidere, vt cum alijs pacem 54 habeat; quoniam ÷ pluribus intentus, minor erit ad singula sensus. Et dum ad vtrumq; festinat, neutrum benè perficit, & qui binos lepores vna sectatur hora, vno quandoq; quandoq; caret vtroq; vt. c. diuersis. de cleri. coniug. Vigesimo nono not. ibi, ita quod per 56 prælatos, quod ÷ ad officium prelatorum spectat red ducere Christianos ad pacem. 20. distin. c. 1. 5. q. 7. c. si primates. & ÷ procurare ne debiliores à potentioribus opprimantur, vt. l. illicita. §. ne potentiores. ff. de offi. præsid. Trigesimo nota, ibi, pacem, aut treugam, quod ÷ aliud est pax, & aliud treuga, cum 58 ÷ alternatiua debeat inter diuersa cadere, vt. c. signifi cauit. §. eo. & vide, qd ibi dixi. Trigesimo primo not. ex vltima parte decisæ, ibi, veraciter corde contriti, 59 & ore confessi. coniunctis illis verbis, qui laborem istum. & c. qd ÷ ad hoc, vt penitenti remittantur peccata, requiruntur tria. Primum est. n. ÷ cordis contritio; & debet esse verax, non ficta; quia per talem veteracitronem remittitur æterna pœna; sed agēda est penitentia temporalis, vt colligitur de penit. distin. 1. c. multiplex. & c. quem penitet. in fi. & c. si peccatū, & ead. distin. 5. c. cōsideret. in fi. & 7. dist. c. fin. & hæc 62 ÷ penitētiā potest sacerdos alleuiare, & Papa in totum remittere, vt. c. mensuram. de penit. dist. 1. & j. de pen. c. significauit. & c. Deus. Et hæc ÷ contritio debet duo alia ante se habere. c. conuertimini. & c. scin ditē. de penit. dist. 1. & c. sanē. distin. 3. & quoniam ÷ fine contritione vera nullus veraciter absoluitur. 9. distin. c. cum aliquis. 24. q. 1. c. legatur. de penit. distin. 1. c. neminē. & c. de hæret. l. Manicheos. & in aucth. vt non luxu. cōtra naturam. primo respon. coll. 6. Ex 65 quibus infertur, qd ÷ absolutus sine contritione solum est absolutus quo ad hominem, & ecclesiam militan tem; non autem quo ad Deum, & ecclesiam triumphantem, vt. j. de sent. excom. c. a nobis. 2. & not. §. de testib. c. veniens. in fi. Secundum, est oris confessio, vt hic. Tertium, est operis satisfactio, quod etiam probatur hic in illis verbis, qui laborem istum. & c. & de pœnit. dist. 3. c. perfecta. & subdit hic Io. And. qd 66 ÷ confessio non est signi; sed signum. tantum contritionis. ÷ Contritio verò est res signi. f. confessionis, 67 & est signum satisfactiois, siue mundationis, ÷ Satisfactio, siue mundatio, non est signum alicuius rei, sed est res signi tantum. f. confessionis, & contritionis; sicut in simil. not. in.c. cum Martha. §. distinguendum. §. de celebra. Trigesimo secūdo not. ibi, & 68 illis

illis similiter, quod ÷ ille, qui exponit personā suam pro liberatione terræ sanctæ; licet alienis expensis, quando non habet vnde faciat de suo, satis dicitur 69 exponere, exponendo personam, & vitam, quæ ÷ om nibus temporalibus præponenda est, vt. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. & Instit. de iure natu. gen. & ciui. in fi. Et nota diligenter, verbum expensas; quia arbitror, qd si talis habet aliquod præmium certum, vel mercedem, non ratione expensarum, sed lucri; vt faciunt nostri stipendiarij, qd talis non cōsequeretur hanc indulgentiam, & hæc priuilegia; & ex hoc vers. 71 & ex præced. eis autem, colligit Io. And. hic, qd ÷ pauperes facilius saluantur, quam diuites; quoniam citius faciunt, & adimplent, quod possunt. ÷ Dominus enim respicit cor, non manū. 14. q. 5. c. si quid inueni sti. 15. q. 6. c. 1. ad fi. & dicit Tullius in vlt. Paradoxo. 73 ÷ Animus diues, non archa ar. cellari solet. Trigesimo tertio nota, ex eodem versic. qd ÷ socij temporales, quorum vnus ponit pecuniam, & alius operas, siue personam, inter se æqualiter diuidunt lucra, si aliud non conuenit, ex eo, qd societas habetur instar 74 fraternitatis; & ÷ fratres debent æqualiter diuidere; ita & tales socij, vt. l. si non fuerit. ff. pro socio. ita & pro spirituali societate; hoc verum, si exponens pecuniam exposuit, secundū qd expediēs erat, ac si ipse iturus fuisset; hoc enim est de mente huius decre. & probatur in.c. magna. §. penul. §. de voto. Itē debet destinare viros idoneos, vt hic; & debet esse idonei, 75 secundum qd not. in.c. qd super his. §. de voto. Vnde dicit Io. And. hic, qd pauci remanētes hoc adimplēt; & idēd nō credit eos consequi plenariam peccatorum remissionem; ad qd facit vers. seq. ibi, huiusmodi quoq; remissionis. Trigesimo quarto nota, ibi, cō 76 silium, & auxiliū. qd ÷ qualitercunq; bonū fiat ope, auxilio, vel consilio, debet esse remuneratum. Vñ Augusti. nullū malū impunitū, & nullū bonum irremuneratum; & iustum est, vt retributionis particeps sit, qui in ipso faciendū, consilium, auxilium, & fauorem præstat. Sic & pœnæ particeps est, qui delinquētibus fauet, vt dixi in. 24. notab. Aduerte tamē; quia isti præstantes auxilium, & consilium non consequuntur plenariam peccatorum remissionem, qd patet ex illis verbis concedimus esse particeps iuxta quātitatem subsidij, & deuotionis affectum. Nam tales sūt participes beneficij; sed qd magis, vel min⁹, debet cōmensurari remuneratio ad bonum, vt dixi. §. in delictis, & in pœna, not. simil. in.c. vt priuilegia. §. 1. §. de priuileg. Trigesimo quinto nota, ibi, vniuersalis synodus. qd ista verba ÷ vniuersalis synodus, & concilij generalis sunt synonyma. Vltimo not. ex fi. ÷ datū, & c. arg. qd ÷ in rescriptis ponēndum est tempus date, die, vt trad. in.c. chartæ. & c. capitulū. de rescript. & c. ei cui. & c. dilectus. 2. §. de præben. cum simil. Opono primo, in eo qd dicitur in quarta parte decisæ, qd istis proficiscentibus ad liberationem terræ sanctæ remittitur præstitum iuramentum de soluen dis vsuris in quādam remunerationem. Sed contra; quia hoc non videtur sapere aliquod priuilegium, vel indulgentiam, cum hoc competat etiam omnibus non proficiscentibus de iure cōi, siue priuilegio speciali, vt not. in.c. 1. & c. debitor. de iureiur. Sol. dic. qd in quantum ad hoc dicitur sapere indulgentiam; quia circa dictam remissionem debet fieri, &

administrari celeris, & summaria iustitia; & licet 79 ÷ hodie procedat in causis vsurarū summarie, & de plano. & c. vt in clem. dispensiosā. de iud. tñ iudex in casu nostro etiā maiori fauore, & celeritate deberet istud iuramentum remittere. Secundo oppo. in eo, 80 qd tex. nō hic vult, ÷ istud non esse absoluendum, nisi restituat, & quod recipit ex damnato commercio, & tantundem. & c. vt sufficere, qd restituat simpliciter, vt 81 .c. præced. Sol. dic. quod ex eo, qd hoc ÷ delictum est grauius, grauiori pœna puniendum esset, qd illud, qd est minus, vt dixi in. 25. notab. & probat in iuribus alleg. in glo. 3. Vltimo oppo. contra tex. nostrum. dicitur hic, qd ipsorum delinquentium bona confiscantur; deinde dicitur, qd tenentur totum illud qd ex damnato commercio receperunt restituere; & tantundem de suo. Sed contra; quia si omnia bona sua sunt confiscata, non possunt tale præceptum, & tantundem de suo restituere. Vnde videtur esse lex de impossibili, contra. c. erit autem lex. 4. dist. Sol. dicit Io. And. quod fortē bona ipsorum non erant confiscata. Vel secūdo solue, qd hoc debet fieri in ipsa confiscatione. Vel tertio dic, qd loquitur de bonis postmodum acquisitis, vt. c. felicis. §. verum. de pœn. lib. 6. ÷ publicatis enim bonis alicuius non veniunt postea acquisita; sed solum præsentia, vt. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. man. Vel quarto dic, qd possit ab alio summere mutuo; & sic de suo trāsmittere. Vel quito fm Abba. dic. qd hanc pœnā imponit ecclesia; præcedentes verò imponit secularis curia, dicā. j. Vltimo oppo. in eo qd tex. dicit in. 8. parte ibi per quadrienniū, qd hæc pax per quadrienniū plenanda est; ergo vs, qd post quadrienniū non sit seruanda. Sed contra; quia 84 ÷ Christiani semper debent seruare pacē, vt not. in. c. 1. §. de treu. & pace. Sol. dic. qd subaudiendum est verbum, maxime. ¶ Primo quæro in eo, qd tex. dicit in. 2. parte, atq; aliarum ecclesiarum prælatos. quare hoc dicat? Sol. dicit Io. And. quia in superioribus cōtinebatur, quod ipse Papa referuauerat, & concesserat de his, quæ referuare potuit. 30. millia librarum præter nauigium, quod cruce signatis de Vrbe, atq; vicinis partibus confert. Secundo quæro, ex eadem parte, ibi, dum dicit quibusdam regularibus exceptis, qui sunt isti religiosi? Sol. dicit Io. And. qd sunt hospitalarij, & templarij, qui huic obsequio continuo insistant; & ad hoc sunt specialiter deputati; quamobrem, & plurimis alijs priuilegijs decorati, vt. c. dilecti. & c. porrō. j. de priuileg. & c. ex parte. §. de decim. Aduerte tamen; quia licet sint recepti in filios ecclesiæ, non tamen sunt exempti, vt not. in.c. veniens, de verbo. sign. Tertio quæro circa tertiam partem, quid intendat includere Papa; dum dicit sciatis; se omnes. & c. Sol. dicit Io. And. quod intendit includere omnes Cardinales respectu decimæ, & alios inferiores prælatos respectu vigesimæ. Vel secundum eum, dic, qd non intendit includere Cardinales, sed solum inferiores prælatos. Quarto quæro, quare tex. dicat qui fraudē scienter commiserint? Sol. dicit Io. And. qd ÷ probabilis ignorantia debet excusare, vt. j. de cle. excom. mini. Sed contra hoc oppo. Io. And. quia cū hic tractetur de facto proprio, non est probabilis ignorantia, vt. §. de rescript. c. ab excomunicato, nam & ÷ vires patrimonij sui nemo præsumit ignorare, vt. C. de rei vendica. l. Par. j. E E iij quisquis,

quisquis.Sol.dicit Io.And.quòd licet hoc non præsumatur prima facie;tamen hoc operantur sapè contrarij euentus fortunæ,vt authen.de nup. §.quia verò hæc ten. coll.4.& Instit.gb.ex caus. manu.nò licet. §. in fraudem. Subdit tamen,quod quia sententia est periculosa, q̄ consulit ad securitatem conscientia, q̄ citius dent plus,quã minus;quia tutius est de bonitate præmium reportare,quã de auaritia reddere rationem.26.q.fin.in fi.c.alligant. Quinto quæro, vtrum qui sunt deputati ad fideliter colligendam hanc partem.20.an habeant potestatem aliquid minuendi,aut relaxandi? Sol.Io.And.dicit quòd nò, nisi expressè hoc contineatur in eorum literis, vt.l.procurator.ff.de procurat.& ff.de donatio.l.fili. primo respon.Sexto quæro in quarta parte dū dicit, & alijs grauaminibus.quid per hæc verba intendat? Sol.Io.And.exponit grauaminibus.hoc est oneribus; nam si hoc intelligitur de licitis talijs;quia tamè communiter sunt graues, & onerosæ, etiam quo ad ipsas hæc indulgentia non solum de factis; sed etiam de iure locum habet. Si verò intelligitur de iniustis talijs, etiam subiecti non sunt aliquo tempore grauandi; 87 quia nullus grauari debet in aliquo, maximè à superiore suo, vt patet ex not.in.c.conquærente.de resti.spolia.&c.vt debitus. §. de appell.& debes notare, q̄ hodiè oēs talia, & collectæ, nò obstante abusu contrario, sunt dānata, vt auct.de eccles.tit. §. ad hæc sancimus.& auth.nulli iudicium. §. vt nullus. coll. 1. r. 1. & §. eo.c.2.dixi, post Io.And.& per Hosti.in sum.tit. de immun. eccle. §. à quibus. Septimo quæro, circa eandem quartam partem, in eo quòd textus dicit personas, & bona. ad quæ bona extēdatur hæc indulgentia. Sol.dic. secundum Io. And. quòd non solum extenditur ad bona propria; sed etiam ad ea bona, quæ q̄ possidet, vel detinet, vel quorū periculum ad ipsum spectat, vel quæ eum beare possunt. 90 † Dñr enim bona à beando, qui p̄nt dños beare, vt ff. de verb. sign. l. bonorum. & ff. de peti. hære. l. item videndum. §. fin. & duabus seq. & not.in.c.relatū. de testa. Vnde dicit Philosophus quod bona dicuntur pertinere ad felicitatem; & ideò inquit illustris poeta luuenalis. Haud facile emergunt, quorū virtutibus obstat Res angusta domi. O t̄auo not. ibi, dum tex. dicit, de reditu certissimè cognoscat, quæ verba etiam repetuntur in 5. parte; an sufficiat præsumptio sola de talium obitu, vel reditu? Sol. dicit Io. And. quòd non; & mihi placet, quia tex. dicit certissimè. sed præsumptio non certificat, nisi sit iuris, & de iure; nam † simplex præsumptio est super dubio, vt not. glo. in vers. præsumatur. in l. vnica. C. de rei vx. 93 act. ergo si dubium, non certissimum. Item quia † præsumptio describitur, quòd est ex aliquo antecedenti ad aliquid sibi connexum verisimilis deductio, sicut ue illatio, vt dicit Bal. in. c. 1. §. cum autem. de controuer. inuesti. Vel est rei dubia rationabilis coniectura, ad aliquid in animo affigendum à lege approbata, vt dicit Bal. in. l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. dixi in rubr. de præsumpt. Nono quæro, ibi, dum tex. dicit, si quisquam contra præsumpserit, qualiter hæc verba accipienda sunt? Sol. dicit Io. And. quòd debent intelligi. si inuadendo, depraudando, vel diminuendo, aut similia faciendo; est ergò hæc specialis tuitio respectu eorum, quæ immediatè p-

ximè dixerat. Decimo quæro circa quintam partē, ibi, sic Principes seculares, quid si tales iudæi non subiaceant principibus secularibus, sed temporali dominio ecclesiæ? dic, q̄ tunc Episcopi, & alijs prælati debent prouidere, vt. c. postulat. §. eo. in primo not. Vndecimo quæro in sexta parte, ibi, cursarij, & piratæ. † qui dicuntur isti piratæ, & cursarij? dic, q̄ prædones sunt, seu latrunculi maris. Duodecimo quæro, ibi, sub interminatione. † quid importet verbum sub interminatione? Sol. dic, q̄ est quædā comminatio, simile. j. de sagit. c. 1. & de iur. patron. c. relatum. Tertio decimo quæro, ibi, reuocent, & compescant. qualiter poterat hoc facere? Sol. dic, q̄ per impositionem, & alleuatiōem pœnarum. Vide tamen circa prædicta glo. not. in. c. cum clerici. in glo. fi. §. de pactis, quæ vult, q̄ eius appellatione veniat illa pœna, quæ venit imponenda à iure, pro illo delicto de quo agitur. Et dicit ibi D. m. quod † si pœna non est determinata, venit imponenda pœna arbitraria, per. c. de causis. de offi. deleg. Quartodecimo quæro, ibi, seueritatem ecclesiasticam. qualiter prælati talem seueritatem exercebunt? Sol. excommunicandum personas, & interdicens terras, vt. j. de verb. sign. c. querenti. & j. ti. primo. c. ad Abolēdam. §. statumus. in fi. quoniam, secundum Io. And. hic, super hoc possent impetiri, & manu militari distringi, vt probatur. 23. q. 2. c. dominus. & sic not. ex illo tex. † differentiam, inter seueritatem ecclesiasticam, & celsuram, de quo dic, vt not. in. c. praterea. de offi. deleg. & c. pro humani. §. cum igitur. ver. nos. de homici. in. 6. Quintodecimo quæro circa vnā partē, ibi, piraticis Sarracenis. vtrum † pœna huius. c. habeat locum si tales nò exercerent piraticam prauitatem contra Christianos, sed contra alios. quidam tenet, q̄ non, alij tenent contrarium; ne per hunc modum infideles instruant in piratica prauitate; & sic postea illam exercent contra Christianos. Prima opi. hic plus placet Inno. per vers. qui sequitur hic in tex. in dispendium terræ sanctæ. Sed dicit hic Hosti. quòd dicta verba non respiciunt quæro circa vnā partē, sed solum illa quibusdam alijs. Mihi plus placet secunda opi. tanquam æquior, pro qua facit, q̄ dixi, in. c. ita. §. eo. Sextodecimo quæro, ibi, gremium non aperiatur. † quid si talis absolueretur, non facta satisfactione, secundum q̄ vult tex. noster. an teneat talis absolutio? Io. And. sic, post Aegidiū, & vide, q̄ latius dixi in. c. venerabili. j. de sent. excom. artic. 25. q. 38. Septimodecimo quæro, quis imponet hæc pœnā, q̄ tātundem restituat? & c. Sol. Inno. dicit, q̄ ecclesiā, præcedente verò publicatione bonorum, imponit curia secularis; sed hoc vltimum mihi non placet; quia tex. noster nihil dicit de hoc. Secundo, quia cum hæc pœna à iure canonico imponatur, videtur in dubio ad iudicem ecclesiasticū pertinere, cū hic nihil dicatur de principibus secularibus, q̄ Inno. dixisset si voluisset, put. §. facit in alijs partibus decis. huius. c. Tertio moueor, q̄ tale delictū v̄ sapere sacrilegiū, seu hæresim, cū in detrimentū fidei, & Christianitatis committatur. Decimo octauo quæro, cui veniant applicanda bona publicanda talij delinquentium? Sol. videtur dicendum, secundum opin. Inno. de qua statim dixi, q̄ debent applicari camere apostolicæ, secundum not. glo. in. c. si quis. 27. q. 1. de qua

qua materia dic, vt dicam in. c. fi. j. de maledic. Decimo nono quæro circa vnā partem, qua † pœna puniatur violator pacis? Sol. dic, quòd secundum canones est excommunicandus, sed secundum leges, decapitandus, vt. l. in. fi. ff. de re mili. & ideò tex. in. c. 1. §. si quis quinque solidos. de pace tenē. in vfi. feu. 101 dicit, quòd † ille qui furatur quinque solidos, p̄ quod furtum violatur pax, est furcis suspendendus. Vltimo quæro circa vltimam partem, ibi, ligandi, atque soluendi. vtrum † hanc potestatem ligandi, atq; soluendi, de qua. 24. q. 1. c. quodcunq; habeant inferiores sacerdotes? Sol. dicit hic Io. And. quòd illam habent in parte, vt Math. c. 18. dum Dominus dixit; Amen. Amen dico vobis, quòdcunq; ligaueritis super terram, & c. 10. c. 20. Accipitè Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata & c. quæ verba nò soli Petro, sed omnibus discipulis dicta sunt; quamuis singulariter dixerit Petro, vt habetur Ioan. c. 1. 102 Tu † vocaberis Cephas, hoc est, caput ecclesiæ. 24. q. 1. c. rogamus. 23. distiuct. nulla ratione. & habetur etiam Math. c. 16. ibi, quodcunq; ligaueris. & c. cum autem fuit dictum Petro; fuit dictum ad designandum vnitatem ecclesiæ; & quòd omnium tenet principatum, nihilominus tamen tam pro se, quam pro alijs intelligimus recepisse hanc potestatem. 23. q. 1. c. quodcunq; & c. cū beatissimus. & c. seq. Est ergò hoc commune omnibus sacerdotibus, vt possint ligare, & absolvere. Ligant enim excommunicando, satisfactionem penitentia imponendo, ad quam obligantur; soluunt verò absolueno, seu relaxando excommunicationem, vel percendo, aut indulgendo, vt probatur. j. de sent. excom. c. per tuas. & c. sacro. & j. de pœnis. c. omnis. & c. cum ex eo. In prædictis autem omnibus, sicut † Summus est Pōtēfex; ita præ omnibus habet potestatem, & ex causa plenam indulget veniam peccatorum, vt hic, quòd nulli alij ita latè competit. Inferiores nanq; habent limitatā potestatem, vt. j. de penit. c. cum ex eo. & ratio est; quia ipse Papa est in plenitudine potestatis, vñ non mirum si plenam potestatem indulgentiam facere. Alij verò sunt recepti in partem sollicitudinis; vnde non mirum si ad ipsos solum in partem pertinet. 2. q. 6. c. decreto. & §. de auth. & vsu pal. c. ad honorem. Sed contra prædicta, & contra tex. nostrum fortiter opponitur; nam cum. §. dixerim in 34. not. quòd † nullum malum debet esse impunitum & c. & in. 25. not. dixerim, quòd pœna debet esse conformis delicto; ergò sequitur, quòd hæc plena remissio non deberet fieri pro hoc modico subsidio. Sol. D. m. hic dicit præmittendum esse, quòd † vna est ecclesiā vniuersa 107 lis. 1. q. 7. c. conuenientibus. & † huiusmodi ecclesiæ vniuersalis sponfus est Christus, vt. c. debitum. §. de. 108 biga. † Papa verò est Vicarius Christi, & Summus administrator, vt dixi. Secundo dicit præmittendum, 109 quòd † in hoc corpore vniuersalis ecclesiæ multa sūt la sanguinis gutta, fuisset sufficiens ad redimendum totum humanum genus. Passiones insuper innoentium, & martyrum, ex quorum meritis constat thesaurus ecclesiæ, cuius thesauri plenam dispensationem habet Papa, vnde cum remittit alicui culpam, & pœnam; videtur hunc thesaurum ei communicare, vt sit sensus, quòd in compensatione illorum beatorum remittit hanc pœnam; nam vt supra dixi, sicut malum non debet esse impunitum; ita ratione boni & habita dicta compensatione, prædicta ratione fit remissio prædicta. ¶ Glo. 3. est quasi literalis allegatio. 111 simil. deinde ponit rationem; † quare acius puniatur hoc delictum, quam vsuræ, & in fine colligit illud, de quo dixi in. 25. not. In eadem glo. ibi, simile crimini vsurarum. dic, quòd proprius similari, seu æquiparari potest pecuniæ simoniacæ receptæ, quæ 112 † restituitur ecclesiæ, in cuius cōtumeliā data fuit; & aliquando cum duplicatione, vt. c. ad hæc. & c. au diumus. §. de symonia. ¶ Glo. in vers. in quo. allegat iura probantia id quod dixi in. 25. not. ¶ Glo. penul. ibi, verberibus, dicendum probatur in. c. finem. §. de dolo & contum. & c. 2. j. de maledic. habes igitur ex tex. nostro, & ex iuribus alleg. in glo. regulam 113 quòd † ille qui nò potest soluere pœnam in are, debet luere in corpus per fustigationem. Hoc tamen primo limitandum est, secundum Doct. in. c. Odoardos. §. de sol. si pœna veniret applicanda fisco; secus si parti, per. d. c. Odoardus. quæ limitatio non placet D. m. in. c. 2. j. de maledic. Mouetur, per. d. c. 2. qui vult, quòd pœna pecuniaria erat soluenda parti, & fortius vt interesse; & tamen fit ibi commutatio pœnæ pecuniariæ in pœnā corporalē. De hac materia tetigi in rub. de dilatio a. 20. q. vsq; ad vers. 28. q̄ro. Secūdo limitatur per Inno. in. d. c. Odoardus. si modo sit pœna, q̄ veniat ex contractu, vel quasi, tūc non fit commutatio; quia talis pōt cedere bonis, vt. ff. de celsio. bono. & sic expectabitur postea, donec peruenit ad pinguiorem fortunam, vt in. dd. iuribus. & Infti. de accu. circa finem. Tertio limitatur dicta regula, secundum Marti. Silima, quando ille, qui delictum commisit, sciēter illud commisit, videlicet; sciens se non posse soluere pœnam pecuniariam, ad quod text. in. l. 1. §. generaliter. ibi; qui pœnam pecuniariam egentes deludunt. ff. de pœnis. Quæ limitatio non placet Bart. in. d. §. generaliter. & bene; quia est contra tex. in. l. qui edes. ff. de inc. rui. & nau. vbi contra eum, qui nò deliquit dolo, pœna pecuniaria mutat in corporalē. Nec obft. illa verba, per quæ mouet Marti. quia vt ibi sentit gloss. quòd tales egētes pœnam deludunt. si pecuniariā, cum non possint illam soluere; sed absolutè non deludunt pœnam; quia pecuniaria mutatur in corporalem. Quarto limitatur per Bart. quòd dicta regula habet locum in personis vilibus, in quibus non procedit illa regula, q̄ 114 † qualibet etiam parua pœna corporalis, fit maior qualibet pœna pecuniaria, etiam maxima, vt est tex. in. l. opere. in. fi. ff. de oper. liber. secus in personis non vilibus, vt. l. seruorum. ff. de penit. sequitur, quòd non fieret commutatio; & hæc est not. limitatio; & adde quæ dixi in. c. sicut Iudæi. §. eo. Quinto limitatur, in casu, in quo pœna venit applicanda parti ex delicto; quia tunc fit commutatio, si modo actor, seu ille cui talis pœna pecuniaria venit applicanda, velit illam commutationem fieri; aliās secus; quia eo inuito nò debet fieri secundum Inno. in. d. c. Odoardus. vt not. in. c. fraternitatis. r. 2. q. 2. quia poterit dicere, volo expectare donec veniat ad pinguiorem fortunam. Hæc tamen limitatio Inno. est limitanda secundum Bald. in. l. quicunq; C. de seruis fugi. si modò ille, cui pœna pecuniaria soluenda est, vellet habere fidē de ipsa

torum remittit hanc pœnam; nam vt supra dixi, sicut malum non debet esse impunitum; ita ratione boni & habita dicta compensatione, prædicta ratione fit remissio prædicta. ¶ Glo. 3. est quasi literalis allegatio. 111 simil. deinde ponit rationem; † quare acius puniatur hoc delictum, quam vsuræ, & in fine colligit illud, de quo dixi in. 25. not. In eadem glo. ibi, simile crimini vsurarum. dic, quòd proprius similari, seu æquiparari potest pecuniæ simoniacæ receptæ, quæ 112 † restituitur ecclesiæ, in cuius cōtumeliā data fuit; & aliquando cum duplicatione, vt. c. ad hæc. & c. au diumus. §. de symonia. ¶ Glo. in vers. in quo. allegat iura probantia id quod dixi in. 25. not. ¶ Glo. penul. ibi, verberibus, dicendum probatur in. c. finem. §. de dolo & contum. & c. 2. j. de maledic. habes igitur ex tex. nostro, & ex iuribus alleg. in glo. regulam 113 quòd † ille qui nò potest soluere pœnam in are, debet luere in corpus per fustigationem. Hoc tamen primo limitandum est, secundum Doct. in. c. Odoardos. §. de sol. si pœna veniret applicanda fisco; secus si parti, per. d. c. Odoardus. quæ limitatio non placet D. m. in. c. 2. j. de maledic. Mouetur, per. d. c. 2. qui vult, quòd pœna pecuniaria erat soluenda parti, & fortius vt interesse; & tamen fit ibi commutatio pœnæ pecuniariæ in pœnā corporalē. De hac materia tetigi in rub. de dilatio a. 20. q. vsq; ad vers. 28. q̄ro. Secūdo limitatur per Inno. in. d. c. Odoardus. si modo sit pœna, q̄ veniat ex contractu, vel quasi, tūc non fit commutatio; quia talis pōt cedere bonis, vt. ff. de celsio. bono. & sic expectabitur postea, donec peruenit ad pinguiorem fortunam, vt in. dd. iuribus. & Infti. de accu. circa finem. Tertio limitatur dicta regula, secundum Marti. Silima, quando ille, qui delictum commisit, sciēter illud commisit, videlicet; sciens se non posse soluere pœnam pecuniariam, ad quod text. in. l. 1. §. generaliter. ibi; qui pœnam pecuniariam egentes deludunt. ff. de pœnis. Quæ limitatio non placet Bart. in. d. §. generaliter. & bene; quia est contra tex. in. l. qui edes. ff. de inc. rui. & nau. vbi contra eum, qui nò deliquit dolo, pœna pecuniaria mutat in corporalē. Nec obft. illa verba, per quæ mouet Marti. quia vt ibi sentit gloss. quòd tales egētes pœnam deludunt. si pecuniariā, cum non possint illam soluere; sed absolutè non deludunt pœnam; quia pecuniaria mutatur in corporalem. Quarto limitatur per Bart. quòd dicta regula habet locum in personis vilibus, in quibus non procedit illa regula, q̄ 114 † qualibet etiam parua pœna corporalis, fit maior qualibet pœna pecuniaria, etiam maxima, vt est tex. in. l. opere. in. fi. ff. de oper. liber. secus in personis non vilibus, vt. l. seruorum. ff. de penit. sequitur, quòd non fieret commutatio; & hæc est not. limitatio; & adde quæ dixi in. c. sicut Iudæi. §. eo. Quinto limitatur, in casu, in quo pœna venit applicanda parti ex delicto; quia tunc fit commutatio, si modo actor, seu ille cui talis pœna pecuniaria venit applicanda, velit illam commutationem fieri; aliās secus; quia eo inuito nò debet fieri secundum Inno. in. d. c. Odoardus. vt not. in. c. fraternitatis. r. 2. q. 2. quia poterit dicere, volo expectare donec veniat ad pinguiorem fortunam. Hæc tamen limitatio Inno. est limitanda secundum Bald. in. l. quicunq; C. de seruis fugi. si modò ille, cui pœna pecuniaria soluenda est, vellet habere fidē de ipsa



ipfa poena soluenda; secus si vellet eum detineri in carcere, donec perueniret ad pinguiore fortunā; tūc nō admitteretur ad hoc, ex eo quod quoties constat de delicto alicuius, non est in carcere detinendus, sed puniendus. ff. de iure patro. l. diuus Vespasianus. §. fin. & quod not. ff. de mino. l. si minor. §. si seruus. subdit tamen ibi singulariter Bald. quod si is qui tenetur ad poenam, & ille cui poena soluenda est, sunt in concordia, quod ille stet in carcere, donec possit soluere, quod agendum est secundum voluntatem eorū, per ea quae not. in l. i. c. qui bon. ced. pos. Sexto limitatur, si modo ille, qui tenetur soluere poenam pecuniariam, non sit soluendo; secus si posset soluere, sed potius vellet commutationem fieri in poenam corporalem; quia tunc non fit commutatio, sed cogitur bona sua vendere, & soluere, vt probatur in l. de pollicitationibus. ff. de pollicit. & hoc denotant verba ipsius regulae, dicentis, quod qui non potest soluere in aere. & c. ergo si potest soluere, cessant verba regulae, & hoc probatur in text. nostro. in si. dum dicit quod si forte soluendo. & c. vt. c. 2. j. de maledic. & c. fin. §. de donat. & l. si. ff. de in ius voca. & in. c. si. §. de donario. & in omnibus alijs iurib. de hac materia loquentibus, quae omnia volunt, vt dictum est, quod poena corporalis successiue veniat in defectu pecuniariae; & sic patet ex praedictis; quia non est alternatiua, sed successiua, & sic non est disputandum cuius sit electio, de qua materia latius dixi in. c. sicut. §. eo. licet aliqui alij aliter sentiant, & male. Septimo limitatur secundum Cyn. in. d. l. quicunq;. C. de seruis fug. quod dicta regula procedat in poena; secus in mulcta; quoniam mulctam tenetur iudex relaxare, si mulctatus non sit soluendo, per l. illicitas. §. fin. ff. de offi. praesid. quod Baldus verum intelligit, quando mulcta esset leuis; secus si magna; quia tunc non debet relaxari. Octauo arbitror limitandam dictam regulam, si modo poena multum non sit leuis; quia tunc etiam in vili persona arbitror subrogandam poenam corporalem, arg. not. in l. in seruorum. §. fin. ff. de poenis. & quod statim dixi in praeced. limitatione, & not. per Bald. & Doct. in l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de infamib. Aduerte tamen; quia praedicta procedunt, quando poena venit applicanda parti ex delicto, vel quasi, aut ex dolo. Sed quando venit applicanda fisco, quod in dubio semper intelligitur, quando imponitur ex delicto, nisi aliud exprimat, vt l. multarum. C. de modo mulct. per Bart. in l. agraria. ff. de termi. amot. & Bar. in l. 3. ff. de sepul. viol. per Inno. in. c. qualiter, & quando. r. §. de accus. per Specu. in titu. de dolo & contuma. §. restat versic. an igitur. & c. 2. j. de poenis. in. c. vt clericorum. de vita & honest. cler. & hoc casu, etiam inuito accusatore, potest iudex commutare poenam pecuniariam in corporalem, secundum quod tenet Io. de Imo. in. d. c. Odoard. §. de solu. per not. in l. i. ad fin. ff. de poenis. & c. 2. j. de maledic. & j. de homicid. cap. sicut dignum. & j. de sent. excommu. c. vt famæ. Sed hoc mihi non placet, quod iudex simpliciter possit hoc facere; cum poena sit certa in quantum iste sit soluendo; quia, vt supra dictum fuit, ista non est poena alternatiua, sed successiua. Vnde iudex non potest, nisi ex euidenti causa poenam alternare, commutare, vel minuere, vel augere, vt trad. in. d. §. poena

grauior. & d. l. & si seuerior. circa quod, vide quod not. in. c. in archiepiscopatu. j. de raptu. 2. q. 3. c. notandum. & 2. q. 6. §. definitiua. & quia hic articulus mutationis, & alternationis poenae est intricatus, difficilis, & diffusus; ideo dic, vt in. dd. iuribus. & per Inno. in. c. 1. de constitu. & c. cum ad monasterium. de statu. regu. & dixi in. c. sicut Iudaei. §. eo. Sed quare iuxta praedicta. Quid si iste tenetur ad poenam pecuniariam applicandam fisco, & non possit soluere; an iudex possit dicere, nolo quod luat in corpus; sed volo quod expectetur donec perueniret ad pinguiorem fortunam, an possit hoc facere? & videtur dicendum, quod sic, arg. eorum quae dixi in. d. c. sicut Iudaei. in secundo membro. versicu. sed quarto. & in quarto, & in vltimo membr. versicu. quarto not. quod si vna. Contrariam tamen sententiam arbitror veram. Moueor, quia ista est poena successiua, non alternatiua, vt pluries dictum est. Et si diceres, quod succedit volente iudice, qui representat locum partis, vt. §. dixi in quinta limitatione de parte. Respondeo, quod hic Iudex non potest habere fidem de pratio, prout potest is cuius interest; vnde postquam de delicto constat, non est in carcere detinendus, vt. d. l. diuus Vespasianus. §. si. ff. de iure patron. Sed quare, i. vt in casibus in quibus poena corporalis legitime est imposita in defectu pecuniariae; an punitus consequatur plenam liberationem; adeo quod si postea perueniret ad pinguiorem fortunam non teneatur amplius soluere poenam pecuniariam? Sol. Bald. dicit, quod sic. Mouetur, per l. sed si vnus. §. si cum ante. ff. de iniur. vbi text. vult, quod si soluere dicitur qui luit in corpus. Mouetur etiam, per not. in. d. §. poena grauior. & tenet Io. de Imo. in. d. c. Odoardus. §. de solut. & hoc expressè tenuit glo. in. c. sicut dignum. de homicid. in reg. peccatum de regu. iur. lib. 6. text. 1. q. 6. c. si res. & idem Bald. in l. si quis id quod. §. in seruos. ff. de iurisdic. omn. iud. Tertio quare, vtrum sit necesse, quod petatur in bello, quod in quantum non potest soluere poenam pecuniariam, luat in corpus? Bald. format hanc. q. in l. si. ff. de in ius vocando. secundum antiquam lect. & remittit se ad not. per Cyn. in l. si non conuicij. C. de iniur. Sed tu hanc. q. & ad materiam superiorem vide quae dixi in rub. de dilat. a 2. 2. q. vsq; ad versicu. 28. q. Quarto quare, ponet quidam iudex non poterat cognoscere nisi de causa pecuniaria, egit. T. coram eo contra. S. ad causam pecuniariam eo casu, quo poena corporalis succedebat in loco pecuniariae, illo non existente soluendo, quaeritur, vtrum iste iudex possit imponere poenam corporalem? & dic, quod non, sed debet adiri iudex habens iurisdictionem, text. est expressus, in. d. l. si. ff. de in ius vocan. Quinto quare, i. dictat statutum, quod quicunq; commiserit tale delictum, puniatur in centum; & si non potest soluere intra mensem, luat in corpus, vtrum, si talis sit notorie non soluendo, possit statim puniri, an verò debeat expectari mensis? quia alius posset pro eo soluere, vt est text. in. d. l. si quid. id quod. §. in seruos. ff. de iurisdic. omn. iud. & ibi hoc tenet Bald. Facit. l. Stichus. ff. de pecu. 124. le. Vltimo circa hanc materiam, nota i. cautelam Angeli, quam ponit in. d. §. in seruos. vbi dicit, quod si aliquis tibi amicus non est soluendo, & est

in carcere pro debito fiscali ex delicto, quod si Iudex est tibi amicus, facias eum aliquo modo torqueri, seu caligare in secreto, ex eo quia non potest pecuniam soluere, & facias fieri instrumentum de hoc. Ego tamen arbitror, quod Iudex non posset hoc facere nisi facta discussione bonorum, & forte citato ad hoc procuratore fiscali, de cuius praedictio agitur, vt doceat bona, seu assignet, si qua talis haberet, & esset cautum, ac bonum consilium facere, quod Iudex interloqueretur, quod iste non posset luere in poena pecuniaria; & ideo debeat luere in corpus.

C A P. X V I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudaei, vel Pagani publicis officijs praeficiendi non sunt; et si eis regalia iura venduntur, Christianus non suspectus ad ea colligenda praeficitur. & nu. 8.
2 Rex illustris proprie dicitur; & quandoq; datur etiam Imperatori improprie tamen tale epithetum. ibid. & nu. 5.
3 Imperatoris propria epitheta, quae sunt.
4 Spectabiles, superillustres, illustres, & clarissimi quae gradum teneant.
5 Imperator olim dius nominabatur; & quid hodie apud oratores, tam de Imperatore, quam Rege, Duce, & Marchione.
6 Iudaeis officia omnia publica, quae Christianis grauamen inferre possunt, prohibita.
7 Iudaeis regales redditus licite venduntur.

Ex speciali. Iudaei, vel Pagani publicis officijs praeficiendi non sunt; & si eis regalia iura venduntur Christianus non suspectus ad ea colligenda praeficiendus est. h. d. Diuiditur, quia in prima parte decisae ponitur regalis culpa, & eius excusatio. Secunda, contra vtrumq; prouidet, ibi; mandamus. Noto primo, ex principio i. vna adiectiuationem Regis, est enim sua adiectiuatio, illustris, idem not. in. c. ex parte tua. 2. j. de privileg. in superscriptione. & c. nouit. §. de iudi. & c. quanto de iureiur. & c. inter alia. de immu. eccle. quandoq; etiam talis adiectiuatio datur Imperatori, vt. c. solit. §. de maio. & obedi. in superscriptione, sed no. p. prie iudicio meo. i. pprie enim adiectiuationes Imperatoris sunt, Serenissimus, Christianissimus, optimus, maximus, & similes de quibus in prima rubrica. ff. & c. de huiusmodi adiectiuationibus, vide glo. in authen. vt illustres. & gloss. in l. i. ff. de off. eius. vbi gloss. vult, quod i. quidam sunt spectabiles; & hi primum locum obtinent. Quidam vero superillustres, & hi secundum. Quidam illustres; & isti tertium. & quidam Clarissimi; & isti quartum, & vltimum locum obtinent. Sed glo. & iura quae hoc dicunt, secundum illa media tempora dicunt, quibus propria, & elegans eloquentia perdita fuit. i. Imperator olim diuus nominabatur, vt. l. diuus Vespasianus. ff. de iur. patr. & l. filius familias. §. diuus. ff. de leg. 1. qua adiectiuationem hodie amissam arbitror propter fidem notam; quia vnus est Deus. Adiectiuantur optimus,

maximusq; & bene; hodie Christianissimus, & Serenissimus, & bene. Sed apud Oratores nostros Clarissimus, est adiectiuatio regis, Illustrissimus, ducis, illustris, Marchionis. Secundo nota, quod i. nedum Iudaeis sunt interdicta publica officia, vt. c. cam sit. §. eo. sed etiam est interdictum quodlibet officium, seu commercium per quod Christianis aliquod grauaamen inferri posset. Tertio not. i. quod Iudaeis licite venduntur regales redditus, vel similia; vnde tollatur venditio reddituum, non iurisdictionis, vel extensionis potestatis, simile supra ne pra. l. vices fu. c. 1. in fine secundum Host. Ex quibus inferitur, quod quodlibet commercium est prohibitum inter Iudaeos, & Christianos, vt not. in. c. & si Iudaeos. in fine, & c. seq. §. eo. Vltimo nota, ibi, deputer, quod ad colligendos tales redditus emptos per Iudaeos Christianus debet deputari per principem saecularem; non autem per ipsum Iudaeum; ne forte per hunc modum fraus committeretur praferendo aliquem Christianum nomine tantum, qui pessimus esset, vt hic dicit glo. In gl. 2. in si. dic. & hoc habetur Genesis. c. 41.

C A P. X I X.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudaeus baptizatum, vel baptizari volentem emere non potest.
2 Cingendus de proximo, pro cincto habetur.
3 Incontinenti quae sunt, videntur inesse.
4 Mercatoribus, in suis mercimonijs subueniendum est.
5 Mercatores, quando sunt in mercimonijs, sicut peregrini, dicuntur miserabiles personae.
6 Prohibito aliquo, prohibentur omnia, quae sequuntur ex illo, quod procedit etiam in statutis exorbitantibus, & poenalibus.
7 Solidus pro aureo accipitur; & contra.
8 Libram auri olim. 72. solidi, aut auri faciebant. Hodie autem. 96.
9 Praesumptio iuris, & de iure qualiter cognoscatur, remiss.
10 Tempus trium mensium de quo in text. nostro quando currere incipiat.

Nulli. Seipsum summat, & tria facit. Primo, ponit dictum. Secundo, mercatori prouidet. Tertio, prouisionem determinat. secunda, ibi, quod si. tertia, ibi, si autem. & hoc cap. pro maiori parte habuisti expeditum in. c. i. §. eod. Noto primo, quod i. Iudaeus non potest emere baptizatum, vel baptizari volentem, imò talis emptus eripitur in libertatem, vt. l. i. c. ne Iud. Christ. man. §. 4. dist. c. generalis. §. hoc tunc obseruandum. Et dixi in. c. i. §. eod. & ex hoc inferitur, quod pari privilegio gaudet illud, quod est in esse productum; sicut illud quod est in fieri, nam i. ille qui de proximo cingendus est, pro cincto habetur, vt. l. penul. ff. de mili. test. & quia i. quae incontinenti sunt, videntur inesse, vt. c. officij. de elec. & l. lecta. ff. si certum pet. sed non infisto; quia est via brocardica. Secundo not. ibi, causa mercimonij emerit. i. subueniendum mercatoribus in mercimonijs suis. Ad idem. c. 2. §. de treu. & pace. Facit glo. 2. hic, & quod dicit

dicit Io. And. super ea. & dicit Inno. in. c. significantibus. s. de offi. deleg. quod tales mercatores sunt per sonæ miserabiles, quandiu sunt in mercimonijs, sicut peregrini. Tertio nota, ibi, nec ipse vendere, nec alius comparare. quod prohibito vno ex correlatiuis, intelligitur prohibitum & reliquum, unde prohibita intelligitur emptio tanquam correlatiua; & habet locum hæc regula in statutis exorbitantibus, & pœnalibus, vt not. glo. in. l. 1. C. ne fideius. dot. datur. & Bart. in. l. librorum. §. fina. ff. de infami. per glo. in. l. 1. ff. de calum. & l. 1. in. princ. ff. de indic. viduit. toll. glo. in. c. quia clerici. s. de iure patro. & not. in. clem. i. plerisque; de elect. D. m. in. c. 1. de locato. Glo. 1. est expositiua, & in fine dic. vt dixi in. c. 1. s. eo. Glo. 2. sentit rationem ad textum; & in fi. dic. facit ad id quod dixi in. 2. notab. Glo. in. vers. 1. 2. solidis. format vnâ q. & sol. ibi, in loco illo. dic. glo. tamen non declarat de qualitate monetæ, an debeat esse aurea, an verò argentea. Vnde Vinc. & Goff. intelligunt, quod soli dus hic intelligatur de aureo; & hoc probatur ex cõ iunctione plurimũ iurium, vt est tex. Insti. de pœn. tem. e. lit. §. fi. cõiuncta. l. ff. de in ius voc. q. in eadẽ materia vna lex appellat solidũ, alia appellat aureũ; & idem probat in. l. cum ex falsis. ff. de man. test. & l. Papinia nus. §. fina. ff. de inoffi. testa. & debes scire, quia 72. solidi, aut aurei olim faciebant libram auri, vt l. quod ticscunq. C. de suscept. & arc. lib. 10. hodiẽ vero. 96 faciunt libram auri; & idẽ succedit quætio; vtrum hodiẽ deberet Iudæus habere de tali seruo vitra. 1. 2. solidos, quam nunc ommitto propter temporis brẽ uitate, de hac materia aliquid tangã in. c. 2. de ma ledic. Glo. fina. format. 2. quæst. & sol. & in fi. colligit argumentum, quod probat per duo similia. In eadẽ 9 ibi. ius statuitur. dic. not. benẽ hanc glo. ad cognoscendum quæ sit p̄sumptio iuris, & de iure, de qua materia vide in clem. 1. de iudi. & ibi dixi. In eadẽ 10 dem, ibi, p̄sumptionem iuris. dic. quod quando autem incipiat currere istud tempus trium mensium, dic. secundum Host. quod a tempore factæ emptionis, & receptionis factæ per ipsum Iudæum; quia ex tunc acquisit dominium, & facultatem habuit exponẽ di, vt Insti. de re. diui. §. per traditionem. & l. traditio nibus. C. de pac. Io. And. dicit, quod a tempore, quo iste seruus petit fieri Christianus; & hoc est magis æquũ. Et emens seruos omninõ Paganos causa mercimonij, non tenetur eos infra illud tempus exponere venales; quia fortẽ illud tempus trium mensium nõ erat cõgruũ tẽpus ipfis vendendis, dictũ tñ Host. videtur verius de iuris rigore, arg. glo. nostræ, ex quo non exponit venales intra tres menses, nõ v̄ emisse mercimonij cã, sed seruitij cã, aliàs semper posset fieri fraus; quia Iudæus et si quẽ seruitij cã emisset, si vi differ illũ velle effici Christianũ, diceret se emisse cã mercimonij; & sic. c. fraternitatem. 5. 4. dist. nunquã vèdicaret sibi locũ. In eadẽ, ibi, ignoranter. puta; quæ credebatur Iudæũ venditorem emisse cã mercimonij, & seruu vèditũ audiebat dicẽtem, q. nec baptizatus erat, nec baptizari volebat; vel quãuis illud diceret, Iudæus dicebat, q. anteriori die illũ emerat secundũ Host. & Io. And. ex quibus. Deo duce, habes expeditum hunc titulum, in quo si quid minus ordinatẽ dictum fuit, excusationem faciat infirmitas duplicis quartanæ, quæ me summoperẽ suppeditaui.

De hæreticis. Rub.

S V M M A R I V M.

- 1 Hæresis definitio.
- 2 Hæreticus quis; & nu. 20.
- 3 Dubius in fide, largẽ dicitur hæreticus.
- 4 Infidelis improprie hæreticus dicitur.
- 5 Infideles, an sint excommunicati.
- 6 Hæresis unde dicatur.
- 7 Herciscere quid.
- 8 Familia heriscunde iudicium, quid.
- 9 Schismaticus largẽ hæreticus dicitur.
- 10 Francisci Philelpi laudes.
- 11 Schisma, & hæresis differunt.
- 12 Pax quid sit.
- 13 Hæresis, an sit infidelitatis species. & nu. seqq.
- 14 Contrariorum idem iudicium.
- 15 Electio, quæ consistit in animo, quid sit. & nu. 21.
- 16 Concesso genere, vel denegato, conceditur, vel denegatur quilibet eius species.
- 17 Vitium, speciem præcipuẽ accipit a fine.
- 18 Finis maleficia distinguit.
- 19 Mæchans, vt furetur, magis fur, quam mæchus dicitur.
- 20 Falsitas, veritati opponitur.
- 22 Christiani veri finis, & officium; & quot modis à Christo quis deuiare potest.
- 23 Hæresi finis proximus quis sit.



Continuatur ad præcedentẽ hoc ordine. Visum est supra in præcedenti titulo de his qui non baptizati, Deum blasphemant; idẽ competenti ordine videndum erat de his, qui iam baptizati incidunt in hæresim; peccãdo, & Deum blasphemando, & vt prosequar meo solito ordine. ¶ Primo quæro, quid sit hæresis, seu quis dicatur hæreticus? Sol. dic. q. hæresis est electio falsarum, vel nouarum opinionum de fide, vel per inuentionem, vel per sequelam alicuius cõmodi gratia, maximẽ, vanæ gloriæ; principatusq; sui. Hæc diffinitio ponit. 14. q. 3. c. hæreticus. & ponit. B. Tho. 2. 2. q. 11. c. 1. & Host. in summa, eo. titu. §. 1. Idẽ autẽ dixi; de fide, quia secus, si circa alias sciẽtias, vel artes quis eligeret nouas opiniones, vel falsas; vt circa leges; vel canones non tractantes de fide; vel circa philosophiã, & similes. Idẽ autem dixi, gratia alicuius cõmodi, quia, vt dixi; si illud nõ diceret cõmodi causa, vel superbia; sed vt se cõfirmaret Romanæ ecclesiæ nõ esset hæreticus, vt. c. hæc est fides. 24. q. 1. ¶ Hæreticus p̄prie, & strictẽ dicitur, qui falsas opiniones de fide gignit; vt Sabellus, Macedo, Nestorius; & similes. & tales non merentur nuncupari Christiani; sed eius scelus cuius imitati sunt, Deum deserẽdo, eius vocabulum videntur esse sortiti, vt inquit Theodosius in. l. dãnato. C. eo. tit. vn̄ tales Sabelliani, Nestoriani, & Macedoniani nuncupantur. ¶ Large enim et dubius a fide, hæreticus dicitur, vt. c. 1. J. eo. & omnis ille, qui

non tenet articulos fidei. Vnde quilibet infidelis hæreticus est; sed non proprie; quia non sunt infideles excommunicati; & tamen omnes hæretici excommunicati sunt, vt. c. excommunicamus. J. eo. Vel dicitur hæreticus, secundum Azo. in sum. eo. tit. qui le ui argumento a iudicio catholice religionis, & tramine detectus fuerit deuiare, vt. l. 2. in fi. C. eo. titu. vnde hæreticõ dicitur strictẽ, vt dixi, qui aliter sentit de articulo fidei, quam sentiat Romana ecclesia. 24. q. 1. c. hæc est fides. & c. quam vetus. Largo autem a sumpto vocabulo pluribus modis sumitur, de quibus vide glo. 24. q. 3. illi. §. quia verò. & per Host. in summa eo. tit. in prin. & gloss. & Doctõ. in. c. firmisimẽ. J. eo. tit. Secundo quæro, quid dicitur hæresis? Sol. dic. secundum Diuum Hierony. super epistola ad Galat. quod hæresis græcè ab electioe dicitur. s. quod sibi vnusquisq; eligat disciplinam, quã putat meliorem. 24. q. 3. c. hæresis. de quo dicitur per Io. And. in. d. c. firmisimẽ. quod venit ab erro, as. Sed hoc mihi non placet; quia tunc hæresis scriberetur sine aspiratione, sicuti erro, quod est falsum, nisi diceret, quod electio etiam scribitur sine aspiratione; tamen eius opi. non est bona; quia hæresis, vt dictum est, proprie venit ab electioe. Vel etiam secundum Io. And. dicitur ab hæreo, hæres; quia tales nimis ad hærent opinionibus suis. Vel secundum eundem Io. And. & Azo. in summa, dicitur ab hercisco, q. idem importat, q. diuido; vnde dicimus iudicium familiaria herciscunda, hoc est hereditatis diuidendæ. ff. de excu. tut. l. si duas. §. 1. nam & omnis hæreticus diuisus est ab ecclesia. Vnde largẽ schismaticus hæreticus dicitur. 24. q. 3. c. inter. Prima magis placet, tũ p̄ authoritatem Hiero. qui fuit optimus Græcus; tum etiam propter descriptionem Ange. qui etiam fuit Græcus, tum etiam; quia istud accepi ab istis peritis sumis in literis Græcis, vt a domino Francisco Philelpho oratore clarissimo, & post hos vidi Gasparinum Pergamentem dicentem, quod hæresis debet scribi per h, & y, græcum, & quod est nomen græcũ, q. latine sonat diuino; & q. malè dicunt, qui ab hæreo, hæresim venire volunt. Ego tamẽ, vt dixi, sequor Hieronymum. Tertio quæro, quæ differentia sit inter hæresim, & schisma? Sol. dic. q. hæresis, vt dictum est, habet peruersum dogma in fide. Schisma per episcopalem dissentionem ab ecclesia se pariter separat. 24. q. 3. c. inter hæresim. Est etiam strictẽ, & proprie differentia ex parte oppositi. Nam schisma opponitur paci, quæ pax est interioris effectus charitatis consequens dilectionem, de quo per Beatũ Thomam. 2. 2. q. 29. & q. 39. & dicam. J. de schisma. Hæresis verò opponitur fidei; vt patet ex diffinitione. Aduerte tamẽ; quia quidam sunt schismatici, q. non sunt hæretici proprie; quia potest esse schisma sine hæresi, vt dicam. J. in. d. c. firmisimẽ. Sed cõtra prædicta opponitur, q. hæresis nõ opponatur fidei; quia nõ sit infidelitatis species p̄batur. Infidelitas enim est in intellectu; vt patet; quia contraria debent esse vt in subiecto; & hinc est, quod dicimus contrariorum idem est iudicium. 2. 1. dist. c. inferior. 3. q. 7. c. hoc ope. Insti. de ijs qui sunt sui vel alie. iui. in prin. & l. legata. §. fin. ff. de alim. leg. Sed fides cui contrariatur infidelitas, est in intellectu; ergo infidelitas est

in intellectu, vide Beatum Thomam. 2. 2. q. 10. c. 2. sed hæresis non videtur ad intellectum pertinere, sed magis ad vim appetitiuam, vt patet ex his quæ. S. dixi. Nã hæresis ab electioe dicitur, & electio est virtutis appetitiuus actus; ergo hæresis non est species infidelitatis; & per consequens non opponitur fidei; quia si esset species infidelitatis, opponeretur fidei; quoniam concessio genere, vel denegato; conceditur, vel denegatur species eius quilibet; nisi aliud expresse reperitur. ff. ex quib. causi. maio. l. nec non. per Inno. in. c. literis. S. de iure patro. & probatur in. l. ab ea parte. ff. de proba. Secundo probatur; quia vitium præcipuẽ accipit speciem a fine. Vnde dicimus, q. finis distinguit maleficia, vt dicit Bal. in rep. l. cum mulier. in quarta oppo. ff. solu. matr. per Dyn. in. l. nunquam. ff. de priua. delict. Vnde dicit Philosophus. 5. Ethicorum. Qui mæchatur, vt furetur, magis est fur, quam mæchus; sed finis hæresis est cõmodum temporale; & maximẽ principatus, & gloriæ, vt supra dixi; & hoc pertinet ad vitium superbiæ, vel cupiditatis; ergo hæresis non est species infidelitatis, sed superbiæ, & per consequens non opponitur fidei. Tertio probatur; nam cum infidelitas sit in intellectu, vt dictum est, non videtur ad carnẽ pertinere; sed hæresis pertinet ad opera carnis, vt dicit Apost. ad Galat. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia; & inter cetera postmodum subdit dissentiones, sectæ, quæ sunt idem quod hæresis; ergo hæresis non est infidelitatis species; & per consequens non opponitur fidei. In contrarium tamen facit; quia falsitas opponitur veritati; sed hæreticus est, qui falsas, vel nouas opiniones gignit, vel sequitur, vt dictum est; ergo opponitur veritati, cui fides innitur; ergo hæresis sub infidelitate continetur, & per consequens opponitur fidei. Sol. dic. secũdum Beatum Thomam. 2. 2. q. 11. c. 1. Nomen hæresis electionem importat; electio autem est eorum, quæ sunt ad finem, p̄sumpto fine. In credendis autem voluntas assentit alicui verò; tanquam proprio bono. Vnde quod est principale verum, habet rationem finis vltimi, quæ autem secundaria sunt, habent rationem eorum, quæ sunt ad finem; quia verò quicunq; credit, alicui dicto assentit; quæsi autem secundaria sunt, quæ quis tenendõ vult alicui assentire. Sic igitur, qui rectẽ fidem Christianam habet, sua voluntate assentit Christo; in his quæ verẽ ad eius doctrinam pertinent; a rectitudine igitur fidei Christianæ quis potest dupliciter deuiare. Vno modo quando ipsi Christo non vult assentire; & iste habet malam voluntatem circa ipsum finem, quæ pertinet ad speciem infidelitatis Paganorum, & Iudæorum. Alio modo, pro hoc, quod intendit Christo assentire; sed deficit in eligẽdo ea, per quæ Christo assentiat; quia non eligit verẽ ea quæ sunt a Christo tradita; sed ea quæ sibi mens suggerit. Sed intellige non conformandi intentione se Romanæ ecclesiæ; & idẽ hæresis est infidelitatis species, pertinet ad eos, qui fidem Christi profitentur, sed eius dogmata contemnant. Nõ obstat. primum arg. quia electio ita pertinet ad infidelitatem, sicut voluntas ad fidem, vt statim dictum fuit; ergo hæresis est infidelitatis species. Nõ obstat secundum arg. quia vitia habent speciem ex fine proximo, & genũ, & causam ex fine remoto; vnde



23 de finis proximus hæresi, est adhære falsæ sententiæ; & ex hoc habet speciem infidelitatis; sed ex fine remoto ostenditur causa ipsius, quod oritur ex superbia, vel cupiditate. Non obstat tertium arg. quia hæresis respectu infidelitatis, & proximi obiecti, nõ dicitur pertinere ad opera carnis; sed solum ratione causæ, quæ est appetitus indebiti finis, secundum quod oritur ex superbia, & cupiditate, ut dictum est. Vel quæ est aliqua fantastica illusio, quæ est creandi principium, ut dicit Philosophus, 4. Metaph. Ultimo habetur materia huius rubricæ. 24. q. 1. per tot. & q. 3. c. illi qui. §. quia verò. & q. 1. c. 1. & 29. q. 7. & repetitur in. 6. & in Clem. per totum. & convenit rubricæ. §. de summa tri. & fid. cathol. c. damnamus. verfi. si quis. de præsumptio. c. literas. de bapti. c. maiores. de celebra. c. in quadam. de diuor. c. de illa. & c. seq. de sent. excõ. c. nouerint. & in rub. de verb. sign. & c. super quibusdam. primo respon. Facit. de præsump. c. 2. 2. responso, lib. 6. & clem. 1. §. sanè. de vsur.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Infidelis est, qui non habet fidei certitudinem; & infideli credendum non est.
2 Fidei definitio.
3 Scire quid.
4 Opinio habet dubitationem.
5 Dubius in fide est hæreticus, & non potest esse testis; & quare, nu. seq. & quid si in tenui articulo. nu. 11.
6 Infidelis Deo, hominibus fidelis non præsumitur.
7 Dubitationes, quæ quandoq; oriuntur de fide.
8 Primi motus, non sunt in potestate hominis.
9 Intellectus verborum Apostoli; tentatio vos non apprehendat; nisi humana.
10 Hæreticus, quis dicitur ex solo dicto, quod tamen intellige. ut ibid. Idem de eo, qui deniat in leui articulo a documentis, & tramite fidei. nu. 12.

Dubius. Communiter non summa tur propter eius breuitatem; potest tamen ita sum

- 1 mari per alia verba, infidelis est, qui non habet fidei certitudinem; & infideli non est credendum. h. d. Noto primo, quod licet fides non supponat omnimodam certitudinem; quoniam fides est voluntaria certitudo absentium infra scientiam, & supra opinionem constituta; vnde fides est de re nondum visa, ut dicit gl. & iura in ea allegata; nec est de re, de qua quis habeat scientiam; quoniam scire, est rem per causam cognoscere secundum Philosophum in princ. Metaph. & probatur in. c. cum causam. §. de testi. tamen debet quis firmiter credere, quæ fidei sunt, non autem opinari; quoniam opinio habet dubitationem, inter hæc autem duo. f. dubitationem, & certitudinem est quoddam medium, quod est fides; & ideo non potest dici fidelis, qui dubius est in fide. Secundo not. quod dubius in fide est hæreticus, quod patet ex eo, quod hoc. c. ponitur sub rubrica, de hæret. & ex capitulo seq. Tertio nota, quod incapax veritatis diuinatorum, est incapax gestorum

per homines, ex quo inferitur, ut colligit hic gloss. fina. quæ vult, quod talis non potest esse testis, quod probatur. 2. q. 7. c. non potest & c. Pagani. Nam ex quo sunt infideles Deo, non præsumuntur fideles hominibus; & ideo rex. noster hic dum dicit, nec eis omnino credendum est, debet intelligi aliquo modo, vel nullo modo, secundum Host. & Io. And. quia eis nullo modo creditur, ut. dd. iuribus, similis expositio est in. c. in pertractandis. §. de iur. cal. Sed contra tex. nostrum, & contra prædicta opponitur, videtur enim quod nullus sit, qui non sit hæreticus; quoniam nullus reperitur, qui quandoq; non dubitet scrupulo conscientiæ in fide; maxime de creatione mundi, quod Deus fuerit factus homo, quod virgo peperit, quod mortui debeant resurgere, & simi. Solu. dicit Io. And. quod text. debet intelligi de dubitatione, quæ habet in se firmitatem animi, & pertinaciam; secus, si dubitatio causaretur a scrupulo conscientiæ per primos motus, quibus nihilominus quis resisteret; quoniam cum tales motus frequenter contra voluntatem accidant, resistens potius meretur; quam demereatur; nam tales primi motus non sunt in potestate nostra secundum Philosophum; ideo non imputatur, nec talium aliqua est poena, ut. l. cogitationibus. C. de poenis. & de poenit. distin. 1. c. cogitationis. Facit quod not. 6. distin. c. pensandum. & c. testamentum. & ita debet intelligi dictum Apostoli, tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Facit quod not. 24. q. 1. c. hæc est fides. & quod not. §. de sum. trini. & fide cathol. in rubrica & in clem. 1. de sum. trini. & ibi dixi. & per Paul. in clem. 1. de vsur. Sed quæro, quid intendit litera nostra, dum dicit fidem veritatis ignorantem? Sol. dic. secundum Io. And. & Doct. siue tales sint baptizati, siue non, & renuant baptismum, potest etiam intelligi, secundum Io. And. de catholico, qui ignorat veritatem negotij, de quo quæritur, cui non est credendum in eo negotio. §. de iuram. calum. c. in pertractandis. & §. qui matri. accus. pos. c. videtur. Prædicta tamen procedunt, quando quis erraret in fide non conformando se ecclesiæ Romanæ, secus, si erraret, & crederet illam esse fidem ecclesiæ; quoniam talis non est hæreticus; quia fides ecclesiæ est fides sua, ex quo refert se ad fidem ecclesiæ, ut not. in. c. 1. de sum. trini. & d. c. hæc est fides. 24. q. 1. & secundum prædictum modum arbitror intelligendam, & limitandam gloss. in. d. c. hæc est fides. quæ vult, quod si ex solo dicto quis dicatur hæreticus, quod intelligi si modo illud dictum non fuerit ex primo motu; sed quando pertinaciter affirmaret, nec esset paratus se corrigere, vel non conformaret se ecclesiæ Romanæ. Gl. 1. fortificat tex. dic. ut in ea; & bene. Glo. 2. in prin. quærit, an dubitans in tenui articulo fidei sit hæreticus; & solu. quod sic, & subdit simile, & limitat, quod dixit, & describit, quid sit fides. In eadem, ibi, tenui. dic. in quantumcunq; leui. 12 In eadem, ibi. l. 2. dic. vbi dicit, quod etiam hæreticus est, qui leui articulo deniat a documentis, & tramite fidei. In eadem, ibi, de re non visa, dic. ut dixi supra in primo not. Gloss. fin. infert ad id quod dixi supra in tertio notab. In eadem, ibi, in fide. dic. licet sit baptizatus, idem tamen est, ac si non esset baptizatus, ut. c. 1. supra de test. cum concordantijs ibi alleg.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Christianus, alium ab errore reuocare tenetur; & qui hoc non facit, indistinctè peccat. nu. 6.
2 Error, cui non resistitur cum possit, comprobatur.
3 Seruus, si vulnerat, vel occidit sciente domino, tenetur do minus.
4 Scientia pro patientia.
5 Correctio iudicialis soli praelato conuenit; Euangelica vero omnibus.
6 Denuntiare, an, & quando quis teneatur in maioribus, circa fidem. remiss.

Qui alios.

Breued est, & communiter non summatur; potest tamen sic summari, secundum D. m. errare in fide conuincitur, qui alios errantes in fide, cum potest, ab errore non reuocat. hoc dicit. Nota primo, quod quilibet Christianus tenetur alium Christianum iuxta posse ex debito fidei ab errore reuocare. Secundo nota, quod præsumendum est malum contra præsentem, & tacentem in aliorum erroribus. Nam error, cui non resistitur cum possit, comprobatur. 24. q. 3. c. qui potest. 83. distin. error. Vide quod dixi in. c. & si Iudæos. supra de Iudæis. & c. ad liberandam. & hoc maxime ratione fidei, in qua quandoq; magis peccat alius; quam ille, qui errat, si defendit illius errorem; quia non solum ipse errat, sed alios in errore confirmat. 24. q. 3. c. qui defendit. Sed quæro de quo errore loquitur text. noster? Solu. dic. secundum Doct. quod loquitur de errore fidei, ut faciat ad titulũ. Facit text. in. l. Imperator. ff. de in diem adiect. & quod not. in proemio. 6. in versicu. titulus. Gloss. in prin. allegat concordantias; deinde quærit, & sol. In eadem, ibi. l. scientiam. ff. ad legem Aquil. dic. vbi probatur, quod si seruus vulnerat, vel occidit sciente domino, teneatur dominus; & sumitur ibi, f. scientia pro patientia; hoc est, cum potuit, non prohibuit. In eadem, ibi, a peccato committendo. dic. vel potest dici, secundum Io. And. quod fauore fidei iste tex. potest intelligi indistinctè, siue peccatum commissum fuerit, siue committendum. Vel potest dici peccatum committendum, ex eo quod quis perseverat in peccato commissio; & ita debet intelligi ista gl. secundum D. m. qui dicit eam habuisse hunc intellectum, videlicet; de eo, qui commisit peccatum, & non perdurat in eo; nam tunc correctio spectat ad solum prælatum; sed si habet perseverantiam, seu iterationem quilibet tenetur corrigere secundum denuntiationem Euangelicam. Hosti. ut hic dicit Io. And. vult, quod iudicialis correctio spectet ad solum prælatum, ut in iuribus in glo. alleg. sed correctio euangelica spectet ad quemlibet. Potest concludi, ut hic dicit tex. quod fauore fidei, f. qui potest ab errore fidei alium reuocare, & non reuocat, indistinctè peccat. In alijs autem maioribus, an, & quando quis teneatur denuntiare, dic. ut per. D. m. & Doct. in. c. nouit. §. de iudi. & 2. q. 6. c. si peccauerit.

C A P. I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Fides firma, & sine dubio esse debet.
2 Hæreticus etiam bonis operibus præditus, si in hæresi decedat, vitam æternam non consequetur. Quid autem profuerit sibi bona opera. ibid.
3 Pœnitentia quo ad vitam æternam; etiam in delicto consummato, admittitur.
4 Hæreticus, & schismaticus equiparantur hic; differunt tamen. ibid.
5 Hæreticus, & schismaticus reintegrantur, & incorporantur ecclesiæ per pœnitentiam.
6 Hæretici largo sumptu vocabulo; qui?
7 Excommunicatus, largè hæreticus dicitur.
8 Iudæi, & omnes infideles hæretici dici possunt.
9 Hæreticus est, qui dicit Imperatorem non esse mundi monarcham.

Firmissime.

Hæreticus perseverans, æternaliter damnatur; cui nec prodest baptismus, nec elemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcunq; bonum, quoad hoc, ut vitam æternam consequatur. h. d. Primo, ponit dictũ. Secundo, comprobat. Secunda, ibi, omni homini. ¶ Noto primo, quod fides nullam debet habere, dubitationem; sed debet habere omnimodam firmitatem, ut dixi in. c. 1. §. eo. firmissime. n. teneri dicitur, in quo nullus est scrupulus dubitationis. Secundo nota, quod quamuis hæreticus exerceat quæuis bona opera, etiam meritoria, non tamen potest per illa saluari, si existens in hæresim diem suum obierit. Aduerte tamen, quod talia opera, secundum glo. f. hic, & Doct. non sunt ex toto deperdita; quia licet non valeant ad vitam æternam consequendam; tamen profunt quo ad bona temporalia, & quo ad pœnas inferni; quia minus supplicium subeunt; & hoc voluit text. noster, dum dicit, quod ista non proficiunt ad salutem. i. ut habeant æternam vitam. Vide quod not. de poenit. distin. 1. §. f. & §. de poenit. & remis. c. quod quidam. & ex prædictis videtur inferri, quod cum hoc videatur speciale in hæretico, & schismatico, quod secus sit in alijs peccatis, ut. f. existenti in peccato, ad vitam æternam proficiat baptismus, elemosyna, & martyrium, quod apud me factis est dubium. Nec arbitror hoc verum, nisi existens in peccato de eo pœniteat; si mortale est. Nã si maior est, ita ut peccatum mortale potuerit committere, ad hoc ut baptismus proficiat, debet pœnitere. Idem dicerem de elemosyna; nisi directo tolleretur illud peccatum. Hosti. ut hic dicit Io. And. vult, quod prædicta remitto me ad determinationem Theologorum, & Romanæ ecclesiæ. Tertio not. quod quo ad vitam æternam, etiam in delicto consummato, admittitur pœnitentia. Quarto nota, quod hæreticus, & schismaticus hic equiparantur, quod est verum, si est talis schismaticus qui propter schisma sit hæreticus. Nam aduertendũ est, quod potest quis esse schismaticus, & non hæreticus, ut puta; si ex duobus, vel pluribus, qui prætendunt se Summos Pontifices, aliquis credat

credat vnū verū solū Papā, alios verò antipapas; nā cū talis crederet vnitatē ecclesiæ, apud istū nō dī hæreticus, gl. est. sing. 24. q. 1. in summa in gl. 2. secus si crederet vnumquēq; illorū esse Papā; q̄a tunc, p̄prie esset hæreticus, diuideret enim ecclesiā, & veniret cōtra articulū fidei. f. & vnā sanctā ecclesiā catholicam. &c. vide Io. And. in. c. cū nō ab hoīe. s. de iud. in fi. & in rubr. j. de schismati. Facit quod not. per Doct. i. c. qm̄ in plerisq; s. de offi. ord. Vltimo not. ibi, fuerit in corporatus, & reintegratus, q̄ hæreticus, & schismaticus dñr esse extra ecclesiā; & dñr reintegrari, & incorporari ecclesiæ per p̄niam. ¶ Gl. ponit septē modos quibus quis dīr hæretic⁹. In eadē, ibi, deniq; dic de hoc, vt dixi in quarto notab. In eadē, in fi. dic, fm̄ Host. q̄ istis vltimis modis hæreticus dīr p̄prie. In alijs verò dīr hæreticus largo sumpto vocabulo, p̄terterq; in illo, qui scindit se ab vnitatē ecclesiæ; q̄a ille p̄prie dīr hæreticus, & excōlatus ēt largo sumpto vocabulo dīr hæreticus; qm̄ per excōicationē veraciter qs dīr esse extra ecclesiā. 1. 1. q. 3. c. audi. gl. 4. q. 1. c. 2. Io. And. in. c. pia. de excep. lib. 6. & hoc modo ¶ Iudæi, & alij omnes infideles p̄nt dici hæretici, cū sint extra vnitatē ecclesiæ. Dīr ēt hæreticus, qui nō recipit quatuor concilia, vt probat, in. l. quicūq; & l. fi. C. de summa trini. Itē qui priuilegio Romanæ ecclesiæ, q̄ oibus p̄ccept, detrahit. 2. 2. dist. oēs. Itē q̄ p̄cepta Sedis Apostolicæ personaliter transgredit. 1. 9. dist. c. nulli. Itē, qui decretalibus epistolis cōtradixit. 2. 0. dist. de libellis. Itē, q̄ nō recipit cōionē orthodoxæ ecclesiæ, vt authen. de priuileg. dot. hæreti. mulie. nō p̄stān. in prin. coll. 8. fm̄ Host. hic, & Io. And. in summa, eo. tit. §. 1. Dic ēt, q̄ hæreticus dīr, q̄ negat ecclesiā Romanæ, esse caput aliarū ecclesiā. Archid. 16. q. 7. in. c. sanē. super glo. tex. 14. q. 1. hæc est fides. & gl. 24. dist. c. nulli. facit. 2. 2. dist. c. 1. Itē fm̄ Bar. dīr hæreticus, qui ¶ dicit Imperatorē nō habere mundi monarchiā, ita dicit in. l. hostes. ff. de capt. Mouetur, quia talis dīr venire contra determinationem Roma. Bart. tamē loquitur sub dubio fortē, & prudēter; qm̄ in hoc est maxima altercatio, & variæ opi. de monarchia, de quibus fecit tractatum D. Ant. Rosel. D. m. in legib⁹, circa quam materiam vide tex. not. 24. q. 1. hæc est fides. & c. quoniam. 96. dist. cum ad verum. Glo. 2. forficat tex. in eadem, ibi, Apostolus dicit ad Chor. 13. Glo. si. est expositiua in princ. demum format. q̄ an talia bona profint ad aliquid; & sol. quōd sic. In fi. glo. dic, quōd talia opera meritoria, saltem valēt ad mentem illustrandam, quo facilius possit conuer ti ad pœnitentiam; nā mortificatis peccatis per pœnitentiam, interdum illa bona resurgunt, de pœnit. dist. 3. c. firmiter. & c. pium. & latius per Goffred. & Host. in summa in tit. de pœnit. & remis. §. an facta.

Et concilium tali casu potest congregari per Cardinales. nu. 6. 7 Papa hereticus non est nominandus inter Rom. Pontifices. 8 Constitutiones, vel leges editæ a damnato de heresi, non probant; nec allegari debent. 9 Instrumenta confecta per notarium damnatum de falso, aliquam fidem non faciunt; nec recipi debent tanquam publica, & authentica. Et an sint indistincte nulla. nu. 11. vbi late distinguit; & communis est opi. quōd sic. nu. 12. & 13. vbi hoc limitat. 10 Authore damnato, damnantur scripturæ, libri, & eius opera. 11 Vitale per inutile vitari non debet. 12 Testis in parte falsus, in totum reprobatur; & quare. 13 Notarius in instrumentis; nisi quæ vidit, & nouit scribere non debet. 14 Tabellionatus officium non est dignitas; sed onus. fallit in notario Principis. nu. 21. 15 Infames a muneribus non repelluntur. 16 Infamis potest esse procurator, Arbitrator, Tutor, & Curator; nisi pupilli sint spectabiles. ibid. 17 Suspectus propter delictum commissum, non remouetur a tutela. 18 Infamis, an possit esse testis. 19 Instrumenta partibus consentientibus conficiuntur. 20 Priuatus notarium creare non potest. 21 Instrumentum falsum, & pro quo notarius fuit cōdemnatus de falso, an probet inter partes. 22 Notarius, qui nondum est condemnatus de falso, sed pendet iudicium; an possit instrumenta conficere; & an ad noua officia aspirare possit. ibid. 23 Pendencia, idem operatur, quōd sententia. 24 Notarius de falso damnatus, an possit conficere instrumentum, de quo fuerat rogatus ante condemnationem. 25 Notarius de falso secretē condemnatus; vt puta, ab episcopo in camera; an possit conficere instrumenta validē inter ignorantes. 26 Sententia lata nō publicē; sed in secretō, est ipso iure nulla. 27 Rex, qui in suo regno vendicat sibi ius imperiale; an possit decernere, quōd instrumentum in aliquibus falsum, valeat in eo, quōd veritatem continet. 28 Notarij duo si simul adhibeantur ad conficiendum instrumentum; si vnus priuatur officio, an valeat instrumentū. 29 Notarius damnatus de falso, si copiat instrumentum boni notarij, & bonus notarius se subscribat, an valeat tale instrumentum. Et quid si iuit ad partes remotas, vbi nō erat nota cōdemnatio, & plura confecit instrumenta, an valeat. nu. 32. Et toties, quoties se ingerit officio notariatus, toties incidit in falsum. ibid. 30 Origenes, an excusandus sit, nec ne. 31 Sacramenta ignoranter ab hæretico recepta, an conferant sacramenti essentiam.

C A P. I I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Hæreticorum scripta non habent fidem authenticam.
2 Synodus potest cognoscere, & damnare Papā de heresi.
3 Papā a nullo potest iudicari. Fallit tamē in crimine heresis.
4 Papā in cōcilio, seu vniuersali synodo, est maior omnibus.
5 Conciliū debet congregari; qm̄ duo contendunt de Papatu, & ignoratur quis sit verus Papā, & decidere q̄stionē.

1 Fraternitatis. Scripta hæreticorū non habēt fidem authenticam. Vel sic. Vbi auctor est damnatus, omnia ab eo gesta, in eo in quo est damnatus, sunt reprobata. h. d. ¶ Noto primo, quōd ¶ synodus potest cognoscere, & damnare Papam de heresi; & sic Papā ex delicto heresis subiacet inferiori. Glo. sing. in. c. si Papā. 40. dist. in. c. in fide. eod. tit. lib.

lib. 6. Inno. in. c. ex parte. de verbo. signifi. gloss. 2. q. 7. c. sicut hely. & ita debet limitari glo. 2. q. 6. c. mā datis. quæ vult, q̄ ¶ Papā a nullo possit iudicari. Aduerte tamen, quia ¶ in concilio, seu vniuersali synodo Papā est maior omnibus, vt not. glo. 1. 9. dist. c. Anastasius. quam benē not. & est glo. in. d. c. si Papā. tradit Archid. in. d. c. in fide. Idem aduerte, quia ¶ si duo contenderent de Papatu, & rationabiliter ignoraretur quis eorum esset verus Papā, quōd tunc concilium debet congregari, & quæstionem decidere, vt est tex. iuncta glo. 79. dist. c. si duo. qui tex. nō est alibi, secundum Doct. & dicit ibi singulariter Hug. q̄ in casu prædicto ¶ concilium poterit congregari per Cardinales, ex eo, quōd neuter contentendum de Papatu vellet congregare. Nota singulariter etiā dictum D. Hug. in. d. c. Anastasius. vbi dicit, quōd ¶ si ¶ Papā est hæreticus, non debet nominari inter Romanos Pontifices. ¶ Secundo not. q̄ ¶ constituciones, vel leges editæ ab eo, qui fuit damnatus de heresi non probant, nec allegandæ sunt, postquam eorum auctores fuerunt damnati. Et ex prædictis, & ex tex. Inferitur argumentum ad vnum, ad quod quotidie allegatur singulariter iste tex. videlicet, quōd ¶ instrumenta confecta per notarium damnatum de falso, aliquam fidem non faciunt, nec recipi debent tanquam publica, & authentica, quoniam ex quo ¶ damnatus est auctor, damnata sunt omnia opera eius, vt non faciant fidem, tex. singularis in. l. si aliquid. C. de suscep. & arch. lib. 10. Facit tex. cum glo. in. l. si quis ex argētarijs. §. 1. ff. de eden. Et vt habeas clarius hunc articulum, qui late tractatur hic per Innoc. & Doct. & est utilis, & quotidianus. Quæro, ¶ vtrum ¶ instrumenta confecta per notarium cōdemnatum de falso, sint indistincte nulla? Sol. distingue ex mente Inno. & Doct. q̄ aut falsitas est commissa in vno instrumento, aut in vno capitulo instrumenti. Primo casu, subdistingue, q̄ aut loquimur in instrumentis confectis post falsitatem commissam. Aut ante; si ante, dic, q̄ valent, ex quo toleratur in officio; licet postea sequatur cōdemnatio, vt l. Barbarius. ff. de off. præf. & 3. q. 7. c. infamis. §. tria. & 9. q. 4. c. nonnē. & c. vestra. de cohob. cle. & mulie. Si verò post cōdemnationem sunt confecta, non valent, vt. d. l. si aliquid. C. de suscep. & arch. lib. 10. auth. de tabel. §. fina. in princ. coll. 4. & ibi glo. Voluit tamen Butriga. q̄ persona redditur aliquantulum suspecta, si notarius fuit directē condemnatus de falso; arg. l. si cui. §. ijsdem. ff. de accu. Item prædicta sunt vera, quando sententia fuit lata contra tabellionem, secundum Innoc. per. d. l. si aliquid. secus si fuit lata sententia contra producentem instrumentum; quoniam ex hoc alia instrumenta non reprobantur; licet aliquantulum fides diminuatur. Vide Barto. in repet. d. l. Barbarius. Secundo casu, quando est vna, & eadem scriptura, & reperitur falsitas in vno capitulo, an reliqua capitula annullentur, variæ sunt Doct. opinio. quidam tenent, quōd tale instrumentum in totum reprobetur, per tex. 3. q. 9. c. pura. & de consecra. dist. 3. c. non liceat. & expressius. 9. dist. c. si ad scripturas. & hanc opin. tenet Iacō. de Rauari. & Iac. de Alta villa. Secunda opin. est, q̄ tale instrumentum reprobatur solum pro illa parte, in qua inuenitur falsum cæteris partibus firmis remanentibus.

Glo. in. l. 2. C. de vete. iur. enucl. pro prima opin. allegat. Pileum. q. 92. vt refert Io. And. in addi. Spec. in tit. de fide instrum. §. instrumenti. verfi. quid si aliquid. per quatuor notabilia argumenta, secundum eum. Primo, quia per vitiosam partem contra aliam est iusta præsumptio, vt. l. cum de indebito. ff. de prob. & l. fin. C. de edic. diui. Adria. tol. Secundo, veritatis propter falsitatem, mixta corruptio. ff. de excus. tut. l. qui testamento. Tertio, totius ratione partis cōtaminatio, p. l. fina. in fi. ff. de vete. iur. enuc. Quarto, totius pro parte nō legitima cōdemnatio. ff. ad Syl. lania. l. si quis. in. §. si quis tabulas. Pro secunda verò opinio. allegat alia etiam quatuor argumenta. Primo, ratione partis circa totum non est habenda suspicio, vt. l. pen. ff. de his quæ in testa. delen. & l. pen. C. de transact. Secundo, quia ¶ vitale propter inutile vitari non debet, vt in reg. non debet. de regu. iur. lib. 6. Tertio, maioris partis legitima propositio, vt l. domum. ff. de contrahen. emptio. Quarto, residua partis perfectissima lectio. l. 2. ff. de his quæ pro non script. habent. Tertia opin. est Goff. & Barth. Brixien. vt refert hic Io. And. & in. d. verfi. quid si aliquid instrumentū. & glo. in. l. si ex falsis. C. de transactio. quæ vult, quōd si articuli sunt connexi, tota scriptura vitietur, vt. d. c. pura. & d. c. si ad scripturas. Si verò articuli sunt separati; tunc procedat secunda opin. per l. etiam. ff. de mino. & l. eum actum. & l. at qui natura. ff. de nego. gest. & de hac opin. vide etiā Io. And. in addi. Spec. in tit. de testa. §. 1. verfi. quōd aliquid. Innoc. tenet primam opinio. videlicet, q̄ scriptura reddatur in totum vitiosa. Bal. tamen in. d. l. si ex falsis. allegat Inno. hic tenere tertiam opin. Aduerte, quia Innoc. satis obscure loquitur; tamen intentio sua videtur esse, q̄ instrumentum in totum reddatur nullum; & dicit hic D. Ant. quōd communiter ¶ tenetur hoc dictum Inno. quia ex quo eadem est scriptura, si est falsa in vno, in toto redditur falsa, quia iā in toto instrumento vitatur fides notarij, vt. d. c. pura. & d. c. si ad scripturas. quod dic verum, secundum Barto. in. d. l. si ex falsis. & Innocen. hic, si quidem falsitas procedit ex vitio notarij. Bal. in. c. ad audientiam. 1. de rescrip. per illum tex. Facit. l. si aliquid. C. de suscep. & arch. lib. 10. & l. si quis ex argētarijs. ff. de eden. & quod nota. in. l. exemplo. C. de probat. & l. generali lege. C. de tabular. lib. 10. Cyn. Barto. Bal. & Ange. in. d. l. si ex falsis. C. de transact. alias secus, dic, vt statim dicam. Et hæc opin. placet hic. D. m. quia ¶ si testis in aliqua parte admiscet falsitatem, eius dictum in totum reprobatur; quia per iur. reperitur, vt. c. pura. sic etiam est in notario, qui est quidam testis, vt. l. Domitius Labeo. ff. de testa. Item prædicta communis ¶ opinio, quæ communiter tenetur, est limitanda, secundum Innoc. hic, & Doct. in dictis iuribus. si modo falsitas sit commissa circa substantialia negotij, vt quia debebat scribere, quōd Titius promissit Seio, & scripsit, quōd Titio promissit Seius; vel debebat scribere decem, & scripsit viginti; vel debebat scribere decretum, & scripsit decretales, arg. c. significante de rescrip. Et ratio est; quia ¶ notarius nunquam debet ponere in instrumento, nisi quod in veritate nouit, & vidit; sicut testis; nec potest in hoc ignorantia allegari. 3. q. 9. c. testes. & c. hortamur. & c. pura. & quod not. Io. Parj. FF And.

Cōis opt.

Cōis opt.



And.in.c.cum in iure,de off.delega. secus si errauit, vel scienter mentitus sit circa accessoria, vel circumstantias non substantiales negotij; quia tunc valet instrumentum quo ad substantia; vt si dicat contrahe'tes de alia terra quam sint, vel consanguineos, aut affines eorum, quorum non sunt. Et est ratio; quia in his non consistit officium tabellionis, vel testis; nihil enim facit ad contractum, vel testimonium, vnde cuncte sint contrahentes, arg.c. cum deputati. §. de iudi. secus si faceret ad contractum, vt.c. significante. §. de rescrip. ¶ Item prædicta limita singulariter, si modo pars contraria non approbaret instrumentum falsum in vno capitulo substantiali, in alijs capitulis. Secus si in alijs approbaret; quia licet ista sit præsumptio iuris, & de iure posita dicta tertia opinio, pro vera; tamen admitteretur probatio in contrarium per confessionem partis, vt dixi in clē. 1. de iudi. vbi vide, & hoc singulariter tenet Bal. in l. satis aperte, C. ad leg. Corne. de fal. Si verò falsitas non prouenit vitio notarij, sed aliunde; vt quia reperitur instrumentum falsum in aliqua sui parte; & tunc aut concernit substantia negotij, & debet fieri distinctio. Aut capitula sunt connexa, & vitiatur in notario, vt d.l. si ex falsis. Aut habet materiam separatam; & tunc secus, de prædictis vide Bar. in d.l. Barbarius. Subdit tamen hic Io. And. q̄ prædicta procedunt vbi persona non est damnata; quia tunc carent effectu, ratione personæ, vt. §. de testi. c. testimonium. per Archid. q̄. distin. c. si ad scripturas. & vide etiam quæ dicunt Innoc. & Io. And. in d. c. cum in iure. §. de off. de leg. & tetigi. §. in princ. Aduerte tamen, quia Bar. in l. 3. ff. ad leg. Iul. repet. not. limitat ea, quæ dixi in princ. & in fi. videlicet, q̄ istud est verum, si notarius fuit damnatus propter falsitatem commissam in officio tabellionatus; secus si aliàs fuisse damnatus, & de falso, dum modo falsitas esset commissa extra officium tabellionis, etiam si per talem condemnationem fuisse effectus infamis, quo casu vult, q̄ etiam instrumenta postea per eum confecta, valeant. Mouetur per, d. l. si aliquid. C. de suscip. & arca. lib. 10. vbi text. solum facit mentionem de falsitate commissa in officio tabellionatus. Secundo mouetur, quia ¶ officium tabellionatus non est dignitas, sed munus, vt. l. fin. in prin. cum sua glo. C. qui mili. non poss. lib. 12. Sed ¶ infames non repelluntur à muneribus, vt. l. neque infames. C. de decur. lib. 10. Nam & ¶ infamis potest esse procurator, vt in l. de excep. §. fi. & arbiter, vt. l. Pedius. ff. de arbit. Item tutor, & curator, nisi pupilli sint spectabiles, vt. l. sed & milites. §. si ignoras. ff. de excep. tuto. & not. in l. 1. C. de infami. lib. 10. Ad prædicta etiam facit. l. 1. §. sed æquissimū, ff. de postul. Vnde concludit Bar. q̄ instrumenta per talem damnatum, vel infamem confecta valebunt, vt. l. Casius. ff. de sena. & idem tenet Bal. in magna, & vltima sua repet. l. pen. C. de sum. trini. vers. quæro quid de nota. & idem Bar. in l. Domitius Labeo. ff. de testa. & Oldr. vt dicit Bal. in l. 2. §. miles. ff. de infami. vbi hoc idem videtur sequi Bal. licet glo. ibi videatur sentire contrarium. Hoc idem voluit Bart. in consil. q̄ incipit, quæro an notarius condemnatus. Pro qua opinio. facit glo. in l. 3. §. quæri potest. ff. de suscip. tuto. vbi glo. videtur velle, quod licet quis ¶ suspectus sit propter delictum commissum; non tamē

debet remoneri à tutela, quia est munus. Et hoc idem est in notario, vt. §. dixi. Nec obstat quod ¶ testimonium infamis non tenet; quia testis producitur parte inuita; sed ¶ instrumenta conficiuntur ambabus partibus consentientibus; & placet mihi dicta opinio, maximè quando notarius toleratur in officio suo. Facit quod not. in c. suscitatus. §. de rescript. & in d. l. Barbarius. Bal. tamen in d. l. Casius. format quædam argumenta in contrarium, quæ potes videre; & vide etiam Spec. in titu. de instrumen. edi. §. restat. vers. quid si tabellio confecit aliquod instrumentum falsum. Aduerte tamen, quia quod ¶ dixi, quod notarius condemnatus de falso non commissio in officio notariatus, vel ex alio delicto infamante, remanet notarius, & valet instrumenta per eum confecta, est verum in notario simplici; secus ¶ in notario Principis; quia talis notariatus est dignitas, non munus, vt. l. 1. C. de man. princ. & l. 1. C. de primi. lib. 12. Idem etiam dicit Bart. in d. l. 3. ff. ad leg. Iul. repet. in alio officio, quod sibi iniungeretur ex publico, vt puta; quia esset notarius ad bancum, vel similit. Item aduerte, quia quod supra dixi, quod instrumentum confectum à notario postquam fuit condemnatus de falso commissio in officio notariatus, non probat, arbitror limitandum, si modo partes tale instrumentum non recipiant; secus si reciperent, argumen. eorum quæ supra dixi, secundum Bal. in l. satis aperte. C. de falsis. nam falsitatem valebit vi confessionis. Facit quod not. per Innocen. in c. cum venerabilis. §. de except. & c. cum olim. de cens. Et si tu diceres, partes non possunt facere, quod instrumentum sit publicum; quia ¶ non possunt facere quem notarium, cum ad priuatos non pertineat, vt traditur per D. Ant. D. m. & Io. de Imo. in c. cum P. tabellio. §. de fid. instrumen. & Bar. & Docto. in l. 1. C. de sum. trinit. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & l. 1. ff. de off. proconsul. per Specu. in titu. de instrumen. edi. §. restat. vers. quis potest. & vers. scias quod tabel. Quia respondeo, q̄ saltem valebit vi tacite confessionis, vt dixi argumen. dictorum iurium. Vel vi taciti pacti, aut tacite conventionis, secundum q̄ not. glo. fin. in simili in sententia nulla, in l. 2. C. commu. vtriusq; iudi. At & tertio, videtur limitanda ex mente Innoc. in c. cum dilectus. §. de rescript. quando notarius plurima confecisset instrumenta, ita quod plurimorum versaretur interesse; secus si vnum, aut duo duntaxat confecisset; quo casu sentit, quod talia instrumenta non tenerent; & intellige licet non esset condemnatus de falso commissio in officio notariatus; sed aliter ex delicto infamante. Mouetur, per tex. in d. c. cum dilecta. §. de rescript. Hoc dictum primo in se non placet. Primo, quia iura, & rationes, quæ vendicant sibi locum in pluribus instrumentis, vendicant etiam sibi locum in vno instrumento, videlicet; quia retinet officium notariatus. Secundo, quia dictum Innocen. in se est falsum, & contra tex. 3. q. 7. c. infamis. §. tria. vers. verum. & l. 2. C. de senten. & interloc. omn. iudic. vbi causa fuit delegata seruo, qui putabatur liber; & dicitur ibi; quod sententia valet, licet postea detegatur seruus; & tamen ibi non versabatur, nisi interesse duorum, aut vnius. Ad idem, l. 1. C. de testamen. De intellectu vero

ro. c. cum dilecta. dic. vt ibi per D. m. & Doct. ¶ Sed quæro, pone, q̄ notarius fuit condemnatus de falso commissio circa officium notariatus, puta; propter falsum instrumentum confectum inter T. & M. quæritur, vtrum illud instrumentum, propter quod fuit condemnatus de falso, probet inter partes? Sol. dic. secundum Bal. in l. 2. C. de fi. instru. & Bart. Ange. & Bal. in l. Lucius. ff. de infami. Inno. & D. Ant. in c. cau. sam. §. qui fil. sint legi. quod sententia lata contra notarium, talem, qualem præsumptionem facit, secundum Barto. in d. l. Lucius. Facit. l. 1. C. de fal. ¶ Sed quæro, pone, q̄ notarius nondum est condemnatus de falso, sed pendet iudicium contra eum, an possit instrumenta conficere? & videtur dicendum, q̄ non, per. l. reum. C. de procura. & l. diximus. ff. de excu. tuto. & l. fundi. & l. fundum. ff. de except. ¶ quia ¶ pendencia idem operatur, q̄ sententia, vt ibi, & ff. de libe. cau. l. qui de libertate. Sol. ego arbitror contrarium. f. q̄ possit, per. l. chirographis. §. fina. ff. de administ. tuto. & l. furti. §. fin. & l. 2. §. miles. ff. de infami. Item, quia licet non possit ad noua officia aspirare pendente tali iudicio, vt in iuribus primo loco allega. tamen videtur posse exercere antiqua. Nec obstat tex. C. de suscip. tuto. l. eum. & In l. eo. §. si quis. quia ibi interest tutoris, seu pupilli. Vide Bar. in l. quod si forte. §. 1. de solu. Honestius tamen faceret, si abstineret; & vide Bar. in l. Barbarius. prædicta. ¶ Quæro tertio, ¶ vtrum notarius condemnatus de falso, possit conficere instrumentum, de quo fuit rogatus ante condemnationem? & videtur dicendum, q̄ non, quia deficit fides. Sol. dic. q̄ potest, hoc tenet Bart. expressè in l. ad testium. §. 1. ff. de testa. quia delictum ipsius nõ debet nocere partibus, vt. ff. de infami. l. Lucius. Facit. l. 1. C. vt cau. post. pub. Bar. etiam tenet hoc in d. l. Barbarius. Nec obstat quod deficiat fides, quia ista fides mensurat ex præterito. ¶ Quæro, quarto, pone, q̄ notarius sit secrete condemnatus de falso commissio in officio notariatus; puta, per Episcopum in camera sua, vtrum valeant instrumenta postea per eum confecta inter ignorantes? & videtur dicendum, quod non; cum iste non sit amplius notarius. Facit quod nota. in l. Casius. ff. de sena. Est enim degradatus ab homine, & per consequens non debet valere, vt. d. l. si aliquid. C. de suscip. & arca. lib. 10. Facit. l. iudices. de dignita. lib. 12. & l. 2. C. de palati. eo. lib. 10. In contrarium facit; quia iste non desinit omnino esse notarius, vt. l. & si pluribus. ff. de autho. tuto. Item, quia sententia legis, quæ non est declarata ab homine, non priuat quem exercitio, vt not. in authen. de tabel. §. penul. ergo idem in occulta sententia hominis pari ratione. Solu. dic. vt per Bal. in repeti. d. l. Barbarius. vbi dicit, talia instrumenta tenere; & ita dicit se de facto consuluissè; & idem tenet in l. 2. C. de senten. & interloc. omn. iudi. quoniam talis sententia in prædictum publicum non tenet; cum ¶ non fuerit lata presentibus officialibus, aut honestis personis, nec publice, vt fieri debet; quia non debet ferri in secreto, vt not. in l. cum senten. C. de sen. & interlo. omn. iudi. & vide Spec. in tit. de instru. edi. §. restat. vers. quid si tabellio perdit officium. & Azo in summa in ¶ authen. de fide instru. ¶ Quæro quinto, pone, q̄ aliquis Rex, qui in suo regno vèdicat sibi ius imperia-

le, decernat instrumentum, vel attestaciones valere in eo quod veritatem continent, non obstante quod in aliquibus falsa contineant, an valeat tale decretum? Io. And. i additio Spec. §. instrumentū. vers. qd si aliqd. dicit, q̄ omissa disputatione veritatis ipsorum, de quo scripsit aliquid in. c. cū te. de re iudi. q̄ tale decretum non valet; quia etiā factū ab Imperatore nõ valeret, non citata parte, cuius ius toleretur, vel lēderetur, vt. l. 2. C. si contra ius vel vti. pub. tamen tale decretum Regis potest interpretari secundum ius commune. f. in falsitate circa extrinseca, quæ non vitiant. Facit. l. si quando. C. de inoff. testa. & §. de elect. c. cum ecclesie. & de rescrip. c. cum adeo. ¶ Quæro, sexto, pone, ¶ duo sunt notarij simul adhibiti ad conficiendum instrumentum, & vnus est priuatus officio tabellionatus, vtrum valet tale instrumentum? Sol. dic. q̄ sic, propter illum notarium, qui est authenticus. Hoc tenet Bal. in repe. l. Imperator. ff. de sta. homi. per. l. si quis argentarijs. §. 1. ver. quid enim. ff. de eden. & qd ibi not. Bar. per reg. vtile. de reg. iur. lib. 6. ¶ Quæro septimo, quid si talis notarius damnatus copiat instrumentum boni notarij, & bonus se subscribit, an valeat instrumentum? Bal. in d. repeti. l. Imperator. tenet, q̄ sic, & idem etiam Bar. in d. l. si quis ex argentarijs. §. fin. ¶ Vltimo circa prædictam materiam ¶ quæro, quidam ¶ notarius fuit damnatus pp falsitatem commissam in officio notariatus, & ob eam causam iuit ad partes remotas, vbi non erat nota condemnatio, & plura confecit instrumenta, an valeant? Sol. dic. q̄ non; quoniam mandatum conficiendi instrumenta, quod prius habebat, erat funditus reuocatum, & erat omnino falsus notarius. Hoc tenet Bar. in l. 2. ff. de manu. vindic. Nec obstat. l. Barbarius. quia quidam sunt in statu inualido, qui tamen possunt valitari, vt in seruo qui potest effici liber, & possessionem libertatis acquirere ad validitatem gestorum per eum, mediante publica utilitate; quidam verò sunt in statu, ita q̄ nec iure, nec in quasi possessione esse possunt; sic est notarius condemnatus de falso modo prædicto; quoniam talis non potest vnquam in possessionem tabellionatus reponi, ex eo q̄ quoties se ingerit tali officio, totiens committit falsum, vt. l. eos. §. qui se. ff. de fal. Nec obstat. quod not. in authen. de tabellio. §. 1. in glo. quæ incipit, hic est argm. quia ibi loquitur quando tabellio perdit officium per sententiam legis, non hominis, & sic remanet bonæ famæ, secus est in casu nostro, vt in prædicta. l. si aliquid. C. de suscip. & arca. & not. in authen. de arbit. §. fin. in glo. Facit quod not. in l. vniuersos. C. de decurio. lib. 10. & sic ex prædictis habes expeditam hanc notabilem, & quotidianam materiam à Doct. nostris in diuersis locis non benè expeditam. ¶ Glo. in princ. format casum, deinde format contrarium, quod dupliciter fortificat, & soluit; & in fi. colligit argm. In eadem, ibi, nec sunt recipienda, dic secundum Hosti. & Io. And. f. tanquam authorizabilia; possunt tñ recipi vt rōnabilia; & sic possunt concordari contraria glo. nostræ. In eadem, ibi, Origenis. dic. ¶ aliqui dicunt Origenem excusabilem; quia hæretici ad offuscanda dicta sua quædam hæretica interferuerunt dictis suis, fm quod tradit Hosti. in c. a nobis. 2. de sen. ex com. Hanc tñ excusationem reprobat Hieronymus in epistolis, eo maximè, quia Par. j. FF ij ¶ Euse.

† Eusebius, & Didimus, eius retractauerunt errores. Idem tamē Hierony. fatetur aliquos dicere per eius pessimos discipulos aliqua admixta, sed nō omnia. Et remittit tandē hic Io. And. ad librū historiarum, lib. 12. & 7. seq. In fi. glo. dic. & de hac materia latius in reg. accessorium. de reg. iur. lib. 6. ¶ Vltimo Inno. hic, & Io. And. latē tractant, vtrum sacramenta recepta ab hæretico ignoranter, conferant essentiam sacramenti, & dicunt, q̄ sic; & quod non solum conferunt essentiam, sed etiam gratiam. Nam & Iudas fuit hæreticus. i. q. 1. c. eos. & tamen baptizauit, & tenuit baptismus. i. q. 1. c. Christus. Ego de hac materia dicam latius in c. 1. j. de schismat.

C A P. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus instituens extraneum, vel consanguineum hæreticum, seu Paganum, etiam post mortem excommunicatus est. Et quid si ignoranter, nu. 9.
- 2 Paganis, vel hæreticis etiam consanguineis, nihil in testamento relinqui potest.
- 3 Episcopus extraneum, consanguineis præferre non debet, eum instituendo.
- 4 Hæretico consanguineo, an potius subueniendum sit, quā extraneo fideli.
- 5 Oyandum non est pro his, qui in mortali peccato decesserunt.
- 6 Papa hæreticus, non est inter Summos Pontifices nominandus.
- 7 Beneficiatus potest in testamento de suo patrimonio ad libitum disponere.
- 8 Paganis, & Iudæi equiparantur.
- 10 Ignorantia probabilis excusat.
- 11 Anathema non solum non est sepeliendum, sed exhumari debet si sepultus sit.
- 12 Testamentum sumit vires post mortem testantis.

Si quis episcopus.

Legitur duobus modis, sed s̄m veriore intellectione. h. d. † Eps instituens extraneum, vel et consanguineū hæreticū, seu paganum, et post mortem excōicatus nominatur; hoc est, de hæresi damnatur; & vt faciat ad titulum, quia ex hoc præsumitur hæreticus. h. d. ¶ Not. primo, q̄ pagani, seu hæreticis et cōsanguineis non debet aliquid in testamento relinqui. Secūdo not. q̄ Episcopus non debet extraneū præferre consanguineis instituendo; & sic facit ad. q. vtrum potius sit subueniendum consanguineo hæretico, q̄ extraneo fideli. Vide remissiones quas dedi in c. in nonnullis, & c. cum sit. de iudæ. Vltimo not. arg. ex fi. tex. q̄ † pro decedentibus in peccato mortali non est orandum. Facit, 13. q. 2. c. p. obeuntibus. 24. q. 2. c. placuit. Nam iste tex. debet intelligi secundum Host. & Io. And. secundum consuetudinem quorundā locorum, in quibus nomina Eporum defunctorum scribuntur in quodā libro, & in die obitus eorum fit ad Deum pro eis oratio. Vnde isti nō debent

6 recitari inter sacerdotes. Simile dicimus de Papa hæretico, qui non debet inter Summos Pōtices nominari, secundū Hug. 19. dist. c. Anastasius. ¶ Glo. 1. sentit contrarium de. c. requisisti. de testa. vbi Episcopus potest instituere extraneos, glo. fortē huius i more contrarij ponit casum, dicens, quod debet intelligi de extraneo hæretico; deinde glo. infert, & postea reddit rationem ad tex. & vltimo loco limitat prædicta. In eadem, ibi, & sic repete illam adiectionem, hæreticos. dic. ex hac glo. colligitur quartus intellectus ad tex. nostrum, vt intelligatur de Episcopo instituente extraneos hæreticos; secus si institueret catholicos, quia ex hoc non deberet damnari, vt probatur in c. requisisti. de testa. & iste intellectus communiter approbatur per Doct. Quidam tamē intelligunt tex. simpliciter, & indistincte, vt Eps instituens extraneos etiam non hæreticos, debeat damnari, quia eo modo instituendo, est præsumptio, qd non dilexerit ecclesiam; sed iste intellectus non placet; quia potuit instituere extraneum amicū, & indigentem. Item ecclesia non erat indigens. Præterea † beneficiatus potest in testamento disponere de suo patrimonio ad libitum, dummodò non instituat personas prohibitas, 12. q. 1. c. si quid. & ideò pl<sup>o</sup> placet primus intellectus. Pro quo facit tex. in c. seq. qui et loquens de materia eadem, solum facit mentionem de hæreticis, & paganis. Glo. 2. colligit ex tex. In fi. dic. sic etiam † parificantur Paganis Iudæis, vt. c. cum sit. tit. 1. ¶ Glo. fi. in princ. allegat concordantia; deinde format contrarium, & sol. In fi. dic. sed nonne præsumi debet istum potuisse penitere in vltimo mortis articulo, & per consequens non debet damnari. Sol. dic. quod quanquam hoc poterit esse, tamē ecclesia non admittit, nisi appareant aliqua signa; & hoc propter detestationem criminis, secundum Io. And. & D. Ant. dic. vt trad. 88. dist. c. neq. Extra glo. quæro, pone, quod † Episcopus ignorabat istum hæreticum, quem instituit, vtrum habeat locum tex. no ster? Sol. dic. quod non, nam requiritur scientia, quia † probabilis ignorantia esset excusata, vt. c. ad apostolica. de cleri. excom. minist. & c. 2. eod. tit. lib. 6. secundum Io. And. hic. ¶ Vltimo quæro, quid intendat tex. dum dicit, etiā post mortem. Sol. dic. quod ne dum † in vita anathema dici, & per consequens non sepeliri; sed etiam si esset sepultus, debet exhumari, secundum Io. And. qui allegat. c. sacris. de sepul. dummodo possint discerni eius ossa, vt in prædicto. c. sacris. Tu dic. quod tex. potest intelligi, quod saltem post mortem anathema dici debet; 12 quia ante dici non potest; cum † testamentum sumat vires post mortem, nisi diceret, quod per detestationem criminis, etiam ad die facti testamenti, in quo tales hæredes instituit, possit dici anathema, propter eius nunc apparentem voluntatem, licet possit illam mutare; & hoc denotat verbum, instituerit. postum hic in tex.

C A P. V I.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispositio loquens de Episcopis, an, & quando extenditur ad clericos.

- 2 Episcopi, & generaliter omnes clerici prohibentur extraneis, vel consanguineis non catholicis, aliquid relinquere.
- 3 Episcopus catholicum etiam extraneum instituere potest.
- 4 Verbum, conferant, adaptatur tam ad actum inter viuos, quàm ad vltimam voluntatem.
- 5 Extraneo hæretico, nedum patri, matri, aut fratri in necessitate subueniendum est.

17 Dictiones, solum, & tantum sunt dictiones negatiue.

Cum Christus.

In eos. Loquitur de eadem materia, de qua. c. præced. & quod ibi dictū fuit de episcopis, extenditur hic ad præbyteros, & alios clericos. Et sic not. q̄ dispo sicio loquens de episcopis regulariter, non vendicat sibi locum in alijs clericis, nisi fiat extensio per legi slatorem. ¶ Secundo not. quod † Episcopi, & generaliter omnes clerici prohibentur aliquid relinquere extraneis, vel etiam consanguineis, non catholicis; & sic patet, q̄ hæc prohibitio fit solum modò non catholicorum. † catholicum ergo etiam extraneum instituere potest, vt. s. dixi. Et aduerte, quia Doct. videntur intelligere hunc tex. in vltima voluntate. Mihi tamē videtur, q̄ debet intelligi tam inter viuos, quàm in vltima voluntate. Nam tex. noster loquitur per † verbum, conferant, quod adaptatur etiam ad actus inter viuos. Est ergo conclusio ad eos, qui catholici non sunt, nec inter viuos, nec in vltima voluntate; & ita intelligit gl. nostra in princ. & bene. ¶ Gl. 2. format. q. & sol. In eadem, ibi, ne perirent famæ. dicit, not. bene hæc glo. & idem not. glo. in c. 1. 3. o. dist. quando † digitur magna necessitas instat, subueniendum est patri, vel matri, vel fratri, vel etiam extraneo hæretico, vel alteri non catholico. Facit ad id quod dixi in c. ad hoc. s. de iudæ.

C A P. V I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Christus fuit verus Deus, & verus homo. Et hominis habuit essentiam. nu. 4.
- 2 Homo verus ex quibus consistet.
- 3 Homo non dicitur, qui ratione caret.
- 5 Christus compositus ex duabus naturis.
- 6 Christiani quos articulos fidei scire tenentur; & an explicitè, vel implicitè; & an ignorantia eos excuset.
- 7 Christum non esse verum hominem ante hunc. c. tenentes, an essent excommunicati.
- 8 Constitutio disponens idem, q̄ ius naturale, trahitur etiam ad præterita. & nu. 14.
- 9 Papa, an possit facere nouos articulos fidei.
- 10 Articulus fidei quot modis accipitur.
- 11 Symbolum apostolorum omnes Christiani explicitè scire tenentur.
- 12 Prælati, leges quomodo scire debeant.
- 13 Constitutio. c. huius tam ad præterita, quàm ad futura extenditur; & est communis opin.
- 14 Verbum, de cetero, extenditur solum ad futura.
- 15 Statutum disponens idem, q̄ antiqua constitutio disponebat, trahitur ad præterita, etiam si loquatur per verba sonantia noue constitutionis editionem.
- 16 Apostoli auctoritas, 2. ad Philip. ibi, In similitudinem hominis factus; et habitu inuentus, vt homo. declaratur.

¶ Christus fuit verus Deus, & verus homo, & sentiēs cōtrariū hæreticus est, & excōicatus. h. d. ¶ Noto primo, q̄ † verus homo consistit ex anima rationali, & humana carne; sine quibus non dicitur verus homo, concordat. c. in quadam. s. de celebr. mis. & vide tex. in c. cōmunitas. de poenit. dist. 2. per Archid. 13. q. 2. c. 3. & vide gl. 27. q. 1. c. si homo. quæ vult, quod † nō dicatur homo, si caret ratione. Vnde not. dicit tex. in auth. de mona. in prin. q̄ ille qui non facit decetia creaturæ rationabili, non homo, sed potius bestia appellandus est. ¶ Secundo not. q̄ † Christus nō solum habuit habitum hominis, sed veram essentiā hominis; ergo † compositus ex duabus naturis, diuina. & humana, vt. c. 1. & 2. s. de sum. trini. ¶ Glo. quærit, quare tenēs Christum non verum hominem sit hæreticus; & soluit, & bene. Et subdit † quosdam articulos fidei, quos tenentur scire Christiani, & an explicitè, vel implicitè. In fi. glo. dic. & de hac materia qualiter laici, & clerici debeant credere; & an sit in eis ignorantia excusabilis, si nesciunt explicitè articulos fidei, vide Inno. & Io. And. in rubr. de sum. trinita. in fi. Extra glo. quæro, † vtrum tenentes ante hanc constitutionem Christum nō verum hominē, essent excommunicati. Sol. dic. q̄ sic, secundum Io. And. & Hosti. quoniam † hæc constitutio tanquam disponens super iure naturali, & diuino, trahitur etiam ad præterita, vt. c. cum tu. de vsur. & quod traditur in c. fi. de constitu. Alan. tamen, & Vincen. per hanc literam notabant, q̄ † Papa potest facere nouos articulos fidei. Ex quo videbatur inferendum, quod hæc constitutio non deberet trahi ad præterita, quod tamen verum fatebantur secundum vnam acceptionem articuli, hoc est, secundum illam, per quam nunc oporteat credere, quod prius non oportebat credi. Est enim sciendum, quod † articulus fidei sumitur tripliciter, vno modo strictè, alio modo largè, & alio modo largissimè. Strictè, quando necessariò credi debet; vnde faciens talem articulum non dicitur aliquid de nouo facere, vt hic; quia talis articulus nunc est, semper fuit, & erit; & sunt tales articuli, sicut strictè sumuntur in simbolo Apostolorum, Credo in vnum Deum & c. quod † symbolum omnes Christiani explicitè scire tenentur, de consec. dist. 4. c. quos. Largius verò sumitur articulus, quando comprehendit cum præmissis, diffinitiones factas per Rom. Pontificem, vel per Concilia, qualis est ille, Tres personas coequales, & c. & alia plura, de quibus traditur. 15. dist. c. 1. 2. & 3. de consecra. dist. 4. c. penul. & fin. & sufficit scire huiusmodi articulos implicitè; quia leges scrutabiliter, & non transitorie scire tenentur. 38. dist. c. omnes. & voluit hic glo. & de his latius in rub. de summa trini. largissimè verò sumitur articulus, secundum quod respicit omnem veram sententiam circa fidem, & nōdum diffinitam; & in hac acceptione licet dubitare de articulo fidei nondum diffinito, sicut de iam diffinitis licuit dubitare ante diffinitionem, per tex. 24. dist. c. dixit Apostolus. & de ratione secundum Par. j. FF iij Doct.



Doct. ponitur exemplum in visione diuina per no-  
nam constitutionem Benedicti, quæ incipit, benedi-  
ctus Deus. Ad quæ vide Spec. in titu. de lega. §. nunc.  
verfi, sed contra. Est ergo conclusio communis \* Do-  
cto. + quod iste tex. etiam respiciat præterita, cum  
hic fumatur articulus fidei strictè, secundum primū  
modum. Sed contra oppo. ego, & videtur, q̄ non res-  
piciat præterita; nam tex. noster loquitur per + ver-  
bum, de cætero. ergo videtur solum ad futura exten-  
di, vt not. glo. in verfi. de cætero. in prohemio. 6. &  
glo. in verfi. de cætero. in. c. licet, & c. procurator. de  
elect. lib. 6. tex. in. c. ad audientiam. 2. §. de rescript.  
Io. And. in. c. contingit. 2. j. de senten. excom. Sed po-  
tes dicere, quod prædicta iura, & glo. intelligantur, &  
limitantur secundum. c. nostrum, videlicet; nisi fie-  
ret constitutio super eo, quod est iuris diuini, & na-  
turalis; quoniam in casu prædicto, licet in constitu-  
tione ponatur verfi. de cætero. tamen ad præterita  
refertur. Vide quæ scripsi in clem. 1. in glo. in verfi.  
de cætero. de elect. Facit, quia + statutum disponens  
super materia, de qua per antiquam cōstitutionem  
idem erat dispositum, extēditur ad præterita, etiam  
si loquatur per verba sonantia editionem nouæ con-  
stitutionis, vt not. glo. in verfi. censemus. in clem. vni-  
ca. de concess. præb. & glo. penul. in clem. fina. de reb.  
eccle. non alien. Pau. in. c. 2. de vit. & honest. cler. glo.  
in decret. 1. de cleric. non residen. ¶ Vltimo quero,  
quid mouebat istos, dicentes Christum non verum  
hominem. Sol. quidam dicunt, q̄ per id, q̄ dicit Apo-  
stolus ad Philip. c. 2. In similitudinem hominis fa-  
ctus, & habitu inuentus vt homo. vnde dicebant, q̄  
Christus assumpsit humanam formam, vt habitus, &  
potius continebatur sub prædicamento habitus,  
quàm essentia. Sed isti malè dicebant, vt hic. Nec  
oblat + autoritas Apostoli; quia & humana essen-  
tia, & forma habet habitum horum, nec habitus ho-  
minis denegat essentiam, immò potius concedit; ni-  
si vbi habitus adiungatur cum dictione includente  
negationem; videlicet habet + solum, vel tantum ha-  
bitum horum; quia tunc benè negatur essentia; quia  
tales dictiones sapiunt negatiuam, vt. c. cum eccle-  
sia. §. de cau. possess. & propria.

C A P. V I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Receptatores, & fautores hereticorum, pari pœna puniuntur.
- 2 Orationes, oblationes, & indulgentia morientibus in hæresi, & excommunicatione non prosunt.
- 3 Priuilegium perditur ratione delicti.
- 4 Negotium cum heretico, & excommunicato nullus habere debet.
- 5 Priuilegia omnia, etiam spiritualia, generali priuilegiorū mentione tolluntur.
- 6 Receptantes hereticos ad sepulturam, qua pœna puniuntur.

Sicut ait. Heretici, receptatores, & fautores eorum sunt excommunicati, & dece-

dentis in hoc peccato, in cimiterio ecclesie sepeliri non debent, nec pro eis orari debet. ¶ Not. primo, quod + receptatores, & fautores hereticorum pari pœna puniuntur. ¶ Secundo not. quod + morientibus in excommunicatione, seu hæresi, non prosunt orationes, vel oblationes, aut indulgentiæ; imò nullo modo + pro decedentibus in peccato mortali orandum est, vt dixi in. c. si quis. §. eo. nec sunt in cimiterio sepeliendi. ¶ Tertio not. quod + per delictum priuilegium perditur, vt hic in glo. 3. ¶ Quarto not. quod + cum heretico non debet quis negotium habere, nec cum excommunicato. 1. q. 3. c. licet. & seq. ¶ Vltimo not. secundum Hosti. + per generalem mentionē priuilegiorum, tolli omnia priuilegia cuiuscunque sint tenoris, etiam si spiritualia sint. Aduerte tamen, quia in hoc debet attendi tenor priuilegiorum, de qua materia dic, vt traditur in. c. cum instantia. §. de cens. & latius per Io. And. in. c. 1. de excess. præla. lib. 6. ¶ Glo. 3. colligit illud, quod dixi in tertio tab. ¶ Extra glo. quero, quia litera nostra facit mentionē de partibus Tolofanis; quid de hereticis aliorum locorum? Sol. dic, secundum Hosti. & Io. And. quod iste tex. est canon lata sententia. Sed quero, quid vult tex. dum dicit, quibuscūque. Sol. dic, quod Io. And. ponit exemplum in templarijs, & hospitalarijs. ¶ Vltimo quero, qua + pœna puniantur receptantes tales ad sepulturam contra hanc prohibitionem. Sol. dic, quod excommunicationis pœna, de qua in. c. 2. eo. tit. lib. 6.

C A P. I X.

S V M M A R I V M.

- 1 Hereticus qui.
- 2 Index ecclesiasticus contra quemlibet cognoscit de hæresi; & si est clarum, etiam inferior, aliàs secus.
- 3 Capitulum sede vacante succedit in iurisdictionibus. & nu. 20. & 41.
- 4 Heretici omnes sunt excommunicati.
- 5 Conuictus de hæresi, degradatus, traditur curiæ seculari.
- 6 Degradationis forma, qua sit, & qui interuenire debeāt. remissiuè.
- 7 Pœnitentia quo ad pœnam in delictis, non admittitur, secus in hæresi.
- 8 Heretico ad fidem redeunti, vt remittatur pœna mortis, que requiruntur.
- 9 Hæresis crimen est merè ecclesiasticum.
- 10 Purgatio indicitur ex sola suspitione hæresis, in qua deficiens, puniuntur vt conuictus.
- 11 Relapsus in hæresim, an, & quando audiendus non est. & nu. 29.
- 12 Principes seculares propter hæresim, per iudicem ecclesiasticum dignitatibus, & honoribus priuantur.
- 13 Ciuitas, & vniuersitas possunt delinquere, & puniri.
- 14 Exempti, si in aliquo casu subiiciantur iurisdictioni ordinarij, tunc ordinarius non vtitur potestate ordinaria, sed delegata. & nu. 31. & 32.
- 15 Lex quandoq; in crimine hæresis delegatam dat iurisdictionem. & num. 32. & 33. Quod tamen intellige, vt nu. 38.

- 16 Res de facili ad suam naturam reuertitur. & nu. 36.
- 17 Consuetudo Romane ecclesie, quando seruanda.
- 18 Canonici, an veniant clericorum appellatione, & quid in materia odiosa. nu. 19.
- 19 Clericus depositus, an clericali priuilegio gaudeat.
- 20 Index laicus, quando possit in clericum suam iurisdictionem exercere.
- 21 Clericus actualiter depositus, an conficiat corpus Christi.
- 22 Priuilegium. c. si quis suadente. 17. q. 4. non conceditur ratione solius characteris.
- 23 Hæresim abiurare, quando quis compelli causatiue possit.
- 24 Animo libero, & obstinato imperari non potest.
- 25 Audientia in 13. casibus denegatur. Et quid importent hæc verba, audientia denegatur. nu. 28. & an tribuant dilatoriam; & an parte non opponente, iudex possit repellere. ibidem.
- 26 Ecclesiam gremium redeunti non claudere, quomodo intelligatur, in relapso in hæresi.
- 27 Exemptus ratione delicti, an amittat priuilegium exemptionis, vt possit per proprium diocesanum puniri. remissiuè.
- 28 Iurisdictione concessa episcopis contra exemptos, an ordinaria, vel delegata. & nu. 14.
- 29 Iurisdictione delegato expirat morte. Quod tamen intellige, vt nu. 38.
- 30 Iurisdictione generalis, & vniuersalis presumitur ordinaria.
- 31 Effectus, non verba sunt consideranda.
- 32 Iurisdictione, qua conceditur a lege, in dubio censetur ordinaria.
- 33 Verba, vbi sunt clara, cessat coniectura.
- 34 Coniecturis locus est in incertis, non in certis.
- 35 Episcopus licet habeat iurisdictionem delegatam, per quam potest visitare moniales exemptas; tamen capitulo, sede vacante non competit.
- 36 Capitulum sede vacante potest procedere contra hereticos cum inquisitore, vel conuictore, vt solus procedat.
- 37 Capitulum quando succedit episcopo, dicitur eius vicem supplere.
- 38 Electus, & confirmatus, nondum tamen consecratus, an possit contra exemptos iurisdictionem exercere.
- 39 Priuilegium respectu concedentis, est latè interpretandū; & secundum ius commune. Et idem respectu eius cui conceditur. nu. 47.
- 40 Interpretatio strictè fieri debet, quando de tertij preiudicio agitur.
- 41 Pœna restringenda, non amplianda sunt.
- 42 Commissio non semper strictè interpretanda, & quando.
- 43 Statutum, q̄ filius masculus excludat feminam ab hereditate paterna ab intestato, ex parte filij, est fauorabile, & idè extendendum; quod ad feminam verò odiosum, & idè restringendum.
- 44 Prælati, licet renuntiando, vel alienando non possit solus sine capitulo ecclesie preiudicare, nisi in his, quæ sūt parui preiudicij; tamen fallit, si taliter faciendo rediretur ad ius commune.
- 45 Statutum contra ius commune latissimè interpretandum, & sub nu. 52.
- 46 Episcopi appellatione in iurisdictionibus, venit ele-

- 47 Electus, & confirmatus, licet nondum consecratus, contra nu. 59.
- 48 Territorij appellatione, quandoq; continetur diocesis.
- 49 Abbati, si commissæ est administratio ecclesie cathedralis ex delegatione, eosdem ordines, quos Abbas potest, conseruare poterit.
- 50 Filius non debet portare iniquitatem patris.
- 51 Papa electos, & confirmatos, nondum tamen consecratos, non episcopos, sed electos vocat.
- 52 Papa est ordinarius omnium.
- 53 Extensio, vbi ex identitate rationis etiam in exorbitantibus fit, non dicitur propriè extensio, sed comprehensio.
- 54 Verbum vnum, vt conueniat rebus, & personis, quibus adiungitur, potest intelligi directè, & obliquè. Et propriè, & impropriè propter subiectam materiam accipitur. nu. 64.
- 55 A delegato Papæ, ad ipsum Papam appellatur.
- 56 Dubium, & difficultas si occurrat, in eo q̄ fit autoritate Papæ, recurri debet ad Papam.
- 57 Appellatio ad maiorem, non ad minorem fieri debet.
- 58 Mandata odiosa, non debent suas species excedere.

Ad abolendam.

Hereticus malè sentiens, vel malè docens de sacramentis ecclesie, excommunicatus est; & si conuictus se non correxerit, & errorè suū abiurauerit; si clericus est, degra detur, & tradatur curiæ seculari, per quæ etiā laici puniuntur; & eadem est pœna suspectis de hæresi, si se non correxerint, & relapsis omnino audientia denegatur; seculares Principes, qui inuolunt de ecclesia contra hereticos defendenda, excommunicantur, & Episcoporum terræ interdiciuntur. Ciuitates verò idem facere resistentes commercio aliorum, & episcopali dignitate priuantur, & exempti in huiusmodi casibus proprijs subsunt episcopis; hoc dicit. Et nouem sunt partes principales, quæ de se patent. ¶ Not. primo, quod + non solum qui malè sentit de articulis fidei, qui ponuntur in symbolo. & c. firmiter. §. de sum. trinita. est hereticus. Sed etiam qui malè sentit de sacramentis ecclesie, vt de corpore Christi. De erroribus circa hoc, traditur de consecra. dist. 2. per totum. de baptifmate traditur, de consecra. dist. 4. per totum. de confessione traditur. j. de pœnitent. & remiss. & de matrimonio, in. c. debitum. §. de biga. & de alijs tribus sacramentis, videlicet; ordine, confirmatione, & extrema vnctione, traditur per Io. And. §. in rubr. de sacra. non iteran. Hosti. in sum. eo. titu. ¶ Secundo not. q̄ + de crimine hæresis iudex ecclesiasticus non solum cognoscit contra clericos sibi subditos; sed etiam contra exemptos, & laicos; & si delictum est clarum, cognoscit etiam inferior; si verò dubium solus Papa, vt. c. maiores. de baptif. 24. q. 1. c. quotiens. ¶ Tertio not. q̄ + in iurisdictionibus succedit capitulum sede vacante, de quo in iuribus allegatis hic in glo. 2.

¶ Quarto not. q̄ + omnes heretici sunt excommunicati, vt. c. præced. & c. excommunicamus. j. eod.

¶ Quinto not. quod + licet quis sit conuictus de crimine, non tamen est statim tradendus curiæ seculari. Par. j. F F iij ri, sed

6 ri; sed prius degradatur. Et de forma degradatio-  
nis, & qui debeant interuenire, vide.c.nouimus. j.  
de verb. signific. & c. i. & c. degradatio. de pen. lib. 6.  
7 ¶ Sexto not. qd licet in delictis quo ad penam non  
admittatur penitentia, vt. l. qui ea mente. ff. de furt.  
8 tamen secus est in hæresi. ¶ Septimo not. qd ad hoc  
vt hæretico ad catholicam fidem redeunti indulgea-  
tur quò ad penam mortis, duo requiruntur; scilicet,  
qz spontè, & qz incontinenti abiuret errorem suum; si  
alterum ergo deficit, non indulgetur. Et vltra hæc  
duo, additur tertium; scilicet, qz publicè abiuret er-  
rorem suum, secundum arbitrium proprii episcopi.  
Item quartum; videlicet, quòd de peccato faciat con-  
gruam satisfactionem per penitentiam, & aliam pe-  
nam pecuniariam sibi indicendam. vt. c. vt commif-  
fi. eo. tit. lib. 6. & per Io. de Ligna. in clemen. ad no-  
stram. eo. tit. ¶ Octauo not. ex vers. laicus. qd crimè  
9 hæresis est merè ecclesiasticum; adeò qd iudex laicus  
etiam contra laicum cognoscere non potest, vt. c. vt  
inquisitionis. §. prohibemus. eo. tit. lib. 6. laic⁹ enim  
solam executionè habet contra hæreticos facta de-  
gradatione, & traditione, & relicta executione iu-  
dici seculari, vt. d. c. vt officium. & c. cum secundum.  
10 eo. tit. ¶ Nono not. ex vers. quia verò. qd ex sola su-  
spitione hæresis indicitur purgatio, in qua deficiēs,  
punitur, vt conuictus; & indicitur hæc purgatio ad  
arbitrium superioris. Et sic preparatur bonus mo-  
dus conuincendi suspectos de hæresi, vt indicatur  
purgatio. ¶ Decimo not. ex ver. illos quoque. quòd  
11 ¶ relapsus in hæresim non debet audiri, licet iterum  
velit abiurare. Et procedit hoc secundum Doct. etiã  
si tempore primæ abiurationis, crimen hæresis non  
fuerit plenè probatum, vide quòd traditur in. c. ac-  
cusatus. eo. tit. lib. 6. ¶ Vndecimo not. ex ver. statui-  
12 mus insuper. qd ratione delicti ecclesiastici, princi-  
pes etiam seculares, & laici possunt priuari peccle-  
siasticum iudicem dignitatibus, & honoribus secu-  
laribus, etiã ab Imperatore habitis, & inhabilitari  
circa acquirendos. ¶ Duodecimo not. ex vers. ciui-  
13 tas. qd ciuitas, & vniuersitas possunt delinquere, &  
puniri; dic, vt dixi latè in. c. dilectus. §. de symo.  
¶ Vltimo not. ex fine, argumentum pro, & contra,  
14 qd vbi non obstat priuilegio exemptionis, ¶ ex-  
cepti subiiciuntur in aliquo casu iurisdictioni ordi-  
narij, quòd talis ordinarius in hoc non videtur vt  
ordinaria potestate, sed delegata, hoc videtur pro-  
15 bari hic. Et habes ex hoc casum, in ¶ quo lex dat  
iurisdictionem delegatam. In contrarium facit  
tex. in quantum dicit, in hac parte, & hoc expri-  
mit, quòd vtantur iurisdictione delegata, quasi sen-  
16 tiat, quòd secus esset si hoc non esset expressum. Et  
non est mirum, quia res de facili reuertitur ad na-  
turam suam. 35. dist. c. ab exordio. & l. si vnus. §. pa-  
ctus ne peteret. ff. de pact. & de hoc. j. in fi. ¶ Glo. 1.  
17 declarat tex. In fi. dic, quòd ¶ in his, quæ pertinent  
ad fidem, debemus tenere quòd tenet Ro. ecclesia.  
In his autem, quæ non pertinent ad fidem, debemus  
seruare illud quod mandat Roma. ecclesia. Sed ces-  
sante mandato, si Ro. ecclesia aliquid consuetudine  
seruat, non tenemur illud seruare, vt not. glo. in ver.  
docuit. in. c. vni. de sum. trinita. lib. 6. 12. dist. c. no-  
uit. de consecra. distin. 4. in. c. doctina. ¶ Glo. 2. col-  
ligit argumentum, & remittit. In eadem, ibi, penes

capitulum. dic, vult ergò glo. coniuncto tex. quòd  
18 ¶ appellatione clericorum veniant canonici. Quòd  
19 ¶ an procedat in dispositione odiosa, vide D. m. in  
rub. de vit. & honest. cleri. & traditur in. c. 1. eo. tit. In  
20 fi. glo. dic, de ¶ hac materia, ad quem deuoluatur iu-  
risdictio mortuo prelato, vel eo impedito, tractat  
hic Inno. D. m. & Doct. & tractatur in. c. cum olim.  
de maio. & obed. & c. illa. & c. fi. §. ne fed. vacan. & c.  
vnico. §. ne fed. vacan. lib. 6. ¶ Glo. in vers. preroga-  
tiua. arguit pro opin. Ala. & tenet contra opin. Vgu.  
quam declarat. In fi. glo. dic, distinguitur clarius secun-  
dum Doct. qd aut clericus deponitur verbaliter, aut  
21 actualiter. Primo casu, ¶ depositus priuilegio gau-  
det clericali, & quò ad forum, & quò ad. c. si qs sua-  
dente. 17. q. 4. vt. c. diatum. §. 1. distin. 3. traditur in. c.  
cum non ab homine. §. de iudi. Vbi hoc limitatur,  
22 nisi daretur incorrigibilitas, vt hic dicit glo. Nam  
tunc ¶ iudex laicus possit contra talem exercere iu-  
risdictionem, secundum verum intellectum. d. c. cum  
non ab homine. Secundo casu, dic, qd incontinenti  
perdit priuilegium, probatur in. c. degradatio. de  
23 pen. lib. 6. Sed an ¶ talis conficiat corpus Christi. Io.  
And. ibi in nouel. tenet, qd sic, & Archid. de consecr.  
distin. 2. c. quid sit. & communiter \* Doct. quia talis  
retinet characterem. Et sic ex prædictis videtur in-  
24 ferendum, qd ¶ priuilegium cano. si quis suadente. nò  
conceditur ratione solius characteris; quia si pro-  
pter hoc concederetur, retineretur etiam post de-  
gradationem. ¶ Glo. in vers. relinquatur. sentit con-  
trarium, qd quis non sit tradendus curiæ seculari; &  
soluit, qd illud est regulare. Quòd fallit in quibusdã;  
& in fi. format duas quæstiones, & soluit remittendo. In  
fi. dic, de hoc articulo, vt dicam in. c. nouimus. j. de  
verb. signi. & traditur latius per D. m. in. c. cum non  
ab homine. §. de iudi. ¶ Glo. in vers. sponte recurrere.  
dat contrarium, & soluit. In eadem, ibi, postquam  
25 est condemnatus. dic, quòd ¶ quis potest causatim  
compelli abiurare hæresim ante condemnationem  
per commutationem penæ corporalis, & spoliatio-  
nis bonorum, & similit. sed post condemnationem nò  
potest amplius compelli, nec corrigi, vel reprehendi;  
26 quia ¶ animo libero, & obstinato imperari non  
potest. 47. distin. §. neesse. ¶ Glo. in vers. laicus. ibi,  
per ecclesiam condemnandi. dic, vt dixi. §. in. 2. &  
8. notab. In fi. dic, licet. D. m. hic tractet qua pen-  
sint puniendi hæretici, tamen ego dicam in. c. ex-  
communicamus. j. eo. ¶ Glo. in vers. audientia. opo-  
ponit, & soluit. In eadem, ibi, in nomine domini.  
27 dic, habes ergo hic casum, in quo ¶ denegatur audi-  
tia. Sunt etiam alij casus, ex quibus quosdam ponit  
hic Io. And. Secundus ergo casus est in intruso, vt. c.  
in nomine domini. 23. dist. & 3. q. 1. §. patet. Tertius  
in schismatico. 23. q. 5. c. non vos. Quartus, in eo, qui  
recipit ecclesiam de manu laici. 16. q. 7. si quis. Quintus,  
cum prelatus inferior excommunicat Summum  
Pontificem. 21. dist. c. in tantum. Alios posuit Gul.  
Na. in. c. dilectus. §. de temp. ordi. & recitat hic Io.  
And. Sextus ergo est, cum quis est sibi contrarius, vt  
. d. c. dilectus. & c. literas. §. de præsumpt. Septimus,  
cum quis appellat contra canonum prohibitionem.  
§. de iure patro. c. fi. de appell. c. pastoralis. in princ.  
2. q. 6. c. nò solent. Octauus, cum quis discedit à suo  
propósito. 27. q. 1. c. si cultos. & c. si homo. Nonus.

cum quis allegat turpitudinem suam, vt. j. de dona.  
c. inter dilectos. ff. rer. amot. l. Marcellus. de quo ibi.  
Decimus, cum quis est contumax, & petit sibi iusti-  
tiam ministrari, vt. l. fed & fi. §. si dum decreto. ff. ex  
quib. cau. maio. Vndecimus, in illo penes quem lu-  
dus exercetur prohibitus, qui non auditur aduersus  
rapinam, furtum, damnum, & iniuriam sibi illatam,  
vt. l. 1. ff. de aleato. Duodecimus, in excommunicato  
agente, vt. d. c. nò vos. & j. eo. c. excommunicamus.  
Tertiusdecimus, in eo, qui est in manifesta calu-  
28 mnia, vt. l. postquam. in fi. ff. de peti. hared. Et ¶ quid  
importent hæc verba, audientia denegetur, & an tri-  
buant dilatoriam, & si pars non opponit, qd non de-  
beat audiri pars aduersa, an iudex possit repellere?  
vide quòd dixi in. c. nulli. §. de accu. vide Inno. in. c.  
quia frustra. j. de vsur. In eadem glo. in fi. dic, de hoc  
articulo, vt habetur in. c. super eo. eo. tit. lib. 6. Nam  
29 ¶ relapsus in hæresim auditur dūtaxat, quò ad sacra-  
menta proficua ad salutem animæ. Vnde quòd di-  
30 citur, qd ¶ ecclesia non claudit gremium redeunti, in-  
telligitur prædicto modo. Secus quò ad penas cor-  
porales. ¶ Glo. in princ. declarat. deinde colligit  
argumentum, & probat. In eadem, ibi, quòd non est  
31 verum. dic, de hoc articulo, vt ¶ exemptus ratio-  
ne delicti amittat priuilegium exemptionis, vt pos-  
sit per proprium diæcesanum puniri, vt traditur in  
c. tuarum. in glo. de priuile. per Io. Mon. & Io. And.  
post eum. in. c. episcoporum. de priuileg. lib. 6. per  
Pau. in clem. dudum. de sepul. & clem. 1. de sent. ex-  
com. Hosti. in summa in tit. de priuileg. §. qualiter.  
vers. sed quid si exemptus. dixi latè post Guil. & Io.  
de Imo. in clem. 1. de off. ord. & latius dicam in. d. c.  
tuarum. j. de priuileg. In fi. glo. dic, circa materiam  
principij glo. nostræ, & tex. nostri hic in fi. Doct. tan-  
gunt tres quæstiones notab. Prima est, an hæc iurif-  
dictio concessa Episcopis contra exemptos sit ordi-  
naria, vel delegata. Secunda, an capitulum sede va-  
cante succedat in hac iurisdictione. Ego addo ter-  
tiam, an electus, & confirmatus, nondum tamen cõ-  
secratus, possit hanc iurisdictionem exercere. Quar-  
ta, secundum Doct. an in casibus, in quibus proce-  
ditur hac authoritate, appellandum sit ad summum  
Pontificem, an verò possit appellari ad proximum  
32 superiorem. Quò ad ¶ primam quæst. Io. & Bernar.  
in. c. irrefragabili. §. ceterum. §. de off. ordi. tenent  
33 hanc esse ordinariam. Mouentur; ¶ quia si esset dele-  
gata expiraret morte, vt. c. gratum. & c. licet. & c.  
quoniam. §. de off. deleg. sed hæc iurisdictione non ex-  
pirat morte, igitur & c. Et hoc videtur sequi Hosti.  
34 qui dicit, quòd cum ¶ hæc iurisdictione sit generalis, &  
vniuersalis, censenda est ordinaria, argu. l. cum præ-  
tor. ff. de iudi. Nec obstat, quòd tex. noster fuerit vsus  
his verbis, videlicet; tanquam à sede Apost. delega-  
tis; quia hoc fecit Papa ad placadõ exemptos. Nec  
35 test fienda vis in verbis, sed in effectu, vt. c. commif-  
sa. de electio. lib. 6. & l. 2. in fi. C. commu. de lega. Et  
pro hac opin. facit; quia clarum est, quòd diæcesani  
de iure communi etiam in tales iurisdictionem ha-  
bebant, vt. c. 1. de off. ordi. 16. q. 1. c. nullus. Si ergo  
ex priuilegio exemptionis, talis iurisdictione fuit eis  
sublata quò ad exemptos. 16. q. 1. c. frater. & postea  
est eis restituta, intelligitur ordinaria, sicut prima.  
Facit. c. quamuis. de rescript. in. 6. Item facit, quia

36 res ¶ de facili reuertitur ad naturam suam, vt statim  
dicam in. 3. quæst. Et facit quòd not. in. c. cum acces-  
sissent. §. de constit. & quòd not. de beneficio reno-  
uato, in clemen. literas. de rescript. Item facit, quia  
iurisdictione istius Episcopi iuuatur primordio ordi-  
nariæ iurisdictionis. Facit. l. cum filius. §. hæres. ff. de  
37 lega. 2. Item facit, quia cum ¶ hæc iurisdictione de-  
tur per viam legis; ergò in dubio censetur ordina-  
ria, vt. c. cum ab ecclesiarum. §. de offic. ordi. nor. in  
. c. suspensionis. §. de off. delega. Vincen. verò præcisè  
tenet contrarium; scilicet, quòd sit delegata, licet  
Innocen. alternatiuè, & dubitatiuè loquatur; & di-  
cit, quòd speciale est in hac iurisdictione, quòd non  
expiret morte. Et hæc opinio videtur magis place-  
re Io. And. hic. Mouetur; quia magis amicitur literæ,  
dum dicit, tanquam à sede Apostolica delegatis, & c.  
Subdit tamen, quòd non est verum, quòd sit specia-  
le, quòd non expiret morte; quia imò procedit de  
iure communi; quia isti non sunt delegati Papæ, sed  
sedis Apostolicæ, quæ non moritur, vt. c. si gratiosè.  
de rescript. lib. 6. Facit etiam, quia talis ¶ delegatio  
38 non fuit facta personæ, sed dignitati episcopali; er-  
gò non expirat morte Episcopi, vt. d. c. quoniam.  
Nec obstat secundum D. m. quòd in effectu habeat  
ordinariam, & lex nò debet esse imposta verbis & c.  
quia etiam, quò ad hoc, est differentia, vt dicam in  
4. quæstio. Non obstat aliud, quòd hæc iurisdictione  
debeat reuerti ad naturam suam, quia secundum D.  
Ant. & voluit Io. And. illud est verum, quando fie-  
ret reditus per viam restitutionis, per quam reinte-  
gratur in iure antiquo. vt. l. quod si minor. §. restituo.  
ff. de mino. Non obstat tertium argumentum,  
secundum D. Ant. quia illud procedit, quando iu-  
risdictio simpliciter daretur à lege; sed hic exprimi-  
tur, quòd sit delegata. Et hanc opinionem sequitur  
39 hic D. Anto. & D. m. Pro qua facit, quia ¶ vbi ver-  
ba sunt clara, non est necessaria coniectura, vt. l. ille  
aut ille. §. cum verbis. ff. de legat. 3. & l. si alij. ff. de  
40 vsufruc. legat. quia ¶ in incertis, non certis locus est  
coniecturis, vt. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verb. obl.  
Vnde arbitror, qd secus esset, si Papa simpliciter ali-  
cui Episcopo, vel Episcopis commisisset iurisdictionem  
in exemptos exercendam in certis casibus; dū-  
tamen loquutus fuisset per nomina dignitatis. Vtra-  
que tamen opin. esset satis sustentabilis, & pro vtraq;  
possent alia plura allegari, quæ collige ex his, quæ di-  
cam in. 3. q. Quò ad secundam quæst. Io. Mona. in. c. 1.  
de maio. & obed. lib. 6. & ibi etiam refert Io. And.  
41 dicit, quòd in casu. c. nostri, & in ¶ quolibet alio, in  
quo Episcopus habet generalem iurisdictionem,  
etiam delegatam, capitulum succedit in illa, per. c.  
1. in fi. de præben. lib. 6. Sed dicit Io. And. quòd pa-  
rum facit; quia aliud est dare delegatam super ex-  
ptos, vt hic, & aliud iubere Episcopum aliquid non  
facere, etiam ad petitionem exemptorum, vt ibi;  
tunc enim nihil delegatur, sed officium eius instrui-  
tur, seu excitatur. Facit. §. de off. ordi. c. licet. Vnde  
dicit Io. And. quòd videtur tenendum contrarium,  
quòd talis iurisdictione non ad capitulum, sed ad suc-  
cessorem transeat, vt. d. c. quoniam. §. de off. delega.  
Subdit tamen, quòd iurisdictione, quam habet con-  
tra alios subditos hæreticos transit; quia illam  
habet vt ordinarius, vt hic in principio. Et in hoc  
resident



resident D. Ant. & D. m. Tu dic, q̄ hanc opinionem videtur tenere Lap. in. d. c. 1. §. de maio. & obed. Vnde dicit, q̄ licet Episcopus habeat iurisdictionem delegatam à iure, per quam potest visitare monasteria monialium exemptarum, vt clem. attendentes. de sta. mona. tamen capitulum vacante sede non poterit visitare. Pau. in clem. 1. de hæreti. nititur concordare opin. vnde vult, q̄ opinio Ioan. Moder. habeat locum in iurisdictione delegata generaliter à iure; secus in specialiter delegata Episcopo, licet sub nomine dignitatis. quo casu debet procedere opinio. Io. And. secundum eum; & hanc opinionem tenet hic Io. Cald. quam probat per tex. nostrum, iū cta clem. 1. eo. titu. vbi patet, quòd capitulum sede vacante potest procedere cum inquisitore contra hæreticos, vel consentire, vt solus inquisitor procedat, & loquitur indistinctè; ergo debet intelligi, q̄ poterit procedere etiam contra hæreticos exemptos, vt poterat Episcopus. Aliàs sequeretur, q̄ inquisitor hæreticæ prauitatis non posset procedere sede vacante contra hæreticos exemptos; quia per se non posset, nec capitulum consentire, quòd esset valde præiudiciale fidei catholicæ. D. Domin. de sancto Gemin. in. d. c. 1. dicit, quòd volens tenere opin. Io. And. posset allegare, q̄ capitulum sede vacante non supplet vicem Episcopi, nisi in casibus à iure permisis, vt. c. 2. §. ne sed. vacan. Cum ergo, nec in casu nostro, nec in casu visitationis, de qua. §. reperitur expressum, q̄ capitulum succedat, ergo & c. Præterea, † quando capitulum succedit, dicitur supplere vicem Episcopi; sed in casu nostro si succederet, nõ suppleret vicem Episcopi, sed Papæ; nam vt dicit hic glo. Episcopus hoc casu cognoscit vt Papa, & ita pronuntiat; ergo non potest capitulum succedere. Nec obstat ratio Io. Cald. quia posset inquisitor interim capere, & arrestare, & carcerare tales hæreticos sede vacante, & sic cessabit præiudicium. Nec obstat quòd dicit glo. in. d. c. 1. §. de maio. & obedi. q̄ capitulum est successor Episcopi; ergo sicut poterat Episcopus, ita debet posse capitulum; quia respondetur, q̄ non est propriè successor, vt probat tex. in. c. quia sapè. §. de elect. sed Episcopus subrogatus est propriè successor. Vtraque opinio posset faciliter sustineri, & multa ex istis argumētis, & maximè distinctio Pau. faciunt ad decisionem præced. quæst. & ad decisionem huius quæst. faciunt quæ ad dicam in seq. quæst.

¶ Quo ad tertiam principalem quæst. † vtrum electus, & confirmatus, nondum tamen consecratus possit dictos exemptos punire. Aduertendum est, q̄ hanc quæst. in notabilioribus terminis disputauit, & respondit nobilissimus, atque doctissimus D. Guilielmus Sica fiscalis præpositus Valentinus, & incipit disputatio, A Sacrosanctè, & est tertia in ordine. Terminus autem quæst. fuit iste; facta concessione Episcopo Senen. quòd posset punire exemptos criminosos notoriè Senensis territorij, vtrum electus, & confirmatus, nondum tamen consecratus posset illos punire; & pro parte affirmatiua feci septem arg. Primum, ex validitate delegationis. Secundum, ex verbis. Tertium, ex intentione delegantis. Quartum, ex qualitate causæ delegatæ. Quintum, ex qualitate interpretatiua delegationis. Sextum, ex rationibus. Septimum, ex autoritatibus. Nam pro dicta

sententia videtur facere autoritas glo. in clē. vnica. in ver. episcopi. §. de fo. compe. & glo. & Doct. in. c. verum. §. de fo. compe. in versi. consecratus. & in clem. 2. de rescrip. & quod traditur in clem. pen. de sent. excom. & in clem. vnica. de baptif. fo. And. in. c. cum ex eo. de elect. lib. 6. in nouel. in glo. super ver. episcopi. & D. Domi. ibi. Pro parte verò negatiua similiter facio septem argumenta. Primum, ex intentione. Secundum, ex verbis. Tertium, ex qualitate causæ delegatæ. Quartum, ex qualitate interpretatiua delegationis. Quintum, per rationes. Sextum, p. tex. Septimum, per autoritates. Nam pro hoc videtur facere autoritas gl. in versi. quamuis. in clem. 1. de pœn. & quod ibi tenet Pau. Steph. Zenze. Guil. & Io. de Imo. & ad idem facit glo. in versi. Pontificum. in clem. 2. de celeb. miss. quā etiam sequuntur ibi Pau. Guliel. & Io. de Lign. & Io. de Imo. Tertio facit autoritas D. Ant. & Io. de Imo. in clem. 2. de rescri. qui volunt, quòd illa clem. habeat locum in vicario electi, & confirmati in Episcopum. Quibus arg. formatis pro decisione. Primo præmissi, quam iurisdictionem haberent ordinarij contra exemptos delinquentes, de quo articulo dixi. §. per remiss. & dicam. j. in. c. tuarum. de priuile. Secundum, an delegatio, seu commissio prædicta esset censenda fauorabilis, & sic amplianda; an verò odiosa, & sic restringenda, circa quæ dixi quinq; consideranda in dicta commissio. Primū, persona committentis. Secundum, persona eius, cui fit commissio. Tertium, personæ eorum, contra quos fit commissio; & hoc dupliciter, vno modo, respectu exemptorum diocesis Senen. Secundo modo, respectu exemptorum territorij Sen. In quo plures continentur dioceses. Quarto, respectu diocesanorum territorij Sen. Quinto, respectu causæ delegatæ, seu commissæ. Quo ad primum, non est dubium, q̄ dicta commissio cõsetur fauorabilis; quia respectu concedentis priuilegium est latè interpretandum; & secundum ius commune, vt. c. ex parte. 1. j. de ver. bo. signi. & c. dilecto. eo. tit. & l. si quando. C. de bo. vac. lib. 10. & l. 1. ff. de constitut. princ. Quo ad secundum, respectu eius cui fit commissio, dicendum est, q̄ dicta commissio est fauorabilis, & late interpretanda; quia quo ad ipsum, cui conceditur, videtur beneficium; & sic latè interpretandum. Hoc voluit Io. And. & Doct. in. c. fi. de fymo. & probat in. c. is cui. de præb. lib. 6. & voluit Pau. in clem. ne Romani. §. 2. de elect. Facit quod not. Compost. in. c. 2. de elect. Quo ad tertium, videlicet; quātum ad personas, contra quos fit commissio, dicendū est, quòd respectu exemptorum, aut territorij Senen. & non diocesis Senen. videtur potius odiosum; quia continet subditos alterius diocesanij subiectos, contra quos Episcopus Senen. ante commissionem non poterat iurisdictionem exercere, nec de iure communi, nec speciali, vt dixi in. 4. arg. pro parte negatiua; sed quo ad exemptos diocesis Senen. aliud videtur dicendum; vt scilicet, dicatur fauorabile. Quo ad quartum, de personis diocesanorum territorij Senensis, & non diocesis Senensis, videtur dicendum, quòd fit stricta interpretatio fienda, vt minus præiudicetur iuri tertij, per. c. quamuis. & c. si propter. de rescript. lib. 6. & quod not. in. c. quamuis de præben. lib. 6. & l. 2. §. meritò. & §. si quid à principi. pe. ff.

pe. ff. ne quid in loco pub. ergo debet fieri interpretatio, vt minus laedat ius diocesanorum, & sic stricta. Et si tu diceres, q̄ imò non videtur præiudicari alijs diocesis; quia tales exempti non suberant illis diocesis, sed Papæ; potest responderi, q̄ licet subessent Papæ; nihilominus sunt de Diocesis Episcoporum, in quibus sunt ecclesiæ, seu loca, & clerici exempti, vt not. glo. in versi. earum parte. in clem. vnica. de fo. compe. & probatur in. c. episcopus. de offi. ordi. lib. 6. traditur per Doct. in. c. abbatem. §. de rescript. glo. in versi. anni. in clem. 1. de excess. prælato. & per Guil. & Lap. in clem. 2. de rescrip. Vnde saltem videtur continere iniuriam proprij diocesanij, vt alteri extero committatur punitio, potius quam proprio Episcopo. Facit clem. 1. de suppl. negl. præla. & clem. pen. de senten. excom. & tex. noster in fi. & maior iniuria videtur esse, si Episcopus alienus nondum consecratus hoc posset, quàm Episcopus proprius, & consecratus; & ad hoc naturalis ratio nõ inclinatur. Quo ad vltimum. l. quintum, videlicet; respectu causæ delegatæ, videtur prima fronte dicendum, quòd talis commissio cõtinet punitioem, & pœnæ sunt restringendæ, non relaxandæ, vt. c. in penis. de regu. iur. lib. 6. & l. factum cuique. §. in pœnalibus. ff. de regu. iur. & in. §. pœnæ. de pœnitent. distinct. 1. Sed hic aduertendum arbitror, q̄ si ex alio capite tale mandatum nõ esset strictè interpretandum, non video in casu prædicto, quare sit strictè interpretandum. Nam hic nos non agimus de pœna nouiter imponenda, aut amplianda, vel in duriorē partem interpretanda; sed solum de pœna, an ratione dictæ commissionis non consecratus possit punire. Fuit enim commissum Episcopo Senensi, q̄ puniret simpliciter, vel dignis pœnis afficeret; non autem noua, aut duriori, aut ambigua pœna. Ad hoc dicendum moueor, per. d. reg. in penis. & exempla ibi. tradita per glo. & Doct. Quæ omnia tendunt ad effectum, vt pœna, atenta ambiguitate in tempore, modo, conditione, quantitate, qualitate, & simil. fiat interpretatio in benigniorem partem; & ideo probant alia iura supra allegata, quare ex hoc capite non arbitror, quòd hæc commissio sit strictè interpretanda. Et ex prædictis infero, q̄ non omnis commissio est strictè interpretanda; sed considerandæ sunt causæ, & aliæ qualitates, de quibus supra, secundum quas, quandoq; erit amplianda in totum, quandoq; restringenda, quandoq; ex vno capite amplianda, & ex alio restringenda. Nec hoc videatur tibi absurdum, nam hoc singulariter voluit Bal. in. l. 2. C. de in ius vocan. vbi vult, q̄ statutum, per quod filius mafculus excludit filiam sceminam ab hæreditate paterna ab intestato, ex parte filij, qui vocatur, dicitur fauorabile; & ideo ampliandum; ex parte verò sceminæ, quæ excluditur, dicitur odiosum, & sic restringendum. pro quo vide quæ latius dixi in fi. dictæ dispensationis. Prædictis itaque explicatis, in decisione dixi, q̄ si dicta commissio fuisset facta Episcopo Senensi, q̄ puniret exemptos Diocesis suæ; tunc electus, & confirmatus, licet non consecratus, posset istos exemptos punire. Moueor; quia talis commissio ex parte committentis latissimè est interpretanda, vt dixi. Secundo, ex parte eius, cui committitur,

tum quia vñ beneficium, tum quia reuertitur ad naturalem iurisdictionem suam. Tertio, ex parte eorum, contra quos commissio dirigitur, contra quos etiam iurisdictione redit ad naturam suam, & ad ius commune; ergo lata interpretatio fienda. Ad quod vide gl. singularem, quam tene menti, in ver. numerandum. in. c. statutum. de præb. lib. 6. Facit. 35. dist. c. ab exordio. & l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. & l. sed cum patrono. ff. de bon. poss. & l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. Nam repetunt proprios queq; recurfus, redituq; suo singula gaudent. Ad idem alleg. qd in simili not. Doct. in. c. pen. super gl. fi. §. de præscri. vbi dicitur, q̄ licet prælatus renuntiando, vel alienando, non potest solus sine capitulo præiudicare ecclesiæ, nisi in his, quæ sunt parui præiudicij; tamen fallit si renuntiando, vel alienando rediretur ad ius commune, per. c. 1. & fi. de pact. lib. 6. Ad idem facit qd singulariter tenet Fede. cõf. 89. in fi. & quod not. gl. in fi. in clem. sapè. de verb. sig. Facit etiā quòd dicimus, q̄ statutum, qd est contra ius commune, est latissimè interpretandum, etiam impropiado verba, si per talem impropiationē redimus ad ius commune, vt traditur in. c. cum dilectus. §. de consuet. & in materia extensionum per Moder. in. l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. Cum ergo ex prædictis rationibus, & iuribus dicta commissio sit late interpretanda; ergo electus, & confirmatus in Episcopum poterit dictos exemptos punire. Nam appellatio Episcopi in iurisdictionibus venit electus, & confirmatus; licet non consecratus, vt in iuribus, & autoritatibus. §. p. parte affirmatiua adductis. Si verò esset facta commissio, prout fuit in terminis prædictis; videlicet, q̄ Episcopus Senen. puniret exemptos territorij Senen. in quo sunt plures dioceses. Hoc præsupposito, q̄ taliter sit facta commissio, q̄ comprehendat oēs dioceses; nã fortè alijs facta simpliciter commissione p. verbum territorij, intelligeremus solum de diocesis; cum † territorij appellatione quādoq; diocesis cõtineatur; & maximè in simi. materijs. 16. q. 7. c. omnes basilicæ. licet latius accipiatur in. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sig. hoc præsupposito, dico, quòd circa exemptos diocesis Senen. idem dicendum est, quòd dixi in præced. q. & maximè per autoritates primo loco alleg. Facit etiā quòd singulariter dicit D. Domi. in. c. is cui. de elect. lib. 6. vbi vult, quòd si administratio ecclesiæ cathedralis est commissa abbati ex delegatione, poterit conferre ordines, quos potest conferre abbas, fm qd traditur in. c. cum contingat. §. de eta. & qualit. quia abbas hoc potest ex propria virtute, vt ibi. & 69. dist. c. quoniam. & quando hoc non potest, contingit ex defectu, non quo ad habitum potestatis, sed administrationis, & iurisdictionis, vt. c. abbates. in fi. de priuile. data ergo administratione, & iurisdictione, hoc potest; & ita in casu nostro, maximè cum ex nulla parte respectu exemptorū propriè diocesis, non possit dici odiosa. Ad autoritates vero secundo loco alleg. rñdetur; & primo ad autoritatem gl. clem. 1. de pen. qd ibi materia erat penalis, odiosa, & præiudicialis, non solum principaliter delinquentibus, sed mandantibus, ratificantibus, socijs, consiliarijs, fautoribus, defensoribus, & posteris, qd deterius esse videtur, & contra communem regulam diuinam, naturalem, & ciuile, & canonicam,

quia tales non sunt suspensi, sed suspendendi. Magis largè dicuntur schismatici omnes excommunicati. 1. 1. q. 3. c. cum excommunicato. Largissimè, omnis qui est in peccato mortali. 1. q. 1. sacerdot. 24. q. 3. apostolicè. Et secundum prædicta, concordant iura in hac materia variè loquentia. f. gloss. 2. 24. q. 1. in sum. Vgu. 7. q. 1. deniq. & glo. 24. q. 1. non afferamus. & Arch. 24. q. 3. inter schisma. Vbi dicit post Rayne. & Goffred. quòd sicut hæreticus debet abiuurare, vt vidistis in. c. abolendam. & c. pen. s. titu. 1. ita schismaticus debet promittere satisfacere mã datis ecclesie, & recipi cum manus impositione, secundum not. 24. q. 3. didicimus. & c. pudenda. & c. schisma. & quod not. Archid. in. d. c. deniq. 7. q. 1. Et ita potest intelligi text. 4. q. 1. c. 2. Et prædicta not. tanquam peregrina, & intacta per Doct. & vide Beatum Thomam. 2. 2. q. 39. artic. 1. ¶ Vltimo circa hæc rubricam quæro, an ¶ schisma sit maius peccatum, quàm infidelitas, seu hæresis, vel idololatria? Et videtur, quòd grauius sit schisma; nam pro mensura peccati, debet esse & pœnarum modus, vide quæ dixi in .c. cum dilecti. s. de accusat. in. 1. notab. & notatur in. c. vt clericorum. de vita & honest. cleric. & auth. vt frat. fil. collat. 9. Sed peccatum schismaticis grauius inuenitur punitum, quàm infidelitatis, vel idololatriæ. Legitur enim Exodi. cap. 32. quòd propter idololatriam sunt aliqui humana manu gladio interfeceri. De schismate legitur Nume. c. 16. quòd terra aperiens os, diglutiuit eos, & omnia quæ ad illos pertinebant, & viuentes descenderunt ad inferos operi humo. Et præterea decẽ ex tribus Israel, quæ vitio schismaticis a regno David recesserunt, grauisimè punitæ sunt, vt habetur Paralipome. c. 6. & 3. Regum. c. 12. & 7. q. 1. c. deniq. & ibi tener gloss. quòd sit grauius peccatum. Secundo probatur, quia sicut bonum multitudinis maius, & diuinius est, quàm vnus, vt de se patet, & per Philo. Ethi. primo. ita & maius delictum est offendere multos, quàm vnum. vt. l. athletas. §. 1. coniuicta. l. 1. ff. de infami. Et probatur per illud vulgatum, quòd ius publicum præfertur priuato. Sed schisma est contra bonum multitudinis; videlicet, contra ecclesiasticam vnitatem. Infidelitas verò contra bonum particulare vnus hominis; ergò & c. Tertio probatur; quia quod maiori bono opponitur; maius est malum, vt de se patet; & per Phil. Ethi. 8. Et probatur iure; quia sicut propositum est in proposito; ita oppositum in opposito. 9. dist. c. 1. Vnde dicimus, quòd ¶ cõtrariorum idem est iudicium; sed infidelitas opponitur fidei; schisma autem charitati; sed horum trium spei, fidei, & charitatis, maior est charitas, vt inquit Apostolus ad Corint. c. 13. In contrarium tamen facit. 3. 2. q. 7. quid in omnibus. Item facit, quia in præceptis decalogi primum est, Non adorabis deos alienos; ergo infidelitas maius est peccatum. Tertio probatur; quia illud delictum, quod se habet ex additione ad alterum, prius, vel potius est in bono, vel in malo; sed hæresis se habet per additionem ad schisma; quia omnis schismaticus sapit hæresim, & addit peruersum dogma, vt patet ex prædictis, & ex his quæ dixi in rubrica de hæret. ergo hæresis maius est peccatum; quia quod maius est, utiq; tantum est. Solut. dic. quòd grauitas ¶ peccati dupliciter

pliciter consideratur. Vno modo, secundum suam speciem, alio modo, secundum circumstantias. Circumstantiæ verò possunt variari ex infinitis modis; videlicet, ex contemptu, tempore, & loco, qualitate personarum, & simi. vt not. glo. magna. 24. q. 1. non afferamus. Sed cum simpliciter quæritur, an vnum peccatum sit grauius altero, consideranda est grauitas, secundum genus, seu speciem peccati, quæ species attenditur ex obiecto, vt. s. probatum est. Et ideò illud peccatum, quòd meliori bono opponitur, vel contrariatur ex suo genere, grauius est; infidelitas contrariatur Deo, & schisma proximo; ergo infidelitas est grauius, quia contra ipsum Deum, qui est veritas prima, cui fides innitur. Potest tamen contingere, qd̄ aliquis schismaticus grauius peccet, quam aliquis infidelis, vel propter maiorem cōtemptum, vel propter maius periculum, quod inducit, vel propter alias huiusmodi circumstantias. Vnde potest responderi ad primum argumētum, quòd ideò ibi magis fuit punitum peccatum schismatis; quia maiori contemptu fuit commissum, vt dicit gl. in. d. c. non afferamus. vel quia magis erat periculosum; quia tunc quod diuini non essent collendi cognitum erat per multa signa; & ideò non erat necesse nouas penas imponere; sed quòd Moyses deberet esse semper illorum Princeps, non erat cognitū; & ideò rebelles ipsius principatus opus fuit pœna insolita, & miraculosa afficere. Vel tertio, quòd grauius fuit punitum, vt multis crassantibus opus esset grauiori exemplo; quia populus ille erat tunc totus promptus ad schismata, & seditiones, vt. l. aut facta. §. pen. & fi. ff. de pe. & l. secularij. §. sunt quidam. ff. de var. & extraor. cri. Ad tertium argumentum respondetur, quòd illud procedit nisi bonum multitudinis ordinaretur ad aliud bonum extrinsecum, sed bonū ecclesiasticę vnitate ordinatur ad bonum bonitatis diuinæ; ergo infidelitas, quæ opponitur bonitati diuinæ, maius est delictum; quia propter quod vnumquodq; est, & illud maius est. Et similiter potest responderi ad vltimum argumentum; quia Charitas habet duo subiecta, vnum principale. scilicet bonitatem diuinam, & aliud secundarium. scilicet bonum proximi; cum ergo infidelitas opponitur principali obiecto, & schisma secundario; sequitur, qd̄ infidelitatis maius est delictum. Et prædicta not. ad cognitionem, an, & qualiter vnum delictum dicatur grauius altero, de materia autem huius rubricæ habetur. 1. q. 7. quod tenens. 7. q. 1. factus. 9. q. 1. ordinationes. 24. q. 3. inter. cum multis similibus.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Schismaticus dicitur heresiarcha; & quare.
- 2 Emens rem ecclesiasticam à schismatico, est ipso iure excommunicatus, nisi restituat. & nu. 5.
- 3 Emens verò rem ecclesiasticam a non schismatico, regulariter non est excommunicatus ipso iure, sed excommunicandus.
- 4 Empior rei ecclesiasticæ in casu reuocationis, de qua in hoc cap. contra alienatorem regressum habet.
- 5 Beneficium tenens a schismatico ipso iure excommuni-

catus est.

- 6 Schismaticus regulariter non est excommunicatus; Alij contra.
- 7 Puniri debet quis in eo in quo deliquit.
- 8 Schismaticorum gesta respectu spiritualium, & temporalium, an teneant, latè distinguitur.
- 9 Ordinis character imprimitur a Deo.

Quòd a prædecess.

nostro. irritæ sunt ordinationes, collationes beneficiorum, & ecclesiasticarum rerum alienationes factæ a schismaticis. Et a dignitate; & ordine suspenduntur, qui iurant tenere schisma. h. d. Diuiditur in quatuor partes, sicut quatuor sunt dicta. secūda, ibi, adijcetes. tertia, ibi, alienationes. quarta, ibi, illos verò. Noto primo, ibi, hæresiarcha, quòd schismaticus dicitur hæresiarcha, secundum Inno. Et hoc ideò; quia, vt dixi in rubrica, omne schisma sapit aliquam hæresim. Secundo not. casum, in quo emens rem ecclesiasticam, vel is in quem res ecclesiastica alienata est, est ipso facto excommunicatus, si ipsam non restituit, videlicet; quando emisit à schismatico. Regulariter verò talis non est excommunicatus, sed excommunicandus, vt. c. cōquæstus. §. de foro compet. secundum Io. And. Aduerte tamen; quia reuocata re alienata auctoritate huius canonis, ille in quem alienata fuit, habet regressum contra alienatorem, vt habetur in simili cōtra falsum tutorem, in. l. falsus. ff. quòd fal. tuto. secundum Vincen. & Io. And. Tertio nota, quòd tenens beneficium a Schismatico, vel inintens collationi, vel alienationi factę per schismaticum est excommunicatus ipso iure. Vltimo not. ex fi. iunctis præcedentibus responsis, arg. qd̄ schismaticus regulariter non est excommunicatus; quia si est excommunicatus in tribus casibus. c. nostri; ergo extra illos non videtur excommunicatus regulariter, arg. c. nonnè. §. de præsumpt. Præterea hic in fine dicitur, quòd fertur, sententia suspensionis contra iurantes tenere schisma; ergo cū imponitur hæc pœna specialis, non sunt excommunicati. Et per consequens si isti, qui iurant non sunt excommunicati; multo fortius non debent esse excommunicati illi, qui non iurant tenere schisma; sed solum adherent intruso. Et in hanc sententiã, quòd schismatici non sint regulariter excommunicati, videntur inclinare hic Doct. & Vgu. & Archid. 4. q. 1. c. 2. & 23. distin. c. in nomine Domini. propè fin. ibi, dum dicit excommunicatione damnatur, & sic per verbum futuri temporis. Inno. in. c. 1. de senten. excomm. tenet contrarium; & videtur sequi hic. D. Anto. qui finaliter concludit, quod aut est schisma cum hæresi, & non est dubium, per. c. excommunicamus. §. titu. 1. aut sine hæresi, & tunc capiendos schismaticos alijs modis quam propriè, & strictissimè, vt dixi. §. in rubr. tales non sunt excommunicati. 2. q. 1. c. multi. Nisi aliter ab homine, vel a iure excommunicentur; sed propriè capiendos, dicit. D. m. quod licet vigore huius constitutionis non sint excommunicati, tamen sunt excommunicati vigore constitutionis, de qua in. c. licet. §. de elect. vbi dicitur, quòd non tantum ipse, qui gerit se pro Papa subiacet ex-

communicationi, sed & adherentes. Per quæ verba intelligitur lata excommunicatio ipso iure, vt ibi not. Doct. & not. glo. in. c. 1. de iniur. lib. 6. D. m. in. c. aduersus de immu. eccl. Et hoc adde ad ea, quæ dixi in. c. Iudæi. 2. de Iudæ. Et meritò schismatici debent esse excommunicati; quia debet quis puniri in eo in quo deliquit, vt. c. literas. de temp. ord. cum ergò schismaticus peccet in duobus; immò quia separat se à communione membrorum ecclesię; ergò quo ad hoc conueniens pena est excommunicatio. Et circa hoc in contrarium, quod non sit conueniens pœna excommunicatio, vide tria argumenta per beatum Thom. 2. 2. q. 39. articulo. 4. vbi tandem concludit dignam esse pœnam excommunicationis. ¶ In fine glo. 1. dic. quòd isti Guido, & Octavianus fuerunt tempore Alexandri. 3. qui fuit Senensis, cuius tempore fuerunt duo schismatici, Calistus quartus. & Ioannes qui vocatus fuit Innocentius & omnes illi fuerunt excommunicati a dicto Alexandro. Glo. 2. sentit contrarium, & finaliter sol. dic. vt statim dicā. Gl. fin. format duas quæstiones, & sol. in fine dic. pro examinanda materia huius. c. & gl. D. Ant. psequit. 4. principales quæstiones. Prima est, qui dicantur schismatici, de qua dic. vt dixi in rubrica. Secūda est, an gesta schismaticorum respectu spiritualium teneant. Tertia, qui de gestis respectu temporalium. Quarta, quis possit dispensare cum ordinatis, vel beneficiis à schismaticis, & hanc vltimam tractabo in. c. seq. Circa secundam ergo quæstionem, dic. quòd aut loquimur in spiritualibus, quæ habent ultra gratiam sacramenti, executionem, vt est ordo. Aut sunt spiritualia in quibus tātum cōfertur gratia, & ultra eam non est aliqua executio fienda, vt in sacramento corporis Christi, cū similibus. Primo casu, dic. quod aut sunt schismatici, hoc est, excommunicati excommunicatione maiori, vel suspensi, vel alijs præcis, vel sunt schismatici strictè, & propriè, qui etiam sunt excommunicati; & tunc, aut in ordinis collatione non fuit ieruata forma requisita; & clarum est, quòd non imprimitur character. 1. q. 1. detrahe. not. in. c. 1. de baptis. Et secundum hunc modum potest intelligi text. noster. & sic ver. irritas, stabit propriè. Aut fuit seruata forma; & tunc, aut quis recipit ignoranter ignorantia probabili, & tunc confertur ordo, & ordinis executio, secundum Inno. quia tales erant occulti; quia tunc ordinis character imprimitur à Deo. 32. distin. in sum. §. porrò. Ratio est, quia indignitas ministri non obesse debet ordinato, qui non est in aliqua culpa. Hosti. dicit, quòd opin. Inno. est vera, quandiu illud est occultum; sed postquam patefactum fuerit illum schismaticum fuisse, requiritur dispensatio, etiam si totus orbis esset inuolutus; quia ex quo ordinantes non habebant executionem non poterāt conferre illam. Et ista opi. est tutior. Si verò quis sciēter recepit, tunc imprimitur character; sed executio non confertur; quia cum isti sint suspensi, seu præcis, non possunt dare quod non habent. Sed ordinem ideò consecit, quia illum habent, & à Deo imprimitur character. Si verò sunt schismatici largo modo; quia in peccato constituti, & tunc confertur ordo, & ordinis executio; quia licet propter peccatū sint suspensi, quo ad se, non tamen sunt suspensi quo ad alios, vt. c. vestra. de coha. cle. & muli. Et idem di-

endum de ordinato ab Episcopo excommunicato excommunicatione maiori; quia licet tales sint remoti à participatione, non tamen a collatione, vt traditur in. c. fin. 7. de cle. excom. min. Secundo casu principali, quando sunt talia spiritualia, quæ ultra gratiam nil habent; dic. quòd si ignoranter fuerunt recepta, tales recipiunt gratiam; nec requiritur dispensatio, vel penitentia. Secus si sciēter; quia hoc casu, licet recipiant sacramenta; tamen recipiendo peccant. Nisi reciperent in casu necessitatis, vel alijs casibus à iure permisis, vt traditur. 32. dist. §. verū. Circa tertiam quæstionē dic. quòd si erant schismatici, largè, vel tales qui non essent suspensi, vel præcis, gesta per eos tenent; quia peccatores non sunt suspensi ab administratione temporalium. Et idem dicendum est, si tales essent suspensi, vel præcis ab administratione spiritualium dumtaxat. Si verò erant suspensi à spiritualibus, vel temporalibus, vel schismatici strictissimo modo, & propriè; dic. quòd aut loquimur in gestis in damnum ecclesiæ, & talia non tenent. Quod est verum, nisi fuissent honorati; nam ratione publici officij, & communis erroris, debent tenere, si fuit seruata forma, & casus erat permissus, arg. not. in. l. Barbarius. ff. de offi. præto. Ecclesia tamen læsa posset petere restitutionem in integrum, vt. c. nihil. de elect. & c. veritatis. de dolo & contum. Aut sunt gesta in commodum ecclesiæ, & tenent; vt hic in glo. si. quæ vult, qd̄ potest approbare gesta in eius commodum, & reprobare in eius incommodum, quòd verum dicit Hostien. quando contractus fuerunt contracti cum diuersis, vel cum eodem; sed non connexi. Secus si essent connexi; quia tunc compeseretur commodum cum incommodo. Vnde vel in totum deberet approbare, vel reprobare; & sequitur hic. D. Ant. & D. m. Facit. l. etiam. ff. de mino. & l. si negotia. ff. de nego. gest. Tu vide tex. in cōtrarium, etiã in contractibus distinctis in. l. Caius. ff. de vfur. & l. cum quæritur. ff. de administ. tuto. Et de materia vide in. d. c. nihil. de elect. & D. Ant. in. c. consulta tionibus. de iur. patro.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Schismatici appellatione, venit schismaticus propriè, non largè.
- 2 Verba in dubio accipienda sunt in suo potentiori significato.
- 3 Dispensatio ex misericordia procedere debet.
- 4 Schismaticus confert ordinem, sed non executionem.
- 5 Verbum, potest, relatum ad iudicem pro forma, importat necessitatem. & nu. 11.
- 6 Afferens dispensationem debet illam probare; & quid in probatione dispensationis requiratur.
- 7 Ordinans sciēter indignum, an videatur dispensare, vbi latè hoc profertur.
- 8 Dispensatio qualiter sit probanda.
- 9 Confessio cui fieri debet.
- 10 Episcopus in quibus dispensare potest.
- 12 Schismaticis tempore, qualiter quis credere debeat. & cui adherere. nu. seq.
- 13 Mulier, & rusticus, an iuris ignorantia excusentur.

Fra-



**Fraternitati.**

Ordinatus à schismatico, est ab officio remouendus; nisi probet secum dispensatum per habentem dispensandi potestatem. h. d. primo, ponitur decisa consultatio. secundo, responsio, ibi, priorem. Noto primo, quòd ÷ appellatione schismatici propriè, & strictissimè venit schismaticus; nò autem schismaticus largè; nam verba ÷ in dubio sunt accipienda in suo potentiore significato. Probatur hic, quia ordinatus à schismatico largo sumpto vocabulo, habet ordinis executionem, vt dixi in c. præced. Secundo not. quòd ÷ dispensatio debet procedere ex misericordia; & sic debet adesse causa legitima; aliàs verò esset dispensatio. r. q. 7. nisi vigor. Tertio not. quòd ÷ schismaticus confert ordinem, sed non executionem; aliàs autem etiam facta dispensatione non haberet iste executionem. Quarto not. ibi, poteris repellere. quòd ÷ verbù, potest, quando refertur ad iudicem, pro forma, importat necessitatem; & ita singulariter voluit Bald. in l. Gallus in princ. ff. de liber. & posthu. ibi, posse, per l. r. c. de defertor. lib. 12. Sed melius facit iste text. Facit etià Goffre. in c. à collatione. de appella. lib. 6. Vltimo not. quòd ÷ asserens dispensationem, debet illà probare, ad quam probandam requiritur probatio potestatis dispensantis, vt not. in c. 1. de offic. leg. lib. 6. Et aduerte; quia si est prælatus, qui aliàs potestatem habeat de iure communi, sufficit tunc probare prælaturam. Si verò non habet, requiritur probatio concessionis potestatis dispensandi. Facit quòd not. in simili. in c. cù iniuria. de offi. deleg. & c. quod super his. de fide instr. ¶ Glo. r. c. quærit ÷ vtrum ordinans scienter indignum, videatur dispensare. & solu. quòd non, nisi exprimat. Deinde quærit, qualiter probetur dispensatio; deinde de vno effectu dispensationis. In eadem, ibi, expressa causa præsumitur. dic. idem tenet glo. in c. literas. de concess. præb. & Host. & Goff. & Inno. in c. veniens. de fi. præsb. Contrarium tamen videtur tenere idem Inno. in c. diuersis. de cler. coniug. & c. nostri. de elect. Io. And. hic dicit, quòd aut præcessit causa cognitio, & promouendo videtur dispensare. Aut non præcessit, & tunc secus; imò punitur promouendo indignum, vt c. quicumq;. & c. qui in alio. alleg. in glo. Allegat etiam not. in simili. in c. fin. de coniug. seruo. & c. vni. de æta. & qualita. lib. 6. Sed D. m. hic, contra hanc distinctionem allegat tex. cum ibi not. in c. præterea. de testi. cog. vbi cum infame promotus ad officium publicum ex sola promotione videtur facta dispensatio respectu infamie præterita; & hoc quando infamia erat publica, secundum Hostien. ibi, & videtur velle in d. c. qui in aliquo. § 1. distinct. Faciunt etiam not. in l. Barbarius. ff. de offi. præto. Vnde. D. m. pro concordia distinguit, quòd aut princeps promouit notoriè indignum, & videtur secum dispensasse; quia non alstringitur ad causam cognitionem præmittendam. Et hoc casu procedit. d. l. Barbarius. & simil. Aut loquimur in inferiore; & procedit distinctio Io. And. vide ad materiam gloss. in c. statutum. de rescript. lib. 6. Ego in hoc articulo aliter distinguerem; sed omitto, quia non est principalis materia tituli nostri. Sed dic de eo, vt traditur in dictis iuribus. Et

vide omnino quæ dixi in c. postulasti. de rescript. 2. q. prin. ver. 34. ibi, item arbitror aduerendum. Aliquid per Innoc. in c. super eo. de biga. Paul. in clem. fin. de sent. exco. per Doct. in c. 1. de constit. in 6. D. Oldr. q. 215. Io. de Imol. in l. quidam consulebant. de re iud. In ea. ibi, per testes. Not. ex hac glo. quòd non est ÷ credendum simplici verbo superioris auctoritatis se dispensasse, fm glo. 81. dist. qui sint. Que etià probat, quòd dispensatio probari potest per instrumentum. Facit. c. suæ. de cler. percuss. In eadem glo. ibi, confiteatur episcopo in secreto. Dic, not. hanc gloss. quæ vult, quòd ÷ non sufficit confiteri, nisi illi qui potest in illo peccato dispensare. In eadem, ibi, adhuc potest accusare. Dic, aduerte; quia hæc gloss. non potest intelligi in vera dispensatione; sed in dispensatione per viam sententiæ, prout gloss. sentit. Vel in vera dispensatione occulta, quæ probari non potest; vnde perinde est, ac si non esset facta quo ad effectum gl. licet quo ad se sit tutus. Facit. l. duo sūt Titij. de testam. tute. vide quæ dixi in c. de his. §. de accu. vers. quandoq; & quarto. & vers. quandoq; & quinquagesimo. primo. ibi, ex eo quòd dicit. dic, & hanc tenuit Philip. quia ÷ episcopus regulariter non potest dispensare, secundum eum nisi in casibus à iure expressis, de tempo. ordina. c. dilectus. In fi. gloss. dic, quòd aut nos loquimur in spiritualibus, seu sacramentis, quæ nò expectant post se aliam executionem, vt corporis Christi, & simil. & potest simplex sacerdos dispensare, per viam poenitentię. Aut in sacramentis requirentibus post se executionem, & dic, quòd in episcopali solus Papa dispensat, vt c. quia diligentia. §. de elect. Et idem in dignitate exempta, vt c. cum venerabili. de cõsue. & c. penul. & fin. de renun. In inferioribus verò distingue, quòd aut quis recepit ordinem scienter, aut ignoranter ignorantia supina, & solus Papa dispensat. Aut ex ignorantia probabili, & dispensat episcopus. Sicut dicimus in c. 1. de ordin. ab episc. qui renun. epi. Dummodò talis episcopus non fuerit in culpa, talem schismaticum ordinando. Extra glo. opp. Doct. in eo, quòd tex. dicit, quòd archiepiscopus iste poterit ordinatum ab officio repellere; videtur enim, quòd non solum potest, sed quòd debeat; quia ordinatio fuit irrita quo ad executionem, vt c. præceden. & innitens tali ordinationi est excommunicatus, vt ibi. Solu. duplex, secundum Doct. Vna, quòd contrarium est verum; & ideò dū tex. dicit, poteris, debet suppleri, & debes. Secunda Solu. est, quòd ideò poterit; quia potest nò velle, secum dispensando. Et hæc sol. videtur tenere, quòd episcopus potest dispensare. Vel dic, & tertio, ÷ quòd verbum, poterit, accipitur secundum subiectam materiam, secundum quam, quandoq; importat voluntatem, vt not. Archid. l. distinct. in c. quantum. & traditur in l. non quidquid. ff. de iudic. Vltimo pro complemento huius materiæ; quia sumus in tempore schismatico, quæro, ÷ tempore schismatici qualiter quis credere debeat? de quo pluries fui consultus, Bald. in l. cum status. C. de ordi. cogni. dicit, quòd quis potest esse neutralis. Ego hanc q. non inueni à Docto. tactam; arbitror tamen in ea posse ita distingui, quòd aut quis scit neutrum esse summum Pontificem legitimum, & tunc debet esse neutralis, vt dicit Bald. Aut scit alterum esse legitimum electum, & in-

& intronizatum; alterum verò intrusum, & adhereret primo legitimo; etià si totus mundus adhereret alteri; quia in incertis, non certis locus est coniecturis. Aut ignorat, quis ipsorum sit intrusus; & tunc vtrique nullo modo debet adherere; quia esset schismaticus, & hæreticus, argu. eorum quæ dixi in rubr. Sed cui debeat adherere; dic, quòd adhibere debet diligentiam, vt sciat, quis ipsorum sit legitimus. Aliàs aut esset in culpa; nec ignorans potest esse neutralis; ideò debet querere veritatem in facto, q. in iure; quia aliàs esset in culpa. Facit quòd not. Bald. C. qui admit. ad bono. pos. in l. iuris ignorantia. vbi dicit, q. mulier, vel rusticus q. possunt consulere peritiores, non excusantur à iuris ignorantia; ratio est, quia naturalis motus impellit, & prouocat ad querendum id, quòd ignoratur; quia omnes homines natura scire desiderant, vt in prin. metaphis. Licet Bart. in l. in bonorum. ff. de bo. pos. in eo quòd Bal. dicit de muliere, & rustico teneat contrarium. In dicit tamen nostro placet opinio. Bald. cum loquamur in his, quæ pertinent ad salutem animæ, in quibus non est tolerabilis ignorantia, vt not. gl. in vers. ignorantia. & ibi. D. Domi. in c. 1. de sum. trin. lib. 6. Facit. l. 2. & quòd ibi not. C. de in ius vocan. 28. dist. qui ea. Facit quòd dicam in glo. in vers. minor ætas. in c. 2. j. titu. 1. Si verò adhibita debita diligentia non possit quis sci- re veritatem, arbitror, quòd debeat adherere illi, cui adhereret episcopus suus; quia quædo aliquid est dubium circa spiritualia, debet quis illud sequi, q. suus sequitur episcopus, vt l. omni. & ibi not. Barto. C. de sacros. eccle. Facit quòd not. in c. tuam. §. qui fil. sint legit. & c. lator. de ord. cogn. & c. si index laicus. de sent. excom. lib. 6. Et ideò si vacaret sedes episcopalis, possit esse interim neutralis; nisi tempore præcedens episcopi esset schisma; & episcopus præcedens adhæsisset alteri. Facit quòd traditur in simili. in c. de vxore. de sepult.

**De Apostatis, & Reiterantibus baptisma. Rub.**

S V M M A R I V M.

- 1 *Apostasia quid, & vnde.*
- 2 *Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.*
- 3 *Apostasia quotuplex.*



Continuatur hoc ordine, quia hæretici, & schismatici incidunt in apostasiam; ideò subijcitur hæc rubrica de apostatis. Et quoniam reiterantes baptisma videtur apostatate dum recedunt à priori baptismo; ideò subijcitur, & de reiterantibus baptisma. Et ad euentiam dicendorum. Quæro, ÷ quid sit apostasia? Sol. est temerarius recep-

sus a statu fidei, vel obedientiæ, vel religionis, quam quis professus est se tenere, cum legitima sit; nam si Iudeus, vel infidelis, vel Christianus professus falsam religionem ab illa recederet, non diceretur apostata; quia nò retrorsum, sed antrorsum incederet. Nec etià si ex secta Iudeorum quis transfret ad sectam Saracenorum diceretur apostatate; quia requiritur quòd transfrens sit catholicus. l. Indæi. C. de Iudæ. 26. q. 7. non obseruetis. C. ne sacrosancti. bapt. l. 2. tenet Oldra. consilio. § 1. quòd incipit, Indæus. Et dicitur apostasia, quasi post status, & retrogradus status. 26. q. 7. non obseruetis. Tales ÷ enim dicuntur mittere manum ad aratrum, & retrospicere; vnde non sunt digni regno Dei, vt c. magnæ. §. 1. de vot. & Luca. c. 9. ¶ Vltimo quæro, quotuplex sit apostasia? Solutio, dic, quòd apostasia, vt dixi importat retrocessionem quandam à Deo; & ideò est multiplex. Nam sicut secundum diuersos modos quis coniungitur Deo; ita & pluribus modis disiungitur. Coniungitur enim Deo quis, primo per fidem, & sic per sacramentum baptismi, sine quo nullus potest saluari, vt c. nulla. de consecra. dist. 4. & §. de baptif. c. debitum. Secundo, propter debitam, & subiectam voluntatem ad obediendum præceptis Dei. Tertio, propter aliqua opera specialia pertinentia, & emissa ad frugaliorem vitam; vt per clericatum, sacros ordines, vel religionem. Disiungitur autem, hoc est, apostatat quis à Deo, primo, recedendo ab ordine, seu religione, quam professus est, conuersando vt laicus, vel habitu religioso postposito tanquam clericus secularis. Et hæc dicitur apostasia ordinis, vel religionis, de qua traditur. 50. dist. c. fin. 47. distinct. c. quantumlibet. 16. q. 1. c. legi. 3. q. 4. c. beatus. Item fit hæc redeundo ad seculum, vt traditur in c. fin. §. de vit. & honest. cleri. & c. i audientia. & c. perpendimus. j. de senten. excomm. 20. q. 3. c. 2. & 3. j. eodem. c. quidam. & c. penul. & fin. Secundo apostatat quis a Deo per mentem repugnantem diuinis mandatis. Et hæc dicitur apostasia inobedientiæ, vt §. de maior. & inobed. c. si quis. & c. illud. & 2. q. 7. c. non potest. 3. q. 4. c. 1. Tertio apostatat per discessum à Deo per fidem; & hæc dicitur apostasia perfidiæ; & ista simpliciter pertinet ad infidelitatem, sicut fecit Iulianus apostata. 2. q. 7. nò potest. Vltimo aduerte; quia de secunda parte rubricæ habes solum in c. 2. j. eod. & c. ne sacrum. & de consecratio. dist. 4. non licet vsque ad capit. præsb. teris. De prima verò parte traditur in alijs iuribus. §. allegatis.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 *Clericus dimisso habitu, & tonsura incedens, apostatate dicitur. Fallit, vt nu. 5.*
- 2 *Clerici habent certum, & distinctum habitum.*
- 3 *Apostata qua pena puniuntur.*
- 4 *Lex quando dicatur recepta, vel non.*
- 5 *Clericus quot habet priuilegia.*
- 6 *Clericus in minoribus, an apostatando perdat priuilegium.*
- 7 *Bigamia clericatui contraria.*

Præ-

Præterea.

Varijs modis legitur; & idè forte Io. And. nò summauit, vel propter eius breuitatè. D.

verò Ant. ita summat, Clericus sine habitu, & tonsura deprehensus, non gaudet priuilegio clericali. h.d. Quod summarium est nimis generale; & cõtra. c. si iudex. de senten. excom. lib. 6. & etiam contra. c. contingit. & c. in audientia. j. de sent. excom. Vnde D. m. aliter summat. Per censurã ecclesiasticam non liberantur clerici à manibus secularium, si sine habitu, & tonsura immiscentes se enormitatibus deprehensi fuerint; & per prius haberent se vt laici. Vel sic secundum alium intellectum, clerici, qui dimisso habitu, & tonsura immiscent se enormitatibus, perdit priuilegium. c. si quis suadente. 17. q. 4. vnde eos apprehendentes nò incidunt in irregularitatè. h. d. Not. primo qd clericus incedens dimissio habitu, & tonsura dicitur apostata. Secundo not. casum in quo clericus statim perdit priuilegiũ clericale, vt dicã. j. Vltimo not. qd clericus dñr habere certũ habitũ. Quod intellige, nò determinatũ; sed honestũ, vt tradit. i. c. pœn. de vit. & ho. cl. p. gl. in clem. 1. & ibi dixi. de ele. & vide bo. tex. 4. 1. dist. par. simoniã. In gl. 1. ibi, è aut triplex. Dic, vt dixi i rub. Et adde quod dicit Inno. in. c. si. de renun. & in. c. intelleximus. de eta. & qualit. vbi dicit, qd religiosus recedens incõsulto superiore, nò subiciens se alicui obedientiæ, dicitur apostata; èt si deserat habitũ, & tonsurã; quia dicitur venire cõtra obedientiã, quæ est de substantialibus regulã, vt. c. 1. de statu regala. & sequit hic D. m. In eadem, ibi, & dicitur apostata. dic, vt dixi. in rub. In si. glo. dic, Sed quærunt hic Doc. quã pœna puniatur Apostata? Sol. dic, qd Apostata a fide punitur, vt hæreticus; & sic dicendũ est, vt dictum fuit. S. de hæreti. Apostata verò inobediẽtia, punitur diuersimodè; quia aut non vult obedire superiori, vel canonibus, credendo principis; & si habere potestatem legis condendã; & punitur vt hæreticus. 1. q. 9. dist. in. c. nulli fas. not. gl. in. c. generali. de elect. lib. 6. & Paul. in cl. 1. de eta. & qualit. Aut non negat potestatem, sed nò vult obedire ex cõsuram, putat; & dic, qd si est lex præcepti, & recepta per subditos, & pœna sit specialiter apposta, debet puniri illa pœna, vt. c. de causis. de offi. deleg. not. Io. And. in. d. c. generali. in nouel. & Io. Mon. in. c. cupientes. §. si verò. de elect. lib. 6. Si aut pœna non sit determinata, tũc debet attendi si ex iusta causa illã non seruet; quã causam si legislator cõsiderasset, non præcepisset in illo casu. Exẽplũ in ieiunio; & iste nò peccat mortaliter; quia nò repugnat intẽtioni legis. 76. dist. vtinã. Si verò venit contra finẽ legis; & tunc aut semel tantũ, & nò est deponendus, licet peccet mortaliter, not. Paul. in. d. cl. 1. allegat not. 74. dist. honoratus. & 1. q. 1. c. fin. Quod limitat Io. de Imo. in. d. clem. 1. de eta. & qualit. si modo per negligentiam, vel errorẽ nò obedit. Facit quod not. 18. dist. in sum. Secus si ex contẽptu scienter; quia tũc, etiã si nisi semel fecerit, debet deponi, arg. c. cum illorum. de sent. excom. & c. fin. j. de excess. prælato. Et posset excommunicari. Ita pòt intelligi glo. in prog. decretal. Aut pluries venit cõtra præceptũ canonis, & est deponendus. Ita pòt intelligi. 4. dist. §. fin. & glo. fin. in. c. grauis. de cens. Posset èt si esset incorrigibilis tradi curiæ seculari, vt

.c. cum nò ab homine. S. de iud. Et prædicta arbitror procedere, quando constitutio esset clara; secus si dubia. Facit quod not. in. c. fin. S. ne cle. vel mon. & Io. And. in. c. pen. de ferijs. dixi in clem. statutũ de elec. Vel per aliquam obseruantiam consuetudinis esset offuscata, vt not. sing. Io. de Imol. in clem. 1. de rebus eccle. non alienan. & not. D. m. in. c. de quarta. de præscript. Si verò esset lex præcepti, & non recepta per subditos, non obediẽtes non punirentur, vt not. gl. 2. in fin. c. 2. de treug. & pace. & 3. dist. c. leges. Si verò lex esset consilij, dic, qd aut est consilij perfectio, vt est illud Matthei. c. 1. q. 1. Si vis esse perfectus, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Vel si quis percusserit te in maxillam dexteram tuam, prebe illi, & alteram. Math. 6. & 1. q. 1. c. fin. & talis nulla pœna est puniendus; quia non dicitur peccare, vt ibi; & not. glo. in vers. propter deum. in. c. solit. de maio. & obediẽt. Et ita debet intelligi gl. in. d. c. generali. Aut èt consilij, & reuerentiã; vt puta; si consulit illud, quod inferior pro bono suo deberet obseruare; & talis nò peccat mortaliter, sed venialiter. Exemplum, vt not. gl. in. c. ad aures. de temp. ord. & in clem. 1. de test. Archid. 6. dist. in. c. testamentum. allegat glo. si. in. d. c. ad aures, & idem not. 26. dist. §. aliã ea demum. & 25. q. 1. c. violatores. Et hæc procedunt, quando quis contemneret simpliciter nolendo seruare consilium; secus si contemneret, tãquam non bonum; quia tunc obligaretur ad mortale, vt not. gl. 1. o. dist. in. quis autem. Et prædicta procedunt etiam in lege honestatis. Quãdo autem lex dicatur recepta, vel non, & quando dicatur consilij, vel præcepti, vide quæ dixi in. d. clem. de eta. & qualita. Et sic habes ex prædictis quã pœna sit puniendus veniens contra leges, vel canones; & sic quã pœna apostata inobediẽtia. In apostata verò religionis, dic, quod si est clericus secularis, non est ipso facto excommunicatus, sed excommunicandus; & si expellerit, grauiori pœna afficiendus, vt. c. penul. j. eod. Religiosus verò est excommunicatus ipso facto, text. in. c. 2. ne cle. vel. mon. lib. 6. Prædicta tamen limita, nisi ex causa relinqueret habitum, & tonsuram, puta; quia habet transire per loca picuosa, vel simil. iuxta not. in. c. Deus qui. de vit. & honest. cler. Facit ratio. d. c. 2. ne cle. vel. mon. Et vide Oldr. cõs. 202. qui dicit, qd dimittens ex leuitate non est apostata, sed lar go sumptio vocabulo. ¶ Gl. si. oppo. & sol. tripliciter. In si. gl. dic, ex hac glo. colligunt tres lecturã. Prima, qd si clericus viuit omninò seculariter, dimisso habitu, & tonsura, perdit priuilegium clericale. Hæc tamen lect. reprobatur, quia nimis restringit. c. si verò. Item quia videtur contra text. in. c. si iudex. de sent. excom. lib. 6. Secunda lect. est, qd licet clericus seculariter viuat, non tã perdit priuilegium fori, sed ecclesia contra detentorem non exercet censuram ecclesiasticã; quia ex quo cõtempnit ecclesiam, meritò debet ab illa cõtemni, vt in. c. 2. ne cler. vel. mona. Et hæc lect. est satis vera in se. Tertia lect. est, quod loquitur de clerico tertio monito; & est vera in se, sed continet diuinationem. Quarta lect. potest dari extra gloss. secundum D. m. videlicet, quod text. non intelligatur de priuilegio fori; sed de priuilegio. d. c. si quis suadente. Habet enim clericus duo priuilegia, & fori, & illius canonis, si quis suadente. primum

primum perditur cum maiori difficultate; nec perditur per dimissionem habitus, vt. d. c. si iudex laicus. sed secundum perditur, vt. c. cum non ab homine. & c. perpendimus. j. de sent. excom. & hoc modo potest intelligi text. noster. Sed quæro vt trum clericus in minoribus apostatando perdat priuilegium? Sol. dic, quod si est apostata fidei, non est dubium. Si verò religionis, dic secundum Innoc. quod aut exercet actum omninò contrarium clericatui, vt quia bigamus; vel militat; & exercet sæua, vel quid simil. & ipso facto ammittit, vt. c. 1. de biga. lib. 6. 84. dist. in. c. quisquis. Aut non exercet actum omninò contrarium, quia duxerit vxorem, sed virginem, vt. c. 1. de clerici. coniug. lib. 6. vel militat, sed non facit sæua. 32. dist. in. feriatim. & non perdit, vt. c. fin. de cle. coniuga. Item nò perdit viuẽdo sæculariter, & exercẽdo aliquam negotiationem, nisi præcedat trina monitio, vt. c. ad audientiam. & c. cõtingit. j. de sent. excom. mu. Quod tamen intellige, vt dixi in præcedentibus lectu. Item limita, secundum not. in clem. 1. & 2. de vit. & honest. clerico. & sequitur hic D. Ant. & D. m.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- Sortilegis non est credendum.
Baptismo quot modis fit iniuria.
Delictum que attenuant.
Crimen publicum impedit promotionem ad ordines.
Dispensatio facilius cum intrante religionem; & quare.
Ingressus religionis non tollit irregularitatem. & nu. 9.
Rebaptizatus, & rebaptizans scienter, quã pœna puniuntur.
Minori non licet ignorare iura Diuina, vel naturalia ad fidem pertinentia; sed iura positina sic.

Ex literarum.

Si crimẽ Acolyti, qui rebaptizati præ-

buit ministerium, est occultum, potest promoueri, si publicum, nò potest; nisi dispensetur cum eo religionem ingrediẽte. h. d. Primo, ponitur decisa cõsultatio. 2. bimembris respõsio. secunda, ibi, quia ergo, & secundum membrum ibi, si verò. ¶ Not. primo, quod fortilegis nò est credendum, etiam spe salutis corporalis, vt. c. 1. & 2. de fortileg. Secundo not. qd tribus modis infertur iniuria baptismi. Primo, si reiteratur. Secundo, si cõfertur alia forma, quam sit cõstitutum. Tertio, si extra ecclesiã baptizatur secundum Vincẽ. Tertio not. qd minor etas, & intẽtio salutis, seu pietatis, attenuat delictũ. Iste enim Acolytus erat frater istius rebaptizati, vt apparebat in antiqua, secundum Ioã. And. Facit qd in simili dicimus de dolore. i. l. si adulterium §. imperatores. ff. ad leg. Iul. de adult. Quarto not. qd crimẽ publicum impedit promotionẽ ad ordines. Secus occultum; quia tũc regulariter nò requiritur dispensatio; sed pactio penitentiã, vt hic. & c. fin. de temp. ordi. Quinto not. quod ceteris paribus facilius dispensatur cum intrate religionem, quã cum remanẽte in sæculo. Et hoc propter diuturnam pœ-

nitentiã, quam ibi aget. 33. q. 2. admonere. Vltimo not. qd ingressus religionis nò tollit irregularitatem, vt hic i glo. i vers. religionis. Sed quærunt hic Doct. quã pœna puniatur faciẽs se rebaptizari? Sol. dic, secundum leges, si est laicus, pœna vltimi supplicij, vt. l. 1. & 2. C. ne sacrum baptif. & sic pœna mortis, vt. l. vltimum. ff. de pœn. Episcopus autem, vel sacerdos sacerdotio spoliatur, vt. l. 1. C. de sac. baptif. Sed secundum canones, si est clericus, deponitur; si laicus excõmunicatur, nec de cætero ordinatur, vt i iuribus alleg. hic i glo. & 1. q. 7. qui i qualibet. Et hæc vera, quãdo cõstat quem fuisse baptizatum; aliã secus; quia tũc potest rebaptizari, secundum formam. c. 2. de baptif. secundum Hostiẽ. & Io. And. Item prædicta vera, quãdo quis erat verè baptizatus. Sed si erat catechizatus, vel initiatus ministerijs orthodoxorũ, & postea secundum morem hæreticorum, fuit rebaptizatus, vel baptizatus; nam baptizãti, & baptizato, secundum leges, imponitur pœna exilij, & multa decem librarum auri, vt. l. fin. C. ne sac. baptif. & sequitur Hostiẽ. in sum. huius titu. §. fin. in fin. ¶ Glo. in vers. iniuriam. primo, fortificat text. deinde quærunt; & sol. In fin. dic, secundum Goffr. qd in veritate nò offuscatur primum sacramentum, seu character iam impressus; nec nouus imprimitur, vide bo. gl. 68. dist. qd verò. vbi glo. arguit pro, & cõtra. Sed iniuria fit quò ad animum faciẽtis; quia quãtum in se est, facit iniuriã sacramẽto, credẽdo illud nò sufficere, vel aliter estimãdo, & sequitur Host. in sum. eo. tit. §. fin. in fi. ¶ Gl. in vers. acolytus. in si. dic, secundum Hosti. quòd iste Acolytus solum præbuit ministerium rebaptizãti, respõdẽdo, vt patet in antiqua hic decisa, quæ tamẽ hic nò debebat detrahi, secundum eum; nam propter hoc, quidam intelligunt huc Acolytum fuisse rebaptizãtem. Et de tali præbente ministerium potest intelligi. l. 1. C. ne sac. baptif. ¶ Glo. in vers. minor etas. in fin. dic, secundum Goffr. quòd licet minoribus liceat ignorare iura positina, nò tamen licet ignorare diuina, vel naturalia ad fidem pertinentia. 38. dist. in. c. qui ea quæ Dei sunt. Facit. l. 2. C. de in ius vocan. In his enim per visum est decipere, & decipi. 1. 6. q. 1. si turpis. Et hæc faciunt ad ea, quæ dixi in. c. fin. de schif. ¶ Glo. fin. primo colligit argumentum; deinde oppo. & sol. ponendo opin. In fin. gloss. dic, circa hoc non potest dari certa doctrina; quia quandoq; reperitur, quòd in quibusdam ingressus religionis tollit, quandoq; non; vnde dicit D. m. posse dici, quòd irregularitas tollatur solum in casibus à iure exprefsis, in alijs non. Nam iura quæ volunt, quòd tollatur, non dant regulam generalem; sed loquuntur in casibus suis, vide quòd not. in. c. in quibusdam. j. de pœn. not. D. m. in. c. testimonium. de testi. dicam latius in. c. ad audientiam. de homic. in quaest. qualiter tollatur irregularitas.

C A P. I I I.

S V M M A R I V M.

- Infamatus apostasia cogitur se purgare.
Modus procedendi contra infamatos de apostasia.
Clericus, an dicatur apostata relinquendo habitum.
Par. j. HH 4 Cleri-



4 Clericus, an compelli possit ad reassumendum habitum.
5 Clericus, an clericatui renuntiare possit.

Tuæ fraternitati.

1 Infamat° de apostasia cogit se purgare. h.d. primo, ponitur decisa cōsultatio; secundo, responsio, ibi, super secundo. Not. primo summariū, quod pcedit et regulariter in infamato de quolibet crimine, vt. c. accedens. de purg. can. & 2. q. 5. c. præsbyter. & c. de hoc. & c. insinuatū. de symo. Secundo not. vnum modum procedendi contra infamatos de apostasia, ppter habitum dimissum; quia debent cohæreri, donec se purgauerint. Quod quidam intelligunt, vt interim reassumant habitum, quod non placet D. m. quia si prius cogentur reassumere habitum, & postea illum desererent; quia se purgarent, notarentur quadam infamia; vnde intelligit, quod debent compelli, vel ad se purgandum, vel ad reassumendum habitum. Vnde practica erit, quod statuatur terminus ad se purgandum, & si se purgauerint, satis est. Si vero non, habebuntur pro conuictis; & cogentur reassumere habitum, & hic intellectus plus mihi placet; Facit, quia cum iste sit in possessione iuris laicalis, non debet pendente lite priuari iure suo, vt lit. pen. per tot. ¶ Glo. fin. oppo. & solu. distinguendo. In fin. dic. Doct. hic variè loquuntur. Sed D. Ant. & D. m. p. clara examinatione prosequunt tria mēbra. Primum, an clericus dicatur apostata relinquendo habitū. Secundum, an possit compelli ad reassumēdū. Tertium, an clericus possit renuntiare clericatui. Circa primum, dic. q. si est religiosus professus; vel in sacris constitutus, dicit apostatare, vt hic, & c. i. s. eo. 20. q. 3. c. 1. & 2. q. 3. c. eos. secundum quod intelligunt Hosti. & Inno. d. c. eos. & c. i. s. eod. Nam ibi æquiparatur clericus religioso, quod ad reassumptionem habitus. Et sic patet, q. illa æquiparatio procedit quod ad clericos in sacris. Idem etiam dicendum de clerico in minoribus, si est beneficiatus; quia ratione beneficij tenetur ferre habitum, & tonsuram. 50. dist. c. fin. & qd ibi not. secus si non habet beneficium, secundum Inno. licet quidam contra; & malè, vt probatur in clē. 2. de vita & hon. clerici. vbi clericus in minoribus ex desertione habitus, & tonsuræ non puniuntur, si per omnia incedunt vt laici. Secus si immiserent tonsuram cum habitu inhonesto; vnde dicit D. m. qd episcopus bene faceret, si tales omnes admoneret primo. 2. & 3. q. reassumerent habitum, & si non reassumpserint amittant priuilegiū clericale, secundum not. in. c. in audiētia. de sent. excō. Alias enim sequi possent multæ absurditates; quia quidam assument primā tonsurā, non vt clericali liter viuant, sed vt possint se defendere à iudice seculari, & tñ non incedunt vt clerici. Sed aduerte ne erres; quia non sufficit generalis monitio, sed specialis requiritur de ipsis certis personis, ad hoc vt tales sic incedentes possint priuari, vt probat in. c. fin. de vita & hone. cler. & in glo. in versi. nominatim in clē. 1. de vit. & hone. cleri. Itē facit, quia citatio, vel monitio generalis non sufficit, vbi sunt certi, q. citandi, vel monēdi sūt, vt not. in. c. fi. q. matri. accus. pos. & in clē. 1. de iudic. & c. significauit. de testi. not. in. c. fi. de

eleat. lib. 6. & qd not. in. c. humilis. de maio. & obed. fecus si per statutum dispositum esset generaliter. Et hoc reperio tenuisse D. m. in. c. fi. de vit. & hone. cler. & vide Io. And. in addi. Spe. in tit. de cle. non resi. Circa secundum, videlicet; an clericus possit compelli ad reassumendum habitum? conclude, q. religiosi professi, & constituti in sacris possunt compelli, vt hic. & c. pen. j. eo. & d. c. eos. Idem in habentibus beneficium, vt. d. c. fi. 50. dist. & c. Ioannes. de cler. cōiug. Alij verò non possunt præcisè compelli; sed causatiue per monitionem, & comminationem amissionis priuilegij clericalis. Circa tertium membrum, an clericus possit renuntiare clericatui? non est dubium, q. si est religiosus professus, vel in sacris, q. non potest, vt. c. si diligenti. de foro compe. Sed si est in minoribus, solo verbo non potest renuntiare, vt. d. c. si diligenti. sed exercendo actum omnino contrariū clericatui potest, vt dixi in. c. i. s. eo. vel per monitionem præcedentem secundum formam glo. præced.

CAP. IIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Homo nouus qui.
2 Vir duplex animo esse non debet.
3 Infidelis voluntariè fidem susceptam seruare cogitur.
4 Christianus post agnitam fidem retrocedens, infideli, qui eam non vult cognoscere, deterior est.

Quidam. Iudæi baptizati ritus laicalis dimittere cōpelluntur. h. d. Vel sic, & generalius. Baptizati, ritus alterius sectæ dimittere cōpelluntur. h. d. secunda, ibi, statuiimus. ¶ Noto primo, q. quis solum voluntarius debet baptizari. Secundo not. q. per baptismum quis dicitur nouus homo; nam dicitur renasci in spiritu, & aqua; iuxta illud, nisi quis renatus fuerit, & c. Io. c. 3. Et ideo baptizatus debet dimittere ritus alterius sectæ, quia dicuntur Ebionitæ. 24. q. 3. qdā. & rō est, q. a translato faciendo & c. Tertio not. q. homines nō debēt esse duplices; q. a tales maledicti sunt, vt hic & 88. dist. eijciēs. sed debent esse simplices; & talis simplicitas, dolo contraria, & duplicitati, summè laudanda est, vt. c. 3. s. de præsumpt. 2. q. 4. Innocens. Simplicitas verò contraria discretioni, vituperanda est. 47. dist. c. de Petro. Quarto not. quod licet infidelis non possit compelli ad suscipiendam fidem Christi, vt. c. si cut. s. de iudæ. tamen susceptam cogitur seruare, vt. c. contra christianos. de hæreti. lib. 6. 45. dist. c. de iudæ. Vltimo not. quod cæteris paribus in minori peccato est infidelis, qui nō vult fidem Christi agnoscere, quàm Christianus qui post agnitam retrocessit, iuxta illud Horat. Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes. In glo. fi. in fin. dic. dicit tamen hic Goffr. & sequuntur Doct. quod certo respectu minus malum est viam Domini agnoscere, & retroire; quàm nunquam agnoscere; quia si retrocedens iterum redierit ad fidem, bona per eū prius facta reuiuiscunt, de poeni. dist. 3. pium. sed gesta per infidelem non reuiuiscunt, cum caruerint fundamento baptismatis. 1. q. 1. cum Paulus.

Cap.

CAP. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Apostata a minis, & blanditijs reducendi.
2 Iudex ecclesiasticus potest carere etiam ad penam.
3 Fraitoris carcerum pœna.

A nobis.

Apostata carcerari, & affligi possunt, vt habitum reassumant. h. d. ¶ Noto primo, q. minis, & blanditijs est quis reducendus ad opera bona. Et si hæc nō sufficiūt, tūc deueniendum est ad actuales cohartiones. 45. dist. c. cū beat. & c. disciplina. & hoc debet iudex velle facere; & nō solū debet posse, & ita intelligit hic Hosti. verbū, volueris. Secūdo not. quod iudex ecclesiasticus potest carcerare et ad poenā, & attenuare victum, vt vita fiat carcerato misera, dādo illi panem, & aquam, s. m. Io. And. Facit. c. nouimus. de verb. signi. ibi. Ita vt mors sit illi solatiū, & vita supplicium. dicit tñ, quod carcerem asperare nō debet ita, & vitam attenuare, q. propter hoc moriatur; quia efficeretur irregularis. Ad quod malè aduertunt nonnulli prælati, s. m. D. m. qui adeo victum attenuant, qd mors infertur; nā debet eis vita conseruari, vt hic; licet misera; & dicit tex. in. d. c. nouimus. quod ex pane doloris sustentandus est. Facit qd not. Io. de Lign. in clem. 1. de penit. & remis. Aduerte tamē; quia hic carcer nō fit ad poenā perpetuam; sed temporalem, probatur ex tex. dū dicit, donec. quod est aduerbiū tēporis, facit. c. fin. & glo. in versi. donec. s. de matri. cōtrac. cōtra iterdic. eccle. & tex. & gl. in versi. donec. in clem. 1. de æta. & qualit. & ibi dixi. Sed cōtra prædicta oppo. nā carcer nō debet deputari ad poenam, sed ad custodiam, vt l. fi. c. de custo. reo. l. aut damnus. §. solēt. ff. de pen. Sol. cōtrarium procedit de iure ciuili, quo iure, nec ad perpetuū, nec ad temporalem carcerem quis dānari potest; secus de iure canonico, vt hic & c. penul. s. de hæret. & c. quamuis de pen. lib. 6. de quo dic. vt dixi in. c. veniēs. de accus. in 10. q. 1. q. principalis. gl. in versi. blanditis. in fi. dic. & si ista nō sufficiūt, vt q. a frangit carcerem, vel peiora committit, proceditur contra eum de iure canonico, secundum not. in. c. cū non ab homine. de iudic. secundum verò leges fractori carcerum est poena capitis, vt. l. i. de frac. & l. pen. ff. de custo. reo.

CAP. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosus dimittens habitū efficitur apostata religionis.
2 Apostata in suscepto ordine ministrare non potest sine dispensatione Papæ; quamuis poeniteat.
3 Episcopus dispensat in minoribus cum Apostata; & quid in Apostata regulari; vide ibid.
4 Apostata Regularis excommunicatus est.
5 Apostata, an possit ad maiores ordines sine dispensatione ascendere.
6 Religiosus transiens ad aliam religionem, etiam sine licentia, non est apostata; & quare.

Consultationi.

Monachus in apostasia ordinatus nō potest

sine dispensatione in suscepto ordine ministrare. h. d. ¶ Noto primo, q. religiosus dimittens habitum, efficitur Apostata religionis, etiā si efficiatur secularis clericus. Secundo not. quod apostata cui collatus est ordo, non habet ordinis executionem sine dispensatione Papæ, quāuis agat pñiam. Quod procedit s. m. Doct. tam in minoribus, q. in sacris ordinibus. Dicit tamē Hosti. q. in minoribus dispensat episcopus, de sent. excom. c. nuper. Et facit tex. n. vbi Papa solum sibi reseruat dispensationem in sacris, coniuncto. c. nōnē. s. de psum. Simile i. c. 1. & 2. de biga. Sed aduerte; q. a in religioso s. m. Io. And. hoc hodiè nō pcedit; q. a regularis Apostata est hodiè excōicatus, vt. c. 2. ne cleri. vel mona. lib. 6. vnde ordo reperiet collatus sibi in excōicatione existenti; & ideo esset distinguēdū, vt habet in. c. cū illorū. j. de sent. excō. Et ex p̄dictis sequit, q. sicut Apostata nō potest in suscepto ordine ministrare; ita nō potest ad maiores ascendere; quia videt ordinatus p saltū, s. m. Boati. licet aliq. dicit contrariū, vt refert Io. And. qui dicit, q. primū dictū est verius. D. Ant. pro concordia dictarum opi. dicit, q. opi. Boatini procedit ante q. sit dispensatum p Papā super ordine iam suscepto; sed postq. dispensatum est, credit, q. possit ad superiores ascendere, sine vlla dispensatione; & sic procedit opi. cōtraria. Nisi diceret, q. cum dispensatio sit stricti iuris, nō est extendenda ad casum nō expressum, vt. c. nō potest. de præb. lib. 6. Vñ cōcludit, q. tutius esset, q. petens dispensationē exprimeret, q. nō solum possit in susceptis ordinibus ministrare, sed etiam ad maiores ascendere. Aduerte tñ, s. m. Doct. q. si Apostata post recōciliationem ordinetur à proprio episcopo, poterit in susceptis ordinibus ministrare. Nec obstat. iste tex. quia intelligitur de ordinibus susceptis p̄dēte apostasia. ¶ Gl. colligit argumentum, & ennumerat certos casus, in quibus solus Papa dispensat. In fi. gl. dic. not. ex hac glo. q. religiosus transiens ad aliā religionem et sine licentia, non dicitur apostatare; licet religio ad quā transit, sit laxior; quia satis est, quod ibi debeant feruari tria substantialia regulæ, de quibus in. c. cum ad monasterium. s. de statu. regu. & idem not. glo. in. c. ex parte. de tempo. ordi. & c. tui. de renun. & c. intelleximus. de æta. & qualit.

De his qui filios occiderunt. Rubrica.



Continuatur hoc ordine, supra in quatuor proximis titulis, visū est de his, qui peccat principaliter i Deū; cōsequēter vidēdū erat de his, q. peccat in hoies, & in Deum, quales sunt cōmitēs tētes homicidiū. Sed q. a in ter species homicidiorū, homicidiū filiorū est grauius; ideo de eo p̄mittitur. Par. j. HH ij CAP.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio qualis esse debet.
2 Contritionis ius, & meritum.
3 Rubor, maxima est pars penitentiae.
4 Iracundia non excusat a peccato.
5 Religio suadenda non est ei, de cuius incontinentia timetur, sed potius matrimonium.
6 Parricidium quando dicitur committi.
7 Parricida quae pena afficiuntur.
8 Forum penitentiale distinguitur a contentioso.
9 Clericus, de iure canonico in foro contentioso per simplici homicidio deponitur.
Pro assassinato vero, ponitur poena. c. 1. de homic. in. 6. nu. 10.
Pro parricidio vero, quomodo puniri debeat. nu. 12.
11 Laicus si committit homicidium, vel parridium, & est de seculari iurisdictione, qualiter puniendus.

Veniens.

Mulier occides spote filii debet perpetuo monasterio penitere. Si tamen timetur de incontinentia, dat, vel saltem non denegat sibi nubedi licentia. h. d. Et procedit in foro penitentiali, sicut & c. sequens.
1 secunda ibi, madamus. ¶ Notandum primo, quod confessio debet esse lachrimabilis; quia lachrimae sunt signum contritionis interioris, & tanta posset esse contritio, quod quis mereret se gratia absolutione peccatorum, sine alia penitentia purgatorij, ut not. in. c. baptisimi. de consec. dist. 4. c. & mensura. de penit. dist. 1. Idem in Rubore, quod est maxima pars penitentiae, & multum proficit ad remissionem peccatorum; & ideo debet iterari confessio; quia ex causis maxime peccatis multum proficit ad remissionem peccatorum, ut not. gl. i. c. per se. de penit. dist. 1. Se cundo nota, quod iracundia non excusat a peccato, nisi fuerit tanta, quae deduxerit in alienationem mentis, & furor, ut in clem. 1. de homicid. 3. q. 8. iudicis. 3. de regula. c. sicut tenor. quia tales fati suo furore puniuntur; & tenet Hosti. & Io. And. in. c. fin. j. eod. Tertio not. quod non est suadenda religio illi, de cuius incontinentia timetur; sed melius est persuadere sibi matrimonium. 13. dist. c. verum. Quod not. contra illos, qui seducunt pueros ad intrandum religionem. In fi. gl. fi. dic. duo veniunt hic examinanda. Primum, quod dicatur committi parridium. Secundum, quae sit poena. Circa primum, dic. quod committitur, siue descendens interficiat ascendentem in infinitum; siue ascendens interficiat descendentem in infinitum. Item habet locum inter quosdam ex collateralibus, ut inter fratres utrinque coniunctos, vel patruales, vel consobrinos; & ex affinibus, in viro interficiente uxorem; & e contra; & in nuru, genero, vitrico, priuigno, socero, & patrono. ff. ad. l. pompe. de parricid. l. 1. & l. sciendum. Circa secundum, quae sit poena parricidarum? dic. quod secundum leges Parricida virgis sanguineis verberatur; deinde in culleo, hoc est, in sacco corio futo simul cum cane, simia, gallo gallinaceo, & vipera infusus in mare profundum, vel in flumen iniiciebatur. Et si non sit ibi mare, vel flumen, portatur ad sylvas, feris relinquendus, ut l. 1. c. eod. & l. penul. ff. ad. l. Popen. de parrici. Et haec poena ideo imponitur,

vt qui eum necasset, unde ipse natus esset, careret ijs rebus oibus, ex quibus omnia nata esse dicitur. Comixtio autem talium fit ad maiorem poenam; quia canis fugat simiam, simia gallum, gallus viperam. De fiure autem canonico distinguitur forum penitentiale a contentioso, in penitentiali imponitur poena, de qua hic, & c. fin. j. eo. Sed in contentioso pro simplici homicidio clericus deponitur. c. cum non ab homine. de iud. ¶ Pro assassinato vero, imponitur poena, de qua in. c. 1. de homic. lib. 6. Unde ceterum dit. D. m. quod si est laicus, qui commisit homicidium, vel parridium, & sit de seculari iurisdictione ecclesiae, quod iudex ecclesiasticus mandabit iudici seculari, ut iustitiam faciat, secundum leges, cum de iure canonico non reperitur hoc aliter in laicis decusum, quod ad forum contentiosum. Facit quod not. in. c. 1. j. de ope. no. nuntia. ¶ Si vero sit clericus, putat quod pro parricidio debeat deponi; & etiam non data in corrigibilitate, debeat tradi curiae seculari. Nam si pro simplici homicidio sit depositio, & detrusio in monasterium; ut d. c. cum non ab homine. iuncto. c. tua. de poen. ergo grauior debet esse poena in parricidio dolo commisso, ut c. excommunicamus. versic. quod si forte. 3. de haeretic. Sed ecclesia ultra dictam poenam depositionis, non habet quid faciat; nisi quod tradat iudici seculari; igitur & c. Quidam tamen aliter dicunt, vide D. m. in. d. c. cum non ab homine. & c. at si clericus. de iudi.

C A P. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Delictum detestabile committens, dicitur diabolico furore agi.
2 Matrimonium dissoluitur sola fornicatione.
3 Mulieris praegnantis poena differtur, donec pariat; & interdum post partum, si aliter partus educari non possit.
4 Pecunia de publico pro educatione partus solui debet, quando de ipsius matris supplicium sumendum est, ne supplicij executio differatur.
5 Praegnantis torqueri non debet.
Nec post partum per dies 40. post quos possunt etiam ultimo supplicio affici. ibid.
6 Executio supplicij matris delinquentis, quanto tempore propter educationem partus debeat differri.
7 Sacerdos praegnantem, aut lactantem penitentiam abstinentiam iniungere non debet.

Intelleximus.

Mulier interficiens filium suum, pro hoc a viro suo separari non debet; sed alia penitentia sibi imponitur. h. d. Et procedit in foro penitentiali, ut dixi in preced. Et quare in foro contentioso indultum fuerit huic mulieri, hic non aperitur; nec ecclesia de hoc querit; cum esset laica, fm Io. And. ¶ Notandum primo, quod committens delictum detestabile de diabolico furore accendi. 6. dist. c. fed pensandum. nam de mon suggerit peccata mentibus hominum. 16. q. 2. nec iusis. Secundo not. quod licet alter ex coniugibus committat grauisimum crimen, propter hoc non debet separari matrimonium, ambobus coniugibus rema-

remanentibus in seculo. Etiam si tale crimen sit parricidium commissum in communem filium, ut hic; nam nullam causam excipit dominus, nisi fornicationem. vt. 3. q. 7. c. 2. & c. omnes. & c. ij qui. Tertio not. quod cum muliere delinquente, cui incumbit necessitas parienti, vel educandorum filiorum, miti agitur, unde si est praegnantis, differtur eius supplicium, donec pariat. ff. de pen. l. praegnantis. Quinimod, etiam post partum, si non reperitur alia nutrix, differtur donec reperiat, quod verum, si non reperitur propter defectum personae; quia non minor est ratio in conseruando iam natum, quam nasciturum, ut l. sed & fi. §. an autem. ff. de Carbo. edict. Secus si non reperiretur propter defectum pecuniae; quia hoc casu debet solui pecunia ex publico, ne differat executio, arg. l. r. c. de his qui pro praem. liberta. Et dicit Oldra. hoc Padue fuisse obseruatum, & sequitur Bar. in. d. l. praegnantis. Vbi etiam dicit, quod praegnantis non debet torqueri, nec etiam post partum. j. 40. dies propter debilitatem; licet post partum. j. 40. dies possit ultimo supplicio affici. Quanto autem tempore debeat expectari, seu differri executio pro educatione, seu lactatione filiorum. Videtur quod vsq; ad triennium, per tex. in. l. penul. C. de patria. potesta. §. dist. c. ad eius. & quod not. Io. And. in. c. fin. de coniug. lepro. & Bar. & Doct. in. l. si alimeta. C. de nego. gest. & l. si quis a liberis. ff. de liber. agno. hoc tamen mihi non placet; sed solu arbitrari, quod deberet differri, donec puer possit aliter commode pasci, quam lacte. Et ex praedictis sequitur, quod sacerdos non debet praegnantem, vel lactantem iniungere penitentiam abstinentiam, vel peregrinationem, vel similes, quae impediret educationem, vel lactationem, secundum Hosti. & Io. And. hic.

C A P. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Parentes pueros suos secum in lecto tenere non debent.
2 Penitentia imponenda est in foro penitentiali, vbi dubitatur de peccato.
Secus in foro contentioso; & ibi de ratione diuersitatis. nu. 3.
4 Opinio ultimo loco per glo. vel doct. relata in dubio videtur approbata.
5 Penitentia parentibus; qui filios occiderunt, an imponenda, & qualis.
Suffocatio filiorum facta per parentes in lecto, vel aliter; quomodo puniatur.
6 Penitentia omnes arbitrariae.

De infantibus.

ponit penitentiam parentum, penes quos filij reperiuntur suffocati. ¶ Notandum primo tex. notabilem contra parentes qui pueros suos in lecto tenent, penes se; quia sunt in culpa. Secundo not. quod in foro penitentiali, vbi dubitatur de peccato, debet imponi penitentia. Secus in foro contentioso, in quo stante dubietate, nulla est poena imponenda. Ratio diuersitatis est; quia semper benignior pars est eligenda; & in foro contentioso beni-

gnior est absolutio, ut in reg. in penis, de reg. iur. lib. 6. & l. praes. & l. interpretatione. ff. de poen. Sed in penitentiali benignior est illa, quae est tutior; & ideo tunc dicitur fieri benignior interpretatio, quando fit durior interpretatio. c. 1. de senten. in glo. vt not. Inno. in. c. cum tu. §. de testib. & Io. And. singul. in. c. ex tenore. §. qui fil. sint legit. Ultimo collige argumentum ex tex. quod ultima opinio recitata per glo. vel Doct. nisi alia fiat expressio approbationis, vel reprobationis, videtur approbata. Papa. n. hic dicit quidam iudicant, & c. ¶ Gl. sentit contrarium, quod non debet imponi penitentia, si non constat filios occisos a parentibus, vel quod casu fuerint interfecisti. Et soluit distinguendo. In fin. glo. dic. quod si parentes sponte interfecerunt in casibus non permissis, puniuntur in foro contentioso, ut dixi in. c. 1. §. eo. & in penitentiali grauisima poena est imponenda. Si vero ex culpa, & tunc, si grauis fuit, ut puta tenendo filium tenellum in medio, in lecto, quod nullo modo facere parentes debent, vt. c. consulisti. 2. q. 5. debet imponi penitentia. 7. annorum. l. dist. si qua. Si vero culpa fuit leuis, vt quia posuerunt eum in eodem lecto, sed in loco separato, & imponitur penitentia trium annorum, vt hic. Si vero nulla culpa praecessit, vt puta; quia posuerunt eum in cunabulis, & tunc non imponitur eis aliqua penitentia, vt. c. ex literis. de homicid. & sequitur D. Ant. Et dicit. D. m. quod si hoc ultimo casu posset esse aliqua dubietas culpe, vel quod non bene collocasset membra, vel nimium strinxisset; vel forte negligentes dimittendo canem, vel misci pulam, quae dormiret super os infantis, & suffocaret, quod tunc etiam imponeretur eis penitentia arbitrio iudicis, vt hic in primo responso. Et aduerte; quia hodie omnes penitentiae sunt arbitrariae, vt. c. mensuram. de penit. dist. 1. & in. c. Deus qui. de poenit. & remis. Et dicit hic D. m. quod in multis locis imponenda penitentia filiorum suffocatorum obseruatur forma. c. in capite. §. o. dist. quia publice imponitur. Quod tamen fieri non debet, nisi pro crimine graui, & notorio; quod commouerit populum. vt ibi. & c. fi. 26. q. 6.

De infantibus, & languidis expositis. Rub.

S V M M A R I V M.

- 1 Infantes qui.
2 Exponere quid.



Continuatur hoc ordine, Quia exponetes infantes, & languidos, eos quasi occidunt, vt. l. necare. ff. de libe. agnos. 86. dist. non satis. 12. q. 1. c. q. abstulerit. ideo post praecedentem, ponitur hic ista rubrica. Et ad intellegendum rubr. dic. quod infans dicitur a septennio infra, dicam in. c. ad audientiam. Par. j. HH iij de



2 de homic. in. 7. q. quinta prin. quaest. Exponere t aut, est extra ponere; quia ponit in publico extra nutrimta, & educationem, seu curam propriam exponentis illum, cui pstitada erunt alimenta, vt hic in tex. & in l. 2. & fin. C. eod. 86. dist. c. fin. & d. l. vel necare.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater filium infantem exponens, patria potestate hoc ipso priuatur. & nu. 12.
- Dominus quoq; infantem seruum exponens, dominica potestate eo ipso priuatur. nu. 3. & nu. 12.
- Et idē iuris est, de Patrono libertum infantem exponente, qui ob id inrepatronatus priuatur. ibi.
- Idem iuris est, in singulis casibus predictis, si ab alio exposito fuerint, scientibus, & ratum habentibus Patre, Domino, & Patrono ibi. & nu. 10.
- Et procedunt praemissa, etiā in languidis expositis cuiuscunq; aetatis sint. & sub nu. 14.
- Rursus procedunt praemissa tam in masculis, quam in feminis expositis. nu. 9.
- Fallit in filio illegitimo exposito, sub num. 2. Sed contra, nu. 7.
- Fallit secundo in emancipato exposito, sub nu. 3. Sed contra, nu. 7.
- Fallit et in matre exponente, sub nu. 4. Sublimita tamē, vt nu. 8. tñ pēnis extra ordinem puniuntur, vt sub nu. 6.
- 2 Facere, vel ratificare, vel scire, & non prohibere paria sunt hoc casu.
- 3 Argumentum de patria potestate ad dominicam valet in aliquibus.
- 4 Filius illegitimus non est in patria potestate.
- 5 Mater filios in potestate non habet.
- 6 Exponens partum, necare dicitur.
- 11 Parentes, domini, vel patroni exponentes filios apud xenodochia, vel hospitalia; an perdant ius patriae potestatis, vel dominicae.
- 13 Dispositio huius decreti, an procedat indistinctē in denegante alimenta, latē traditur.
- 14 Intellectus versic. & multo potius in authen. de nuptijs. Si vero ab initio putaueris.
- 15 Interpretatio libertatis quoties est dubia, secundum libertatem respondendum erit.
- 16 Expense circa expositum factae, vel languidum, vel res eorum, an, & quae possint repeti.
- 17 Mater non potest repetere alimenta, quae filio ante triennium praestitit.
- 18 Bona expositi, cui debeantur.
- 19 Legitima, an debeatur patri, vel patrono in bonis expositi.
- 20 Pater potest legitimē exheredare filium, si sibi non praestitit necessaria, seu si eum expellit.
- 21 Monachus expulsus, vel licentiatu ab Abbate, vel monachis, an, & quando acquirat primo monasterio, vel secundo.

Si a patre.

† Infans expositus a patre, vel ab alio, eo sciēte, & ratū habēte, hoc ipso a patria potestate liberat. Itē seruus ob dictam cām a dñica potestate, & libertus a iure patronatus

liberatur. Et idē vñ de languidis expositis cuiuscunq; aetatis sint; tñ qui pdictis alimēta pstitierint, nullū ius acquirunt in talibus. hoc dicit. ¶ Noto primo casū, t in quo paria sunt facere, vel ratificare, vel scire, & non prohibere. ¶ Secundo not. qd in quibusdā valet argm de patria potestate ad dñicam. Tertio not. ibi patria potestate liberati. qd hic tex. habet solū locū i patre, q exponit filiū legitimū; quia illegitimus nō est in patria potestate, Instit. de nup. §. aliqñ. & not. i. c. cū haberet. s. de eo qui duxit in matrim. qd polln. p adult. & sequit D. m. hic, Ex quo inferit, qd nō habet locū in infante emācipato exposito. Nec i matre exponente; qat illa non habet filios in potestate. Sed dic, qd hoc est verum quō ad amissionē patriae potestatis. Sed non quō ad alias debitas animaduersiones; videlicet, quō ad imponendā pēnā extraordinariā; cū tales quasi necare dicant; vñ extra ordinē puniēdi sunt, vt tradit, maximē p Bar. in d. l. necare. & i. l. i. §. pēna. ff. de liber. agnos. & l. nec filii. C. de pat. pot. Et hoc, si dolo malo factū nō sit; hoc est, ea intētionē, vt nō moreret. Secus si dolo malo vt moreret; qat tūc puniretur pēna leg. Corn. de sica. vt dicit Bar. i. d. l. necare. p. l. i. diu. ff. ad leg. Corn. de sica. Sed ego arbitror, qd in parētibus haberet locū pēna parricidij. Quantū ergō ad pēnas pdictas, dico, qd pdictae pēnae habent locum, & in filio emācipato exposito; & in patre illegitimo; cū ipsi ēt teneant ad pstitanda alimenta; fm tñ qd tradit in d. c. cū haberet. & hoc vñ tenere gl. in l. 2. C. eo. tit. Et ēt haberet locum in matre, eo tñ casu, quo tenet pstitare alimenta. Eo aut casu, quo non teneret, si dolo faceret vt moreret, teneret pēna parricidij. Et aduerte; quia titulus iste habet locum tam in exponēte infante masculū, qd feminā.

9 Itē not. qd pdictae pcedunt in patribus, dñis, & patronis facientibus, ratificantibus, vel scientibus; quia si nō possunt pstitare debita alimenta in infanti, vel languido, debent ipsos ponere apud aliquod xenodochiū, seu hospitale. Et si nō reperiret hospitale, nec possēt ipsi nutrire; & sic de necessitate cōpulsī exponerent, non haberet locū hęc decretal. qd isti necessitate, nō relegato pietatis officio hoc facerēt. Facit ēt tex. dū dicit, alimenta impiē. & c. Vñ hoc casu possēt exponēs repetere, & filiū, & seruū. Facit. l. i. C. eo. Et hoc singulariter tenet Host. in summ. eo. tit. §. si. ver. qd si xenodochiū. Possēt tñ recipiēs repetere expēsas ab exponēte, vt hic in gl. 4. habita tñ distinctionē q. j. di. cā. Ex pdictis sequit, qd parētes, dñi, vel patroni exponētēs apud xenodochia, vel hospitalia vbi debēt nutrirī ex officio illius loci, nō amittūt ius patriae potestatis, vel dominicae. Et hoc indubitanter arbitror verum, qñ palām hoc facerēt, ita quod imēdiatē ab exponente recipere tradendo, & recipiendo, pro quo est tex. in l. i. §. sed fecimus. C. de lat. lib. tol. Sed dubiū est, quid si ante hospitale clā ponerent, an haberet locum tex. nñ. Et fortē dicendū esset, qd sic. Nisi esset locus deputatus in quo exponerent; prout est apud nostrū notabile hospitale sanctae Mariae. Cogitabis tñ, qd quotidiana. Quarto not. casū, t in quo pater patria, & dñs dominica potestate priuat. Sed qd runt hic Doct. vtrum tex. nñ procedat t indistinctē in eo, qui denegat alimenta; licet non exponat? Azo in summa. C. eod. tit. dicit, qd non; vult enim, qd in eo casu seruus habeatur pro derelicto; & idē occupanti

panti concedatur, vt. l. fin. ff. pro derelic. vnde prior domino non acquirit, sed occupanti, vt. l. quod seruus. ff. de stipula. seruo. Sed contra hanc opinionem videtur obit. tex. noster, dū dicit, quod de pdictis cuiuscunq; aetatis languidis, vel si alicui eorū; quasi velit, dum dicit alicui eorum, quod procedat in denegante alimenta omnibus pdictis. Sed tenentes opinionem Azon. de iure ciuili respondent, qd Gregorius his scripsit contra tex. d. l. fin. quasi sentiat, aliud esse de iure ciuili, aliud de iure canonico. Roger. verō tenet idem esse de iure ciuili, tenendo contra opin. Azo. Vnde vult, qd tex. noster habeat locum etiam in denegante alimenta, per tex. in tauth. de nupt. §. si verō ab initio putauerit. versic. & multo potius. Alanus distinguit, quod aut denegatur alimentum sano, & habet locum prima opi. Azo. Aut infirmo, & habet locum secunda opinio. Et ita intelligit dictum §. si verō. in d. versic. Et ad tex. nostrum dū dicit, vel si alicui eorum, subaudit languidorū; sed si exponeret, eorū. s. filiorum, libertorum, vel seruorum, videretur opinio Roger. verior; & sic. l. si. & antiqua corrigerentur. Et hoc videtur velle text. in d. versic. & multo potius. ibi, dum dicit, pro derelicto sui, & non aliorum existentes, quasi sentiat, qd id quod d. l. si. ff. pro derelic. disponebat, quod cōcederetur occupati, & quō ad hoc, haberetur seruus pro derelicto, hodiē secundum iura noua habetur pro derelicto; sed non quō ad alios, vt concedatur occupanti; sed quō ad hoc, vt liberi sint, & sui iuris. Sed si quis veller tenere opi. Ala. posset ita declarare litteram dicti versic. & multo potius. Et vt habeas clarum intellectum illius versic. super quo hęc altercatio fundatur, debes scire, qd in d. §. si verō. dicitur, qd sit aliquis accepit seruā in vxorem, credens eam esse liberam, non tenet matrimonium de iure ciuili. Sed si dominus vxoris maritauerit seruam, quasi liberā, efficitur vera vxor, & libera; & subditur, idem si sciat illam maritari, & taceat; deinde formaliter subduntur hęc verba, Et multo potius hęc valeant, si contingat dudum seruum, aut ancillam, seu languentes dereliquisse, seu etiam contempnisse eos; aut etiam amississe super dominio aduersus eos voluntatem. Illi namq; vt potē iam constituti liberi; & secundū pro derelicto titulum, sui, & non aliorum existentes, non in posterum inquietabuntur ab his, qui possidere eos olim odio habuerunt. Hęc sunt verba formalia ibi posita. vnde, vt dixi, si vis tenere opinionē Alani, potes exponere text. dum dicit, illi namq; s. languentes derelicti, sine expositi, vel quibus alimenta denegata sunt, absoluti intelliguntur a nexu dominice potestatis, vt potē iam constituti liberi. subaudi, eo ipso qd languidi, expositi sunt, vel eis alimēta denegata sunt; & subaudi, non est mirum hoc, qd hoc casu fiant liberi; nam & si seruis non languidis; sed sanis alimenta denegentur sunt pro derelicto, vt legitur in d. l. si. C. eo. tit. que loquitur in seruis non languidis; serui existentes. subaudi occupantium, & non aliorum. s. antiquorum dominorum, qui alimenta denegauerunt. Non in posterum inquietabuntur subaudi occupantes. s. seruos illos ab eis qui possederunt; & subaudi, ab antiquis dominis, qui eos neglexerunt; & per hunc modum iura iuribus concordantur, secundum quod dicit tex. in c. cum expediat. de

ele. lib. 6. & l. vnica. C. de inoffi. dot. Et secundum hoc etiam magis subuenitur languido, cui alimenta denegentur, quam sano. Mouentur enim iuris viscera ad pietatem super languidis, & infirmis. Et hęc opinio plus placet Hostien. in sum. eo. tit. §. fin. Goff. tamen, & Aegid. tenent contrarium. Sed primam sententiam tenet hic Vincen. & Inno. & Hosti. Vnde text. noster restringitur ad denegantes alimenta languidis. Et placet hęc opinio. D. m. hic; nam magis delictum, & magis detestabile est denegare alimenta languidis, & infirmis, quam sanis, vt de se patet. Item contra parentes impiē denegantes alimenta filijs non languidis, de iure specialiter aliter prouisum est, vt. l. i. & l. si quis a liberis. ff. de lib. agnos. & traditur in d. c. cum haberet. Et hanc rationem sentit Hosti. per quam dicit, quod licet filius propter expositionem de eo factam a patre liberetur a patria potestate, vt hic; non tamen liberatur per denegationem alimentorum. Item facit, quia in pēnis benignior pars est eligenda. In contrarium tamen facit; quia in t dubijs pro libertate respondendum est, vt. l. quoties. ff. de reg. iur. ¶ Gloss. in versic. liberatus. per distinctionem, prosequitur materiam huius capit. In eadē, ibi, sed restituet expensas. Dic, aduerte; quia glo. non declarat; quas expensas possit repetere. glo. verō. in c. fin. 87. distinct. dicit, quod potest repetere expensas factas circa instructionē. Non autem factas circa alimenta; quia alimenta videtur praestita pietatis causa; & idē non possunt repeti. l. i. C. de negot. gest. & not. l. 2. q. 2. c. sacrorum. Et idem sentit hic Io. And. Et pro hac opinione facit. l. patrem. C. de nupt. vbi specialiter in vno casu duntaxat possunt ab exposito per alimentatorem repeti alimenta, videlicet; si expositus contradicit accipere filium, vel filiam recipiētis, seu alimentatoris in vxorem. In contrarium tamen fortiter obstat. l. i. C. eo. quae vult, qd tam expensae factae in alimētando, quam in instruedo possunt repeti; & loquitur simpliciter. Sed posset responderi, secundum quosdam, quod ille textus loquitur in seruo exposito, non in filio. Sed aduerte; quia maior ratio videtur esse in filio, quam in seruo; cum nullus amor vincat paternum, vt in praecedenti. Vnde, vt clarus sis, ego distinguo, qd aut alimenta sunt praestita ab eo, qui tenebatur ex officio praestare; vt puta, si esset hospitale, vel monasterium ad hoc institutum; vel t si esset mater, quae filio ante triennium praestaret alimenta; & hoc casu non possunt repeti, nec ab ipso nutrito, nec a tertio, vt. d. c. sacrorum. & l. alimenta. C. de negot. gest. & ibi gl. & Doct. & D. m. hic, etiam si mater, vel hospitale protestati fuissent, qd praestabat alimenta animo repetendi, vt not. gl. in d. l. alimenta. quia cum ipsi alimentantes sint obligati ad hoc, talis praestatio quae fit ad liberationē, non debet inducere obligationem. l. qui hominem. ff. de solut. & hoc respectu alimentorū. Sed respectu aliarum expensarū, dicendum est; vt in sequentibus. Aut alimenta sunt facta ex voluntate, nō ex necessitate, & subdistingue; qd aut querimus, vtrū possit repetere a tertio, aut ab ipso nutrito, seu alimentato. Primo casu, dic, qd si ad illū tertiu nō spectabat onus alimērandi, possunt repeti, vt. l. Nefennius. ff. de negot. gest. & l. si quis a liberis. §. vtrum. ff. de libe. agnos. Par. j. HH iiij & l. i.

& l. i. c. eod. tit. quam ita intellige. Et ratio est; quia alimentum videtur gessisse negotium necessarium illius; vt notatur in. d. l. alimenta. & not. Bald. in. d. l. Nefennius. & traditur in. l. Pomponius. ff. de negot. gest. & in. l. 2. C. eo. Quod tamen limita, nisi praestans alimenta fuerit in mala fide, vt hic dicit gl. nostra, & probatur in. d. l. i. C. eo. Secundo casu, quando vult repetere ab ipso alimentato; distingue, qd aut alimēta fecit administrando, vt tutor, curator, vel similit. & pōt. vt. l. 3. C. de adm. tuto. & d. l. Nefennius. Aut nō administrando; & dic, qd aut est persona quae ratione coniunctionis videtur voluisse donare, vt mater, auia, & similit. & tunc impendens, aut impendit circa personam, aut circa res. Primo casu, si fuit protestatus, potest repetere, vt. d. l. Nefennius. si verō nō fuit protestatus; dic, qd aut impendit per errorem; quia putat alium ad quem talis impensa pertinebat viuere, & ab illo posse repetere, qui tamen non viuebat, nec ab illo repetere poterat; & tunc repetit ab alimentato, vt. d. l. Nefennius. verfic. pone. fm vnum intellectum. Aut fecit impensas ex certa scientia, nec protestatio praecessit, & non potest repetere, vt. d. l. alimenta. Si vero fuerunt facta circa res; distingue, quod aut mater, auia, vel similit. fecerunt modicam impensam; & non possunt repetere; quia videntur donare. Facit. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. seruus. Aut impensa est magna, & possunt repetere. Et idē si mater fecit impensas pro lite filij. l. i. C. de negot. gest. secundum Bal. in. d. l. Nefennius. Aut cessat ratio coniunctionis; & tunc aut nutritor fuit protestatus, & potest repetere, secundum quod hic dicit gl. in fi. Aut nō fuit protestatus; & dic, quod aut ex coniecturis constat, qd fecit gratia pietatis; vt quia erat diues, & recepit infantem expositum, vel languidū; & tunc non repetit, vt. d. l. patrem. C. de nupt. arguendo à speciali. Fallit in casu speciali. d. l. patrem. Aut non constat ex coniecturis; & poterit repetere; vt in iuribus. s. alleg. & l. i. C. eod. tit. secundum D. m. Tu intellige tamen illam. l. i. quando repetitur expensa à tertio, vt. s. dixi. Et ex praedictis inferitur, qd licet tex. nofter, dum dicit in fine, propter hoc in eorum personis ius aliquod non possint vindicare, videatur velle, quod secus sit in rebus, arg. c. nonē. de praesumpt. tamen idem dicendum est in rebus, quod ius aliquod non acquirant. Vnde dicit hic Io. And. 18 qd si haereditas huius expositi non debetur nutritori, vt. l. nutritoribus. C. com. de success. & est tex. in. l. fi. C. eod. ibi posteritatem suam transmittat, vel ad extraneos haeredes. s. si illos instituerit. Si verō non haberet consanguineos, nec testamentum fecisset, arbitror, quod bona ipsius deberent inter pauperes distribui, arg. auth. omnes peregrini. C. commu. de success. Et forte non esset inconueniens dicere, quod hoc casu succedat nutritor. Cogitabis. Et ex praedictis etiam habes, qd respectu bonorum expositi, exponens amittit ius, quod habet in persona, vt hic dicit tex. Sed an amittat ius, qd quod habet in rebus; vt puta, qd licet qd sit factus de seruo liber; tamē patronus succedit liberto, & saltem debet habere legitimam; & pater filio effecto sui iuris, qui filius sui iuris tenetur saltem legitimam patri relinquere; posito, qd pater, vel dominus, vel patronus fuerit sciētes, vel ratum habentes & c. Haec quaestio non tangitur

per Doct. tex. videtur facere, qd isti tales retineat ius in rebus, cū loquatur solum de iuribus personalib'. Facit. d. c. nonne. In contrarium tamen facit tex. dū dicit, qd libertus eripitur in ingenuitatem, quasi sentiat, quod non teneatur patrono aliquid relinquere. Item facit tex. in. auth. vt cū de appel. cogno. §. aliud quoq; verfic. causas. vbi probatur, qd pater legitime potest exheredare filium, si non praestitit sibi necessaria alimenta, seu si expulit eum; ergo & hoc casu idē videtur dicendū. Quaestio est difficilis iudicio meo; tamen arbitror, ita posse dici, qd ab intestato tales retinent ius succedendi. Facit tex. in. d. §. aliud quoq; nam licet filius commiserit plures ingratiuitates, propter quas poterat exheredari, tamen ab intestato succedit. Et licet exheredaretur in testamento; tamen si nō inseritur causa in testamento annullatur. Sed in alijs, qd in filijs in potestate constitutis, licet causa nō infereretur, nō est sic; quia valeret testamētum. Et idē dixi, qd ab intestato retinet ius succedendi. Alij verō qd filij ex testamento, in quo nō sunt instituti, non possunt qrelare; quia in illis praeteritio habetur pro exheredatione. Aduerte tamen; quia praedicta videntur indubitanter procedere respectu patris, & domini; videlicet, qd retineant ius succedēdi; cum maius ius acquiratur seruo, & filio, qd liberto. Vnde videtur magnus effectus, qd seruus sit factus liber, & filius sui iuris. Facit. l. fi. quando. C. de inoffi. test. & idē tex. simpliciter dicit hic, qd seruus eripitur in libertatem; non autem dicit in ingenuitatem. Sed in libertato videtur maius dubium; quia dicit in ingenuitatem. Nisi intelligeres, dum tex. dicit, in libertatem. hoc est, & ingenuitatem. arbitror tamen idem dicendum, de ingenuitate, respectu iurium personalium, vt puta; operarum fabrilium, obsequialium, & reuerentialium. Cogitabis. Et ita debet intelligi, & limitari gl. sequens; dum dicit, nec ad eorū bona aspirabunt. In gl. penul. ibi, si monasterium ipsum expulit. conclude secundum Doct. quod aut solus Abbas expulit, & nō debet puniri monasterium; quia delictum praetati & c. vt in reg. delictum. de reg. iur. lib. 6. Aut monasterium expulit, & dic, secundum Goff. quem sequuntur Doct. qd ante ingressum alteri monasterij, acquirat primo monasterio; sed post, acquirat secundo. Et idē dico de monacho licentiatto ab vno monasterio. Sed dicit hic D. m. se dubitare in primo casu, quando fuit expulsus; nam si fuit expulsus, non videtur amplius habere communionem cum illo monasterio. r. 6. q. i. c. ne pro cuiuslibet. & sic videtur subesse potestati episcopi; vide ad praedicta Bal. in. l. i. §. sed scimus. C. de lat. libe. tol.

De homicidio voluntario, vel casuali. Rub.

S V M M A R I V M.

- 1 Cognitio generis praecedere debet specierum cognitionem.
2 Homicidium quid, & vnde dicitur.
3 Homicidium non videtur committi, si mulier ex percussione alicuius fecit abortum. & nu. 8.

4 Homi-

- 4 Homicidij appellatione, an veniat qui veneno interemit.
5 Homicidij quot species.
6 Homicida qui, & nu. seq.
7 Sicarius qui, & vnde dicatur.
9 Vulnus quando dicatur.
10 Tumefactio ex percussione, an vulnus dicatur.



Continuatur, quia supra visum fuit de quibusdā speciebus homicidij, idē cōsequenter hic subnectitur de homicidio in genere; & sic ponit hic rubricā generalē de homicidio. Et quā quoddā est volūtariū, & quoddā casuale; idē subijcit de vtroq;. Sed contra hanc rubricam opponitur, quod sit praepostera ad praecedentes; nam qd ad cognitionem specierum debet praecedere cognitio generis, vt. l. i. ff. si cer. pet. Sol. dicit Io. And. quod est per regulam. l. non omnium. ff. de legi. Vel dic, qd hic non tractat proprie de speciebus homicidiorū; sed de actibus, per quos non semper; sed quandoq; peruenitur ad homicidia; & sequitur. D. Ant. Sed neutra sol. mihi placet. Vnde arbitror aliter posse solui; videlicet, quod regulariter debemus incipere à cognitione generis. Fallit, si alia ratio subfit, aliud in contrariū faciendū; sed hic ita fuit; nam continuatōnes debēt fieri secundum maiorem conformitatē; & idē meritō praepostera fuit species parricidij; quia cum maius sit delictum, quam simplex homicidium; meritō ad titulos praecedentes, in quibus agitur de delictis grauissimis, subiunctus fuit titulus de parricidio; deinde fuit subiunctus de infan. & laqui. & c. quia in illo traditur de quadā quasi specie parricidij. Secundo opponit Io. And. de superfluitate; sufficebat enim dicere de homicidio; absq; quod diceretur voluntario, vel casuali. Sol. in hoc potius compilatori agendū sunt gratia; quod rubricam clariorem reddiderit, vt. c. vnico. s. vt eccl. benef. ¶ Vltimo oppo. nam secundum praedictam sol. videtur dicendum, quod debebat etiam subiungi, & necessaria, vel iusto; cum quoddam sit necessarium, & quoddam iustum. Sol. dicit ipse, satis est, si in paucis amico labori satisfiat. l. tutori. C. de negot. gest. Vel dic, qd haec duo continentur sub verbo, volūtario, vel casuali. Sed quaero pro intellectu rubr. quid sit homicidium? Sol. dicit, quod est hominis occiso, ab homine facta; nam homicidium sonat in actu hominis, secundum Goffre. & Host. in sum. eo. tit. Dicitur autē homicidium ab homine, & cado. Large tamen dicitur homicidium, quilibet illicitus modus ad nocendum, vt in glo. de poenit. dist. i. c. homicidiorū. & c. homicidium. Notandum tamen, quod cum homo cōstet ex duobus, corpore. s. & anima, videtur quod non sit qd homicidium si ex percussione mea mulier fecit abortum. Vtrum autem qd appellatione homicidij veniat ille, qui veneno interemit; vide in consilio meo quod incipit, Andreocius del Zampariere. Secundo quaero, qd quot sint species homicidij? Sol. dicit, quod aliud est voluntarium, & aliud casuale, vt hic in rub. Item aliud corporale, & aliud spirituale. Spi-

rituale dī pluribus modis; quoniā inter spirituales homicidas detractores fratru, & odiētes connumerantur. Item iniquitates, oppresiones, & iniustitiā facientes. Item fratribus mala persuadentes, de poenit. dist. i. c. homicidiorum. & c. oīs iniquitas. & c. noli. & generaliter oīs motus ad nocendum fratri. Corporale verō homicidiū est corporis, seu hoīs ex aīa, & corpore consistētis, peremptio, de poenit. dist. i. c. homicidiū. Et huius duae sunt species, voluntariū scilicet, & casuale, inter quas longa est differentia, vt patebit ex. j. dicēdis. Tertio quaero, quis dicat homicida? & hoc satis colligi pōt ex his, quae dixi in prima. q. nam dī, qui hominem interficit, qui etiā sicarius appellatur, vt. c. sicut dignum. §. hi quoq; j. eod. Dicitur autem sicarius à sica, quod est ferreum cultelum ab vtraq; parte incidens. Cuius tamen interpretatio lata est, vt contineat & telam, & lapidem, lignum, & quodlibet ferrum, vt Instit. de publi. iudi. §. item lex Cornelia de sicarijs. Dicitur etiam homicida, qui occasionem dedit homicidio, vt not. in. c. si aliquis. j. eo. & 50. dist. studeat. Vtrum autem ille qui dedit causam abortui dicatur homicida? videbimus in. d. c. si aliquis. j. eod. Quarto quaero; quia in hoc titulo sepe fit mentio de vulnere, qd quod dicatur vulnus? Dic, quod dicitur vulnus, quando fit scissura in cute; vel separatio in corpore, seu mutilatio, vt. l. si seruus seruum. §. rupisse. ff. ad leg. Aq. Tradit Bar. in. l. praetor ait. §. si. ff. de iniur. Vtrum autem, qd sit facta tumefactio propter percussione, dicatur illatum vulnus; dic, quod sic, si eius causa sit facta scissura, seu separatio intrinsecus; licet nō appareat ab extra. Et praedicta not. ad statuta. Vltimo de materia huius rubri. vide 50. dist. c. miror. & quattuor seq. c. 2. §. quod verō. vsq; ad §. praemissis. & 23. q. per tot. de poenit. dist. i. c. periculoso. cum. 5. c. seq. & c. si qs cū telo. & seq. & 15. q. i. c. ne quis. vsq; ad fin. & 32. q. 2. c. quod non formatum. & 2. c. seq. 33. q. 2. interfectores. cum. 5. c. seq. & c. latorem.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Irregularitas, quae ex homicidio voluntario causam accipit, procedit à iure diuino.
2 Industria, in malam partem, ratione adiuncti capitur.
3 Verbum, per industriam, significat ex proposito.
4 Dolus, interdum in bonā partē, ratione adiuncti capitur.
5 Homicida ex proposito, an gaudeat immunitatibus ecclesiasticis. Intellectus huius veritas, latē discuntur sub nu. 5.
6 Deposito, est mors civilis.
7 Canones loquentes per verbum moriatur; quomodo intelligi debent.

Si quis. Propter breuitatem, & lecturarum varietatem cōiter non summatur; sed secundum intellectum gl. h. d. Homicida ex proposito non gaudet immunitate ecclesiastica. h. d. Sed iste intellectus nō placet; quia videtur contra. c. fin. de immun. eccle. & quod. j. dicam in gloss. 2. Vnde potest sic summari, Homicida ex proposito debet deponi ab altaris ministris-



nisterio.h.d.Vel sic, Homicida incorrigibilis debet deponi,& tradi curiæ seculari vt moriãt.h.d.¶ No- to primo,q̄ irregularitas, q̄ causatur ex homicidio voluntario processit a iure diuino;nã hic ponunt ver ba Dei p̄ lege tradita Moyfi,vt Exodi.c.21. De hoc artic.quo iure fuerit introducta irregularitas,dic,vt dicã in.c.ad audientia.in.3.q.principali.7.eo.Secun do not.significatum nois industria,quia hic capitur in malam partẽ.Hoc tñ contingit rone adiuncti, dũ dẽ, per insidias. quod declarat vocabulũ, industriam. Et dẽ per industria hoc est, ex proposito.Facit, quia qũq; dolus dẽ bonus rone adiuncti. In gl. 2. in fi. dic. ex hac gl. colligitur primus intellectus, s̄m quẽ posui primũ summariũ; videlicet, q̄ laicus qui ex propo sito comisit homicidiũ, licet illud comiserit extra ec- clesiã, confugiẽs ad ecclesiã non debet gaudere imu nitate ecclesiã. Et hunc intellectum tenuit Abb.hic. Sed cõiter reprobat, vt dixi. quia contra. c. si. de im mu. eccle. quia est speciale, q̄ comittens homicidiũ in cõmisterio, vel in ecclesia ex proposito, non gau deat immunitate ecclesiã. Secus si extra ecclesiã cõ misit; licet ex proposito. Itẽ facit contra. c. inter alia. de immun. eccl. q̄ generalitẽr vult, q̄ comittens cri men, quantũcunq; graue, fugiẽs ad ecclesiã, non de- bet inde inuitus extrahi; cũ ergo iste casus, s̄m hunc intellectũ, nullibi reperiat exceptus, & sit lex Exodi, & nõ noua, debemus stare regulã. Sed dicit hic Inn. q̄ fortẽ iste tex. procedebat in altaribus veteris testa menti, q̄ non erant tantã autoritatis, quãtã sunt no stra. Itẽ & tertio facit in cõtrarium; q̄ s̄m p̄dictum intellectũ, iste tex. debuisset situari sub titulo, de im mu. eccle. s̄m q̄ traditur in proq. 6. in verbo, titulis. Sed hoc argu. parum stringit; quia rone homicidij, congruã potuit hic situari. Vide q̄ dixi in.c. significã tibus. 3. de appel. Goffre. hic dicit, q̄ hæc lex Exodi hic posita, nõ est hodie obseruanda; sed ideò hic fuit posita, vt haberetur eius notitia. Sed hoc nõ placet, per notata. 3. in proq. Vnde datur alius intellectu; videlicet, q̄ tex. intelligatur de morte per pœnitentiã, videlicet, q̄ moriatur scilicet in peccatis suis, vel vt deponatur; nã dẽ depositio est mors ciuili. 2. q. 7. §. quia ergò. Vel s̄m Host. debet intelligi de homicida incorrigibili, qui post depositionẽ, debet tradi curiẽ seculari, vt. c. cum non ab hoie. de iudi. D. m. hic di- cit, q̄ iste tex. p̄t intelligi tam in laico, quam in cle- rico. Et intelligendo de clerico, debet exponi, q̄ ho- micida ex proposito debet auelli ab altaris ministe rio; hoc est, a communione fidelium, quod ẽt proba- tum per verba sequẽtia, ibi, vt moriatur. nã hæc ver- ba canonibus inserta, debẽt intelligi de morte ciui- li, & sic de excõicatione. Facit. c. per venerabilẽ. qui fil. sint legit. licet ergò tẽpore huius legis intelligerẽt de morte naturali; tamen inserta canonibus debet intelligi de ciuili; & sic de excõicatione; quia cano- nes non imponunt mortem naturalem. Imò prohi- bent clericum interesse, vt. c. sentẽtiam. 3. ne cler. vel mona. Itẽ potest intelligi de clerico, & tunc tex. stat propriẽ; quia propriẽ clericus p̄t ab altari auelli, q̄ est astrictus altari; & tunc verbum moriatur, p̄t du- pliciter intelligi; moriatur. s̄. morte ciuili. s̄. p̄ depõsi- tionẽ, vel per actualẽ degradationem si fuerit expe- diens, & traditionem curiẽ seculari; vt traditur in. d. c. cum non ab homine. 3. de iud.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Furis, & latronis differentia.
- 2 Fur vnde dicitur.
- 3 Fur, qui comprehendit potest, non debet occidi.
- 4 Pœnitentia in quibus consistit.
- 5 Arma pœnitentia.
- 6 Cibis delicatis, pœnitentia tempore, non vtendum.
- 7 Cibi prohibiti in ieiunio, qui sint remiss.
- 8 Homicida, vt excusetur ab occisione furis, tam in foro fo- ri, quam in foro Poli, quid requiritur. & sub nu. 9.
- 9 Factum lege permittente, penam non meretur.
- 10 Deus elemosyna, & ieiunio multum placatur.
- 11 Sacerdos interficiens aliquando defendendo sua, nõ debet ita grauiter puniri; sicut si sine defensione occidisset; & efficitur irregularis. Et quid quando aliter mortẽ euadere non poterat. ibid.

Interfecisti.

Ponit pœnitentiã occidẽs latronẽ, cum se poterat ali-

ter liberare. Si verò aliter non poterat se liberare, nõ tenetur pœnitentiã agere, nisi ad cautelã. h. d. Secun- da, ibi. si autẽ. ¶ Noto primo, q̄ differentia est inter furẽ, & latronẽ. Fur enim dẽ ille, qui de nocte furãt. Et dẽ a furto, q̄ est nigrum; quia in tenebris ambu- lat. Latro verò de die. Sed tu dic, q̄ hæc synonimẽ ac- cipiuntur; dic, vt dixi in. c. suscepimus. 7. eod. Et ad- uerte; quia duplex est latro, non famosus, & famo- sus, vide. l. capitalium. §. famosos. ff. de pen. & iura al- legata in gl. 1. Secundo nota, quòd vbi fur, vel latro p̄t deprehẽdi, non debet interfici. Et ita debet limi- tari. c. seq. & l. itaq; ff. ad. l. Aquil. quã volunt, quòd nocturnus latro possit occidi. Et pondera text. quia simpliciter dicit comprahẽdi. Ex quo infert. D. m. q̄ licet ille, cui committitur furtũ de nocte, non possit furẽ tũc aliter comprahẽdere, si tñ fur fuit cognitũ, adeò q̄ ille, cui fuit comissũ furtũ possit sibi, puidere mediãte iudice, & fur ille sit soluẽdo, non p̄t impu- nẽ occidere. Et hæc nota ad limitationẽ eorum, quã dicit Bar. in. l. furẽ. ff. ad leg. Corne. de sic. & quẽ dicẽtur in. c. seq. Tertio not. plura ex quibus agitur pœni- tẽtia; videlicet, ieiuniũ, quod consistit principaliter in abstinentia cibi, & potus, & vestis; quia debet quis vti cilicio, vel sacco. Vnde dicit Hieronymus q̄ fac- cus, & ieiuniũ sunt arma pniã; & auxilia peccatorũ. Et si ex duobus necessarijs vnũ ẽ subtrahẽdũ, potius eligẽdum est ieiuniũ absq; sacco, q̄ sacco absq; ieiu- nio. Tertiu est exercitiũ, p̄ q̄ faciliter q̄s possit ruere in peccatum, prout est militia, vel simile. Quartũ, de- lectationes, & gaudia; quia tempore pœnitentiẽ de- bet quis affligi animo, & corpore. Et ideò debet ab- stinere a thoro, hoc est a coniũctione carnali, in qua maxima est delectatio, vel a thoro. i. a lecto, quia nõ debet in lecto dormire. Et sic intellige glo. Tenet tñ reddere debitum, vt dicit glo. Quarto nota, ibi, par- uis pisciculis. quòd tẽpore pœnitentiã quis non debet vti cibis delicatis, & voluptuosis, vide dist. 4. c. deniq;. Et qui sint cibi t̄ prohibiti, vide Hostien. in summ. in titũ. de obseruatione ieiunij. §. qualiter. Quinto

Quinto nota, ibi, te qua; quòd t̄ ad hoc, vt quis ex- cusetur ab occisione furis, requiritur quòd occide- rit, vt se, & sua liberaret. Non ergò sufficit rerum de- fensio, quia ista duo ponuntur hic copulatiue; ergò amoborum requiritur concursus, vt. l. si hæredi. ff. de cond. & demonst. Et hoc tenet glo. 2. 3. q. 3. in prin. & Goffred. & Io. And. hic. Legistã tamen, maximẽ Bar. in. d. l. furem. ff. ad. l. Corn. de siccar. tener cõtrarium. & in. l. 1. c. vnde vi. & D. Flor. in. l. itaq; ff. ad. l. Aquil. Pro qua opinione, facit text. in. c. seq. vbi fit mentio de illis legibus. D. m. hic, pro concordia opi. dicit, q̄ in foro pœnitentia non excusatur quis propter per- missionem iuris ciuili; quominus debeat agere pœ- nitentiam. Facit quod not. glo. 3. 3. q. 2. c. admonere. coniuncta. l. qd ait. & l. nec in ea. ff. ad. l. Iul. de adul. Et ita debet intelligi. l. gracchus. C. de adul. quã dicit, t̄ quod sit lege permittente, non meretur pœnam; quia debet intelligi propriẽ de pœna; non autem de pœnitentia. Et hoc procedit, quando lex ciuili permittens, non coadiuaretur iurẽ diuino. Vide quã dicam in. c. ad audientiam. in. 3. arti. prin- cipali. 7. q. principalis. q. 2. 8. 7. eod. Aduerte tamen; quia hoc procederet respectu rerum; sed respectu p- sonã, si non posset quis aliter euadere, nõ requiritur copulatiua rerum; sed satis sufficit defensio psonã, vt in clem. 1. de homi. Quo casu aliqua irregularitas non incurritur, vt dicam in. d. c. ad audientiam. in. 3. artic. 7. q. princ. Et ex prædictis not. quòd t̄ non dicit quis se defendere quo ad forum pœnitentiale, cum moderamine inculpatã tutelã, si simpliciter defendit res. Sed hæc defensio videtur habere quandam odij meditationem, & sic quasi quandam vindictã, vt hic in tex. Quantum verò ad forum contẽtiosum, distinguimus inter furem nocturnum, & diurnum, & c. seq. ¶ Vltimo nota duo, t̄ quã multum iuuant, & in quibus Deus multum placatur, videlicet; ieiu- nium, & elemosina. In fi. glo. fi. dic. ex hac gl. habes duos intellectus ad tex. nostrum. primus, q̄ t̄ sacer- dos interficiens alium defendendo sua, nõ debet pu- niri ita grauiter; sicut si sine defensione commisset homicidium, efficitur tamen irregularis, de quo di- cam in. d. 2. 8. q. Secundus intellectus est, quòd sacer- dos, non valens aliter euitare mortem, nisi interfi- ciat, debet pœnitentiam agere, & sic efficitur irregu- laris. Sed iste intellectus \* communiter reprobat; quia est contra clem. 1. eo. tit. & dixi. 3. in notab.

C A P. I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Fur etiam dicitur, qui de die furatur.
- 2 Homicida propriẽ non dicitur, qui lege permittente oc- cidit.
- 3 Statutum prohibens, quod homicida ad honores non ad- mittatur, locum non habet in eo, qui lege permittente ho- micidium commisit.
- 4 Dies quando incipit, & quandiu durat.
- 5 Pœna in delictis (secundum statuta Italie) de nocte com- missis, duplicatur.
- 6 Statutum pro delicto de nocte commisso, duplicatã pœnã imponens. An locum sibi vendicat in delicto in Auro- ra, vel in crepusculo. i. paulo post occasum solis comisso.

- 7 sub nu. 7. vbi de communi.
- 7 Nox, & dies vnde.
- 8 Ratio legis consideranda.
- 9 Furem nocturnum, an occidere liceat.

Si perfodiens.

Fur diurnus non occidi- tur siue cul-

in. s. interdicimus. in auth. de san. epi. & gl. & Doct. in auth. interdicimus. C. de epi. & cle. Vnde dicit Inno. quod ex isto ludo scacchorum iste clericus occisus surrexit, & alium in terram proiecit; forte indignatus propter scacchum matum, ex cuius cultello ad la- positum, quod ludus esset prohibitus, prohibito clerici non releuaret, vt arbitror; probatur, s. o. dist. clerico. & c. voluntate. & vide quod not. glo. pen. in. c. si. cut dignum. s. eo. Nota glo. in ver. eiusdem diaconi. fortificat tex. & assignat rationem; & fuit expedita in glo. praecedenti. In eadem, ibi. s. cum eo. dic, vbi dicitur, quod si dolo fugauit pecus cum panno rubeo, vt incidere in fures, teneretur furti, si verò per iocum, tenetur actione in factum; quia ludus obnoxius non debet esse impunitus. Nota glo. fi. format contrarium, & dupliciter sol. & ponit opi. Io. In eadem, ibi, quid ergò fines fecit diuersos. Docto. communiter sequuntur primam solutionem, quod d. c. sequens procedit de iure communi; quoniam ibi nulla fuit commissa culpa; & ibi dicam. Ex hac tamen glo. & ex glo. praecedenti not. quod licet ludus aliàs in se esset permissus clericis, tamen efficitur prohibitus propter admixtionem laicorum.

Ille ex cuius illegitimè opera sequutū est homicidium, efficitur irregularis. h. d. Vel sic. Homicidii imputatur ei, qui fuit in culpa. h. d. Secunda ibi, verum. Noto primo, quod ista verba fur, & latro sunt synonyma. nam tex. in principio dicit, latrones, & postea dicit fures. D. Floria. de Bonò. in. l. 3. in principio. ff. ad. l. Aquil. dicit, quod fur est qui clam furatur; Latro verò qui palam; & talis furca suspendendus est, per. l. capitalium. s. famosus. ff. de p. en. Sed iudicio meo, malè dicit, quoniam s. ille loquitur non simpliciter de latrone, sed de famoso latrone. Vnde simplex latro non est furca suspendendus de iure communis; nisi sit famosus. Ego tamen arbitror, quod fur sit non men generis, & latro speciei; nam quilibet latro est fur; sed non conuertitur. Vnde non facio differentiam an sit nocturnus, vel diurnus; quia omnimodò si clam furatur, & non per violentiam, dicitur proprie fur; ita intelligo. d. c. si perfodiens. supra eo. Et aduerte, quia licet Bart. in. d. s. famosus. videatur vel le, quod glo. in auth. sed nouo iure. in verbo, castigabitur. sit vera. in quantum vult, quod publicus latro sit ille, qui consuevit furari, etiam clam, & contra ipsum laboret infamia; tñ eius opinio non tenetur per modernos in dicta authen. sed nouo. C. de ser. fugit. vbi dicunt, quod latro non dicitur, nisi qui palam, & in strata publica hoc fecerit. Similiter non dicitur famosus, nisi pluries idem facere consueuisset; & ita intelligunt ipsam glo. Si verò fuisset occultus, non posset dici latro, etiam si perforaro pariete, pecunias, seu res alienas subtraxisset. Sed si pluries fuisset furatus, & contra eum laboraret infamia, fur famosus appellaretur. Et ita dicit Paul. de Castro post Bald. & Angel. in dicta authen. sed nouo iure. Facit quod not. Ioan. And. in addi. Specul. in tit. de homicid. & Bald. in. l. 3. C. de episc. aud. & vide D. m. in. c. ex parte A. supra de testib. vbi not. quod differentiam esse inter latronem, & raptorem; quia Latro qui in stratis & c. Raptor qui per vim auferit, siue in publico, siue in occulto. Vide glo. singularem in. l. cum duobus. s. damna. ff. pro soci. quae dicit quod furtum fit in domibus de nocte; latrocinium fit in siluis. Secundo not. ibi, vestibus proprijs. quod religiosus largo modo vestes quas habet ad vsu pro prium, potest appellare proprias; & hoc forte ad differentiam aliarum rerum monasterij, quibus non ita vtitur. Vide gloss. 12. q. 1. c. non dicatis. Tertio not. ibi, rerum sustinere iacturam, quod dicitur clerico non licet occidere latronem aliquo modo pro saluandis rebus suis; sed potius debet sustinere omnium rerum iacturam, de quo infra in gloss. Vltimo not. quod ita tenetur de homicidio ille, qui ligauit, sicut qui interfecit, allegat. D. m. l. item Melà. s. si alius. ff. ad. l. Aquil. vbi tenetur de damno, qui tenuit, sicut ille, qui damnum dedit; & hoc probat text. dum dicit, ex vtriusque opera. iuncta gloss. Sed aduerte, quod arbitror, quod istud possit procedere, quod ad irregularitatem, in qua sufficit sola culpa; secus quod ad. l. Corn. de scar. Item aduerte, quia arbitror, quod iste clericus non teneatur ex eo quia ligauit; sed quia non bene ligauit; & sic fuit in culpa.

C A P. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Fur, & latro synonyma sunt.
2 Fur a latrone, an, & in quo differt.
3 Latronis, & raptoris discrimen.
4 Religiosus in veste proprietatem habet.
5 Clerico non licet occidere latronem pro suorum conseruatione. & nu. 7. & 10.
6 Homicida tam est is qui ligat, quam qui interfecit.
8 Clerico, an pro conseruandis suis, liceat vocare brachium. siculare.
9 Laico, an pro rebus suis tuendis hominem liceat occidere. remiss. Sed an pro persona sua defensione quando potuit fugere. sub nu. 10. Et quid si verecundia illi erat, quod fugeret, vt si erat miles, vel stipendiarius. ibid. Mercatori non est verecundia fugere. sub nu. 10. Doctori quod; fuga non est vituperosa. ibidem.
11 Florentinus occidens aggressorem suum, cum fugere possit, puniatur. Perusinus contra.
12 Abbas contra monachū suū ingredi potest, & eundē punire.
13 Ecclesia vindictam omnem prohibet.

Ille ex cuius illegitimè opera sequutū est homicidium, efficitur irregularis. h. d. Vel sic. Homicidii imputatur ei, qui fuit in culpa. h. d. Secunda ibi, verum. Noto primo, quod ista verba fur, & latro sunt synonyma. nam tex. in principio dicit, latrones, & postea dicit fures. D. Floria. de Bonò. in. l. 3. in principio. ff. ad. l. Aquil. dicit, quod fur est qui clam furatur; Latro verò qui palam; & talis furca suspendendus est, per. l. capitalium. s. famosus. ff. de p. en. Sed iudicio meo, malè dicit, quoniam s. ille loquitur non simpliciter de latrone, sed de famoso latrone. Vnde simplex latro non est furca suspendendus de iure communis; nisi sit famosus. Ego tamen arbitror, quod fur sit non men generis, & latro speciei; nam quilibet latro est fur; sed non conuertitur. Vnde non facio differentiam an sit nocturnus, vel diurnus; quia omnimodò si clam furatur, & non per violentiam, dicitur proprie fur; ita intelligo. d. c. si perfodiens. supra eo. Et aduerte, quia licet Bart. in. d. s. famosus. videatur vel le, quod glo. in auth. sed nouo iure. in verbo, castigabitur. sit vera. in quantum vult, quod publicus latro sit ille, qui consuevit furari, etiam clam, & contra ipsum laboret infamia; tñ eius opinio non tenetur per modernos in dicta authen. sed nouo. C. de ser. fugit. vbi dicunt, quod latro non dicitur, nisi qui palam, & in strata publica hoc fecerit. Similiter non dicitur famosus, nisi pluries idem facere consueuisset; & ita intelligunt ipsam glo. Si verò fuisset occultus, non posset dici latro, etiam si perforaro pariete, pecunias, seu res alienas subtraxisset. Sed si pluries fuisset furatus, & contra eum laboraret infamia, fur famosus appellaretur. Et ita dicit Paul. de Castro post Bald. & Angel. in dicta authen. sed nouo iure. Facit quod not. Ioan. And. in addi. Specul. in tit. de homicid. & Bald. in. l. 3. C. de episc. aud. & vide D. m. in. c. ex parte A. supra de testib. vbi not. quod differentiam esse inter latronem, & raptorem; quia Latro qui in stratis & c. Raptor qui per vim auferit, siue in publico, siue in occulto. Vide glo. singularem in. l. cum duobus. s. damna. ff. pro soci. quae dicit quod furtum fit in domibus de nocte; latrocinium fit in siluis. Secundo not. ibi, vestibus proprijs. quod religiosus largo modo vestes quas habet ad vsu pro prium, potest appellare proprias; & hoc forte ad differentiam aliarum rerum monasterij, quibus non ita vtitur. Vide gloss. 12. q. 1. c. non dicatis. Tertio not. ibi, rerum sustinere iacturam, quod dicitur clerico non licet occidere latronem aliquo modo pro saluandis rebus suis; sed potius debet sustinere omnium rerum iacturam, de quo infra in gloss. Vltimo not. quod ita tenetur de homicidio ille, qui ligauit, sicut qui interfecit, allegat. D. m. l. item Melà. s. si alius. ff. ad. l. Aquil. vbi tenetur de damno, qui tenuit, sicut ille, qui damnum dedit; & hoc probat text. dum dicit, ex vtriusque opera. iuncta gloss. Sed aduerte, quod arbitror, quod istud possit procedere, quod ad irregularitatem, in qua sufficit sola culpa; secus quod ad. l. Corn. de scar. Item aduerte, quia arbitror, quod iste clericus non teneatur ex eo quia ligauit; sed quia non bene ligauit; & sic fuit in culpa.



propter quam alter timuit, & homicidium commisit; & sic dedit causam homicidio. Sed secundum Innoc. & Hostien. fuit in culpa, dimittendo duos; licet ligatos, ad vnus custodiam; quia debuit cogitare, quod euenire poterat, vt probatur in c. is, qui eod. tit. lib. 6. & seq. ¶ Glo. 1. sentit contrarium, & solu. In eadem, ibi, fines debita defensionis, dic, & sic habes vnum intellectum ex principio huius gl. videlicet, quod ideò efficitur irregularis; quia ambo excefferant fines debita defensionis; nam ex quo isti habebant res suas saluas, non debebant ipsos ligare, sed extra domum eijcere. In eadem, ibi, nec aliquem propter res interficere, dic, ex hac glo. colligitur alius intellectus; videlicet, quod isti fuerunt in culpa; quia ¶ pro rebus saluandis non licet clericis committere homicidium. Nec obstat c. 2. §. eod. quia, vt vbi dicit gloss. ibi occidit pro defensione personæ, & rerum copulatinè. & sic licuit. Nec obstat c. dilecto. de senten. excomm. libr. 6.

7 quia secundum Hostien. clerico licet ¶ pro saluandis rebus suis vocare brachium seculare. Ita loquitur ille text. & j. eod. c. postulasti. Sed non debet in propria persona arma mouere, vt hic. Et vide quod not. j. eod. c. petio. & §. de voto. c. ex multa. §. de clericis. & sequitur hic Io. And. & communiter \* Docto. Sed secundum D. m. hic intellectus nimis restringit literam; & contrarium sentit ibi gloss. in versic. bonis. & gloss. fina. in d. dilecto. Ideo concludit secundum eum, quod pro defensione rerum licitum est clericis arma, baculum, & similia sumere; non tamen debent procedere ad læua, hoc est, ad occisionem. Pro quo intellectu facit litera. ibi, tam acriter exardescere in alios. non ergò prohibetur moderata defensio. & ita secundum eum, videtur intelligere Innoc. in c. si verò. r. j. de senten. excommu. Et hanc sententiam tenuit Io. And. in d. dilecto. Pro qua facit. c. cum olim. r. §. de restit. spolia. coniuncta clem. si furiosus. eod. tit. Idem etiam tenet D. m. in c. 2. §. de vit. & honest. cleri. In eadem, ibi, Lupus verò, dic, an hoc sit verum indistinctè, vt ¶ liceat laico hominem interficere pro saluandis rebus suis? dic, vt dixi in c. 2. §. eod. ¶ Gloss. 2. opp. & solu. In fin. dic, quod contraria intelliguntur, quando aliter interficiens non potest euadere secundum Abbat. Tu dic, in laico prout dixi in c. 2. §. eod. in clerico dic, vt dixi in glo. præcedenti. ¶ Glo. 3. format contrarium & solu. & allegat simile. In eadem, ibi, ad interficiendum quæreretur, dic, vt habetur Matth. c. 2. In fi. glo. dic, ex hac glo. colligitur tertius intellectus secundum D. m. videlicet, quod iste poterat fugere, dum isti nitebantur soluere se; vnde non fugiendo fuit in culpa. Vnde dicit D. m. hanc gl. singulariter notab. iuncto text. probat enim, quod ¶ clericus non excusatur ab homicidio; si fugiendo poterat euitare. Idem not. gloss. in d. clem. si furiosus. eod. titu. Et subdit notandum esse ex ista glo. iuncto text. in fin. quod non solum ex hoc causatur irregularitas; sed etiam peccatum; quia excessit ecclesiasticam mansuetudinem, ex eo, quod potius voluit proximum interficere, quam fugere. In laico vero dicit contrarium secundum Bart. in d. r. c. vnde vi. quia cum fugere sit iniuriosum, &

opprobriosum, potest quis licitè resistere, vt se ab illa iniuria liberet. Sed tu aduerte; quia iudicio meo, text. nullum facit dubium de interficiente; sed de monacho, qui dimisit illos ligatos apud fratrem. Vnde dicerem, quod interficiens est irregularis; quia poterat fugere, & non habet dubium in clerico. Sed culpa ipsius non deberet alteri monacho absenti nocere; nisi ille fuisset in culpa, in qua fuit secundum fm intellectum, de quo dixi in glo. r. in princip. Item aduerte ad aliud, quod dicit D. m. & Bart. quod licitum sit interficere, licet possit fugere; est enim hoc verum, quando esset talis persona cui fugere esset verecundia; videlicet, si esset miles stipendiarius, vel similibus secundum Iaco. de Aret. per l. Iulianus. ff. si quis omisi. cau. testa. & sequitur D. Floria. in l. scientiam. §. qui cum alios. ff. ad l. Aquil. Secus si fuga non esset vituperosa propter qualitatem personæ; vt puta, in mercatore, & doctore. Et ideò quidam dicunt, quod ¶ Florentinus interficiens aggressorem suum, cum posset fugere, debet puniri; secus in Perusino, vide Bart. latissimè in repet. l. i. C. vnde vi. ¶ Glo. in ver. iacturam. iustificat text. In eadem, ibi, Apostolus. dic, ad Ro. c. 12. ¶ Glo. pen. colligit argumentum. In fi. dic, ex hac gl. iuncto text. not. secundum D. m. quod ¶ Abbas potest inquirere contra monachum suum, & eum punire. Facit quod not. Io. de Ligna. in clem. ne in agro. de sta. regula. De quo artic. vide D. m. in repet. c. si quis contra clericum. de foro compet. ¶ Glo. fi. in princip. exponit literam. deinde colligit arg. In fi. dic, de hoc vt in c. seq. in glo. Vltimo quæro, quid vult dicere text. dum dicit, contra mansuetudinem ecclesiasticam. Sol. dic, quod ¶ ecclesia prohibet vindictam exerceri, etiam de graui sanguinis effusione. Imò etiam reos sanguinis defendit à vindicta. Vnde nec cum voluntario homicida dispensat ecclesia; sed illum deponit. §. o. distin. miror. Etiam si sit episcopus, vt. j. de excess. præla. c. ex literis. secundum Io. And. hic. De dispensatione, dic, vt dixi in c. continebatur. §. eod. tit.

C A P. X I.

S V M M A R I V M.

- 1 Videtur, verbum, in legislatore quid importat.
- 2 Doctior respondens per verbum, videtur, intelligitur affirmatiuè respondere.
- 3 Medicus respondens per verbum videtur, affirmat.
- 4 Iudex quoq; pronuntians per verbum videtur, affirmat.
- 5 Testis depones per verbum mihi videtur, an probet. & sub num. seq.
- 6 Iudex in sententia causam assignare non tenetur.
- 7 Verbum, videtur, interdum responsonem non includit. Et quot modis hoc verbum sumatur. remis.
- 8 Cause appellatione, venit causa proxima, & adherens; non remota.
- 9 Causa remota quando attendatur.

De cætero.

Dans causam homicidio, irregularis est. h. d. Not. primo

1 primo, ibi, non videtur. ¶ verbum videtur in legislatore importat iuris dispositionem. Vnde tantum est dicere non videtur, quantum non est, secundum Io. And. Quod inducit. D. m. ad dicta testium, & male. Et ideò tu dic, quod pro primo dicto Io. And. est text. in c. de quota. de præscrip. & c. præterea. §. de appella. in c. 2. §. de fide instrum. & l. sciendum. ff. de verbo. obliga. Et idem etiam dicendum est in ¶ doctore, qui respondens per verbum videtur, intelligitur respondere de iure, vt in c. r. de iudi. & ibi Docto.

2 Et idem arbitror in ¶ medico, vt. l. quod tamen. §. si tandem. ff. de arbit. & ibi per Bart. & l. r. §. r. ff. de vè tre in spi. Idem etiam in ¶ iudice sententiam dante per verbum videtur, vt dicit Ange. in repet. l. sciendum. ff. de verbo. obliga. Et ¶ an testis probet deponens per verbum, mihi videtur. maius est dubium. Sed breuiter conclusio sit, quod aut deponit in his, quæ possunt per sensum corporeum certitudinariè comprehendere, & percipi, & non probat, nisi reddat sufficientem causam dicti sui. Aut deponit in his, in quibus laborat iudicium rationis, & intellectus, vt in medico deponente, quod sibi videtur vulnus mortale, vel obsterice, quod sibi videtur illam virginè fore, vel corruptam, vel prægnantem; & tunc probat, vt. l. r. §. r. ff. de ventre inspici. Et quæ sit ratio differentie inter primum casum, & inter iudicem, seu arbitrum, potest dicere, quod est; quia ¶ iudex in sententia non tenetur assignare causam; testis verò tenetur reddere rationem dicti sui, secundum Bald. qui ita distinguit, & rationem assignat in d. §. si arbiter. Sed tu aduerte; quia secundum hanc rationem testis probaret, vbi non teneretur reddere hanc rationem, quando non interrogaretur, de qua materia vide in c. cum causam. §. de testib. Et de prædicto articulo, an testis probet per verbum, videtur, vide. §. de renun. c. 2. & de iudi. c. 1. de senten. excomm. c. perpendimus. & Bart. in præm. digest. Item aduerte; quia quædoq; verbum, videtur, ¶ non includit certam responsonem, vt not. gloss. 3. q. 4. c. si causa. & Archid. 3. q. 4. in princip. & vide in c. de his. §. o. distin. Insuper quandoq; aliquid videtur ita esse, quod non est, vt probatur in c. cum nobis olim. in prin. de elect. & c. per tuas. in princ. de senten. excommu. Et qualiter verbum, videtur, plurimis modis summat, vide Bart. consi. r. r. quod incipit, quæritur. Sed quæro, quia text. noster loquitur de diacono, quid in alio clerico, vel laico. Solu. dic idem secundum Io. And. Nec obstat text. noster, quia hic narrat factum. Secundo quæro, vtum iste possit in iam susceptis ordinibus ministrare? Et videtur dicendum, quod sic, quia hic solum prohibetur, ne promoueatur; ergò à contrario, secus in susceptis. Sed tene contrarium, secundum Io. And. post Abba. quem sequuntur \* Doct. quia debet remoueri ab omni altaris ministerio, vt. c. præbyterum. §. eo. ¶ Glo. in princ. ponit quatuor modos, quibus quis dicitur dare causam homicidio; deinde colligit argumentum, & distinguit inter causam remotam, & propinquam. In fi. glo. dic, not. ex ista glo. iuncto text. secundum D. m. quod ¶ appellatione causæ venit causa proxima, non remota; & quod causa proxima imputatur, remota verò non. Nec obstat. c. præbyterum. §. eo. quia secundum Hostien. ibi, non est causa remota; imò

propinqua, & coherens. Vnde idem iuris est, arg. ff. de rei vend. l. quæ religiosis. & sequitur hic Io. And. & D. m. Tu dic, quod in c. præbyterum. §. eo. fuit causa proxima. Itè potuit esse causa remota in alio casu, videlicet; quando simpliciter ex vulnere obiit; nam percussio ad mortem videtur causa remota. Et ideò potes dicere, vt dixi in d. c. præbyterum. in gl. fi. videlicet, quod ¶ de causa remota non tenetur, nisi verisimiliter sit ordinata ad causatum; ita quod propter ipsam ordinationem, & consequentiam causati, præstas causam ipsam remotam, videatur habuisse animum ad causatum. Aliàs secus; si non esset ordinata ad illud. Et potes figurare exemplum in magistro, qui fecit cultellos. Vel in eo, qui fecit fenestram, per quam aliter se præcipitavit. Nam cum principaliter non esset ordinata fenestra ad illud, non tenetur qui fecit. Vide in hac materia remissiones, quas dedi in d. c. præbyterum. §. eo.

C A P. X I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Homicidium casuale imputatur ei, qui dabit operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.
- 2 Clericus familiam suam moderatè corrigere potest.
- 3 Correctio qualis esse debeat.
- 4 Casus ex correctione moderata superueniens, corrigenti, non imputatur.
- 5 Correctio leuis, an dicatur, quando sit cum cingulo; distinguet tamen, vt per authorem.
- 6 Corrigens cum cingulo, cum quo simul esset gladius, dicitur esse in culpa, & casu superueniente, in eum nõ remouendo; irregularitatem incidit.
- 7 Corrigens cum claua, malleo, cultello, vel similibus, dicitur esse in dolo.
- 8 Magister, vel dominus dando palmatam scholari cum baculo, non est in culpa. Secus si caput immoderatè percuteret cum baculo.
- 9 Magister, seu præceptor quomodo probetur, quod animo monendi, seu docendi discipulum correxerit.
- 10 Corrigens, qua pœna teneatur pro excessu.
- 11 Magistris, dominis, & similibus, quare moderata correctio permissa sit.
- 12 Irregularitas quid sit. & sub nu. seq.
- 13 Nota, idem est, quod infamia.
- 14 Irregularitas vnde dicta sit.
- 15 Irregularitas quo iure sit introdueta. & sub nu. 21.
- 16 Irregularitas non contrahitur nisi in casibus à iure expressis.
- 17 Irregularitas, an in dubio præsumenda sit pulchrè, & late discutitur, & nu. seqq.
- 18 Irregularitas in foro contentioso quò ad impositionem pœnæ non præsumitur in dubio.
- 19 Irregularitas in foro penitentiali in dubio præsumitur.
- 20 Peccatum in foro penitentiali in dubio præsumitur. Et idem fit in foro quasi penitentiali. exemplum traditur per authorem, nu. 21.
- 22 Irregularitatis quot sint species, late traditur.
- 23 Irregularitas per quas personas incurritur. Et infra per discursum. sub numeris seqq.

- 24 Irregularitas, an incurrat propter homicidium commissum ante baptismum.
- 25 Irregularitas causata a peccato, an tollatur per baptismum.
- 26 Infidelis, an possit incidere in irregularitatem.
- 27 Furiosus committendo homicidium, non incurrit in irregularitatem. & de ratione sub nu. 28.
- 28 Mentecaptus propter homicidium, non efficitur irregularis.
- 29 Furiosus, seu mente captus dilucida intervalla habens, si modo tempore dementia homicidium commiserit, in irregularitatem non incidit.
- 30 Furoris duae sunt species secundum Plat. alia humana, & mala. alia divina, & bona.
- 31 Furiosus qui culpa sua incidit in furorē, an committendo homicidium irregularis efficitur.
- 32 Onus probandi factum tempore furoris, vel tempore sane mentis, cui incumbat.
- 33 Praesumitur quisque sane mentis.
- 34 Fallit in eo qui aliquando fuit furiosus. nu. 34.
- 35 Praesumptio naturae tollitur per accidentem contrarium. Fallit quando accidens, saltem aptitudine, non est durable. nu. 36.
- 37 Furor qualiter probetur.
- 38 Furiosus semel, semper praesumitur furiosus. Fallit in furore accidentali, iuncto temporis intervallo. nu. 39.
- 40 Testibus super furore deponentibus non creditur, nisi causam sui dicti reddant.
- 41 Probatio furoris, & probatio sane mentis si concurrant, quae praevalent, remissive.
- 42 Infans, an propter homicidium incidat in irregularitatem. & nu. 48.
- 43 Infans sponsalia non contrahit.
- 44 Infans quis dicatur.
- 45 Doli capax ex homicidio, vel mutilatione in irregularitatem incurrit.
- 46 Puer quanto capax doli dicatur.
- 47 Proximus pubertati, quando dicatur, masculus, vel femina.
- 49 Pupillus doli capax, an propter homicidium eius negligentia commissum, veluti quia delictum prohibere potuit, & non prohibuit, in irregularitatem incurrat.
- 50 Irregularitas propter homicidium incurri potest, licet ex illo homicidio poena quis non afficiatur.
- 51 Dormiens, an propter homicidium, vel mutilationem ab eo in somnis commissam, in irregularitatem incidat, quod non. Et de ratione nu. 52. Fallit si dormienti culpa potest imputari. num. 54. ubi exemplificat.
- 53 Dormiens, & furiosus equiparantur.
- 55 Ebrius aliquem interficiens, an in irregularitatem incidat. Quod non. Fallit si culpa illi potest imputari, exemplificando. & nu. seq.
- 57 Miles caelestis militiae, & miles armatae militiae equiparantur.
- 58 Prodigus bonis interdictus, an delinquendo in irregularitatem incidat. Quod sic. Fallit in delicto commisso in non faciendo. nu. 59. De quo tamen auctor dubitat. sub nu. 60.
- 60 Prodigus, & pupillus doli capax equiparantur.
- 61 Femina, an propter homicidium in irregularitatem incidat.
- 62 Femina ordinari non potest. Nec de facto ordinata characterem recipit.
- 63 Femina coronam portare non potest, sicut potest clericus.
- 64 Hermaphroditus, an propter homicidium in irregularitatem incidat, quod sic, si magis in sexu masculi incalescit. Alias non. Et statur eius assertioni, in quo sexu magis incalescat. sub nu. 65. Electioni quoque eiusdem statur, quando in utroque sexu aequaliter est potens. ibidem.
- 66 Irregularitas qua ratione fuerit instituta.
- 67 Irregularitas, qualiter, & quibus casibus incurrat, & numeris seq. per discursum. Et qualiter contrahatur ex defectibus, qui sunt in homine sine peccato. vide usque ad nu. 76.
- 68 Illegitimus irregularis est. Et quare. nu. 70.
- 69 Illegitimus ordinatus ad beneficia cum cura, vel ad dignitates cum cura, vel sine, promoueri non potest.
- 71 Bigamus est irregularis; & quare.
- 72 Bigamia qualiter contrahatur; & eius species. remissive.
- 73 Severus irregularis est. Et quare. nu. 74.
- 75 Illiteratus est irregularis. Et quare.
- 76 Minor aetate canonica irregularis est, hoc est, ad ordines interim promoueri non potest.
- 77 Irregularitas, qualiter, & quibus casibus ex deformitate corporis proprii contrahatur. remissive. Et aliquid duobus nu. seq.
- 78 Irregularitas ex deformitate corporis quod ad ordines suscipiendos contrahitur. Quod vero ad ordines susceptos, vide. nu. seq.
- 80 Leprosus, an sit irregularis.
- 81 Irregularitas qualiter per violationem censurae, seu inobedientiam contrahatur. Et infra per discursum.
- 82 Excommunicatus excommunicatione maiori a iure, vel ab homine, scienter celebrans, irregularis efficitur. Secus si ignoranter. ibidem. Fallit quando ignorans se excommunicatum, conscius est de culpa, per quam potuit excommunicari, quia tunc celebrando efficitur irregularis. nu. 83.
- 84 Ignorantia in duobus praemissis casibus, quando crassa dicatur.
- 85 Clericus ministrans excommunicato maiori excommunicatione celebranti, an sit irregularis.
- 86 Excommunicatus excommunicatione minori propter participationem celebrando non sit irregularis.
- 87 Irregularitas qualiter per suspensionem contrahatur, vel non; & infra per discursum usque ad nu. 100.
- 88 Suspendus ab officio celebrans in contemptum clauium, est irregularis.
- 89 Suspendus a diuinis, an celebrando efficiatur irregularis. & late sub nu. 91.
- 90 Suspendus a beneficio celebrans non efficitur irregularis.
- 91 Suspendus a diuinis est multiplex, & de illius effectu infra per discursum.
- 92 Suspendus a diuinis quod ad Deum tantum, ut peccator celebrando, non efficitur irregularis. Fallit quando executio post penitentiam impeditur. nu. 93.
- 94 Suspendus minori suspensione, vel a canone, vel ab homine, celebrando irregularis non efficitur.

- 95 Suspendus maiori suspensione propter delictum, celebrando est irregularis. & est communis opinio.
- 96 Suspendus propter illegitimitatem, vel propter defectum corporis, celebrando non efficitur irregularis.
- 97 Suspendus directe propter infamiam, celebrando efficitur irregularis. Secus si indirecte, & exemplificat. nu. seq.
- 99 Fornicator notorius, an celebrando irregularis efficiatur. & remissive.
- 100 Suspendus ad tempus, an interim celebrando efficiatur irregularis. quod sic.
- 101 Celebrans scienter in loco ab ecclesia interdicto, est irregularis. & nu. 117. Idem est in celebrante ignoranter, si ignorantia supina sit. nu. 103. Fallit in specialiter in hoc privilegiato. nu. 102.
- 104 Interdictus celebrans est irregularis. & nu. 117.
- 105 Ministrans in aliquo alio ordine ecclesiastico, contra interdictum ecclesiae efficitur irregularis. Et ibi exemplum ponit de Diacono, Subdiacono, & Acolito. Fallit ubi non ministrant in aliquo officio certo ordini deputato; & exemplum ponit. nu. 106. Fallit secundo, quando certo ordini deputato ex consuetudine ministratur, etiam per non ordinatum; & exemplificat. nu. 107.
- 108 Audiens diuina in loco interdicto, an incurrat in irregularitatem, quod sic; si audit auctorizando; & exemplificat.
- 109 Celebrans excommunicato, an efficiatur irregularis, quod non. Excommunicationem tamen minorem incurrit. num. 110. Quid si est excommunicatus a Papa. nu. 112. Ratio autem cur poena celebrantis excommunicato sit minor, quam celebrantis in loco interdicto, habetur. num. 111. remissive.
- 113 Intellectus magis communis ad. c. significauit. de sen. excō.
- 114 Celebrans in ecclesia sanguinis effusione violata, vel semi humanum polluta, non efficitur irregularis.
- 115 Sacerdos sepeliens aliquem in cimiterio, in quo certum est aliquos excommunicatos esse sepultos, an incurrat in irregularitatem. Secus si cimiterium ab homine esset interdictum. num. 116.
- 118 Celebrans in ecclesia contra generale preceptum Episcopi, an sit irregularis; & quod non.
- 119 Excommunicatus, vel interdictus celebrans in ecclesia non consecrata, an efficiatur irregularis; & quod sic. Quid si celebrat, vel officiat populo extra ecclesiam, vel luti in nauis, vel exercitu, idem. nu. 120. Fallit si cum vno, vel etiam pluribus socijs, dicat officium, non tamen officiano populo, nec dicendo. Dominus vobiscum. nu. 121.
- 122 Dominus vobiscum, a solo sacerdote dici solet.
- 123 Dominus vobiscum, Laicis, siue etiam monialibus, dicere non licet.
- 124 Sepeliens scienter, & solemniter, & publice excommunicatum, grauius peccat, & vicinus est irregularitati.
- 125 Magister in scholares, vel alius exercens officia sua in loco interdicto, an incurrat irregularitatem, quod non; sed grauius peccat, & puniendi sunt.
- 126 Aduocatus per superiorem ab officio suspendus, an exercens officium in irregularitatem incurrat, quod non.
- Idem in tabellione. ibidem.
- Idem in iudice. ibidem.
- Idem in alio quocumque publicum officium gerente. ibi.
- 127 Sacerdos excommunicatus, vel suspendus simpliciter ab ordinibus suis ministrando in ordine Acolitatus, irregularis efficitur. Secus si solum esset ab administratione missarum suspendus. nu. seq.
- 129 Episcopus a Pontificalibus suspendus, celebrando non sit irregularis.
- 130 Suspendus ab ingressu ecclesiae, celebrando in ecclesia est irregularis. secus extra ecclesiam.
- 131 Excommunicatus, vel suspendus, an baptizando irregularis efficitur.
- 132 Ordinatus ad ordinem sacrum ab Episcopo, qui episcopatu renuntiauit, an sit irregularis.
- 133 Ordinatus ab Episcopo non suo, an sit irregularis. Et qua poena possit puniri.
- 134 Regulae materiae irregularitatis istae traduntur; videlicet.
- 1 Irregulares sunt quicumque ad ordines, vel honores sine dispensatione promoueri non possunt.
- 2 Ineligibilis quicumque irregularis est.
- 3 Irregulares sunt omnes, qui promoueri impediuntur.
- 4 Promoti omnes qui eiciuntur, irregulares sunt.
- 5 Deponendi omnes irregulares sunt.
- 6 Ordinis executionem non habentes post peractam penitentiam. nu. 135.
- 134 Irregulares sunt omnes infra scripti; videlicet.
- 1 Ordinatus extra tempora.
- 2 Non ordinatus celebrans.
- 3 Non ordinatus diuinum officium exercens.
- 4 Ordinatus exercens officium superioris ordinis, quam habeat.
- 5 Ordines plures sacros eodem die recipiens.
- 6 Minor annis. 14. in subdiaconum ordinatus.
- 7 Promotus per saltus.
- 8 Ordinatus in praesbiterium, nullum prius ordinem habens.
- 9 Ordinatus in Episcopatum, ordine sacro praetermissio.
- 10 Rebaptizatus.
- 11 Simoniacus in ordine.
- 12 Neophytus.
- 13 Clericus audiens leges, vel Physicam ultra duos menses; nisi de licentia.
- 14 Penitens publice.
- 15 Monasterium ingrediens pro agenda penitentia, pro delicto etiam leui, & occulto.
- 16 Accusatus accusatione pendente.
- 17 Condemnatus de crimine.
- 18 Conuictus, seu confessus de crimine enormi, & manifestato.
- 19 Denuntiatus de crimine.
- 20 Accusator accusatione pendente.
- 21 Excommunicatus scienter ordinem recipiens.
- 22 Suspendus, &
- 23 Interdictus.
- 24 Ordinatus ab Haeretico, Schismatico, vel Suspendo etiam ignoranter.
- 25 Matrimonium contrahens cum ioculatrice, vel vili muliere, vel ancilla.
- 26 Promotus post inhibitionem sub poena anathematis. Irregulares sunt omnes infra scripti, etiam post peractam penitentiam. sub nu. 135.
- 27 Homicida.



- 28 Symoniacus in ordine, vel in beneficio; quo ad illud restituentum.
- 29 Excommunicatus, suspensus, vel interdictus, faciens se ordinari in contemptum clauium.  
Item ita tales celebrare sacramenta; vel beneficia conferre.
- 31 Beneficium recipiens ab interdictum contemne.
- 32 Interdictum violans.
- 33 Falsarius literarum Papae. Fallit in occulto.
- 34 Hereticus; & qui fuit hereticus.
- 35 Sacramenta ecclesiastica hereticis exhibens.
- 36 Sodomitica.
- 37 Presbyter confessionem reuelans.
- 38 Incurribilis in nimia contumacia perseuerans.
- 39 Criminosus notorius de iure, vel de facto.
- 40 Assassinos occultans, vel defendens, vel eorum officio utens, licet mors non sequatur faueret.
- 41 Apostata.
- 42 Schismaticus.
- 43 Intrusus.
- 44 Electus voluntarie per abusum potestatis secularis.
- 45 Infamis omnis de iure, vel de facto.
- 46 Omnes casus, in quibus Papa dispensare non potest, qui ponuntur, remissive.
- 47 Oes, in quibus solus Papa dispensat, quos ponit, remissive.
- 136 Irregularitas, in quibus casibus per homicidium, vel mutilationem incurratur, late tractat in numeris seq.
- 137 Homicidium manu propria committens irregularis efficiatur, siue christianum, siue infidelem interficiat.
- 138 Homicidium iniustitia mediante committens, an irregularis efficiatur; & quod sic; & exemplum ponit in officiali Assessoris, Executores, & Littores, &c.
- 139 Irregularis efficiatur quocunque interuenit in causa criminali, in qua pena sanguinis ingeritur, Exemplum ponit in Iudice, Assessore, Aduocato, Alore, Notario, Dicatore, vel Promulgatore suam, Procuratore, Teste, & Accusatore. Ampliat siue sint laici, siue clerici. nu. seq.
- Ampliat in Aduocato, & Procuratore, siue interueniant pro Alore, siue pro Reo. nu. 142. ubi declarat. Sed quid si iudex, vel officialis suscipit officium in causa sanguinis, sed nihil fuit executus. vide nu. 144.
- 141 Irregularis efficiatur prestans auctoritatem suam, vel benedictionem Purgationi vulgari, vel vindictae sanguinis, etiam si mors inde non sequatur.
- 143 Clericus iuris peritus, an fratrem suum accusatum criminaliter possit defendere absque incurso irregularitatis, late discutitur, & quatuor consilia refert.
- 145 Clericus aliquid scribens in causa sanguinis, veluti circa receptionem testium, siue scribat authenticam, siue non, irregularis non efficiatur.  
Fallit si ex illa scriptura homicidium sequatur nu. seq.
- 147 Clericus leges Principi litera continens, & homicida exiles in tali loco caperetur, et suspenderetur, an efficiatur irregularis, si propterea fuit captus, & suspensus. Quod sic.
- 148 Miles si fuit in bello; & per eum non stetit, quia occideret; an sit irregularis.  
Secus si talis, non dedita ad id opera, percussisset. ibid.
- 149 Chirurgia artem exercens, an efficiatur irregularis. et nu. 152. & 154.  
Quid si illam exercens est clericus. nu. 153.
- 150 Mors vulnerati, ipsius culpa, non medici negligentia, profumitur euenisse.
- 151 Barbitonsoris, seu Phlebotomantis officium exercens, an irregularis efficiatur.

- 153 Chirurgia exercitum clericis est interdictum. Et de pena clericis illam exercentis. & sub nu. 154.
- 155 Irregularis, an efficiatur, qui efficitur, ut moriturus citius moreretur. exemplum ponendo ut hic. & nu. 157.  
Et quid in dubio. nu. 156.
- 158 Irregularis, an efficiatur, qui cibum, vel potum contra consuetudinem medicorum infirmo dedit, propter quod mortuus est.
- 159 Irregularis, an dicatur, qui adeo se arctauit in victu, quod membrum aliquod sibi debilitatum est, & subinde incisum, vel mutilatum.
- 160 Homicidium committens fortuito praeter voluntatem suam, an irregularis efficiatur.
- 161 Occidens aggressorem suum pro necessaria vite sua defensione, an irregularis efficiatur.  
Et quid si fugere potuit, & non fugit, sed occidit. nu. 162.  
Et quid si scienter fugit per loca periculosa, ut insequens eum caderet in precipitium, veluti in puteum, prout in eum occidit, & perijt. nu. 168.  
Et quid si mortem evitare poterat non occidendo, sed mutilationem membri non poterat, nisi iniustitiam mutilando, vel occidendo. nu. 173.  
Et qualiter probari possit, quod ob necessariam sui defensionem occidit. nu. 165. 166. & seq.
- 163 Fuga in aliquibus personis est vituperosa.
- 164 Fama, & vita equiparantur.
- 169 Occidens aggressorem patris ipsius occidentis pro illius necessaria defensione, an irregularis efficiatur.  
Et quid iuris de occidente aggressorem filij, vel mariti, uxoris, vel socij, vel aliter coniuncti ipsi occidenti pro necessaria illorum defensione ibidem. & sub nu. 209.
- 170 Maritus, & uxor una caro censentur.
- 171 Pater, & filius una persona censentur.
- 172 Diuus Petrus, an effectus fuerit irregularis, quando abscidit auriculam seruo Pontificis.
- 174 Mutilatio, & homicidium equiparantur quod ad irregularitatem contrahendam.
- 175 Irregularis, an dicatur, qui alterum occidit, quando non apparet quis ex eis aggressor fuerit; constat tamen, quod alter alterum aggressus est.
- 176 Occidens furiosum, seu dormientem aggressorem suum, aliter euadere non valens, an efficiatur irregularis.
- 177 Clericus captus a praedonibus, aliter euadere non valens, illos interfecit, etiam contra promissam ab ipso fidem, an ob hoc efficiatur irregularis.
- 178 Fides Hostibus, vel Praedonibus non seruanda.
- 179 Occidens prius illum, a quo interfici timebat, an irregularis efficiatur.
- 180 Metus iniustus qualiter probetur in foro contentioso; et puniti.
- 181 Bannitus, qui ex forma statuti poterat impune interfici, si interficiat aggressorem suum, an sit irregularis. Et quid si interficiat mandantem, vel consulentem. nu. 184.
- 182 Statutum, quod bannitus impune interfici possit, an valeat. Et an possit asserere defensionem necessariam, quae est de iure naturali. nu. 183.  
Reo an liceat fugere de carceribus. ibidem. remissive.
- 185 Sacerdos celebrans, an possit absque quod fiat irregularis, occidere aggressorem suum se defendendo.  
Et an possit incontinenti ad altare accedere, & officium perficere. nu. 186.
- 187 Occidens, vel mutilans pro defensione rerum suarum, an sit irregularis.

- Mortem, vel mutilationem, qui aliter euadere non potest, sine metu irregularitatis interficere potest. ibid.
- Prælati debet, pro defendendis possessionibus, & libertate ecclesie, se opponere occupare volentibus etiam cum armis. ibid.
- Iudex, licet pro defensione iustitiae interficiat malefactorem, est tamen irregularis. ibid.
- De quid si non occidit, vel mutilat; sed ad sanguinis effusionem procedit se non defendendo; an sit irregularis. nu. 188.
- 188 Vulnerans se ipsum, si ex medici imperitia ex illo vulnere perijt, an sit irregularis.
- 189 Homicidium si commissum est ex proiectione lapidis de ruina domo, in qua erant plures; nec constat quis praeteruentem occidit; quis tenebitur.  
Nocentem impunitum relinquere sanctius est, quam innocentem condemnare. ibid.
- 190 Irregularis, an quis fiat ex qualibet mutilatione. Et an propter sanguinis effusionem. nu. 204.
- 191 Dignitas non est membrum sed officium membri. Et quid de lingua, & oculo. ibid.
- 192 Membrum, largo modo est qualibet particula corporis. Lapis quilibet, large, est pars domus. ibid.
- 193 Membra ea appellantur, quae habent diuersa officia; Quae vero adiuuant officium membri, proprie officia membri appellantur.  
Membrum proprie, quid dicatur. nu. 196.  
Membrum aridum, an dicatur proprie membrum. nu. 202.
- 194 Statutum, quod si quis absciderit alicui membrum, simile membrum sibi abscindatur, an habeat locum in digito.
- 195 Oculus, non dicitur officium capitis, nec auris, tanquam membri.  
Caput, an sit proprie membrum. ibid.
- 197 Mamilla mulieris est membrum, hominis vero non. nu. sequ.
- 199 Lex, vel statutum faciens mentionem de amputatione membri; si aliud non exprimitur, intelligitur de manu.
- 200 Dens, ubi veniat membri appellatione.
- 201 Barba, an veniat appellatione membri; & ideo accusatus quod. T. percussisset in barba, non punitur, ut percussor in facie.  
Labia, sunt ianua linguae, & gutturis, & palati. ibid.
- 202 Mutilans aliquem manu arida, vel alio membro arido; an incidat in irregularitatem; & quid de mutilante manu sterilem. ibid.  
Mulier sterilis, an dicatur mulier. ibid.
- 203 Manus arida, an sit membrum.
- 204 Debilitans aliquem aliquo membro, ut puta; propter nervorum incisionem; an efficiatur irregularis.
- 205 Fratres minores, & Praedicatorum si defendendo se cum moderamine inculpatae tutelae occidunt, vel mutilant; an incidant in irregularitatem. Et quid si votum intercessit non occidendi. nu. 206.
- 207 Votum, ubi salus corporalis, vel spiritualis ammittitur; vel peccatum mortale incurritur; non est seruandum. Et idem de pacto, iuramento, praescripto, consuetudine, lege, vel alio simili vinculo. ibid.
- 208 Cap. 32. Deuterono. Tibi vindictam, & ego retribuam; quomodo intelligendum.
- 209 Verba Apostolice. 12. ad Rom. non vos metipsos defendentes &c.
- 210 Virginitas, vel seruet; alicui non licet se ipsum perimere.
- 211 Vitam aeternam, ut citius quis consequatur, non debet se

- ipsum occidere.
- 212 Confessus falsò se commississe delictum, per quod ad mortem condemnatur; si non reuocat illam confessionem ante mortem, moritur in peccato mortali.
- 213 Vulneratum ad mortem interficiens; an irregularis efficiatur.
- 214 Vulnerans aliquem mortiferè, si captus sit, & consanguinei ipsius ut euitent penam capitis capto, illum interficiant, iuxta consilium aduocati cuiusdam; an, et quādo procedat.
- 215 Mulier quae interficit proprium fetum, seu puerperium in corpore; an sit irregularis.  
Et idem si dubitat, an fetum esset viuificatum. nu. seq.
- 216 Mulieri aliquid dans ad bibendum, ne conciperet; vel homini ne generaret; nō est irregularis; sed grauiter peccat.
- 217 Abortui dans causam, quando partus est viuificatus, irregularis sit.  
Quod verum si factum est scienter; secus si casualiter. nu. me. 218.
- 219 Hominem monstruosum interficiens; an sit irregularis.
- 220 Furem, vel latronem percutiens, non tamen lethaliter; si postea alij adueniant; & similiter percusserint; an sit irregularis. late.
- 221 Irregularitas ratione homicidij, sola voluntate, non contrahitur. & nu. 230. & ibi, quid in mutilatione. Et quare. nu. 231.
- 222 Vulneratus a pluribus, quorum vulnus de per se non est sufficiens ad mortem, sed omnes simul mortem inflixerunt; an omnes sint irregulares.
- 223 Interfectus in rixa, si ignoratur quis eum interfecerit; an omnes sint irregulares.
- 224 Iudex in dubio, nō debet aliquem irregularem reputare.
- 225 Clericus percussus in aliquo consuetu, ubi plures ab alijs fuerunt interfecti; an sit irregularis.
- 226 Clerici, si vadunt cum pugnantibus, ut eos audaciores reddant, vel timorem inimicis in bello iniuncto inferant, efficiuntur irregulares. Et est communis opinio.
- 227 Cap. 3. de cleri. percuss. plures intellectus.
- 228 Famam interficiens, vel mutilans; an sit irregularis.
- 229 Femina est animal imperfectum.
- 232 Homicidium casuale, si factum proprio quis commissit; an, & quando sit irregularis.
- 233 Homicidio, vel mutilationi, qui occasionem, vel causam dedit; an sit irregularis.
- 234 Causa, quot modis accipiatur.
- 235 Causa, & ratio; in quo differant.
- 236 Causa, quot sint; & quae secundum dialecticos, nu. seq.
- 238 Causa cause quicquid est, est causa causati.
- 239 Clericus illicitè exercens rixam, si superuenerunt consanguinei; vel amici clerici, et praeter eius voluntatem interfecerunt eum cum eo rixantem. an sit irregularis.  
Quid autem, si superuenerint inimici rixantis cum clerico & eum occiderunt. nu. seq.  
Quid si ipse clericus ea intentione cum eo rixatus esset. nu. 241.
- 242 Clericus si cepit furem, & ligauit; & dimisit ipsum ligatum penes alium, qui timens ne solueretur, illum interfecit; an clericus sit irregularis.
- 243 Clericus nō probans in iudicio intentionem suam; si ad purgandum conscientiam suam; vel ad probandam veritatem, non volens esse in duello, dedit pugilem; vel ab alio provocatus pugilem dedit, qui alium interfecit, vel ab alio fuit interfecus; an sit irregularis.

- 244 Ursus, Leonem, vel Ceruum tenens; si aliquem interficit an sit irregularis; & nu. 356.
- 245 Clericus, viso latrone clamauit, vt caperetur; vel simpliciter clamauit, quod ibi erat latro, accurrentes illum interfecerunt; an efficiatur clericus irregularis.
- 246 Index, vel officialis si insequitur furem, vel malefactorē; & querit a te, an videris illum; tu vero sciens, quod ille queritur ad mortem, indicas eum, an sis irregularis.
- 247 Fur, si dum querebatur ad mortem; qui non poterat fugere nisi per alteram ex duabus vijs; si aliquis sciens illum queri ad mortem; dixit per hanc non fugit; an sit irregularis.  
Et an debeat dicere mendacium. ibid.
- 248 Clericus non valens aliter res suas recuperare tenet furem; ne fugiat cum rebus suis, donec eum exibeat iudicij; vel eius auxilium ad res suas recuperandas inuocat; an fiat irregularis.
- 249 Clericus, si tradit officiali furem, petens, quod puniat eum citra sanguinis effusionem; an fiat irregularis.  
Et idem si querebatur de iniuriantibus sibi, vel ecclesia sue. nu. seq.
- 251 Clericus expellens latronem de ecclesia; an sit irregularis.
- 252 Ciuilitate contra furem agens; non sit irregularis.
- 253 Procurans aliquem capi per officialem, occasione alicuius delicti, propter quod certum erat illum non debere condemnari ad mortem, vel membri mutilationem, non efficiatur irregularis; licet index illum puniat pena mortis, vel mutilationis.
- 254 Clericus, a quo index secularis auferit furem per ipsum captum, & ipsum suspendit, non est irregularis.
- 255 Clericus, si certissime scit, quod non potest consequi debitum suum sine sanguinis effusione; an possit sine metu irregularitatis, implorare officium iudicis secularis.
- 256 Clericus si accuset, vel dicat, accuso. T. de tali furto; & protestatur, quod non intendit ad vindictam; an sit irregularis, si postea index illum condemnet ad mortem.
- 257 Inofficiosi testamenti querebra, accusatio dicitur.
- 258 Denuntiator, largo modo, accusator dici potest.
- 259 Abbas, vel prelatatus; si ex consuetudine, vel statuto, pro homicidio, vel simili delicto debet habere penam pecuniariam, an possit accusare cum protestatione, quod non intendit ad penam sanguinis: sed dumtaxat ad penam pecuniariam, absq; metu irregularitatis; si index illum accusatum interficit.
- 160 Princeps, vel dominus faciens legem, cuius auctoritate homines morti traduntur; an sit irregularis.
- 261 Syndicus alicuius vniuersitatis, si accusat aliquem de publico crimine, propter quod imponitur pena mortis; an omnes de vniuersitate sint irregulares.  
Et quid si ex mandato vniuersitatis. nu. 299.
- 262 Episcopus, & Inquisitor hereticæ prauitatis pronuntiauerunt quem hereticum; scientes, quod statim post pronuntiationem ille morti traderetur; an sint irregulares.
- 263 Episcopus damnans aliquem ad perpetuum carcerem, si moritur carceratus; an sit irregularis.
- 264 Clericus pulsauit campanam ad condemnationem, vel mutilationem alicuius damnati ad mortem, vel mutilationem; vel pulsauit tubam; an fiat irregularis.
- 265 Officiales, milites, notarij, & alij, qui capiunt malefactorē

- res, qui damnantur ad mortem, an sint irregulares.
- 266 Cultellum in manu licite tenens; si alius insiliuit in eum; & vulnus letale recepit; an ille sit irregularis.
- 267 Impellens Titius, Scium in medium rixc; si aliquis moritur; an alij sint irregulares.
- 268 Irregularis, an quis fiat, ex eo quod præstitit opem, fauorem, vel auxilium.
- 269 Auxilium, fauor, & opis sunt symonia.
- 270 Statutum dictans, quod quicumque dederit opem; vel auxilium bannito puniatur in tantum, qualiter intelligendum. latē.
- 271 Arma ministrans in bello; si illi, quibus ministrata sunt, commiserunt homicidium, vel mutilationem; an ministrans sit irregularis.
- 272 Clericus in bello iusto potest bellantes hortari. & nu. 276. Et an sit irregularis si mors sequatur. nu. 273.
- 274 Sententiam sanguinis scribens; an sit irregularis.
- 275 Bellum, quando iniustum est, si mors auxilio alicuius qualiter unq; sequuta sit; talis est irregularis.  
Et quid si iustum, & pro defensione personarum, vel rerum ibid. latiss.
- 277 Associans scienter illum, qui ibat ad interficiendum aliquem, quem dissuasit, tamen associatus noluit acquiescere, vnde associans timens de illo, ipsum associavit, animo ipsum defendendi, si necessitas inueneret, an secuto homicidio, vel mutilatione, associans sit irregularis.
- 278 Aduocatus, procurator, vel similes quorum patrocinio, vel agendo, vel defendendo secutum est homicidium, vel mutilatio, an sint irregulares.
- 279 Portans ligna pro comburendis hereticis propter indignitatem consequendam, an fiat irregularis; & nu. 403. vbi quis possit cum eo dispensare.
- 280 Preceptum, iussus, vel mandatum, quando faciant quem in irregularitatem incidere. & nu. 286.  
Et semper prædicta præcedere debent, nec sufficit, quod incontinenti sequantur. nu. 283.
- 281 Preceptum, et iussus important necessitatem. & nu. seq.  
Et differunt a mandato. nu. 282.
- 284 Preceptum quid, & vnde, & quot modis sumatur.
- 285 Verbum, debet, & verba imperatiua, quandoq; ob subiectam materiam necessitatem non important.
- 287 Mandans Titio, vt Scium occideret, vel mutilaret, si ille executus sit mandatum, an mandans sit irregularis. Et an mandatarius. ibid. remiss.  
Et quid si mandauit, vt vulneraret, & postea expressè prohibuit, quod non occideret, vel mutilaret; an si postmodum secutum sit homicidium, mandans fiat irregularis. nu. 288.  
Et quid si mandatarius in casu prædicto non occidat, sed occidatur, an mandans sit irregularis. nu. 289.  
Et quid si mandauit, vt occideret de die, & occidit de nocte, an sit irregularis. nu. 290.  
Et quid, de eo, qui concessit arma, vt interficeret officialem post depositum officium, & ille interficiat durante officio. nu. 291.  
Et quid si alteretur pena, quia grauius homicidium de nocte, quam de die, vel grauius puniatur interficiens officialem, quam priuatum, an puniatur mandans cum illa qualitate, vel sine. nu. 292.  
Et quid si re integra mandans reuocauit mandatum, & non obstante reuocatione mandatarius homicidium commisit, an mandans sit irregularis. nu. 293.

Et

- Et quid si mandatarius scit, quod mandans fecit pacem cum occidendo, vel parentelam, & amicitiam cum illo contraxit; & hoc non significauit mandatario; an teneatur. nu. 294.  
Quid si mandatarius qui interfecit, iuratus, & examinatus de posuit, quod propter preceptum, vel mandatum non interfecit; sed propria voluntate; an mandans sit irregularis. nu. 296.  
Quid de eo, qui mandauit fieri maleficium per illum, qui alias sine mandato erat facturus. remiss. nu. 297.
- 295 Certus certiorarius, vel prelatatus, si iudici seculari præcipiat: vt puniat malefactorē; an sit irregularis.
- 300 Tutor nomine proprio accusat: ad vtilitatem tamen pupilli.
- 301 Vniuersitas est corpus fictum; & imaginatum.
- 302 Vniuersitas communicato consilio delinquens; an censetur singulari de vniuersitate delinquere.
- 303 Irregularis, in dubio quis iudicari debet.
- 304 Irregularis, qualiter quis fiat ex consilio, persuasione, suggestione, instigatione, vel monitione.
- 305 Consilium, qualiter ab ope differat.
- 306 Consilium quid; & quod sint eius partes. nu. seq.
- 308 Malum consilium, consultori pessimum; vnde originem traxerit. remiss.
- 309 Dolus, quidam bonus, & quidam malus.
- 310 Persuadere quid. Et an plus sit, quam compellere, cogere, seu mandare. nu. 311.  
Persuadens, quandoq; plus puniatur, quam faciens. ibid.
- 312 Persuadens, an dicatur mandare.
- 313 Aggere quid; & in bonam partem etiam accipitur.
- 314 In iurare quid.
- 315 Monere quid.
- 316 Consulens, vel suadens alicui homicidium committendum si ille non statim, sed ex intervallo commisit, an consulens, vel suadens sit irregularis.  
Et an teneatur post reuocatum consilium, denuntiare occidendo, quod caueat; & communis est sententia, quod sic. nu. 318.
- 317 Reuocatio simplex in mandato de occidendo sufficit; & que sit ratio; & cur non idem de consilio, iustione, & suggestione.
- 319 Consulens non dicitur, sed indirecè homicidium; quia sua sit iactum machinæ, vel bombardæ; vel ad faciendum in saltum ad castrum capiendum; si aliquis inde moriatur; an sit irregularis.  
Et quid de illo qui consulit, quod castrum furtiuè, vel peditoricè capiatur; si inde homicidium, vel mutilatio committatur; an sit irregularis. nu. 320.  
Et quid de eo, qui consuluit; vt malefactor caperetur, qui captus, damnatus est ad mortem, an sit irregularis illo occiso. nu. 321.
- 322 Officialis capto malefactorē, si querit ab aliquo, quid facere debet de illo; ille respondit morte puniendum, vel mutilandum, hoc consilio motus officialis illum suspendi facit, an consulens sit irregularis. & ibi pulchre distinguit.  
Et quid respondere habeat episcopus, interrogatus a suo officiali habenti iurisdictionem temporalem, quid agendum sit de capto pro crimine, pro quo venit imponenda pena mortis. nu. 323.
- 324 Hominem a morte liberare volens; si retrahat, quis consulens; ne liberaret; an talis consulens sit irregularis.

- 325 Interrogatus, an captus esset a morte liberandus; si respondit, malum est, quod euadat impunitus; an fiat irregularis; si postea condemnetur ad mortem.
- 326 Consanguinei, vel amici alicuius offensi, si querunt consilium a consanguineo, forte clerico, de vindicando offensam, dicentes, quod volunt offensorem interficere; qui noluit consulere; sed tacuit, an si mors inde sequatur fiat irregularis.
- 327 Timens interfici, vult aufugere, ego dixi, quod non timeret, & promissi fidem, & securitatem, vnde propter persuasionem meam, & fidem promissam non fugit, postea fuit interfectus in eo loco, in quo interfici timebat, an sit irregularis.
- 328 Episcopus, contra cuius hospitium sit improuisus insultus, stans in eo timuit de sua, & suorum morte, vnde consulit suis, vt assumat arma, et balistas, dicens, defendite vos, & nos, illi sic faciunt, & plura homicidia hinc inde perpetrata sunt, an sit irregularis.
- 329 Homicida sunt imputanda duritiei insultantium.
- 330 Consulens, vel persuadens alicui, quod pro patria sua, vel suo iure, aut proximi defendendo sumat arma, & se periculo exponat; & in illo conflictu aliquis interfectus est, an sit irregularis.  
Et quid, si consulat, quod indubitanter se morti exponat pro amore IESU CHRISTI, vel pro fide, vel pro libertate ecclesiæ, an talis consulens sit irregularis. nu. 331.  
Et quid de consulente aliquem, vt alium occidat, ipse vero aggrediens ab aggressa occidatur, an consulens sit irregularis. nu. 332.  
Quid si consulit aliquem, vt se projiciat in mare, vel precipit & fenestras; & ille fecit, & moritur, an suggerens sit irregularis. nu. 334.
- 333 Mandati fines diligenter sunt custodiendi.
- 335 Clericus, vna cum alijs, qui suavit vultico transiunt flumen, cuius aqua crescebat, quod descenderet de asina super qua erat, que nolebat ire ante, nec retro, sicut asina. Balaam, credens illum verisimiliter euadere posse; & tamen cum descendisset submersus est, an presbyter, & alij sint irregulares.
- 336 Medicus, vel alius, qui suavit abortum mulieri prægnanti, an sit irregularis.
- 337 Consulens non tenetur de consilio, quando consultus altus erat facturus.
- 338 Homicidium, vel mutilatio commissum ex alio negligentia, seu desidia, an faciat eum irregularem. & nu. me. 345.
- 339 Negligentia dicitur priuatio diligentie, nouerca eruditio nis, & semper sonat in dubium, & est peccatum mortale. & nu. seq.
- 340 Diligentia est mater virtutum.
- 341 Desidia quid; & an idem cum negligentia.
- 342 Incuria quid; & est quasi idem cum negligentia.
- 343 Curiosus, idem est, quod diligens.
- 344 Cura, quasi cor vrens dicitur.
- 346 Culpam facientis habet, qui potest corrigere, & negligit.
- 347 Societatis occultæ scrupulo non caret, qui manifestio facinori desinit obuiare. & nu. seq.
- 348 Franciscus Philadelphus laudatur.
- 349 Clerici verberationi, si culpa quis negligit obuiare, an sit excommunicatus.
- 350 Possesse, id dicimus, quod de iure, honestè, & commodè sine timore



- timore, & sine difficultate possumus. Nec dicimus posse, quod per extraordinarium remedium possumus. nu. 351.
- 352 Consilium petens ab aliquo, de homine interficiendo; si non consuluit, sed neglexit contradicere; an sit irregularis.
- 353 Tractatum sciens de morte alicuius; si illum non reuelat ei, in cuius necem conspiratum est: an secuta morte; sit irregularis.
- 354 Sacerdos, ea que in confessione audiuit, nullo pacto pro palare debet: etiam si iurasset dicere veritatem; & que sit ratio. ibid.
- 355 Interficere volens aliquem; nisi eidem dem certam pecuniam; an teneat dare; vt liberem illum a morte; & si non dederit, & interfectus sit ille, an ego sem irregularis.
- 357 Consensus quid, & nu. seq. Et potest actum precedere, interuenire in actu; & subsequi post actum; nisi requiratur de forma. nu. 359. Et consensum, & collaudationem prestans homicidio ab alio eo ignorante; nec causam prebente commisso; an fiat irregularis. sub nu. 160.
- 358 Collaudatio quid.
- 360 Rati habitio, semper adhibetur post actum.
- 361 Rati habitio retrotrahitur, & mandato equiparatur.
- 362 Peccatum, quod sola voluntate committitur, sola voluntate contraria aboletur.
- 363 Ratum habens violentam manus iniectionem in clericum, non incidit in excommunicationem; nisi facta fuerit eius nomine iniectio.
- 364 Peccata, seu delicta, que alias irregularitatem inducunt; an ea inducunt, si sint occulta.
- 365 Irregularitatis, qui sint effectus principales.
- 366 Irregularitatis, que peruenit homini ex defectibus, qui in eo sunt sine facto, & peccato suo; vt puta, natalium; effectus.
- 367 Irregularitatis peruenientis ex bigamia, quis sit effectus.
- 368 Bigamia contrahitur etiam per simplex matrimonium; & impedit administrationem in susceptis ordinibus.
- 369 Bigamus omne privilegium clericale amittit.
- 370 Irregularitas, que contrahitur ex proprii corporis deformitate; que sit. Et an tollatur per ingressum religionis. nu. 426. vbi an eum tali dispensetur.
- 371 Deformitas proprii corporis non impedit in susceptis ordinibus administrationem. Quod tamen intellige. vt ibid.
- 372 Irregularitatis ex censura violatione contracta, effectus.
- 373 Delicta impediunt ordinem, que sint. remiss.
- 374 Episcopus qualis esse debeat.
- 375 Apostoli ad Timoth. epist. 1. cap. 3. dictum, licet loquatur de episcopo, extenditur etiam ad alios clericos.
- 376 Deponendus, pro quibus criminibus, quis sit.
- 377 Suspendio ex quibus criminibus inducatur. remiss.
- 378 Irregularis propter crimina, non solum deponitur ab officio sacerdotali; sed etiam ab omni officio cuiuscunq; ordinis.
- 379 Irregularitas non priuat quem beneficio ipso iure.
- 380 Irregularitatis, que ex homicidio contrahitur; quis sit effectus.
- 381 Libellus, in materia irregularitatis, qualiter formandus.

- 382 Irregularitas qualiter tollatur; & quod quatuor modis per Baptismum. nu. 383. per dispensationem. nu. 384.
- 385 Dispensatio quid. & nu. 407.
- 386 Dispensatio, facit licitum, quod erat illicitum; & dispensatus non potest ulterius accusari.
- 387 Dispensare cum irregulari, quis possit.
- 388 Papa, cum homicida voluntario, vt possit ministrare altari, et post peractam penitentiam, an possit dispensare.
- 389 Irregularitas causata ex homicidio, inducitur est de iure diuino. Et impedit ordinis executionem etiam post peractam penitentiam. sub nu. 439.
- 390 Papa non dispensat contra legem diuinam.
- 391 Phinees nepos Aaron fuit dispensatus de duobus homicidijs, & permissus diuina ministrare.
- 392 Paulus Apostolus quamuis homicida, diuina ministravit.
- 393 Papa dispensare potest cum omni irregulari.
- 394 Inferior a Papa non potest dispensare cum homicida voluntario, quo ad ordines. Quod tamen intellige, vt ibid.
- 395 Episcopus, an possit dispensare, vt clericus, qui post susceptos ordines voluntarium commisit homicidium, possit in susceptis ordinibus ministrare. & nu. 402. Et an in minoribus ordinibus, suo iure. nu. 396.
- 397 Cap. presbyterum. & c. continebatur extra de homici. intellectus.
- 398 Homicidium casuale committi potest, ex magna, minori, leui, & leuissima culpa. remiss.
- 399 Ordo minor quilibet, largè facer dicitur.
- 400 Papa cum homicida voluntario potest dispensare, quo ad beneficii retentionem. Papa in beneficijs absolutam, habet potestatem. ibid.
- 401 Episcopus, an possit dispensare cum homicida voluntario quo ad beneficium curatum; & an quo ad simplex.
- 403 Papa solus dispensat cum irregularibus, qui portauerunt ligna; vt heretici comburentur.
- 404 Papa quibus in casibus dispenset. remiss.
- Cicilijs potestas, que sit circa dispensationem. remiss. 405
- Legatorum potestas, que sit circa idem. ibid.
- Patriarcharum, & Archiepiscoporum circa idem, que sit potestas. ibid.
- Episcoporum, que sit potestas circa idem. ibid.
- 406 Dispensare quis potest in omnibus casibus, in quibus potest legem condere, & iurisdictionem habet.
- 408 Episcopus potest dispensare, vbicunq; a iure est permissa dispensatio.
- 409 Dispensatio, eo casu, quo cum irregulari permittitur; an sit adeo debita, quod superior non dispensando peccet.
- 410 Dispensatio, est quedam misericordia.
- 411 Misericors, quilibet esse debet.
- 412 Clericus homicidium, vel aliud grauissimum delictum committens, debet deponi, & detruai in monasterium ad penitentiam agendam.
- 413 Verbum, potest, est verbum facultatis.
- 414 Dispensator, si dispensat, vbi non subest causa, an peccet.
- 415 Episcopus, an in casibus, in quibus potest dispensare, requirere debeat consensum capituli; & quod non communis est opinio.
- 416 Dispensatio vna, an plures requirantur, quando vnus ex pluribus causis, seu criminibus in plures incidit irregularitates.
- 417 Testis, si fuit per dispensationem emendatus, dispensatio, quo ad omnes causas tam ciuiles, quam criminales, procedit. Intellige tamen, vt ibid.

- 418 Species precedens, restringit sequens genus.
- 419 Bannito ex pluribus bannis; an sufficiat vnica absolutio. remiss.
- 420 Excommunicato pluribus excommunicationibus; an sufficiat, vnica absolutio. remiss.
- 421 Irregularitas, an per religionis ingressum tollatur.
- 422 Ingressus religionis extinguit omnia crimina.
- 423 Irregularitas, que insurgit ex proprio delicto, non tollitur per religionis ingressum; sed fauore religionis, cum tali delictatur; secus vero in ea, que ex proprio delicto non insurgit. Et talis potest promoueri ad ordines absq; dispensatione. Sed ad dignitatem non; absq; dispensatione.
- 424 Pater filium monachum, licet prius ingratitude com-miserit; exheredare non potest.
- 425 Monachus omnem maculam abstergit.
- 427 Irregularitas causata ex delicto, vel peccato occulto, tollitur per religionis ingressum, & vita prohibetatem; nisi promoueat ex homicidio, vel ex mutilatione.
- 428 Homicidium, & mutilatio, etiam post peractam penitentiam; impediunt ordinis executionem.
- 429 Irregularitas contracta ex delicto, & culpa; quam ius aliqua ratione induxit; que tamen ratio cessat ex ingressu religionis; tollit etiam irregularitatem.
- 430 Illegitimus, quare promoueri non potest.
- 431 Irregularitas publica, cuius inducenda rationem non tollit ingressus religionis; per ingressum religionis non tollitur; operatur tamen ingressus; vt facilius cum ingresso dispensetur.
- 432 Irregularitas, an tollatur per penitentiam; Et quid si occulta. nu. 436. & nu. 439.
- 433 Penitentia, licet peccatum absorbeat; in pristinum tamen statum non reformat.
- 434 Penitentia, quantacunq; sit; non est modus tollende irregularitatis.
- 435 Contritio, quantacunq; sit, non tamen tollit penam temporalem. Irregularitas est pena temporalis. ibid.
- 437 Cap. Domino sancto. 50. distin. intellectus.
- 438 Ecclesia non iudicat de occultis.
- 440 Canonum statuta, omnes ligant, & ab omnibus obseruari debent.

### Ad audientiam.

- 1 Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam licitam, si non adhibuit diligentiam, qua debuit. h. d.
- 2 secunda, ibi; quia vero. ¶ Nota primo, qd clericus licite potest corrigere familiam propriam; dummodo moderatè corrigat. ¶ Correctio enim debet esse leuis, & moderata, vt. l. fed & si. §. si magister. ff. ad. l. Aquil. Vnde dicitur tex. qd doctrina magistri debet esse humilis, vt. c. humilis. de maior. & obedi. 23. q. 5. c. 1. in fine. vbi vide tex. not. Leuis enim castigatio reuerentiæ exhibet castiganti. Nimia vero asperitas nec correctionem recipit, nec salutem; vt est tex. not. in. c. cū beatus. 45. dist. Debet enim esse admista misericordia cum disciplina. 45. dist. discipuli. Vnde non est mirū, si nimia leuitia ascribitur culpæ, vt. d. §. si magister. Sed si ex leui, & moderata correctione luptenerit casus, nō imputatur corrigenti; vt. c. 1. & c. cū voluntate. j. de sent. excō. ¶ Secūdo not. tex.

ibi, aliquandiu, pro his quæ dixi. §. eo. c. presbyterū. ¶ Tertio not. ibi; quod cum in dubijs, quod in dubio potius iudicandum est quem esse irregularem; nam vbi agitur de materia peccati ad penitentiam, iudicamus potius peccatum subesse. Quod notabile examinatur in glo. 2. Et sic facit iste text. secundum D. m. contra Inno. hic, qui dicit, quod cum irregularitas sit de iure positio, non debet iudex in dubio reputare aliquem irregularem; quia pœna mollienda sunt, de penit. dist. 1. §. pœna. & in regu. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. & l. præfes. & l. si de interpretatione. ff. de pen. quæ dicta an sint vera. j. lati examinato. ¶ Glo. 1. in prin. quærit, & solu. deinde format contrariū; & sol. In eadem, ibi; leuiter. dic. not. ex ista gl. ¶ plener dicitur fieri castigatio, si fit cum cingulo. Quod verum dicit Io. And. si cingulum erat molle. Ego arbitror ex dictis Doct. hincinde collectis, considerandam qualitatem eius, qui corrigitur. Et sic in hoc versabitur arbitrium iudicis; an scilicet, qui corrigitur sit sanus, vel robustus; aut sit tenellus puer, vel infirmus; quia tunc castigatio, quæ esset leuis in robusto, diceretur grauis in infirmo, vel tenello. Hoc probatur in. l. qua actione. §. si quis seruum. ff. ad. l. Aquil. Idem tenet Archid. 23. q. 5. c. 1. super glo. & Inno. in. c. cum in magistrum. de elect. Item præsumitur leuis, vel magna castigatio ex genere instrumenti, cum quo quis castigat. Si verò cum cingulo esset gladius, non remouendo illum, esset in culpa, & incideret in irregularitatem casu superueniente, vt hic. Si verò castigauit cum claua, malleo, vel cultello, vel simil. tunc præsumitur dolus, vt. c. significasti. in fi. j. eod. & l. prima. §. fed si claua. & ibi per Iacob. de Areti. post gloss. ff. ad. l. Corne. de sic. Item arbitror considerandum, in qua parte corporis magister, vel dominus verberauit; nam si cum baculo verberaret manum, dando palmatam, non diceretur excedere modum debitum. Secus si cum baculo percuteret caput immoderatè. Item arbitror considerandum tempus; an scilicet, sit aer sanus, vel pestiferus; vnde in hoc, vt dixi multum operabitur iudicis arbitrium. ¶ Qualiter autem probetur, quod magister, vel præceptor, vel similes castigauerint animo docendi, seu monendi. Barto. consulendo dixit, quod præsumitur factum animo docendi, eo ipso, quod reperitur quod tempore, quo eum percussit, eum monebat, vel docebat vt discipulum, vel corripere vt famulum. Facit qd not. in. l. 3. ff. de donat. inter vi. vbi dicitur, qd illud, quod fit tempore ludi, præsumitur factum causa ludi. Facit. l. fed & si quæcunq;. §. si magister. ff. ad. l. Aquil. Siue igitur fecerit eum corrigendo de delicto, siue gratia disciplinandi, vel instruendi eum, appellatur correptio, vel castigatio, per. c. presbyterum. §. eo. & in. d. c. 1. & c. cum voluntate. de sent. excom. Quæ not. pro modo, & practica probandi, quod corrigedi animo fecerit; nam qualitas illa, quod animo corrigendi fecerit, non percipitur aliquo sensu corporeo; sed tamen probatur eo ipso, quod eum tunc docebat, vt discipulum; & ita consuluit Barto. quæ not. perpetuò. ¶ Aduerte etiam ad id quod dixi, quod ex genere instrumenti, cum quo quis verberat quem, præsumitur dolus; & quod animo interficiendi fecerit; nam facit ad ea, quæ dicam. j. eod. c. signi-

significasti. 2. Item aduerte secundum Bald. in. d. §. si  
 10 magister, quod licet quis commiserit culpam ex-  
 cedendo modum debite correctionis; tamen non  
 punitur pena legis Corn. de sic. sed extra ordinem,  
 secundum arbitrium iudicis; nisi ita exceperit modum,  
 quod ex genere instrumenti, & ex modo verberan-  
 di presumatur dolus; & quod animo interficiendi fe-  
 cerit; quia tunc puniretur pena. d. l. Corne. vt. l. r. §.  
 diuus. & l. in lege Corne. & l. diu. ff. ad. l. Cor. de sic.  
 Facit quod dixi in. c. sicut dignum. §. eod. & quod di-  
 cam in. d. c. significasti. 2. §. eod. ¶ Quæ autem sit ra-  
 11 tio, quod magister dñs, & simil. possunt lauiter corri-  
 gere, & emendare, non autem immoderatè, dic fecu-  
 dum Augu. in lib. de vita clericorum, & transumpti-  
 uè. 45. distin. c. cum beatus. quia dū nimia seruat  
 humilitas, regendi frangitur autoritas. Vnde Salo-  
 mon prouerb. 23. Percute filium tuum virga, & libe-  
 rabis eum à morte. 45. distin. Salomon. Correctio  
 enim est actus charitatis; & ideo permessa, vt dicit  
 B. Tho. secunda secundæ. q. 33. Imò videtur esse in  
 præcepto; quia omnes debemus esse in charitate,  
 Aliàs enim qui non corrigit, cum potest, & ex offi-  
 cio tenetur, videtur esse in culpa; & delicto, aut pec-  
 cato consentite, vide quæ dixi in. c. Iudæos. §. de iu-  
 dæ. & aliquid in. c. 2. de hære. ¶ In ea. gloss. in fi. dic.  
 de hoc articulo, vt dixi in. c. præbyterum. §. eod. &  
 .c. præced. ¶ Glo. 2. fortificat tex. allegando plura ge-  
 neralia similia, dic, vt in ea. ¶ Glo. final. format. q. &  
 soluit. in fin. dic secundum Io. And. post Vincè. quod  
 in contrarium facit 5 o. dist. miror. vbi ecclesia non  
 dispensat cum homicida. Sol. dic, quod ibi loquitur  
 de homicida voluntario, hic de casuali, dixi. §. eo.  
 c. suscepimus. & vide quæ dicam. §. eod. in materia  
 irregularitatis. in. 9. q. principali. Et subdit hic Ho-  
 stien. quod in sacris solus Papa dispensat, in minori-  
 bus verò potest Episcopus pro iure dispensare, qd  
 probatur hic in tex. dum dicit, poteris concedere, vt  
 in minoribus & c. & latius dicam in. d. 9. q. ¶ Postre-  
 mō Doct. hic tractant materiam irregularitatis per  
 16. qq. & vltra; non tamen per modum doctrinæ,  
 quam ob causam institui hic materiam ipsam irre-  
 gularitatis, vtilem, & quotidianam per modum do-  
 ctrinabilem, sub quam breuiori compendio potero  
 expedire. In qua materia principaliter examina-  
 bimus infra scriptas. qq. ¶ Primo, quid sit irregula-  
 ritas. Secundo, vnde dicatur. Tertio, quo iure fuerit  
 introducta. Quarto, quot modis sumatur, seu acci-  
 piatur, seu quot sint eius species. Quinto, qui sint, q  
 in irregularitate incurrere possunt. Sexto, quæ fuerit  
 causa inducendæ irregularitatis. Septimo, qualiter,  
 & quibus casibus cōtrahatur irregularitas. Octauo,  
 de eius effectu. Nono, qualiter contra irregularem  
 formetur libellus. Decimo, & vltimo, qualiter irregu-  
 laritas remoueat. ¶ Igitur sequendo ordinem,  
 12 ¶ Primo quæro, quid sit irregularitas? Circa quod  
 dic, quod irregularitas est nota, seu impedimentum  
 canonicum ex facto, seu defectu proueniens, qua  
 quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoue-  
 ri, & in eisdem ministrare. Ita describit Specul. in  
 titu. de lega. §. iuxta. in princip. & etiam quasi simi-  
 li modo describunt Archid. & Io. And. in. c. i. de reg.  
 iur. lib. 6. & Hostien. in. c. 2. de cleri. excomm. mini.  
 Ego verò prædictæ descriptioni arbitror addendum,

dum dicit, canonicum, videlicet, seu diuinum. Item  
 arbitror addendum, ibi, dum dicit ex defectu, prou-  
 niens, scilicet; à natura, vel euentu. Et quare hæc ad-  
 dantur, colligitur ex his quæ dicam. §. in. 3. quæstio.  
 13 princip. & in. 6. ¶ ¶ Dicitur autem nota, idem quod  
 infamia, vt. §. de purga. canon. c. accedens. 2. q. 3. §.  
 notandum. l. furti. §. qui alieno. & l. seq. ff. de infami. p.  
 Io. And. in. c. fin. de sortileg. Vel dicitur nota, hoc est  
 quædam cicatrix criminis, vel defectus. 61. distin. in fa-  
 cerdotibus. in fin. Vnde sanitas, scilicet; pœnitentiæ,  
 post vulnus, scilicet; peccati. sine cicatrice, scilicet; ir-  
 regularitatis, esse non potest. 1. q. 1. ventum est. Ideo  
 autem dictum est in descriptione, quod est impedi-  
 mentum canonicum; quoniam irregularitas ortum  
 habuit à iure canonico secundum Specu. Io. And. &  
 Innoc. Sed mihi hoc non placet simpliciter; quia  
 etiam habuit ortum à iure diuino, & veteri testa-  
 mento, de quo latius dicam. §. in. 3. quæstio. prin-  
 cipali. ¶ Quare autem in descriptione ponantur il-  
 la verba, videlicet (ex facto, & ex euentu.) colligitur  
 ex his quæ dicam. §. in. 6. q. principali. Et quare pon-  
 nantur illa vltima verba, videlicet (qua quis prohi-  
 betur & c.) colligitur ex his quæ dicam. §. in. 8. q.  
 principa. Alio tamen modo describunt Matth. &  
 Guil. in clem. si furiosus. eod. titu. videlicet, quod est  
 impedimentum, seu repulso diuini officij, quæ ipso  
 iure infligitur occisori, per. c. 2. de temp. ord. Sed ista  
 descriptio est defectiua. Primo, quia irregularitas  
 impedit nedum executionem ordinis, sed etiam p-  
 motionem ad illum. Secundo, quia infligitur non so-  
 lum occisori, sed etiam mutilatori, de quibus dicam  
 in. 6. & 8. q. Lapis etiam aliter describit in. d. clem.  
 si furiosus. videlicet, quod est impedimentum cano-  
 nicum proueniens in clerico ex violatione censu-  
 ræ ecclesiasticæ, vel ex alia notabili inobedientia.  
 Addit etiam alia verba superflua. Sed nõ bene, quia  
 non solum clericis efficitur irregularis; sed etiam  
 laicus, vt dicitur. §. in. 6. & 7. q. principali. est etiam  
 in alijs defectiua. ¶ Vnde arbitror, quod melius  
 describatur hoc modo; videlicet, quod est ius impe-  
 ditium promotionis, vel executionis ordinis, iure  
 canonico, vel diuino introductum, propter aliquem  
 defectum, notam, inobedientiam, factum, vel negli-  
 gentiam. Et qualiter prædicta verba ponantur,  
 collige ex his quæ dicam. §. in. 4. q. principali. q. 6. 7.  
 14 & 8. ¶ ¶ Secundo principaliter quæro, vnde dicatur  
 irregularitas? solu. dic, quod dicitur ab in, quod est  
 sine; & regula; quasi sine regula, vnde irregulare, id  
 est, contra regulam ecclesiæ natum, vel factum, siue  
 propter defectum suum, siue propter factum, sit ex-  
 tra ecclesiam positum, vt dictum est, quod ad potesta-  
 tem passiuam promouendi vel administrandi in or-  
 dinibus ecclesiasticis, vide Spec. in. d. §. iuxta. ver. di-  
 citur. Et dic secundum Lapum, quod non dicitur  
 quis irregularis; quia secundum regulam Apostoli  
 prohibeatur; sed tunc dicitur extra regulam alio-  
 rum. Sed irregularis est, qui ab illa est eiectus, ad  
 quam non reducitur, nisi mediante dispensatione,  
 secundum not. per Archid. in. c. is qui. de senten. ex-  
 commu. lib. 6. & dic de hoc, vt latius dicam. §. eod.  
 c. in. 10. & vlti. q. princip. ¶ Tertio principaliter  
 15 ¶ quæro, quò iure fuerit introducta irregularitas?  
 Solu.

Solut. Innocen. hic dicit, quod à iure positio. Idem  
 tenet Specul. in titu. de leg. §. iuxta. verficu. nunquid  
 ergo. & verficu. generaliter. Idem Lau. & Ioan. de  
 Imol. in. d. clem. furiosus. eod. titu. & probatur. 2.  
 q. 7. §. item Daniel. Facit quod traditur in. c. nisi  
 cum pridem. §. personæ. supra de renun. Ex quibus  
 16 inferitur, quod irregularitas non contrahitur, nisi  
 in casibus à iure expressis. Idem Ioan. And. in addi.  
 Specul. in. d. §. iuxta. & verficu. generaliter. quoniam  
 pœnæ sunt restringendæ, non relaxandæ, de pœnitē.  
 distin. 1. §. pœnæ. & in reg. in pœnis. de reg. iur. lib. 6.  
 & l. præles. & l. si de interpretatione. ff. de pœn. & est  
 bon. text. ad principale propositum, in. c. is qui. de  
 senten. excom. lib. 6. Et ex prædictis videtur infer-  
 17 ri, quod si iudex in dubio debet potius iudicare què  
 non esse irregularem, quam e contra. Sed dicit  
 D. m. hic. Quod neutrum dictum sibi placet; nam  
 irregularitas, quæ causetur ex homicidio volunta-  
 rio, fuit inducta à iure diuino; quando Deus dixit  
 ad David; Non ædificabis mihi templum; quia vir  
 sanguinis es. de consec. distin. 1. c. 1. in princip. Facit  
 etiam tex. in. c. 1. coniuncta suprascriptione secun-  
 dum vnum intellectum. §. eod. & quod not. gloss. in  
 .c. sicut dignum. §. eod. vnde secundum eum, li-  
 cet dictum Innocen. soleat allegari pro singulari; ta-  
 men non procedit indistinctè. Vnde in hoc secun-  
 18 do articulo. m. ita distinguit; videlicet, quod aut quæ-  
 rimus, quod ad imponendam pœnam propter irre-  
 gularitatem quò ad forum contentiosum, & tunc  
 in dubio debet quis potius iudicari non irregularis,  
 quam e contra. Ita procedat dictum Innoc. Specul.  
 19 & Ioan. And. Aut agitur in foro pœnitentiæ ad  
 pœnitentiam imponendam; & in dubio debet po-  
 tius reputari irregularis, quoniam in foro pœniten-  
 tiali tutior pars est eligenda; licet durior videatur.  
 Facit. d. c. significasti. 2. §. eod. Idem etiam est quo-  
 tielcunq; de aliquo alio delicto dubitaretur; quia  
 20 ¶ quò ad pœnitentiam potius in dubio iudicamus  
 subesse peccatum, quam non; vt. c. iuuenis. §. de  
 spon. Et vide gloss. not. in ver. æstimare. §. de scruti.  
 c. 1. quoniam si bonarum mentium est timere cul-  
 pam, etiam vbi culpa non est. 5. distin. c. ad eius verò  
 concubitum. & c. 2. de obser. ieiun. Idem est vbi agi-  
 21 tur in foro, quasi pœnitentiæ; vt puta; quia non  
 agitur proprie ad pœnam; sed vt abstineat à mini-  
 sterio altaris; vel vt abstineat à contractu matrimo-  
 nij, vel ab alio actu, in quo exercendo posset sub-  
 esse peccatum; quia tunc debemus interpretari in  
 tutiorem partem, vt dictum est; & probatur hic in  
 tex. nostro. & d. c. significasti. & d. c. iuuenis. Facit  
 quod not. Innocen. in. c. cum tu. de testi. Sed tu  
 aduerte; quia contra primum dictum. D. m. facit,  
 quoniam Moyses fuit vir sanguinis. 23. q. 3. c. non  
 inferenda. & tamen ædificauit ecclesiam Deo, vt. d.  
 c. 1. in princip. de consecra. distin. 1. Et fuit sacer-  
 dos, vt probatur; quia ipse in veteri testamento  
 elegit sacerdotes, & illos vnxit, quod facere non  
 potuisset nisi ipse fuisset sacerdos; ergo de iure  
 diuino non erat irregularis. Item probatur;  
 quia in veteri testamento homicidæ poterant esse  
 sacerdotes; & sacerdotes homicidæ. 2. q. 7. §. his ita.  
 & §. item cum Balaam. & refert gloss. 21. distin. in  
 sum. & gloss. in. d. c. 1. in verficu. prohibitus. de consec.

distin. 1. in princip. Præterea Paulus qui beatum  
 Stephanum lapidantibus opem, seu ministerium  
 præbebat electus est à Domino. 50. distin. §. econ-  
 tra. Sed Specul. in. d. §. iuxta. verficu. nunquid ergo. di-  
 cit, quod irregularitas Pauli fuit abolita per bap-  
 tismum. Quid ergo dicendum? Spec. in. d. verficu. dicit,  
 quod in veteri testamento prædicti, & alij homici-  
 dæ erant excusati, vt. d. c. gaudemus. §. verum. §. de  
 diuor. 23. q. 5. si non licet. & q. 8. c. homicida. Diuina  
 enim facta, & maxime veteris testamenti miracula,  
 sunt admiranda; non in exemplum nostræ actionis  
 trahenda. Multa enim concedebantur tunc, quæ  
 nunc penitus prohibentur. 2. q. 7. §. item cum Ba-  
 laam. verficu. his ita respondetur. 4. q. 3. §. sed obijcitur.  
 22. q. 3. c. si quis per testamentum. Vel possu-  
 mus dicere, secundum gloss. super verbo, prohibi-  
 tus. in. d. c. 1. de conse. distin. 1. quod in veteri testa-  
 mento ante præceptum factum David, propter ho-  
 micidium non efficiebatur quis irregularis; sed  
 idè fuit factum dictum præceptum primitus Da-  
 uidi, quia ipse fuit præfigurator noui testamenti.  
 22. q. 1. §. quod autem. & idè in figura ipsius di-  
 ctum est, Non ædificabis mihi templum & c. Est  
 ergo conclusio ex prædictis, quod in veteri testa-  
 mento non inducebatur irregularitas propter ho-  
 micidium vsq; ad David, in quo fuit inducta pro-  
 pter figurationem noui testamenti. Est insuper ad-  
 uertendum; quia non solum propter homicidium in  
 veteri testamento in persona David fuit inducta ir-  
 regularitas; sed etiam propter alia fuerunt inductæ  
 irregularitates. Erant autem temporales, & nõ per-  
 petuæ; videlicet; quando quis eiciebatur extra ca-  
 stram, ex eo, quod tetigerat morticinum. Vna autem  
 sola irregularitas videtur fuisse perpetua; videlicet;  
 quado Summus sacerdos deberet habere virginem,  
 & non repudiatam, de quo per Hostien. in. c. sanè. de  
 cleri. coniuga. & vide in Leuit. c. 21. Sed istud non  
 erat propter defectum sacramenti; sed quia illo mo-  
 do non potuisset esse hortator viduitatis; secundum  
 Spec. in. d. §. iuxta. verficu. defectus sacramentorum.  
 Aduertendum etiam est; quia vt traditur in Leuit. vt  
 refert Spec. in. d. §. verficu. item & in veteri. quædam  
 inueniuntur irregularitates, quæ impediabant pa-  
 nes Domino offerre, & accessum ministerij altaris.  
 Quæ figuratè intellectæ, etiam in nouo repellunt;  
 vt Cæcus, id est, ignorantia. Claudus, id est, infir-  
 mitas mentis. Habens paruam nasum, id est, indif-  
 cretio. Item habens grandem, vel tortum nasum, id  
 est immoderata discretionis subtilitas. Habens fra-  
 ctum pedem, id est, alienatio à bonis. Item mancus,  
 vel gibbus, id est, peruerfitas. Item lippus, id est, de-  
 pressio ingenij. Item habens albuginem in oculo,  
 id est, arrogantia. Item habens scabiem, id est, luxu-  
 ria. Item ponderosus, id est, immunda cogitatio.  
 Item habens petiginem in corpore, id est, avari-  
 tia. vide de his clariorem expositionē. 49. distin. c.  
 hinc etenim. Et ratio prædictorum est; quia indi-  
 gnum est Deo offerre, quod homo dedignatur. 49.  
 22 distin. c. si. ¶ Quarto principaliter quæro, ¶ quot  
 modis accipiatur irregularitas, seu quot sint irregu-  
 laritatis species? Sol. dic, secundum Innoc. in. c. nisi  
 cum pridem. §. personæ. §. de renun. quem sequitur  
 Spec. in. d. §. iuxta. verficu. sumitur, quædam accipi-  
 par. j. K K tur



tur pro defectibus, qui sunt in homine sine peccato; puta; quia est bigamus, vel maritus corruptæ, scilicet, viduæ; vel illegitimus, vel similis. vt. d. c. nisi. 5. o. dist. non confidat. & 5. 4. dist. per totum. Potes etiam addere exemplum de officiali, qui ex officio quod sibi incumbit, mediante iustitia aliquem interemit, de quo. 7. q. 7. princ. Secundo modo sumitur pro irregularitate persone, propter quam omnis homo prohibetur ordinari, vel etiã celebrare, vel administrare in iam suscepto ordine sine dispensatione Papæ; siue patiatur defectum sine peccato; siue grande commiserit peccatum; & de his traditur in. c. dilectus filius. de temp. ordi. & per Spec. in tit. de lega. §. nunc de episcoporum. Non ergo dicitur irregularitas; quia secundum regulam Apostoli ordinari prohibeatur; sed quia talis est extra regulam aliorum. Nam cum generaliter episcopi possint cum omnibus dispensare, nisi sit eis specialiter prohibitum, vt. d. c. dilectus. & per Spec. in. d. §. ver. his igitur. & seq. cum prædictis tamen specialiter dispensare prohibentur. Papa verò cum omnibus dispensare potest; Sed de hoc articulo dispensationis latius dicam. 7. in. 1. o. q. princ. Tertio modo dicuntur irregulares, omnes illi qui non possunt remanere in susceptis ordinibus, nec promoueri ad maiores, etiam peracta penitentia sine Papæ dispensatione, vel prælatorum inferiorum, de quibus not. in. c. dilectus. & per Spec. in. d. §. iuxta ver. sunt quoque; & d. §. nunc de episcoporum. Lau. vero in clem. 1. o. tit. dicit, quod irregularitatis tres sunt species. Vna quæ provenit ex incisione, seu deformitate proprii corporis; & de hac de cler. ægro. per totum. Alia quæ provenit ex deformitate alieni corporis; & hæc est triplex, quædam provenit ex morte, quædam ex mutilatione, quædam ex simplici infectione cum animo occidendi. De primis duabus traditur hic in titulo nostro, de alia trad. de penit. dist. 1. c. periculosa. Sed tu dic, secundum Cardinalem Zaba. in clem. prædicta, quod hæc ultima non inducit irregularitatem, quæ indigeat dispensatione Apostolica. Imò dicit glo. 7. eo. c. si aliquis. quod hæc non est irregularitas. Licet glo. in. d. c. periculosa. contrarium dicat, & male, vt ibi per Archi. & hoc quod ad irregularitatem maiorem. Est tamen quædam irregularitas, quæ incurritur pro peccato mortali, quod etiam tenet glo. & d. c. si aliquis. 7. eo. & probatur. 25. dist. §. criminis. Ego verò dico, quod quædam est species irregularitatis, quæ provenit homini sine peccato; quædam cum peccato. Prima subdividitur; quia quædam provenit à natura, & quædam ex euentu. A natura si habet aliquas deformitates ex his, quæ dixi in præcedenti. q. circa irregularitates, quæ reperiuntur fuisse in veteri testamento. Ex euentu, puta; si est effectus cæcus, carens manu, pede, vel alio membro. Secunda irregularitas, quæ cum peccato provenit, similiter subdividitur in plures species; quia quædam provenit ex violatione censuræ ecclesiasticæ, vel notabili inobedientia, vel alia simili nota. Quædam provenit ex facto proprio, Quædam ex mādato, Quædam ex consilio, Quædam ope, Quædam ex defensione, Quædam negligentia, Quædam rati habitio- ne, vel consensu, de quibus omnibus latissimè videbimus. 7. in. 7. q. princ. Potest dari alia diuisio;

videlicet, quòd quædam est irregularitas, per quam quis impeditur ordines suscipere; nò tamen deijcitur à iam susceptis. 15. q. 1. c. si. in. fi. Quædam verò, & promouendum impedit, & promotum deijcit. Facit ad prædicta quod traditur. 5. o. dist. in. c. de his. & 5. eo. c. sicut dignum. & de hac dicam in. 8. q. principali. Quinto principaliter quæro, quod qui sint, qui possint in irregularitatem incurere? Sol. arbitror dicendum, quòd aut nos quarimus de irregularitate quæ provenit homini sine peccato, & in istam omnes possunt incurere; siue sint infantes, siue alij similes; nam infans natus cum corporis deformitate notabili, vel ex euentu seclus, seu mutilatus, irregularis est, vt. 5. de corpo. vitia. per tot. Et facit quod dixi in præced. q. Et hoc est verum de irregularitate, quæ provenit à natura, vel ex euentu sine peccato, præter intentionem, seu consensum. Aut quarimus de irregularitate quæ provenit ex peccato, vel sine peccato propter consensum, vel voluntatem, vt puta; propter homicidium, negligentiam, opem, causam, mandatù, consilium, vel quid similit. vel propter inobedientiam, vel violationem ecclesiasticæ censuræ, vel aliã similem causam; & tunc ad hoc, vt quis incidat in irregularitatem, requiritur, quod sit sanæ mentis, & intelligat quod agit; aliàs non efficeretur irregularis, vt statim dicam exempla subiiciendo. Omnes igitur sanæ mentis, & qui doli capaces sunt, in prædictam irregularitatem possunt incurere, siue sint Christiani, siue infideles. Nam & propter homicidium commissum ante baptismum contrahitur irregularitas. Facit quod dixi. 5. eo. c. presbyterum. Quidã tamen dicunt, quòd propter homicidium commissum ante baptismum, siue illud sit commissum ex voluntate, siue ex officio, non efficitur quis irregularis, per tex. 25. dist. in. c. deinde. & 5. 1. dist. in. c. aliquos. & hoc tenet Lap. mouetur; quia irregularitas fuit inducta à iure positivo. 5. 1. dist. in. c. si quis. Et hoc dicit procedere siue homicidium fuerit commissum cum peccato, siue sine. Vnde dicit, quòd talis post baptismum potest omninò promoueri. Facit quod not. glo. & Archi. 26. dist. c. deinde. Hostie n. in sum. eo. tit. §. qua pena. vers. quid ergo. Hanc etiam sententiam sequitur Zabar. in. d. clem. 1. q. 12. Mouetur per tex. 5. o. dist. in. c. si quis viduam. & 5. 1. dist. in. c. 1. & c. si quis post. à contrario. Maximè, quia non reperitur in lege diuina, quòd propter homicidium incuratur irregularitas; & finaliter subdit huic opinioni, tanquam æquiori standum, saltem in ambiguitate opinionum, vt fiat in penis mitior interpretatio, per reg. in penis. de reg. iur. lib. 6. cum similit. Inno. ve. rò, & Cal. in. c. gaudemus. §. de diuor. tenent, quòd saltem contrahatur, si homicidium est commissum cum peccato; secus si sine peccato. Sed. D. m. ibidem tenent idem, etiam si sine peccato; & de hoc dixi. 5. eo. c. presbyterum. Hæc questio videtur satis dubia. Mihi tamen plus placet, quòd si homicidium est commissum cum peccato, contrahatur irregularitas; quoniam frustra sequeretur, vtrum per baptismum tolleretur, nisi contracta reperiretur; cum priuatio habitus præsupponat, vt. d. c. ad dissoluendum. de despon. im. puber. & l. decem. ff. de verb. oblig. & est bo. tex. in. r. natura nostra in. d. c. deinde. 26. dist. in. vbi text. dicit, quòd peccatum non est, inter peccata credi non debet.

debet. Er hoc tenet Hostien. in. d. vers. quid ergo. licet allegetur in contrarium per Lap. & malè. Et maximè moueor; quia quòd ad penitentiam vt dictum est, vel ad quali penitentiam, vt quis possit in susceptis ordinibus ministrare, vel promoueri, vbi esset; vel stare in peccato, vbi aliàs prohibitus esset, potius præsumimus, & iudicamus quem irregularem in dubio, quam nò, vt dixi. 5. in. 3. q. princ. Non obstat dictum Lap. quia non est verum simpliciter, quòd irregularitas fuerit solum inducta à iure positivo, vt dixi in. d. 3. q. principali. Nec obstat. glof. in. d. c. deinde. quia glof. ibi sentit contrariam opinionem, quod si aliquis mille occidisset, omnis infamia, & irregularitas contracta ante baptismum, tollitur per baptismum. Sentit ergo ibi glo. expressè, quòd propter homicidium commissum ante baptismum contrahatur irregularitas. Non obstat dictum Hostien. in. d. §. qua pena. ver. quid ergo, quia vt dixi. Hostien. ibi tenet, quod si homicidium sit commissum cum peccato, irregularitas contracta ex illo, tollatur per baptismum; & sic tenet expressè contrarium eius ad quod allegatur. Non obstat. c. si quis viduam. 5. o. dist. in. per quod mouetur Cardi. Zabar. quia dum. tex. ibi dicit, quòd si fuit homicida ante baptismum, securo baptismo non prohibetur promoueri; quia hoc fateor, cum propter baptismum tollatur omnis irregularitas causata à peccato; quoniam tollitur peccatum, & omnis sequela peccati, vt. d. c. deinde. 26. dist. in. Et eodem modo potest responderi ad. c. 1. & ad. c. si quis post. 5. 1. dist. in. Nec obstat. vltimum dictum Zabar. quod huic opinioni, tanquam æquiori standum sit; quia in penis, & c. quoniam illud verum, quòd ad penam fori contentiosus; non autem quòd ad penam fori penitentialis, vel quasi; in quo securior via eligenda est, vt dixi. 5. eod. in. 3. q. principali. Est tamen maius dubium, si homicidium fuisset commissum ante baptismum sine peccato; vt puta, ab officiali mediante iustitia, vt dicam in. d. 1. o. q. principali. Est igitur conclusio, quòd etiam infideles possunt incidere in irregularitatem, quæ ex voluntate, vel cum peccato committeretur. Et ex prædictis inferitur clara conclusio, quòd propter furiosus non incidit in irregularitatem homicidium committendo, tex. est in. d. c. 1. de homicid. Et idem arbitror, quod de mente capto; quia eadem est ratio in vtroque. Sed quæro circa hunc articulum, de ratione, quare furiosus non incidat in irregularitatem? Solut. dic. quia quòd fit à furioso, perinde reputatur, ac si casu contingeret, sine facto hominis. ff. de admini. tut. l. si. i. fi. & probatur in. l. sed. & si quecunq; §. & ideò. ff. ad l. Aquil. vbi. tex. dicit, quòd illud quòd facit furiosus, perinde est, ac si à quadrupede, vel tegula per se cadente, factum esset. Talem enim infelicitas facti excusat. l. infans, vel furiosus. ff. ad. l. Cor. de siccar. Et satis dicitur puniri furore suo, vt. l. diu. ff. de offi. præsid. & l. penul. §. fin. ff. ad. l. Pompe. de parrici. Nec afflicto addenda est afflictio. 7. q. 1. cum percussio de cler. ægro. c. pen. de epi. audi. l. tam demens. Omnes igitur actus, qui intellectum requirunt, aut consensum, furioso, & mente capto interdici intelliguntur. Et vide plura exempla ad prædicta per glof. 2. eod. tit. in clem. vnica. Secundo quæro, in quo furioso, seu mente capto præ-

dicta habeant locum? Solut. quod dic, habent locum siue sit furiosus, vel mente captus, qui laborent continuo furore, vel dementia; siue habeant dilucida interualla; dummodò homicidium fuerit commissum tempore demencie, vel furoris; ita dicit glof. 2. in princip. & bene, in. d. clem. 1. Facit. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. arguendo de parte temporis quò ad partem. Item, quia eadem est ratio in vtriusque; propter carentiam intellectus, & mentis exilium. Est tamen aduertendum, quoniam, vt à Platone scriptum est, furoris species duæ sunt. Vna ex humanis proueniens morbis; & hæc est mala, & detestanda; & de hoc loquitur materia nostra. Alia verò provenit ex diuina mentis alienatione, cuius diuini furoris quatuor sunt species; videlicet, vaticinium, mysterium, poæsis, & amor. Quibus quatuor, totidem deos præesse veteres putauerunt. Nam vaticinium Appollini, mysterium Dyonisio, poæsim Musis, amorem Veneri tribuebant; & talis furor non excusaret. Tertio quæro, quid si aliquis culpa sua incidit in furorem, & demum furiosus exiens, commisit homicidium, vtrum efficiatur irregularis? Quidam, quod sic, per. c. si quis infans. 15. q. 1. quod sequitur Laudu. in clem. vnica. eo. tit. Sed glof. 15. q. 1. in sum. & d. c. si quis infans. dicit hoc non esse admittendum; quia satis furore suo ponitur, vt. 5. dixi. & ita videtur tenere Gratia. 15. q. 1. §. si. Ego verò ita saluarem vtranque opin. quod aut existens sanus mente cognoscebat, quod si certum quid comedebat, efficeretur furiosus tali furore, quod ipse nihil aliud quereretur, quam homines interficere, vel mutilare; & hoc per experientiam frequenter cognouerat, & tamen illud comedit, & tunc arbitror, quod teneret; quia quoties culpa præcedit casum ordinatum ad illam culpam, etiam per casum quis efficitur irregularis, vt. 5. eo. c. presbyterum. & c. suscepimus. & hic, cum in finitis similit. Quarto quæro, quis ardeatur ad probandum, an dicens factum tempore furoris, an vero dicens factum tempore sanæ mentis? Solut. Pau. & Stepha. dicunt, quòd ille, qui allegat furorem; quoniam quilibet præsumitur sanæ mentis. Si tamen diceretur, quod aliquando fuit furiosus, ei qui nunc dicit non furiosus, incumbit onus probandi. 3. q. 8. c. iudicas. vbi hoc tenet glo. & glo. 3. in. c. si. de success. ab intest. Facit reg. semel malus. de reg. iur. lib. 6. & quod ibi dicit Dyn. Vbi dicit, quod accidens propter contrarium naturæ, vel præter naturam, tollit effectum præsumptionis ipsius naturæ. Quod tamen præcedit in accidenti durabili saltem aptitudine. Aliàs non præsumitur perseveratio contra naturam ipsius accidentis, secundum not. per Inno. Cōpost. & Abba. in. c. cum inter canonicos. §. de elec. & videtur se qui Card. Flo. & Bar. in. l. nec codicillos. C. de codicil. & bon. tex. in. c. filij. de heret. lib. 6. & c. sicut tenor. de regular. Sed aduerte, quia glo. in. c. Gonsalvus. 17. q. 2. tenet, quod ei incumbit onus probandi, qui asseuerat sanam mentem, siue furorem, aut mentis exilium, per. l. ei. ff. de proba. & in reg. l. 2. C. eo. tit. Idem etiam tenet Bart. in. l. is potest. vers. expeditas. ff. de acqui. heret. Ego in hoc articulo non intendo insiltere; quia non est prin. artic. noster, ideò dic, vt per glo. & Doc. in. d. iuribus. Tetigi in. c. dilectus. §. de spons. q. 15. Quinto quæro, quod qualiter probetur furor? Sol. Pau. par. j. KK ij in cle-

in clem. 1. eo. titu. remittit ad not. 1. 5. q. 2. c. Gon-  
faldus. & 56. distin. c. 1. & c. fin. de success. ab intest.  
Stepha. dicit, q̄ probatur ex dictis, factis, & gestis,  
per. l. quidam in suo. ff. de condit. insti. & ff. de tuto.  
& curato. d. l. ab his. l. is qui. §. fin. 46. distin. c. 1. Ver-  
bi gratia; si iussit ossa projici in mari; vel si projicit  
lapides, per tex. in. l. 2. C. de iudæ. Ista similiter non  
est princip. materia nostra; sed tituli de proba. Ideo  
de eo dic, vt tradit in. dd. iuribus. & per Archi. 2. 3. q.  
8. c. conuenior. in verbo, scripturæ, & per Io. And.  
in. c. vel non est compos. de temp. ordi. & de success.  
ab intesta. c. si. super glo. & vide bon. glo. in verbo,  
multissimum. §. ceterum. Insti. q̄ cum eo. & 93. disti.  
c. legimus. Aduerte tamen: quia si probatur quod  
38 ante illum actum f̄ erat furiosus, præsumitur etiam  
tunc in actu fuisse, Facit quod dixi in præced. q. Nisi  
probaretur contrarium. Quod verum dicit. D. Flor-  
ria. in. d. l. 5. §. iniuriam. ff. ad. l. Aquil. si furor proba-  
tur de proximo præcessisse; secus f̄ si ex interuallo;  
39 quia cum furor, saltem accidentalis, solo tractu tem-  
poris possit mutari; non præsumitur, nisi probetur  
Facit. l. sed & miles. ff. de excusat. tut. Maximè si pro-  
batum est, quod medio tempore fuerit qualitas fu-  
rori contraria. Et hoc scire est multum vtile, pro-  
pter difficilem probationem furoris, Non enim cre-  
40 ditur f̄ testibus, nisi reddant causam dicti sui, vt  
per Inno. & Doct. in. c. cum causam. §. de testi. Si-  
cut, & quando testes volunt probare priuationem  
sensûs, & intellectus in aliquo, vt not. in. l. testium.  
41 C. de testi. Sexto quæro, quid si vna pars probat f̄ fu-  
rorem, & altera sanam mentem, quæ probatio præua-  
leat? D. m. in. c. fin. §. de success. ab intest. remittit ad  
not. per Doc. in. c. super hoc. de renun. & l. nec codi-  
cillos. C. de codicil. Dic, ergo vt ibi. Septimo quæ-  
42 ro, quid de infante, vtrum f̄ per homicidium inci-  
dat in irregularitatem? Sol. dic, q̄ non, vt in clem.  
vnic. eo. tit. Hunc enim excusat innocentia consilij,  
vt. l. infans. ff. ad. l. Corn. de sicca. Facit; quia talis etas  
quicquid videt ignorat, vt. l. 1. C. de sal. monet. Et vi-  
de qd̄ not. in. l. quod infans. ff. de rei. vendi. & l. sed  
& si quæcunq; §. pen. ff. ad. l. Aquil. cum simil. Hinc  
43 est, q̄ f̄ infans non contrahit sponsalia, vt in. c. 1. in  
princip. de sponsa. lib. 6. nec per consequens causa-  
tur publica honestas, vt ibi, & c. literas. & c. accessit,  
de desponsa. impuber. Sed contra prædicta oppo-  
nitur, de opi. Hostien. in. c. 1. de delic. puer. vbi dicit,  
quod puer etiam non doli capax, si projiciendo gla-  
dium, alium occidit, vel mutilat, incurrit in irregu-  
laritatem. Solut. dic, quod opi. Hostien. reproba-  
tur in. d. clem. vni. & vide ibi glof. 3. quæ latius hoc  
44 declarat, quam bene not. Octauo quæro, f̄ quis  
dicatur infans? Sol. dic, vt not. glof. 3. in. d. clem. 1.  
scilicet, q̄ ille qui est minor septennio. Et probatur  
in. l. si infanti. C. de iure delibe. & c. 1. de despon. im-  
pub. lib. 6. Idem videtur tenere glo. in ver. infantula.  
3. 1. q. 2. c. 1. Dicit tamen ibi, qd̄ et potest capi pro  
maiore septennio, secundum subiectam materiam.  
Circa quod etiam vide glof. & text. 2. 8. distin. c. 1.  
& vide extrauag. Io. 22. Et ex prædictis inferunt  
45 Doct. quod f̄ doli capax ex homicidio, vel mutila-  
tione incurrit in irregularitatem. Nono quæro,  
46 quando f̄ puer dicatur doli capax? Sol. Dicit Zen-  
in. d. clem. 1. q̄ ille qui est proximus pubertati. ff. de

47 doli excep. l. apud Celsum. §. quæ in tutore. f̄ Proxi-  
mus autem pubertati dicitur, quando magis appro-  
pinquat pubertati, q̄ infantia. Et sic masculus in  
10. anno cum dimidio dicitur proximus pubertati.  
Femina verò in nono anno. Dimidiantur enim tem-  
pora inter infantilem, etatem, & pubertatē. Et hoc  
etiam voluit glof. Insti. de inuti. l. tipu. §. pupillus. &  
gl. Insti. de oblig. quæ ex. quasi delic. na. §. in sum. In  
contrarium tamen facit, quod not. glo. in. l. non fātū.  
de excusat. tut. & c. continebatur. & c. attestaciones,  
§. de despon. impuber. vbi dicitur, quod proximus  
pubertati dicitur ille, qui est proximus per. 6. men-  
ses. Propter quam causam. D. Ant. in prædicto. c. at-  
testaciones, dicit hoc esse arbitrio iudicis relinquen-  
dū, ex quo non est tempus determinatū; Pro quo fa-  
cit. l. 1. ff. de iur. deliber. & quod dixi in. c. psbyterū,  
§. eo. Sed tu aduerte, quia iudicio meo. Doc. in hoc  
videtur errare; quoniam nihil dicunt de etate, quæ  
est intermedia, inter infantilem etatem, & etatē p-  
ximam pubertati; dicunt enim, q̄ infans non tenet,  
& q̄ infantia durat vsq; ad septennium, & demum  
subdunt, q̄ proximus pubertati incidit in irregu-  
laritatem. De puero ego nouem annorum, si com-  
mittat homicidium, nihil dicunt. Vnde arbitror di-  
48 cendum, q̄ vsq; ad septimum annum f̄ nullo modo  
infans possit incidere in irregularitatem. Nec admit-  
teretur probatio, q̄ esset doli capax. Post septennium  
verò in casu certi stare? certo, vt puta; si probaret,  
q̄ esset puer nihil intelligens; quoniam licet esset 15,  
vel 18. annorum, non incideret in irregularitatem,  
propter defectum intellectus, arg. d. clem. 1. & ra-  
tiones ipsius, & eorum quæ §. dixi. Si verò probare-  
tur, q̄ immediate post septennium incepit aliquid  
sapere, vel intelligere; licet intellectus non præsume-  
retur firmus; si tamen cognoscit, qd̄ agere malum  
est, vel bonum, arbitraretur ipsum incidere in irregu-  
139 Vtrum ¶ ompis qui interuenit in iudicio in causa criminali, in qua agitur causa sanguinis; videlicet, mortis, vel mutilationis. sit irregularis? Solu. Spec. qd sic, siue talis sit iudex, siue assessor, vt dictum est; siue sit aduocatus, siue actor, vel notarius, dictator sententiæ, vel promulgator; vel procurator, vel testis, vel accusator. 50. dist. c. si quis viduam. & s. ne cleric. vel mona. c. sententiam. & c. clericis. j. eod. c. postulasti.

140 Si ¶ tales sint clerici; siue laici; quia licet laicus sit immunis à culpa, non tamen est immunis ab irregularitate, secundum Goffr. in d. c. sententiam, quam sententiam sequitur Ioan. And. Et quod dictum est de dictatione, Hosti. intelligit, etiā si non

si non dicitur ut iudex; sed ut assessor, seu iuris peritus, qualitercunque enim dicitur, si inde sequitur sententia sanguinis, est irregularis; licet non ipse, sed alius pronunciet; quia proferenti præbet consilium, & auxilium, ut dicam. in tertio membro principali huius  
 141 articuli. Idem est si auctoritatem, vel benedictionem suam exhibeat purgationi vulgari, vel vindictæ sanguinis, ut. de excel. prælat. c. ex literis. Nec videtur distinguendum, an mors inde sequatur, vel non. Licet, quod ad effectum dispensationis videatur in hoc distinguendum, de quo dicam. in. 3. q. principali.  
 142 Tertio quæro, quia supra dixi, quod aduocatus, vel procurator, qui interueniunt in causa sanguinis, efficiuntur irregulares; utrum hoc habeat locum, siue interueniat pro parte actoris, siue pro parte rei? Solutio. quidam dicunt, quod sic; per. c. 1. 5. 1. distin. & tradit Spec. in tit. de aduoc. §. in causa. & d. §. iuxta veritatem litigiosus. Vnde dicebat Host. in. c. 1. de postul. q. licet quidam dicant quemlibet etiam clericum posse defendere accusatum, arg. 3. q. 5. c. reos. de immun. eccl. c. inter. tutius tamen est, quod abstineat. Quid enim si propter suam imperitiam accusatus succumbat, & mutiletur. Item, quid si propter malitiam, & cauillationes suas absoluitur, & accusator patiat rationem? clarum est, quod efficeretur irregularis; & ideo quia lingua facile labitur, ut. ff. ad leg. Iul. maie. l. famosi. ante si. & quia periculofum est quibuscumque clericis talibus interesse. Sed secundum eum secus est, si non potest aliquid sibi imputari, arg. de æta. & qualita. c. ad aures. & s. eod. c. de cetero. & in c. tua nos. j. eod. remittens ad not. plenius in hoc nostro. c. per eum. Vbi quæritur de clerico iuris perito, qui fratrem suum accusatum criminaliter suo patrocinio iuuat; ita quod fuit absolutus; & accusans decapitatus, an sit irregularis? Et tandem arguit, quod non; cum ipse non tenderet ad ipsius penam; sed ad istius absolutionem: nam si ecclesia etiam reos sanguinis extraneos defendit, ut in præallegatis iuribus; & facit. C. de epi. audien. l. addictos. fortius iste fratrem defendere potest, ad hoc. c. petitio. de iureiurā. & de præsump. c. afferte. & c. literas. & l. 2. ff. de repta. & imputer accusator suæ malitiæ, & duritiæ; si penam talionis passus est, ut. c. tua nos. j. eo. & c. postulasti. & hoc debuit præscire euenire posse. Item, nec semper de facto, talionis pena imponitur accusatori deficienti; nam quandoque prece, vel prætio remittitur. Vel in penam aliam commutatur. ff. de his qui not. infam. l. quid ergo. §. pena grauior. & l. feuerior. C. eod. titu. In contrarium facit; quia clericus in hoc exercet rem sibi prohibitam, & illicitam. §. ne clerici mona. c. sententiam. & accusatori præbet proximam causam morti, ergo quicquid intēdat, irregularis est §. eod. c. præced. & c. is qui. eo. tit. lib. 6. cum lex promotionis, in facto, non in voluntate consistit. 1. 5. q. 1. c. si. ergo cum ex hoc officij exercitio sit commissum homicidium, fateri illum oportet irregularem. 50. distin. c. si quis viduam. j. de cler. pugnā. in duel. c. Henricus. Nec obstat, quod ecclesia defendat reos sanguinis; quia illud non facit sic, quod ex defensione sequatur sanguis. §. de immun. eccl. inter alia. & j. de verbo. signifi. c. nouimus. Nec obstat. cōiunctio personar. §. de postul. c. si. Nec valet, quod accusator scire debuerit. Nec obstat, quod quandoque parcitur; quia illud

est rarum, & incertum. ff. de legib. l. nam ad ea. Deum Hostien. ibi recitans opin. dicit, se sequutum hanc secundam opinionem; scilicet, quod non potest esse aduocatus, etiam pro reo; & hoc dicit in sum. in titu. de oblig. ad ratioci. §. quid si obligatus. versic. quid de criminibus. & in tit. de postula. §. qui per tinet. versic. illud tamen. & in tit. de homic. §. qua pena. versic. illud autem certum est. Et facit secundum eum; quia in ciuilibus vbi non possumus vnum iurare, quin alter lædatur, abstinendum est. 1. 4. q. 5. c. de nique. fortius in criminalibus. Sed hæc vera secundum eum, quando ex aduocatione, vel sententia, testimonio, vel scriptura, mors, vel truncatio est sequuta; quia talia post baptismum exercens non promoueretur. 50. distin. c. 1. quia sicut ex facto nascitur irregularitas; ita sine facto non oritur. Secus igitur si ex facto, vel verbo aduocati mors sequuta non est, ad quod probandum, & ne fiat irregularis, quatuor dat consilia. Primum, quod quantum potest, fingat, & comminetur ad retrahendum accusatorem, se velle reum defendere, hoc tamen officium non assumat propter canonis interdictum. Quod si fecerit, puniri poterit. §. de maio. & obediē. c. 2. propter tamen solam officij assumptionem, non efficitur irregularis. Secundum consilium est, quod si nullo modo vult abstinere a patrocinio rei, quibus modis potest, laboret, ut accusator desistat ante inscriptionem; quia potest, ut. §. de accu. c. licet. Tertium, ut cum primum venit coram iudice, protestetur, quod ad penam accusationis non intendit, sed solum ad defensionem accusati. Vnde si datur libellus sine inscriptione, non petat inscribi; potest tamen forsitan excipere, se non teneri respondere tali libello. Item si iudex suppleat ex officio, poterit dicere, quod de hoc se intromittat; & sepe consulit protestationem repeti; & nihil fieri, vel dici, per quod illi renuntietur. §. de cōst. c. cum M. Vnde nec accusatorem de calumnia arguat, vbi abstinere possit, salua defensione accusati. Et hoc obseruans, cum non videatur directè in mortem accusatoris tendere, licet indirectè ad hoc tendat, videtur tutus ab irregularitate, ad hoc. c. 2. eod. tit. lib. 6. Vel saltem esset casus dispensabilis. Dicebat etiam, quod cum absoluitur reus, quia accusator nihil probauit, sed probauit per falsos testes de hoc cōuictos, videtur potius ex sua calumnia damnari, quàm ex facto aduocati ipsius rei. Quartum consilium est: cum reus absoluitur, quod toto posse laboret aduocatus rei, penam sanguinis imponendam accusatori, commutari in carcerem, exiliū, pecuniam, vel similia; & si posset a principio super hoc sibi p. clientulum, & iudicem cauere, bonū esset, & tutum, etiā si frangeretur cautio, ad hoc. j. eod. c. Petrus. & s. de immun. eccl. c. inter alia. Sed si ab initio sibi non cauit, vel cauere non potuit; si post sententiam hoc obtinet; satis est ex verbo, vel facto, quod mors sequuta non sit; ita et securus esset, vbi iudex in criminibus ex officio inquirendo, procederet contra infamatum, quem studio suæ aduocationis obtineret absolui; cū aliis decapitatus fuisset, per hoc enim non potest dici aduocatum irregularem. Et his casibus saluari potest opinio Barto. Pro qua facit; quia si armis possum socium defendere, de senten. excomm. c. dilecto. lib. 6. fortius verbo. Facit. §. de appell. c. dilecti. Item

Item, si p. bono, & licito aliquid facimus, absit, & c. 23. q. 5. c. ne decidendis. versic. absit. Porro si constat reum culpabilem; & aduocatus suis falsis probationibus, vel allegationibus illum obtinuit absolui; vel alias directè, & sine protestatione, vel contra protestationem suam veniendo, calumniam accusatoris arguit, propter quod fuit inortuus, tunc sit vera opinio Hugo, & Ioan. quod iste sit irregularis. In dubio tamen dicit Host. aduocatum suæ conscientie relinquendum, ut. j. eo. c. petitio. Et subiungit, quod licet magistratraliter, & ad studentium exercitium scripserit; huius tamē dubij solutionem Papæ reseruat; ad quæ talia dubia declarare spectat, allegat. c. per venerabilem §. ratiocinatio. §. qui filij sint legit. & prædicta ponit Io. And. in. c. 1. §. de postul. Quarto quæro, quid de iudice, officiali, vel milite, qui talia susceperunt officia; non fuerunt tamen ea executi? Solutio. dic. secundum Vgo. & Ioan. 50. distin. §. si quis. quod tales non prohibentur a susceptione ordinum. Alij vero tenent contrariam sententiam, dicentes, eos irregulares, propter propositū, quod habuerunt circa exercendum causam sanguinis, hoc videtur sequi Spec. in d. §. iuxta. versic. quid de iudice. Quinto quæro, quid clericus in causa sanguinis aliquid scripsit, puta; circa receptionem testium; sed non scripsit in forma autentica, an sit irregularis? Solutio. secundum Inno. dicit, quod non. Et idem dicit etiam, si scriberet authenticum; modo sententia sanguinis non sequatur ex illa scriptura; quoniam sola scriptura in illo casu non constituit scribentem in irregularitate, ut traditur  
 146 in. d. c. sententiam. Sed sit ex tali scriptura sequatur homicidium, qualitercunque scribat, vel dicit, incidit in irregularitatem, secundum Io. And. in. d. c. sententiam. Quod facit ad limitationem eorum, quæ dixi. §. in. 2. q. huius articuli. Sexto quæro, quid ponat, aliquis dominus, vel princeps recepit aliquam literam, in qua continebatur, quod ipse deberet, & capere, & suspendere quendam homicidam, qui morabatur in tali hospicio, qui dominus dedit literam clerico suo, ut sibi ipsam legeret, quod fecit; vnde homicida captus fuit, & suspensus; an talis clericus sit irregularis? Solutio. dicit, quod sic, secundum Io. And. in. d. c. sententiam. Et ita refert ibi fuisse responsum per Clem. Papam. 4. quoniam nec tali clerici lectione homicidii sequutum fuit. Nec prodest clerico, si dicat se ignorasse tenorem literæ; quoniam debet eam sibi prius legere. Vel quando peruenit ad lectionem capture, & suspensionis, debebat subsistere; & ipsam reddere, dicendo quod ad se non pertinet legere talem literam, arg. eorum quæ dicuntur in. c. sicut dignum. §. eod. & in c. clericis. §. ne clerici. vel mona. Septimo quæro, quid ponat, aliquis miles fuit in bello, nec per eum stetit, quod occideret; an sit irregularis? Solutio. dicit, quod sic, secundum Vgo. & sequitur Specul. in. d. §. iuxta. versic. quid de iudice. Secus est, si talis percussisset; nec ad hoc  
 149 operam dedisset. Octauo quæro. Vtrum exercens artem chirurgiæ sit irregularis? Solutio. dicit, quod si propter imperitiam suam mors fuerit secuta ex incisione, vel aduisione, quam fecit, vel potione, quam dedit infirmo; efficitur irregularis, ut. c. tua nos. §. 1. j. eo. Secus si adhibet omnem diligentiam, quæ debet; quia  
 150 non efficitur irregularis, quia mors præsumitur potius culpa medicari euenisse, quæ medici negligē

tia, vel imperitia. 23. q. 5. c. de occidendis. §. de æta. & qual. c. ad aures. Et ideo consulit medico, ne promoueatur ad ordines. Et idem dicendum est in Barbitonsore, seu Phlebotomante, & in alijs similibus personis. Hoc tenet Spec. in. d. §. iuxta. versic. item exercens. & in versic. facto. in. fi. Intelligitur autem chirurgum non prohiberi a promotione, nisi propter periculum; quoniam de facili in officio suo errare potest. Vnde si quis laicus exercuerit hoc officium, non ob hoc est irregularis; licet multi sub eius cura obierint.  
 153 Nisi propter eius incuriam perierint; ut dixi. Clericis autem hoc officium omnino est interdictum. Ita quod si cessare nolunt, deponendi sunt; quamuis ex hoc solo non sint irregulares. Nisi sub eorum cura aliqui obierint; quia tunc secundum Inno. sunt irregulares, in. d. c. tua nos. j. eo. & s. ne cler. vel mona. c. sententiam. Et dicit D. m. in. c. tua nos. quod tria  
 154 requiruntur ad hoc, ut non sint irregulares. Primum, quod illud officium conueniat sibi; & sic, ut sit laicus; quia clericis est interdictum; ut. d. c. sententiā & c. non magno. & c. si. ne cler. vel mona. Et licet litera in. d. c. tua nos. loquatur in monacho; tamen idem est in quolibet alio clerico; & ibi sic contingit de facto. Secundo, quod sit peritus; vnde non sufficit, quod appellet se medicum peritum. Tertio, quod adhibeat omnem diligentiam secundum artem suam. Quarto, quod informet infirmum de his, quæ sunt necessaria egrotanti suæ; quibus seruatis euentus mortis non imputatur ei. Et ad prædicta facit, quod not. in. c. ad aures. de æta. & qualita. & vide quæ dicam circa hanc materiam in. d. c. tua. Et prædicta etiam in effectu vult Host. in sum. eo. titu. §. qua pena. versic. ideo licet medico. Vbi concludit, quod quilibet medicus debet ad conscientiam suam recurrere, arg. c. ad aures. §. de æta. & qualita. & d. c. tua. j. eod. & ff. de offic. presid. l. illicitas. §. sicuti. ff. ad leg. Aquil. Idem iuris. Institut. ad leg. Aquil. §. imperitia. & argu. c. exhibita j. eod. tit. Et subdit, quod propter graue scandalum interdicatur executio, quæuis nihil deliquerint, arg. c. ex literis. 1. j. eod. & a contrario sensu. c. significasti. 2. §. 1. ad. fi. j. eod. Et etiam consuluit Goffred. quod promoti, & maxime promouendi, ab opera practicandi, & potissime chirurgi, abstineant a curis, quæ incisiones, vel aduisiones requirunt. §. ne cler. vel mona. c. sententiam, & c. tua. cum in nullo vacillare debeat conscientia. 3. 3. distin. c. laici. Nono quæro, quid ponat, aliquis videns infirmum non posse euadere, nec mori; & videns illum pati maximam penam, reuoluit illum in aliud latu, ut citius moriatur; an efficitur irregularis, si ex hoc mors secuta sit, puta; quia ex hoc præcludit via anhelitus; vel ex violentia motus rumpitur apostema, & suffocatur; efficitur irregularis? Si verò talis non moreretur citius, non efficeretur irregularis. Licet aliàs penitere debeat de peccato, hoc tenet Spec. in. d. §. iuxta. versic. quid si aliquis infirmum. Subdit tamen Specul. quod si de his, & similibus casibus ambigeretur, quod talis debet declarare conscientiam suam, siue læuem, siue temerariam, alicui prudenti, & docto viro. Alioquin debet eligere tutiorem viam, ut dixi supra in præced. q. & dicam in seq. Decimo quæro, quid ponat, aliquis extraxit gladium, sagittam, vel telum infixum in caput, vel corpus alterius, propter quod vulneratus citius



tius obijt, an efficiatur irregularis? Solu. dic, quod sic, arg. l. culpa. & l. quod quis. ff. de reg. iur. & j. eod. c. tua nos. Facit quod dixi in præced. q. & dicam. j. 158 q. 35. Undecimo quæro ¶ custodiens infirmum dedit ei ad bibendum, vel comedendum aliquid minus peritè contra consilium medicorum, & contra consuetudinem; propter q. infirmus mortuus est, an talis sit irregularis? Sol. dic, quod sic. Secus si fecerit bona fide; dummodò, vt dictum est, non sit in lata culpa, vel negligentia dissoluta, quæ quasi dolus est. vt. l. i. §. i. ff. si mens. fal. mo. dixer. & traditur per Bart. in. l. quod Nerva. ff. de posi. & c. i. de commoda. Et si scrupulum habet, debet deponere ad consilium sapientis; quia deposita erronea conscientia, si potest illam deponere, potest administrare; & promoueri, secundum Raynal. argu. 50. distin. hi qui arborem. & c. seq. & hoc tenet. Spec. in. d. §. iuxta versi. similiter. Duodecimo quæro, Quid si aliquis adeò se arctauit in victu, quod non potuit viuere; an dicatur irregularis? Ista quæstio non habet effectum quo ad ordines; sed quo ad peccatum. Sed, vt habeat aliquem effectum pone, quod adeò se arctauit in victu, quod aliquod membrum est sibi debilitandum, propter quod oportuit illud incidere, vel mutilare; an dicatur irregularis? Sol. videtur primo dicendum, quod non; quia iste nec interfecit, nec mutilauit; sed debilitauit; ergò non efficitur irregularis ex hoc capite. Ego arbitror dicendum contrarium; quia talis videtur sui ipsius homicida, arg. clem. exiui. §. nec quifquam. de verbo. signific. cum ipse dederit causam proximam mutilationi. Facit quod dicam. j. in articulo negligentia. Sed aduerte; quia talis incidit in duplicem irregularitatem; Vna est, propter mutilationem, vt dictum est. Alia, respectu deformitatis corporis; de qua dixi. §. in. 2. q. huius. 7. q. principalis. Et licet esset dispensatum in vna; tamen esset in alia etiam necessaria dispensatio, quod nor. Ergò fortius efficitur irregularis duplici irregularitate, si aliquod proprium membrum sibi mutilauit; quoniam quis ex ordine charitatis magis tenetur diligere seipsum, quam proximum, vt dixi in clem. de iureiuran. sed mutilando proximum efficitur irregularis. vt in clem. vni. eod. lit. ergo fortius seipsum 23. q. 160 5. si non licet. Tertio decimo quæro, ¶ Aliquis commisit homicidium præter voluntatem suam fortuitò, an incidat in irregularitatem? Sol. dic, quod aut dabat operam rei licite; & adhibuit omnem diligentiam, quam debuit; & nõ incidit in irregularitatem, vt. j. eod. c. seq. & c. hi qui. & c. si duo. 50. distin. Sed si dabat operam rei illicite; tunc efficitur irregularis, vt in tex. nostro, & c. sicut dignum. & c. præbyteri. & c. continebatur. §. eo. tit. & c. Ioannes. & c. fi. cum simil. j. eo. Et p. prædicta dicit Zabarel. in. c. cum de eorem. de vita. & honest. cleri. & sequitur ibi Io. de Imo. quod respondit in quæstione de facto in Foro Iulij, cum fieret representatio natiuitatis domini, & Magorum, & Herodis, & c. & vn. clericus cecidisset supra alium, propter quod ille mortuus est, vel debilitatus in aliquo membro, quod talis propter hoc non fuit irregularis; quia non dicebatur dare operam rei illicite, per not. per glo. in. d. c. cum decorem. Et bene dicit si alia culpa non fuit admixta. Quartodecimo quæro, ¶ Aliquis non valens aliter mortem vi-

tare, interfecit, vel mutilauit suum inuaforem; an incurrat irregularitatem? Sol. dic, quod licet olim essent opiniones, de quibus in. c. sicut dignum, in fine. magnæ glo. §. eod. & 50. distin. c. de his. & c. 2. tamen hodie est determinatum, quod nõ, in clem. vni. ca. eod. titu. Et prædicta habent locum, etiam si ex proposito quis vibrando gladium, vel proijciendo telum interfecit inuaforem, vt tenet glo. fi. in. d. clem. vni. 162 Quintodecimo quæro; Pone ¶ Aliquis poterat fugere, & sic euadere; & non fugit, sed inuaforem interfecit se defendendo, an sit irregularis? Sol. glo. in versi. non valens. in. d. clem. i. eo. titu. videtur tenere quod sic; & idem etiam tenet glo. in. c. suscepimus. §. eod. Guil. verò in. d. clem. i. dicit, quod dicta glo. debent intelligi in suis casibus, & consimilibus, puta; quando potuit se reddere securum claudendo hostia domus; vel includendo se in turri; vel in alio loco tuto. Alias dicit ipsum non esse irregulare, licet potuerit fugere; quia fugiendo posset cadere; & sic prostratus posset interfici. Nec quis tenetur se tanto periculo exponere, per tex. in. l. 2. §. p. ff. si quis cautio. & c. accedens. §. vt lite non contest. Item, quia qualitas, & loci, & temporis non patitur plus delibandi cõ filium, vt. l. i. ff. de exercito. & l. i. §. meritò. ff. de pos. Facit tex. in. l. qui quid cum destinatione. ff. de regu. iur. Et prædicta maxime vendicant sibi locum, secũ 163 dum eũ, considerata qualitate personæ; quoniam ¶ fuga aliquibus personis est vituperosa, vt. l. i. in eadem. ff. ex quib. cau. maior. vbi æquiparatur nullo modo posse recedere, vel recedere cum dedecore. Ad idẽ 164 ff. de manu. vindi. l. iusta. Tertio etiam facit; quia cõ seruatio personæ, & conseruatio famæ æquiparantur, vt. d. l. iusta. & in. §. suspensus. Insti. de susp. tuto. & l. Iulianus. ff. si quis omis. cau. test. Ego arbitror, quod si loquimur respectu pœnæ legis Cor. de fca. quod tunc habeat locum opin. Guil. & quod dixi in c. suscepimus. §. eod. Aut loquimur respectu irregularitatis, & tunc debet potius fugere, quam interficere; quia melius est pati aliqualem lationem famæ, quam hominem interficere, arg. d. c. suscepimus. Et hoc etiam videtur tenere Io. de Imo. in. d. clem. 165 vnica. Sextodecimo quæro, ¶ qualiter probabitur, quod quis interfecerit ob defensionem necessariam, ita q. aliter non potuerit euadere? Sol. gl. in. d. clem. vni. eo. tit. dicit, quod in foro pœnitentiæ creditur asserenti sic esse, per. c. significasti. 2. j. eo. & c. tua. de 166 spons. In foro autem contentioso non creditur sibi; sed erit necesse probare per circumstantias, vt puta; quia erat in loco tam arcto, quod non poterat capere partitum aliter, nisi occidendo, vel mutilando inuaforem. Idem etiam tenet ibi Zenze. Vnde dicit, hoc, vt plurimum, pendere ex arbitrio iudicantis. Si cut in illo, qui contrectat rem alterius, dicens, dominum permissurum; quoniam non statur eius asser-tioni, nisi id prober ex verisimilibus coniecturis, vt 167 Inst. de obli. quæ ex deli. naf. §. placuit. Quidam ¶ tamen dicunt, q. omnino statur sacramento suo, per. c. significasti. & per. c. si verò. de sent. excõ. Quod verũ intelligit Zenze. vbi non ageretur de alterius præiudicio; aliàs secus; & sequitur Io. de Imo. in. d. cl. De 168 cimo septimo quæro, ¶ Aliquis credens euadere mortẽ fugiendo, incepit fugere, & cũ esset de nocte, sciens certũ locũ periculosum, propter scissuras, seu aper-turas

turas terra, vel propter aliquem puteum, sciens bene viam, imaginatus est, quod iste sequens caderet in præcipitum, & moreretur; fugit per illam viam, se-quens eum cecidit in puteum, & mortuus est; an iste fugiens sit irregularis? Et videtur dicendum, quod nõ; quia non interfecit; sed tantum passus est; sed ille fel- quendo seipsum interfecit. Solu. arbitror dicendum, quod si quidem ille, per aliã viam potuerit fugere; sed habens animum deprauatũ, & intendendo quod ille moreretur, fugit per illam viam periculosam, ex hoc sit irregularis. Maxime, si facilius poterat per aliam euadere; quoniam iste videtur de disse causam homicidii; vnde propter causam, & animum ad interitum hominis efficitur irregularis. Secus si non poterat per aliam viam securũ fugere. Et maxime si veniens ad locum periculosum dixit prosequenti eũ, 169 quod caueret. Decimo octauo quæro, ¶ Aliquis ag-greditur patrem meum, vel filium, vel maritum, vel uxorem, vel socium, aut aliter mihi conuinctum, qui filius, pater, & similes, non possunt aliter euadere; ni si illos inuero, an si defendendo mutilo, vel interfectio aggressorẽ, efficiatur irregularis? Et videtur dicendum, quod non, per. c. dilecto. de senten. excom. lib. 6. vbi dicitur, quod licet vniciq; vicino propulsare iniuriam inferendam proximo. Vnde per verbum vniver-sale, cuiq; dicitur ibi Inno. & Host. quod tam laico, quam clerico hoc est licitũ. Ad idem facit, quod not. In. in. c. si vno. i. de senten. excom. vbi dicit, q. in casibus prædictis percutiens clericum non est ex-communicatus. In cõtrarium facit. c. ex multa. §. de vot. & 23. q. 8. c. reprehensibile. & 7. q. 1. c. sciscitatis. & quod ibi not. Sol. dic, quod licet hoc videatur per-missum, quantum ad aliam pœnam fori contentiosi, vt traditur per Bal. plenè in repeti. l. i. c. vnde vi. & tract. in. d. c. dilecto. & 33. q. 3. in sum. & c. fortitudo. & c. non inferenda. Tamen quantum ad irregularita-tem, secus est; quia quis occidens defendendo, nõ ali-ter euitat irregularitatem; nisi quando aliter mortẽ propriam vitare non potest. Et hoc tenet glo. in. d. clem. & idem tenet ibi, Lapus & Pau. Facit tex. ibi, dum dicit, inuaforem suum. & sic secus si occidat in uaforem alterius; licet filij, vel sibi cõiuncti. Facit. c. nonne. §. de præsum. 25. dist. c. qualis. & c. Apostoli-ca. de his quæ fi. a præl. Non obstant iura. §. in con-trarium allegata; quia loquuntur in casibus, in qui-bus ad pœnam requiritur dolus, & culpa; sed irregu-laritas incurritur sine dolo, vel culpa, vt supra dixi in princ. istius articuli, ergò & c. Et simili modo põt responderi ad Inno. quia ad hoc, vt per percussione clericici incidatur in irregularitate, requiritur quod diabolica suasionem procedat. 17 q. 4. si quis suadete diabolo, quod non est in casibus prædictis. Facit quod notat Ioan. And. in. c. inter opera. de sponsal. Idem etiam tenet Math. Zab. Ioan. de Imo. & D. m. in. c. 2. de vit. & honest. cleric. Aduerte tamen; quia Math. in. d. clem. i. dicit, quod prædicta ha-bent locum, præterquam in vxore, & marito, qui cõ- 170 sentur ¶ vna, & eadem caro, vt. c. Martinus de cogna. spiritu. 30. q. 4. c. sciscitamus. & c. si quis. & 33. q. 5. c. admonere. Sed hoc cõmunitè reprobat; quia li-cet quo ad generationem prolis, & alia bona matri-monij censentur vna, & eadem caro; tamen secus 171 est quo ad alia. Simile adduco in filio, qui ¶ censetur

eadem persona cum patre quo ad acquisitionem, vt. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & etiã quo ad qua-dam alia, vt. 35. q. 3. §. hanc auctoritatem; non tamẽ quod ad omnia, nisi quæ sũt in iure expressa. ¶ Sed cõtra prædictam communem conclusionem facit; oam si potui hominem defendere, & a morte liberare, & non liberaui; videor irregularis; tãquam homicida; quia qui potest hominem liberare, & non liberat, vi-detur eum occidere, vt. c. sicut dignum. versic. illi. §. eod. & in. c. quanto. de senten. excommu. & in. c. dilecto. de senten. excommu. lib. 6. & l. necare. ff. de libe. agno. 33. q. 3. non inferenda. 83. dist. §. i. ergò vide-tur talis in maxima perplexitate; quia si patre, filiu, dominum, aut seruum non valentes aliter euadere, liberat interficiendo, efficiatur irregularis; & si id non facit, eodem modo efficitur irregularis, quid di-cemus? Posses fortè dicere, quod hoc casu, quando non potest aliter liberare, quam occidendo, non efficitur irregularis, si nõ liberat. Secus si aliter, quã occidendo posset liberare; puta, clamando, seu in me-dium ponendo, vel capiendo aggressorem, vel quid simile; & sic mitius agatur in casu primo, quã in hoc secundo; quia in primo casu non liberando, ne occi-dat, non efficitur irregularis, in secundo sic. Et ratio sit; quia facilius clamor, & alia similia conceduntur, quam interfectio. In hoc tamen secundo sunt opi-nio. vt dicam. j. in articulo negligentia. Vel posses dicere, quod si occidendo prædictas personas libera-uit; quia aliàs nisi occidendo liberare non poterat, quod sit irregularis; quo ad ordines suscipiendos; sed in susceptis possit licitè ministrare, argu. eorum quæ olim tenebant Ioan. & Goffr. in. c. 2. & 3. & in. c. si-cut dignum. in fin. magnæ glo. §. eo. & 50. distin. in. c. de his. & hoc refert gloss. in versicu. & eadem. 172 clem. i. eod. titu. Decimo nono quæro, ¶ Vtrum beatus Petrus effectus sit irregularis, qui pro defen-sione Iesu Christi abscidit auriculam seruo Ponti-ficis? vt habetur Luca. c. 22. & 34. q. 1. c. si Petrus. & 23. q. 4. c. pro membris. Et videtur dicendum, quod sic, argu. eorum, quæ dixi in præced. quæstio. Itẽ cũ non fecerit auctoritate superioris, vt. 24. q. 4. c. ille gladium. Specul. in titu. de leg. §. iuxta. versicu. nun-quid ergo beatus Petrus. dicit, q. non. Mouetur; quia tunc non erat clericis prohibitum arma sumere; nec irregularitas erat inducta, quæ fuit inducta a iure po-sitio. Sed de hoc dic, vt dixi in. 3. & 4. quæst. prin-cipali. Sed etiam ex alio capite arbitror ipsum non fuisse irregularem, argu. eorum, quæ dicam in articu- 173 lo consilij. Vigesimo quæro, ¶ Quidam poterat euitare mortem non occidendo; sed mutilationem membri euitare nõ poterat, nisi occidendo, vel muti-lando inuaforem; an occidendo, vel mutilando sit irregularis? Et videtur dicendum, quod non. arg. l. vulgaris est quæstio. ff. de furt. canonizata. de pœnit. distin. i. c. vulgaris. vbi dicitur, quod qui aurem hominis tetigit, totum corpus tetigisse videtur, vt not. in. c. auditis. §. de præscript. ¶ In contrarium facit; quia defensio debet esse ordinata, ita quod ad vindictam non tendat. Nec debet exercere mode-ramen inculpatæ tutelæ, vt. l. i. c. vnde vi. & c. si- gnificasti. j. eod. Vnde dicitur Exodi. c. 21. quod mors pro morte, & oculus pro oculo dari debet. Lap. in. d. Clem. i. eod. titu. arguit pro, & contra; & tandem

tādem videtur tenere, quod iste talis sit irregularis.  
 174 Sed mihi plus placet opinio contraria; quia mutilatio, & occisio æquiparatur, quo ad contrahendam irregularitatem, vt in d. clem. 1. ergo eodem modo debet æquiparari quo ad eandem vitandam. Et hoc videtur tenere Zabar. Floren. Secundo moueor per tex. in c. fin. eod. titu. lib. 6. Maxime si non apparet, quod animo occidendi percussit, vt puta; quia reperiuit manu vacua. Vel habens gladium percussit cum calce, aut baculo. Vel habens lanceā feratam reuulso ad se ferro percussit cū hasta. l. omne delictum. §. si quis commilitonem. ff. de re milita. Vi de quod dixi in c. de his. quasi circa fin. §. de accusa. & Bart. in l. 1. §. Diuus. ff. ad leg. Corn. de ficar. & dicam in c. significasti. 2. j. eod. Vigesimo primo quæro, † quid si duo inuicem se percusserunt, & alter alterum occidit, vel mutilauit, nec apparet quis fuerit aggressor, testes tamen dicunt, quod vnus aggressus est alterum, sed ignorant quis fuerit aggressor; an superuiuens dicatur irregularis? Et videtur dicendum, quod non, per not. per gloss. in l. 1. §. cum arietes. ff. si qua. pau. fe. dica. In contrarium facit; quia non est probata defensio, quæ est necessaria ad vitandam irregularitatem, vt in d. clem. 1. eod. tit. nam probatio obscura non reuelat probantem, vt in c. in præsentia. de proba. Matth. in d. clem. soluit. q. in dubio mutilans videtur fecisse ob tutelam sui corporis. & ideò non incidit in irregularitatem, propter l. scientiam. §. si cum strameta. ff. ad l. Aquil. Sed tex. ille non probat. Vnde dicit idem Matthe. posse distinguere, quis eorum consuevit esse magis rixosus. nam aliàs attenditur consuetudo alicuius. ff. de pigno. actio. l. vel vniuersorum. ff. de vsur. l. qui semisses. §. de pig. c. illo vos. & sequitur. D. Card. Florenti. Ego verò arbitrator dicendum, quod aut isti dabant operam rei licitæ; & alter alterum interfecit præter voluntatem suam; & cum hoc imputetur casui, quem non præcedit aliqua culpa, vt d. l. scientiā. §. si cum stramenta. ff. ad leg. Aquil. talis non efficitur irregularis, vt c. dilectus. cum tribus sequenti. j. eod. Si verò dabant operam rei illicitæ; tunc non est dubium, quod iste tenetur probare necessariam defensionem, vt d. clem. 1. Si ille non probauit, iudicatur irregularis. Facit quod not. in l. si rixa. ff. ad leg. Cornel. de ficar. In dubio tamen, satis equa videtur, esse opi. Matth. Et tenendo eam. not. vt scias articulare, quod mutilatus erat rixosus, mutilans pacificus, mutilatus iuuenis, mutilans maturæ ætatis, & sic de similibus, Vigesimo secundo quæro, † Furiosus, vel dormiens est aliquem aggressus, qui non valens aliter euadere; nisi suum interfecisset aggressorem, illum interfecit, an occidens efficitur irregularis? Et videtur dicendum, quod sic; quia tales vitio carent, vt l. diuus. ff. de ficar. & in clem. 1. eod. titu. de quibus dixi. §. in q. furiosi, & dormientis. Ego arbitrator contrarium; quia hoc non videtur contingere vitio offensionis, sed defensionis causa; cum defendens principaliter intendat ad salutem suā; & ideò debet considerari, quod principaliter intenditur; non autem quod secundariò, vt in l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iu. & l. pen. ff. ad Sylla. & l. verū. ff. de furt. Pone enim, quod brutum animal venit contra me, certè licet careat vitio offensionis, seu iniuriæ;

vt l. 1. §. ait Prætor. si qua. pau. fecit. dic. possum tamē illud interficere. Nec teneor ad emendam; vbi aliàs obligarer. Et vide ad prædicta quod tradit Bald. in 177 repet. l. 1. C. vnde vi. Vigesimo tertio quæro, † Clericus tenebatur captus ad prædonibus; nec poterat aliter euadere, nisi interficeret; vnde vt euaderet, interfecit, & contra promissam fidem; an sit irregularis? Et videtur dicendum, quod sic; quoniam iste contra promissam fidem venit. Secundo, quia talis non metuebat mortem, licet pateretur corporis cruciatum. In contrarium facit, quia prædonibus, & hostibus non tenetur fidem seruare; imò non seruans, dicitur dolum bonum committere; vt l. 1. §. nō fuit. ff. de dol. mal. & l. nam & seruus. in princ. ff. de negot. Tertio, quia corporis cruciatus est similis morti. 23. q. 5. cum hoc. & quod ibi not. & l. itaq. ff. ad leg. Aquil. Bald. in d. repet. primò, tenet primam sententiam. Deinde dicit, quod talis est irregularis, per tex. in clem. 1. eod. titu. à contrario sensu. Et subdit, quod speciale est in irregularitate, quæ contrahitur sine culpa. Mihi placet hæc vltima sententia. Sed non placet simpliciter, quod vltimo loco dixi; quia non est verum, quod respectu defensionis contrahatur irregularitas sine culpa; licet quo ad iudicem, & officialem propter voluntarium homicidium irregularitas contrahatur sine culpa; vt dixi. §. in qua. Sed in casu prædicto clericus fuit in culpa; quia si non timebat mortem, vel mutilationem; licet timeret corporis cruciatum, non debebat hominem interficere. Facit. c. suscepimus. §. eod. Secus si verifimiliter timuisset mortem, vel mutilationem. Facit quod dicam in q. sequen. Vigesimo quarto quæro, † timens interfici, non expectauit prius percipi; sed ipse prius percussit, & interfecit, an sit irregularis? Guill. in d. Clem. 1. eod. titu. tenet, quod non, si adeerat iustus timor mutilationis, vel occisionis, vel aliter euadere non poterat. Licet Vgu. teneat contrarium, per c. si perfodiens. §. eo. secundum eum. Tamen ibi hoc non dicit, loquitur enim de iam percussore, cui hoc non licet ex interuallo. † Qualiter autem probetur iustus timor. Lau. dicit, quod proprio iuramento. Facit. c. ex literis. & c. significasti. 1. §. eod. Quod est verum in foro pœnitentia. Sed in foro contentioso deberet probare. Et idē est de eo, † qui comminatur mortem alicui, qui immediatè solutus est exequi minas suas, non enim qs expectare debet percussione; quia forte lethalis esset. Et posset sibi dici, Tardè venerit Bubulci. † est enim melius ante tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedium querere, vt not. gloss. in c. suscepimus. §. eod. & tex. in l. fina. C. in quib. cau. in integ. restit. non est neces. & l. 1. C. quando lib. sine iud. vendi. Vigesimo quinto quæro, † ex forma statuti licet bannitum interficere impunè; bannitus interfecit aggressorem suum; an sit irregularis? Sol. videtur, quod sic; quia aggressor est executor iustitiæ, vt not. in l. accusationis. C. quod met. cau. ergo non licet ei resistere. In contrarium facit; Primo, quia tale statutum non videtur valere, vt not. Hostien. in c. fin. §. de confue. Item posito quod valeret, non tamen debet auferrè defensionem necessariam, quæ est de iure naturali, vt in clem. pætoralis. de re iud. Item, licet aggressor faciat impunè; non tamen facit honestè.

neffè. Bald. in repet. l. 1. C. vnde vi. videtur tenere, quod talis non sit irregularis. Et mihi placet hæc opin. tanquam magis æqua. Non obstat. l. seruus. C. de his qui ad eccle. confug. quia illa loquitur in resistente contra ius diuinum. Secus in resistente contra ius merè positum. Et ad prædicta vide, quæ latissimè dixi in clem. 1. de iureiuran. in illa qua. † An liceat reo fugere de carceribus. Vigesimo sexto quæro, † Quidam non interfecit aggressorem suum, sed mandantem, seu consulentem, an talis sit irregularis? Solu. dic ex mente d. Bald. in repet. in d. l. 1. quod sic; nisi talis occisio induceret necessariam defensionem occidentis, quod not. Vigesimo septimo quæro, † Vtrum celebranti defendendo se; licet occidere aggressorem suum, ita quod non efficiatur irregularis? Sol. Io. de Lign. in tract. de iusto bello. tenet, quod sic; vbi dicit, quod licet talis clericus interfecerit; tamen potest interficere incontinenti ad altare accedere, & officium perficere; & hoc sequitur. D. m. in c. 2. §. de vit. & honest. cleric. Vigesimo octauo quæro, † quid si imminet periculum rerum, an pro ipsarum defensione occidens, vel mutilans sit irregularis? Solu. Pau. in clem. 1. eod. titu. tenet, quod sic, per c. suscepimus. supra eod. Hoc etiam probatur per tex. in d. clem. 1. eod. titu. vbi text. dicit, quod non potens aliter euadere mortē, vel mutilationem, potest interficere sine metu irregularitatis; ergo secus in alijs casibus à contrario, argu. c. nonnè. §. de præsumptio. Et hanc opin. tenet etiam Matth. in d. clem. 1. quia non debet quis propter res transitorias armis se tueri, & spoliatorem occidere. 27. q. 7. cap. conuenior. & c. suscepimus. §. eod. Idem tenent Lap. Zabar. & Hostien. eod. titu. §. qua pena. versicu. alium. In contrarium tamen facit, quod not. Innocè. in c. nisi. §. propter malitiam §. de renun. vbi dicit, quod Prælati debet se opponere pro defendendis possessionibus, & libertate ecclesiæ. Nam & per hoc Beatus Thomas fuit martyri zatus. Et dicit Hostien. quod debet se armis defendere, vt c. dilectio. de senten. excommunicat. libr. 6. Aduerte tamen; quia in clerico non est dubium, quod efficitur irregularis; quia licet debeat defendere bona, & res; non tamen debet ad sæua pcedere, hoc est ad mortem, vel mutilationem, vt c. 2. & c. suscepimus. §. eod. & traditur per D. m. in c. 2. §. de vit. & honest. cler. Sed in laico maius est dubium per ea, quæ dicta fuerunt in dictis iuribus; cum laico liceat, p defensione rerū suarum, si aliter illas amitteret, hominè interficere, vt in dictis iuribus. Quod nō licet clerico. Durum tamen esset dicere, & aliquid attētare contra opi. a tot Doct. approbatam. & pro cōmuni opi. facit; quia licet iudex pro defensione iustitiæ interficiat malefactorē; tamen efficitur irregularis. Vigesimo nono quæro, † quid si non occidit vel mutilat; sed ad sanguinis effusionem procedit se nō defendendo; an incidat in irregularitatem? Sol. dic, q sic. Facit. c. sententiā. §. ne cler. vel mona. j. de rapt. c. in Archiepiscopatu. j. de sent. excomm. c. cum illorum. versicu. vos tamen. Contrarium tenet Lap. per hanc literam, quæ tantum ponit hæc duo. Ad cōtrarium tamen non respondet. Tu dic, quod c. sententiam. facit pro; & debet intelligi, quod clericus non procedat ad sententiam sanguinis, vnde procedat

mors, vel mutilatio. Ad c. in Archiepiscopatu dic, q etiam facit pro; ibi, mortem, vel detractionem. Ad c. cum illorum. dic, quod id quod ibi dicitur de sanguinis effusione, consideratur ad effectum inferendi excessum esse enormem, non ad inferendam irregularitatem. Et per hoc non procedit quod dicit Lau. de illo, qui se vulnerauit, & ex imperitia medici ex illo vulnere obiit. dicit, quod est irregularis. Quod nō est verum; quia nō dedit causam immediatam irregularitati. Pro hoc quod dixi. §. in 8. q. huius articuli. Trigesimo quæro, Pone, q in vna domo sunt plures, & vnus proiecit lapidem, & præter eūtem occidit, nec cōstat quis homicidium commisit, quis tenebitur? Sol. Matth. referēdo. & not. 34. q. fin. c. si quatuor. & Spe. eo. tit. vers. pone. Per quæ videtur, q nullus teneatur Archid. tamen. §. de elect. c. cupientes. in gl. nō debet. dicit hoc pcedere in casu præmisso; cum nō omnes deliquerint; quia tūc sanctus est nocētum impunitum relinquere, q innocentē cōdemnare. ff. de pœn. l. absentem. §. de symo. c. licet He ly. Si verò cōstat, q omnes deliquerūt; sed nō æqualiter; quia omnes percusserūt, sed vnus occidit; & tūc omnes tenentur de occulto. 23. q. fi. c. fi. ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. si plures. & c. significasti. 2. j. eod. Trigesimo primo quæro; † an ex qualibet mutilatione quis efficiatur irregularis? Solu. dicit Land. q nō, vt in d. clē. 1. Sed solū efficitur irregularis propter mutilationem alicuius mēbri principalis, per c. 1. j. de cleri. pug. in duel. 55. dist. c. si euangelica. 32. q. fi. c. si quatuor. Et ideò si aliquis mutilat alteri digitū, non videt propter hoc irregularis. Facit. c. 1. & fi. j. de cor po. vitia. Et hoc probatur, quoniam digitus non est mēbrum, sed officium membri, vt ff. de sta. hom. l. nō sunt liberi. gl. & tex. de adil. edic. l. item Offilius. & p Bal. in repe. l. data opera. C. qui accu. non pos. In contrarium tamē facit; quia eadem ratione deberemus dicere, q nec lingua, nec oculi sunt mēbra; quia sunt partes capitis; & officium capitis præstant. Quod tamen videtur contra. l. is cui lingua. ff. de adili. edict. Bart. circa hunc artic. in l. publicorum. circa fin. ff. de publ. iud. dicit, q membrum dicitur quasi corporis pars. Et ita refert dicere Vgu. grāmaticum in libro quē scripsit de verborū sign. in verbo, mētor. Et largè assumēdo, q mēbrū est quælibet particula corporis, sicut q quilibet lapis est pars domus, vt l. eū qui ædes. de vsuc. Sed propria loquendo illas appellam⁹ partes rei, quæ distinguuntur per partes officiorum, seu ministeriorum. Verbi gratia, Domus habet plures partes, videlicet; cameram, Coquinam, & Aulā; in camera dormitur, in Aula comeditur, in Coquina coquitur. Et ista propriè dicuntur partes domus, vt l. finita. §. ex hoc edicto. ver. sed si plures. ff. de damn. infect. Ita & in proposito, membra appellantur, quæ habent diuersa officia, pedes ad ambulandum; manus ad palpandum; & sic de singulis. Alia verò quæ adiuuant officium membri, propriè appellantur officia membri, non mēbra. Probatur in auth. sed nouo iure. C. de seru. fug. vbi manus appellatur membrum. Prædicta vera sunt fm eum, nisi de mente disponentis aliud apparet. Verbi gratia; dicit statutum, q si quis absciderit alicui membrum, simile membrum abscindatur ei. Nam si aliquis abscidit digitum; debet similiter digitus sibi abscindi ex re par. j. LL latione



latione qualitatis, arg. l. nonnunquam. ff. ad Trebell.  
 Sed tu formaliter potes ad contraria respondere, in  
 195 dicio meo; quod dicitur oculus non dicitur officium capitis  
 nec auris, tanquam membri, quoniam caput non est  
 propriè membrum; sed est caput, à quo cetera mē-  
 bra descendunt. r. z. distinct. c. non decet. & c. non li-  
 ceat. s. de præscript. in quibus dicitur, quod non li-  
 cet membris à capite recedere; & sic arg. Bart. nō ha-  
 bet obstare. Sed redeundo ad principalem materiā;  
 196 quod dicitur propriè dicatur membrum; dicitur illud dicitur,  
 quod in corpore nostro habet propriā, & distin-  
 ctam operationem per seipsum, vt tenet Arist. in. 4.  
 Metaph. & per Bal. in. d. repet. l. data opera. & per l.  
 capitalium. §. penult. ff. de pœnis. & tenet Bald. in. c. r.  
 de non. for. fidei. & c. nō sunt liberi. ff. de statu hom.  
 Exempla possunt poni in manu, oculo, pede, lingua,  
 ore, naso, & similibus. Facit. l. is qui seruum. ff. de fidei.  
 Idem tenet Bal. in. d. repet. l. data opera. Item infer-  
 197 tur ex prædictis, quod dicitur mamilla mulieris est mem-  
 brum, cum habeat officium proprium, & distinctū.  
 198 Sed dicitur mamilla hominis non, per Bal. in. d. repet. Et  
 199 etiam dicitur ibi Bald. not. quod dicitur quando lex, vel sta-  
 tutum facit mentionem de amputatione membri, si  
 aliud nō exprimit, intelligitur de manu, vt in authē.  
 vt null. iud. §. penult. Item ex prædictis inferitur, quod  
 200 appellatio membri non comprehenditur dens;  
 quia non habet officium proprium, & distinctū per  
 se. Hoc tenet Inno. in. c. significauit. s. de corpo. vitia.  
 & glo. in versic. manu. in. c. expofuit. eod. titu. Facit  
 text. & ibi Mart. & Mar. Sillim. ff. de edic. edict. l. cui  
 201 dens. Quid dicitur aut de Barba? Dic, quod potest duo-  
 bus modis accipi. Vno modo pro pilis, vt. l. Item La-  
 beonem. §. generaliter. versic. hæc autem. ff. de iniur.  
 & hoc modo sumendo, certum est, quod non est mem-  
 brum; quia pilis licet capiti adhæreant, & cuti; tamē  
 re vera sunt quid separatim a corpore, & nullam ha-  
 bent operationem in eo. Secundo modo accipi-  
 tur pro mento, vt trad. de pace tenen. c. r. §. si quis  
 aliquem. colla. r. o. & similiter non est membrum; quia  
 non habet distinctam operationem in corpore nos-  
 tro; & hoc tenet Bald. in. d. l. publicorum. Subdit  
 tamen, quod licet non sit membrum instrumentale,  
 tamen est membrum formale; quia dat formam cor-  
 pori; & sine illa parte corpus esset deforme; & imper-  
 fectum. Facit quod habetur in. l. in rem. §. r. ff. de rei  
 vendic. Et idem dicitur ibi Bald. de labijs; quia labia  
 sunt ianua linguæ, gutturis, & palati. Idem tamen  
 Bald. in. d. repet. l. data opera. dicit de barba, prout  
 de mento accipitur, cogitandum esse. Et ex præ-  
 dictis inferit Ang. in. d. l. publicorum. quod si aliquis  
 accusatur ex eo quod percussit. T. in barba, cū bar-  
 ba accipitur dupliciter, quod licet ruditer, seu sim-  
 pliciter probata sit accusatio, non condemnabitur  
 vt percussor in facie; & ita dicit Ang. fuisse determi-  
 natum Perusij. in. q. de facto ipso aduocato existen-  
 202 te. Trigesimo secundo quæro. Si aliquis mu-  
 tilauit aliquem manu arida, vel alio membro ari-  
 do, an incidat in irregularitatem? Bald. in. d. l. pu-  
 blicorum, videtur tenere, quod non; quoniam  
 membrum aridum non dicitur propriè membrum;  
 cum non habeat vitam membri. Sed si est sterile, &  
 habet vitam, tunc bene dicitur membrum; sicut di-  
 citur mulier; licet sit sterilis, vt. l. quæritur. §. de steri-

li. ff. ædil. edic. Ad quod facit, quod not. idem Bal. in  
 auth. sed nouo iurer. C. de scr. fugi. Sed ego arbitror  
 in hoc dicendum contrarium, per. c. sicut vrgeri. r. q.  
 203 r. vbi tex. dicit, quod licet manus arida sit sine san-  
 guine, & inefficax; tamen verum est membrum. Vide  
 quæ dixi in. c. sicut Iudæi. §. de Iudæ. Trigesimoter-  
 204 tio quæro, Quidam non mutilauit, sed debilitauit  
 aliquem aliquo membro; vt puta, propter incisionē  
 neruorum, an efficiatur irregularis? D. m. in. capit. r.  
 s. de cler. pugnan. in duel. tangit, & non soluit; sed  
 remittit se ad not. in clem. r. eod. titu. & quod not.  
 r. q. r. sicut vrgeri. Sed aduerte; quia in. d. clemen.  
 non reperio hanc. q. decisam, aut formaliter tactam;  
 sed solum, vt propter sanguinis effusionem inci-  
 dat quis in irregularitatem, de quo dixi in. q. pcedē.  
 Arbitror tamen, quod talis non incidat in irregulari-  
 tatem; quia clemen. r. eod. titu. videtur solum con-  
 siderare occisionem, vel membri mutilationem; sed  
 hic non est mutilatio, igitur & c. Nam licet membrum  
 sit debilitatum, remanet tamē membrum, vt dixi in. q.  
 pced. & ideò non efficiatur irregularis. arg. eorū quæ  
 dixi. Trigesimo quarto quæro; quia. §. pluries dixi,  
 quod defendendo se, quis nō incidit in irregularita-  
 205 tem; an hoc liceat fratribus, minoribus, vel prædi-  
 catoribus; ita vt se defendentes cū moderamine in-  
 culpatæ tutelæ, non incidat in irregularitatem? Et vide-  
 tur dicendum, quod sic; quia vim vi repellere oibus  
 licet. vt. l. vt vim. ff. de iust. & iur. In contrariū tamen  
 facit præceptum Euangelicum Matth. 5. quod vult,  
 quod si quis percussit te in tuā maxillā dexteram,  
 præbe illi & alteram; & si voluerit tollere tunicam,  
 dimitte ei & pallium. Matth. in clemen. r. eod. titu.  
 soluit, quod cuiuslibet liceat, dum modò incontinenti,  
 & cum moderamine inculpatæ tutelæ; quia talis nō  
 facit animo vlciscēdi; sed defēdēdi se. Quod verū di-  
 cit, nisi p votū se obligauerit in oppositum. Refert tū  
 quosdam dicere, quod non repercutere est præceptū  
 perfectionis; sed in imperfectis, est cōsiliū. Qui autē  
 perfecti dicantur, dicit se nō inuenisse determinatū.  
 Refert et, quod not. Hug. r. d. l. c. ius naturale. vbi dicit,  
 quod mortaliter peccat ille, qui repercutit, siue sit imper-  
 fectus, siue sit perfectus; nisi hoc faciat iudicis aucto-  
 ritate; & debet potius mortē pati, quā inferre, argu-  
 32. q. 5. c. ita ne. Deus enim inquit, mihi vindictam,  
 & ego retribuam. Deute. c. 32. & Apostol. ad Rom.  
 c. r. 2. non vos metipso defendentes charissimi, vt di-  
 cit gl. i. c. suscepimus in vers. iacturā. s. eo. Et ad illud  
 quod dicitur est, quod vim vi licet repellere, exponit Hug.  
 r. i. permittitur; quia nō punitur per legē, vel licet re-  
 pellere, i. remouere; non percutiendo; sed opponēdo  
 aliqd obstaculū. dicit tū Matth. quod hæc upi. est nimis  
 dura. Et in hoc residet D. Car. Flo. in. d. clem. r. Mihi  
 206 non placet vllō modo. d. opi. quia est positū, quod votū  
 intercessisset nō interficiēdi, nō extēditur ad hūc ca-  
 sum. Quinimò si aliq. expresse vouerit, se nō defen-  
 dere, et si interficeretur, eo casu quo posset se defen-  
 dere, dico, quod tale votum, tanquā temerariū, non  
 207 obligaret. Nam ista est regula, quod quando cunq;  
 aliquid vouetur, vel promittitur, quo facto, salus cor-  
 poralis, vel spiritualis amittitur, vel peccatum mor-  
 tale incurritur, non est seruandum votum. Sicut nec  
 promissum, pactum, nec iuramentum, nec præcep-  
 tū, nec cōsuetudo, nec lex, nec aliud simile vinculū.

22. q. 4. c. fina. & c. inter cetera. & s. de iureiu. c. quan-  
 10. Nec obstat dictum illud, quod si quis percussit  
 te in maxillam, & c. quia intelligo in proprijs ter-  
 minis, quod leuem offensionem non tendentem ad oc-  
 cisionem, vel mutilationem debet quis cum patien-  
 tia ferre, & alteram maxillam præbere. Nec obstat. quod  
 208 dicitur. Mihi vindictam, & ego retribuam, quia il-  
 lud est verum, quod non debet fieri vindicta, quan-  
 tacunq; sit offensio; sed se tueri, ac defendendo de-  
 fendere vitam, auctoritas iam dicta non prohibet;  
 aliud enim est viuidicta; & aliud defensio; vt patet.  
 Ad auctoritatem Apostoli respondeo cum dicit;  
 209 non vos defendentes & c. quia intelligunt, quādo  
 aliter, quam se defendendo, euadere poterāt. Et hoc  
 est quod subditur, sed date locum ire. Vel secundo  
 posset intelligi; Non vos defendentes, à martyrio,  
 amore Iesu Christi. ¶ Vnde ego dico, quod & fratri-  
 bus minoribus, prædicatoribus, & cuiuscunq; perfe-  
 ctionis sint; licet defendere se; moderatè tamē, vt di-  
 ctum est. Ad quot etiam dicēdum moueor, per tex.  
 in. d. clem. r. quæ indistinctè loquitur. Item secundo  
 moueor; quia si licet occidere; defendēdo necessariò  
 patrem, aut matrem, vel socium, vt dixi. §. q. r. 8. for-  
 tius licet occidere defendēdo se; quia omnis ordina-  
 ta charitas incipit à seipso. Nec votū hanc ordinatam  
 charitatem videtur remouere. Præterea maius pec-  
 catū videtur esse fornicatio, quam homicidiū. Quod  
 videtur probari ex. l. vt vim. ff. de iust. & iur. cum sua  
 materia coniuncta. l. palam. §. non est ignoscendum.  
 210 ff. de ritu nup. Sed dicitur propter virginitatem conserua-  
 dam non est licitum se ipsum pertinere, vt not. in. c.  
 ex parte. 2. & ibi per Goffr. & Doctō. §. de sepul. &  
 23. q. 5. c. si non licet. vbi hoc concludit Angu. Vbi  
 211 plus subdit, quod dicitur non debet quis se perimere, vt  
 citius cōsequatur vitam æternam. Sed qui potest se  
 defendere, & non defendit, dicitur se interficere; vt  
 dicam. §. in artic. de homic. commisso per negligē-  
 tiam. ergo & c. Præterea concludunt Doctō. quod  
 212 si quis fuit falsò confessus cōmississe se aliquod de-  
 lictum, propter quod ad mortem cōdemnatur, quod si  
 nō reuocat illā cōfessionem ante mortē, moritur in  
 peccato mortali damnatus, vt dicit. D. m. in. d. c. ex  
 parte. & traditur in. c. r. §. de testi. cog. Et adde quæ  
 dixi. §. in. 12. & 27. q. huius artic. Sit ergò conclusio  
 in hac materia, quod omnibus indifferenter est per-  
 missa necessaria defensio cum moderamine inculpa-  
 213 tæ tutelæ. Trigesimo quinto quæro, Quidam erat  
 mortifere vulneratus; interfeci eum, an efficiar irre-  
 gularis? Sol. dico, quod sic, arg. eorum quæ dixi. §. 9.  
 & 10. q. huius articuli. Et vide quod not. Bald. in  
 l. ita vulneratus. in fi. ff. ad. l. Aquil. vbi narrat de  
 214 illo aduocato, qui consuluit consanguineis eius,  
 qui aliquem mortifere vulnerauerat, & erat captus,  
 vt vulneratum interficerent; ad hoc vt captus eua-  
 deret à pœna. l. Corn. de fidei. per. l. item Mela. §. Cel-  
 sus. ff. ad. l. Aquil. Sed dicit ipse, quod tale consiliū  
 non procedit, quando est certum, quod vulneratus  
 fit omninò ex vulnere moriturus. d. l. ita vulneratus.  
 Sed quando esset dubium, vt. d. §. Celsus. Et subdit,  
 quod talis aduocatus pro mercede sua esset furcis  
 215 suspendendus. Trigesimo sexto quæro, de ea mu-  
 liere quæ interfecit fatum proprium, seu puerperij  
 in corpore, vtrum sit irregularis? Solu. huius. q. satis

potest colligi ex his quæ dixi. §. eo. c. si aliquis, & ex  
 his quæ traduntur, in. c. sicut. j. eod. Tradit Specu. in  
 tit. de iud. delega. §. iuxta. versic. item qui homini. vbi  
 dicit, quod si partus erat viuificatus; quod quando  
 fit, dixi in. d. c. si aliquis. §. eo. talis efficitur irregula-  
 216 ris, Facit quod not. in dictis iuribus. & 2. q. 4. c. con-  
 sulisti. Et sic sequitur, quod qui aliquid dedit mu-  
 lieri ad bibendum, ne conciperet, vel homini, ne ge-  
 neraret, vel aliquid simile fecerit, non est irregula-  
 ris; cum non sit ibi nec homicidium, nec mutilatio.  
 licet grauiter peccet, vt dixi in. d. c. si aliquis. ¶ Et  
 aduerte; quia si probabiliter dubitat mulier, quæ p-  
 prio factio puerperium interfecit, an esset viuifica-  
 tum, vel non; nec aliquid certi potest apparere, est cē-  
 senda irregularis, arg. tex. nostri. Et intellige de ea  
 217 irregularitate, quæ potest cadere in fœminā. de qua  
 dixi. §. in. 5. q. Idem dicitur de eo, qui dedit  
 causam abortui. Et de medico, omnes enim efficiun-  
 tur irregulares; si certum est, quod partus esset viu-  
 ficatus; Vel est dubium. Secus si esset certum contra-  
 rium, hoc tenet Ioan. Andr. & D. m. in. d. c. sicut. j.  
 eo. & D. Ant. ibi per. c. significasti. 2. §. eod. Prædicta  
 218 tamen procedunt, quando talis interfectio puerpe-  
 rij fit facta à volente; & spontè. Secus si casualiter, vt  
 puta, maritus, vel frater, vel cognatus ludebat, vel tri-  
 pudiabat ludo permisso, & laui; tamē secutus est in-  
 de abortus; nam hoc casu nō efficitur irregularis, vt  
 not. Doctō. Ioā. Andr. D. Anto. & D. m. in. d. c. si-  
 cut. j. eo. Sed circa prædicta posset dubitari, quid  
 219 si aliquis interfecit hominem monstruosum, an  
 fiat irregularis? Solu. Bald. in. l. quod dicatur. ff. de  
 libe. & posthum. videtur in similibus, determinare, quod  
 sic, per illum text. quia satis est, quod habeat spiri-  
 tum, & animam. Quod procedit secundum Ang.  
 & Ioan. de Imol. ibi, quando habent plura, vel pau-  
 ciora membra, quam deberent. Secus si habeat ca-  
 put animalis bruti; quia tunc non est homo, vt. l. nō  
 sunt liberi. ff. de statu homi. & quod ibi not. per  
 220 gloss. & Doctō. Trigesimo septimo quæro, Per-  
 cussi furem, vel latronem, vel similibus, non tamen  
 lathaliter vulneraui, aduenerunt alij, & similiter per-  
 cusserunt; an sim irregularis? Sol. dico, quod si nō feci  
 animo occidendi, quod videtur, quod non sim irre-  
 gularis, arg. c. significasti. 2. j. eod. Sed si feci animo  
 occidendi, licet ex vulnere non fuit lathaliter vul-  
 neratus, videor effici irregularis, argum. a contrario  
 sensu. d. c. significasti. & tenet ibi gloss. 2. & Specul. in  
 tit. de iudice deleg. §. iuxta. pœna. versic. illud etiam.  
 not. & Hostien. in sum. huius titu. §. qua pœna versic.  
 illud autem certum. Innocen. ibi dicit, quod si  
 quis habuit animum occidēdi, & processit ad actū,  
 licet non lathaliter percussit; sed percussus inte-  
 rij, ex aliorum percussionibus, quod homicida est  
 censendus. Hostien. tamen ibi, dicit, quod hoc est  
 verum, ad hoc, vt volūtas possit imputari ei in quā-  
 tum potuit eum liberare à morte, & non liberauit,  
 per not. in. c. sicut. §. illi. §. eod. & c. Petrus. §. eo. Et in  
 hoc residet. D. Ant. in. c. significasti. Sed hoc nō pla-  
 cet D. m. qui dicit, quod dicta restrictio non con-  
 gruit illi literæ; vbi non ponderatur, an ille clericus  
 potuisset illū liberare, vel non; & est verisimile quod  
 non potuisset, ex quo illi parochiani fecerunt insultū  
 subitaneum. Sed Papa ibi ponderauit, an habuerit  
 par. j. LL ij animum

animum occidendi. Et ideo concludit. D. m. quod si habuit animum occidendi, & vna cum alijs percussit; licet percussio sua non fuerit mortifera, quod tamen est irregularis; quia praestitit opem homicidio. Pro quo est textus apertus. 23. q. 5. c. 1. Ad idem allegat. c. sicut dignum. §. eod. §. 1. vbi clerici fuerunt depositi pro homicidio; quia praestiterunt opem, dando consilium, vel veniendo cum armis. Ego vero arbitror, quod posito quod habuerit animum occidendi, nec lethaliter vulneravit; si tamen excessit modum debitae defensionis rerum, nimis grauius percutiendo, vel vulnerando; vt quia acriter percussit in capite; vnde ille stupefactus est, propter quod fuga illius est retardata; & sic superuenientes illum interfecerunt; & hoc casu indubitanter arbitror, quod talis sit irregularis; tum quia fuit in culpa; tum quia dedit causam. Facit quod dicam. §. in artic. de causa, seu occasione. Secus si non habuit animum occidendi, & non fuit in culpa; & non praestitit opem, vel consilium, vel non mandauit. Ita intelligo. d. c. significasti. Si vero habuit animum occidendi, adhuc arbitror, quod si prius ipse occidit, & vulnerauit, non tamen excedit modum excedendo; deinde discessit, nec aliquam causam dedit, propter quam superuenientes vulnerauerint, & interfecerint; certe non video, quare iste debeat dici irregularis, quoniam animus interficiendi non facit quem irregularis; quia irregularitas ratione homicidij, non contrahitur sola voluntate; nisi homo actu occidatur; aut mandato, ope, vel consilio & c. vt dicam in fine huius articuli. Et facit quod dixi. §. q. 19. Nec obstat. tex. in. d. c. significasti. a contrario sensu, dum dicit, & si percussor voluntatem non habuerit occidendi, quia non sumitur argumentum a contrario sensu propter praedictas rationes; & quia esset contra regulam irregularitatis. Sed si ipse vna cum alijs venisset & vulnerasset animo interficiendi; quia veniendo cum alijs, videtur dedisse opem, vt dixi tunc erit irregularis; & ita potest sumi argumentum a contrario sensu, in. d. c. significasti. Alias mirabilis esset decisio. d. c. Et praedicta procedunt, quando esset clarum, quod ex vulnere ipsius clerici, vel ipsius primi percutientis, non fuisset mortuus. Secus si esset dubium, ex quo vulnere esset mortuus; quia tunc indubitanter esset irregularis, non habita distinctione, an habuerit animum occidendi, vel non, vt. d. c. significasti. Trigesimo. 222 octauo quarto, quid si vnus a pluribus fuit vulneratus, nec aliquod vulnus per se sufficiens est ad mortem, sed omnia simul iuncta mortem infligerunt, an aliquis, vel omnes sint irregulares? Solu. dic, quod omnes, text. est. 23. q. 5. c. 1. final. Et sic patet, quod ea quae dixi in praecedentibus, procedunt, quando est certum, quod vulnus sit mortale. Et hoc tenet etiam Hostien. in. c. significasti. §. eod. & D. Anto. & Docto. ibi, qui allegant not. per Bar. in. l. 1. §. ad leg. Corn. de fcar. & ad hanc. q. considerabis ea quae dicam in 223 seq. q. Trigesimo nono quarto, quid si aliquis in rixa reperitur interfecit; ignoratur quis eum interfecit; an omnes qui in rixa interuenerunt sint irregulares? Et ad hanc. q. vide quae dixi. §. q. 30. Io. 44. dist. c. quiescamus. & 1. 1. q. 3. c. nolite. & in. q. sua quae incipit, Quinq; erant, arguit pro, & contra; & tandem de-

cidit, quod omnes sint irregulares. Et hoc etiam tenuit Goff. in. c. significasti. 2. §. eod. & Specula. in titu. de iudice delega. §. iuxta. versicu. quid si in rixa. Muentur per. c. fina. 23. q. 5. c. 1. item Mela. §. sed si plures. ff. ad leg. Aquil. Facit quod dixi in. q. praeced. Sed Guil. Nafio. tenuit contrarium, dicens, neminem, tanquam irregularem repellendum, arg. c. petitio. §. eod. & c. significasti. Facit etiam, quia in poenis benignior & c. Item facit, quia ratione dubietatis, superflua, & vitiosa tolerantur. 13. q. 2. c. non est memus. & 14. q. 5. c. deniq;. Et quia sanctius est innocentem & c. Archid. in. d. c. nolite. simpliciter refert opi. tamen potius adharet primae opinio. Host. in. d. c. significasti. dicit, hoc relinquendum propriae conscientiae singulorum. Idem concludit finaliter in summ. huius titu. §. qua poena. versicu. sed nunquid omnes. Pro quo facit. d. c. petitio. §. eod. Ioan. And. in. c. significasti. in glo. sua quae incipit. argum. ad quaelio. dicit, quod miratur de Innocen. d. decretales significasti. auctore, qui noluit. d. q. determinare. Nam in antiqua sua decretali, decisio postea per Grego. in hac compilatione sub illo. & §. continebantur haec verba, Vtrum de illis sit simile sententium, quorum vnus, sed qui omnino nescitur, homicidium perpetravit, si forsitan ad sacros ordines recipiendos praesentetur, vtrum omnes sint pariter repellendi, cum discerni non possit, qui debeant culpabiles iudicari, diligens inuestigator aduertat, Haec sunt verba formalia. Hic tamen casus, vt dicit Ioan. Andr. est valde diuersus a casu. d. c. significasti. Item dicit Ioan. Andr. quod miratur de Gregor. compilatore, qui decidens literam illam, non declarauit hoc dubium; sed scienter in compilatione hoc omisit. Item miratur de Bonifacio, qui etiam scienter voluit hoc dubium relinquere, non ponendo in compilatione. 6. extrauag. quae attribuebatur Gregorio, quae incipiebat, nullum, quam gloss. Hostien. allegat in titu. de tempo. ordinan. per quam fuit motus in. d. c. significasti. ad tenendum opinio. suam & etiam refert Ioan. Andr. in addit. Specula. in. d. versicu. quid si in rixa. Et si Bonifacius putabat illam extrauagantem iniquam, debebat formare contrarium. Concludit tamen Ioan. Andr. in. d. c. significasti. quod nisi appareat de culpa omnium distincta, licet vnus solus occiderit; tamen ex quo non constat, omnes repelluntur. Si vero non constat de aliquo; videlicet, quod saltem vnus ex multis fuit, qui interfecit, omnes admittuntur. Facit quod not. gloss. in versicu. qui culpabiles. in. c. culpantes. §. ceterum. de electio. lib. 6. & placet haec opinio. D. Anton. in. d. c. significasti. & mihi. Et vide Specula. eod. titu. versicu. pone, quatuor. & adde quae dicam in seq. q. Et pro ista sententia etiam facit expressè text. noster; quia in dubijs securior pars & c. Aduerte tamen; quia pro opin. Hostien. facit quod hic ponit Innocen. & Ioan. Andr. tradit pro regularibus quasi in fin. qui dicit, quod licet in dubio quis debeat se putare irregularem; tamen 224 si iudex non debet illum reputare irregularem. Et ideo possumus dicere, quod aut nos loquimur respectu iudicis, & vera sit opin. Guil. Aut respectu fori penitentialis, & tunc stabimus opi. Host. quia in his, quae pertinent ad penitentiam stamus penitenti.

nitenti. Vnde si ipse scit, quod non percussit, nullo modo debet putari irregularis. Sed si aliquo modo dubitat; debet consili sibi, vt se irregularem reputet, per tex. nostrum. §. de symo. c. Marthegus. & arg. eorum quae dixi. §. in. 3. q. princ. & c. fin. de his, qui filii. occi. 225 Quadragesimo quarto, quid si clericus percussit in aliquo consiliu, vbi plures fuerunt interfecti ab alijs, an sit irregularis? Sol. Doct. in. d. c. petitio. §. eod. dicunt, quod ex sola percussione non est irregularis, per illum tex. qui est valde notab. quia ibi querebat clericus, & fatebatur se percussisse, & Papa respondet solum de occisione; & sic vult, quod ex sola percussione non efficiatur irregularis. Sed contra hoc oppo. de. c. sicut. §. fina. §. eo. & quod not. 5. o. dist. c. si quis viduam. Sed dicta decisio, & tex. in. d. c. petitio. debet intelligi, secundum Innocen. quando quis interuenit in bello iusto, de quo in. c. sicut. de iureiuran. & c. sententiam. §. ne cleri. vel monac. Secus si bellum esset iniustum; quia qualitercunq; clericus praestitisset opem, vel consilium, efficeretur irregularis; licet homicidium per 226 alios sit commissum. Et ex hoc inferitur, quod si clerici vadunt cum pugnantibus, vt eos audaciores reddant, vel timorem inimicis inferant in bello iniusto, efficiuntur irregulares, de quo dicam. §. in articu. de ope, & auxilio. Et hoc etiam tenet Io. Andr. & communiter Docto. Sed contra praedicta oppo. de. c. 3. §. de cleri. percuss. vbi ille clericus non percussit; & tamen sibi imponitur poenitentia; & tamen erat pro parte illorum, qui violentiam repellabant; & sic inferitur. Sol. aduerte, quia. d. c. habet plures intellectus. §. Primus est, quod ibi interuenit dispensatio, & sic de iure communi erat irregularis. Et secundum hunc intellectum fortiter obstat ille tex. Sed potest intelligi, quod ibi excessit modum, forte animando alios ad occidendum. Sed hic intellectus continet diuinationem. Et praedictum intellectum tenuit Iacob. antiquus Doctor; & tangit Spec. in. d. §. iuxta. versicu. sed nunquid clerici. Si vero. c. petitio. intelligatur simpliciter, & quod ex dispensatione processit, obstat. decisioni de qua. §. Et est contra. c. dilecto. de sentent. exco. lib. 6. Et ideo dictus intellectus communiter reprobatur, maxime per D. m. in. d. c. 3. Alius intellectus est, qui placet D. m. quod ibi non fuit effectus irregularis; sed poenitentia imponitur ad cautelam. Et sic non contra dicitur decisioni, de qua. §. Posset forte, & tertio dicit, quod illa poenitentia imponitur; quia aliquo modo excessit modum proiciendo lapides. Et ex praedictis patet reprobata esse opi. Spec. in. d. §. iuxta. ver. potest etiam dici, quod clericus, qui dicit, quod clericus qui cum armis, vel sine, interest bello iusto, vel iniusto, in quo aliqui sunt interfecti, est irregularis; licet ipse non occiderit. 5. o. dist. c. si quis post. 16. q. 3. c. porro. 23. q. 5. c. quicunq; ex clero. 1. q. 1. c. fina. Nam ex praedictis expressè reprobatur. d. opi. Sed aduerte; quia contra. d. c. petitio. induco. d. c. 3. de cleri. percuss. etiam aliter, videlicet; quia tex. dicit ibi, sed aliquem non percussit, quasi sentiat a contrario, quod secus esset si percussisset; quia fuisset effectus irregularis, quod est contra ea, quae dixi. Sol. arbitror posse dici, quod ibi narratur quod de facto contigit, non quod debeat ibi sumi argumentum a contrario sensu; & adde quae dixi. §. q. 37. Quadragesimo primo quarto, vtrum interficiens, vel mutilans feminam, sit irregularis?

229 Quidam dicunt, quod non; quia est animal imperfectum. Secundo, quia non fuit facta ad imaginem Dei, sicut homo, vt. c. 2. §. eo. sed ad imaginem hominis, 33. q. 5. c. hac imago. Et hac opi. videtur sequi Card. Floren. in. d. clem. 1. eo. tit. Ego credo contrariam sententiam esse verisimiliam; circa quod, vide quod dixi. §. in. 6. q. princ. Vltimo circa hunc articulum homicidij facti proprio commissi, seu irregularitatis respectu 230 homicidij, collige duas regulas. Prima est, quod ratio ne homicidij, vel mutilationis nunquam contrahitur irregularitas sola voluntate; nisi homo actualiter occidat, vel mutilet. §. eo. c. sicut. §. 1. 1. q. 1. c. si quis verò. & ponit. Spec. in. d. titu. de indic. deleg. §. iuxta. 231 vers. ite dico. Lex enim promotionis factum, requirit non voluntatem. 15. q. fin. c. fin. Host. in. c. significasti. 2. §. eo. & ibi Doct. Vel nisi causa praestet homicidio, vel mutilationi, prout statim subiiciemus. Secunda regula est, quod si facti proprio quis commisit homicidium casuale, vel mutilationem, & adhibuit diligentiam, quam potuit, & debuit, & dabat operam rei licitae; vt puta, pulsando capanas cecidit tintinnabulum, vel rescindendo ecclesiam cecidit lapis, vel lignum, & aliquem interfecit; clamabat tamen cum videret cadere, caue, caue; nam hoc casu in nullo imputatur ei, si casus fortuitos non prauidit. Et secundum praedicta intellige. c. dilectus filius. c. ex literis. 2. c. significasti. 1. c. Ioannes. & c. fina. §. eod. Et ex his habes expeditum hunc primu articulum. ¶ Assumo nunc ex ordine articulum, quando quis homicidio dedit causam, aut occasionem; Et quoniam hoc potest contingere multipliciter, videlicet; ope, auxilio, fauore, mandato, iussu, seu praeepto, consilio, seu persuasione, seu suggestione. Idcirco singulas species prosequamur, quibus expeditis, videbimus de homicidio, quod committitur per negligentiam; & tandem de homicidio quod committitur per consensum, vel ratihabitionem. Et aduerte; quia ad hoc, vt per ordinem haec materia possit allegari, & inueniri, prosequar quaestiones per quotas, coniungendo sequentes cum praecedentibus. Reuertentes igitur ad homicidium, quod per causam, vel occasionem committitur, antequam descendamus ad species. Quadragesimo secundo quarto genera- 233 liter, vtrum ille, qui causam, vel occasionem dedit homicidio, vel mutilationi, sit irregularis? Sol. dic, quod si causam dedit ex voluntate. Probatur in. c. praesbyterum. c. suscepim. & c. de cetero. §. eo. & §. eo. c. Petrus. a contrario. Et probatur ex pluribus casibus, quos statim narrabo; quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. 5. o. dist. c. studeat. §. de iniur. c. fin. Et aduerte, quia cum hoc vocabulu, causa, accipiatur multis modis, excludam prius modos, 234 qui ad propositum non pertinent. Nam si causa quaedam ponitur pro iudiciali consilio certarum personarum, vt. c. forus. vers. causam. §. de verb. sign. Quandoq; causa idem est, quod vltima voluntas. l. ite veniunt. in prin. ff. de petitio. haered. Quandoq; prospectio. ff. de transact. l. qui cum tutoribus. §. ei qui. Quandoq; ponitur pro titulo, vt. l. nec vllam. in prin. ff. de pet. haered. Quandoq; pro honore, vt. l. si debitor. ff. de dist. pig. Quandoq; pro fructu, vt. l. si mater. C. de instit. & substi. Quandoq; pro contractu, vt Institut. qui. mo. tol. ob. §. est autem. & de libel. obla. c. fin. & par. j. LL iij c. 1.



c. i. de plus peti. Quandoq; pro actione. l. fin. ff. qui fatid. cogan. Quandoq; pro intentione, vt traditur in. c. ficut. s. de re iudi. & text. & gloss. in. c. cum dilecti. s. de accu. & hos modos ponit Host. & post eum Io. And. & D. Ant. in. c. dilecti. in glo. super verbo, ex causa. Quandoq; etiā ponitur pro modo, seu forma; vt cū dico, lego vxori, quā eius cā parata sunt. l. quintus. ff. de auro, & argen. lega. Quandoq; ponitur pro exemplificatione facti, vt. l. si ex plagijs. §. in cliuo. ff. ad. l. Aquil. ibi, ius postum est in causa agēdi, hoc est, in exemplo facti. Et fm has significationes, quibus supiur vocabulum causa, talis causa nō pinet ad propositum nostrum. Quandoq; sumitur cā pro impulsu ad aliquid faciendum, vt dicit Io. Monac. in c. si. de iur. calū. lib. 6. & ita sumitur in. l. i. §. sexum. ff. de postulat. Vñ differentia est inter rationē, & causam; quia ratio est gerendorum ordo ex causa venietium. Vnde potest esse causa sine ratione, vt in. c. i. de desponsa. cū similit. sed ratio nō potest esse sine causa. Et hoc modo satis ad propositum pertinet. Sed

236 clarius ad propositum debes scire, qd causae dicuntur quatuor, efficiens, materialis, formalis, & finalis, de quibus per Doct. s. in princ. decretalium, dixi in prin. clē. Vel fm dialecticos potest dicere, qd cāe sūt

237 7 dū, vna fiendi, alia essendi. Prima, pertinet ad efficiētem, & finalem. Secunda, ad materiale, & formale, de quibus per Io. And. in prima gl. decreta. Reduendo igit ad propositum, qñ ex proposito, seu intentione, quis praestitit cām homicidio, vel mutilationi, efficitur irregularis, vt dicitur iuribus. & j. dicā. Siue praestitit cām efficiētem; vt puta, mandato, pracepto, seu iussu. Siue materiale, vt puta; ministrando arma, vel ducendo hominē per viam, in qua sciebat esse inimicos suos capitales. Vel formale, puta; instruendo, vel informando, consulendo, vel quid simile; vt modus dare homicidio. Vel finale, vt, puta; per premij constitutionem ad homicidiū cōmittendum. Et licet praedictae causae aliter possint sumi; tñ in praesenti materia placuit p̄dicto modo ad materiam adaptare. Et hęc, vt dixi, procedunt, qñ ex p̄posito, & voluntate, homicidio, vel mutilationi causam praestitit. Dūmodo effectualiter homicidiū, vel mutilatio secuta sit; cum declaratione tñ, quā statim ponā in sequenti. Si verō prater intentionē homicidium cōmissum sit, cā a te praestita, debes distinguere, qd aut quis dabat operam rei licite, & non efficit irregularis; quia si talis non tenetur ex facto proprio cōmittens homicidium; multo minus ex homicidio cōmissio per alium. Aut quis dabat operā rei illicite, & tunc tenet; siue causa sit proxima, seu remota; dūmodo ordinata ad homicidiū, vel mutilationem; vt puta, mandauit tibi vt verberares. P. ita tñ, qd non interficeres, vel mutiles; certē si interfecisti, efficitur irregularis, vt. c. si. eo. tit. lib. & probatur in. c. Petrus. j. eo. a contrario. Secus aut si non esset ordinata ad homicidiū; vt puta, faciebat quis taxillos ad ludum, in quo ludo conuenientes, ad inuicem se interfecerunt. Nam licet, fm cōmunem \*opi. ars faciendorū taxillorum sit prohibita; tñ non est ad homicidiū ordinata. Nam et si dedissem causam proximam homicidio, sed non ordinatam, non teneret; puta, feci fenestrā, qua tu te praecipitasti, & obijisti. Et hoc vt dixi, procedit, si non ea intentione feci, vt te praeci-

Cois opi.

pitares; & vide quae dixi in. c. praesbyterū. & c. de cetero. s. eo. Remotio igitur, vel proximitas causae nō multum operantur; sed operatur intentio, qd causa sit ad homicidium ordinata. Sed verum est, qd in ordinatis procedit illud gnale dictum, Quicquid est cā cause, est causa causati, vt. l. manumissionis. & l. ex hoc. ff. de iustit. & iur. §. o. dist. c. studeat. s. eo. c. si aliquis. & c. ficut. & s. de testi. c. ficut. §. i. q. 2. c. de nuptis. quia nihil interest, an quis occidat, vel morti praestet cām, vt. l. nihil interest. ff. ad. l. Cor. de sic. ff. de offi. praesid. l. illicitas. §. sicuti. i. q. i. c. placuit. ff. ad. l. Aquil. i. qui occidit. & c. fin. j. de iniur. cū similit. Et hęc notabis, quia satis sicco pede, & inepē Doct. in hac materia loquuntur. Et hęc procedunt respectu materiae nostrae in genere. Sed vt melius hęc intelligi possint, psequar plures casus per species, qui tamen ex praedictis regulis satis facilius decidentur;

239 & alij similes. Quadragesimo tertio quaro, qd clericus illicite exercebat rixam; superuenerunt consanguinei, vel amici clerici, & prater voluntatem dicitur clericus interfecerit illum, an clericus sit irregularis? Sol. Doct. concludunt, qd sic, in. c. Petrus. j. eo. & ibi D. Ant. & D. m. per illum tex. qui dicit, qd ideō ibi excusatur; quia non dedit causam, vel occasionem. Nam culpa hic praecedit casum. Facit. c. significasti. i. j. eo. & l. i. §. cum arietes. ff. si quadrup. pau. feci. dica. & c. de adulter. l. qm̄ Alex. & c. ad leg. Jul. de vi publi. l. qm̄ multa. & s. eo. c. praesbyterum. & c. de cetero. Cauere igitur debet clericus, ne sit rixosus, vel litigiosus. 46. dist. per totum. Secus si causa esset remota, vel propinqua, & iusta, vt puta; quia se defendebat; quia tunc non esset irregularis. 23. q. 5. c. cum homo. & not. s. eo. c. de cetero. & dixi in praed. q. Et ideō praedicta decisio procedit, qñ cōsanguinei, vel amici mei superuenerunt illum interfecerunt.

240 Secus si si superuenerunt inimici illius, & eum occidissent. Facit qd not. in. c. significasti. 2. j. eo. & tenet D. m. in. d. c. Petrus. Et rō diuersitatis sit; quia hoc casu homicidium non fuit commissum intuitu clerici; sed primo casu, sic. Hoc tamen arbitror limitandū,

241 nisi ipse ea intentione id fecisset; nam posito, qd se defenderet, si tamen poterat discedere, & nō discessit, sed illum retardauit, vt superueneret eius inimici, & illum interficerent; tūc secuta interfecitōne, esset irregularis. Aduerte tñ; quia glo. 2. 23. q. 8. in. c. fin. dicit, qd si clerico cum alio rixante superuenerunt fratres clerici, & interfecit illum prater, & contra voluntatem clerici, qd clericus non efficitur irregularis, arg. i. q. 4. c. quia praesulatus. j. de cleri. percuss. c. penul. Hoc tñ non videtur esse sine dubio; si ipse clericus fuit cā aggressura, per not. in. c. fin. eo. tit. lib. 6.

242 Quadragesimo quarto quaro, qd clericus cepit furē, & ligauit, & dimisit ipsum ligatum penēs alium; qui timens ne solueretur, illum interfecit, an clericus sit irregularis? Sol. dic. qd si iste sit in aliqua culpa, vt puta; quia robustum dimisit penēs debilem; vel dnos penēs vnum, vel minus bene ligauit; & non est dubium, quod est irregularis, vt. c. suscepimus. s. eo. Et hoc procedit siue custos interfecerit, siue fuerit interfecit. Sed si non fuit in aliqua culpa, qd possit imputari; vt quia propter aliquam cām iustā retinuit; quia noluit fortē eum expellere, ne videret a circumstantibus; & sic ipse fur infamaret, certē nullo modo

do esset irregularis. Adde quae dixi in. d. c. suscepti-  
 243 mus. s. eo. Quadragesimo quinto quaro, qd clericus ex eo qd nō probauit intentionem suam in iudicio, ad purgandum conscientia suam, vel ad probandam veritatem, non valens esse in duello, dedit pugilem, vel ab alio prouocatus pugilem dedit, qui alium interfecit; vel ab alio fuit interfecit, an sit irregularis? Sol. dic. qd sic, vt in. c. 2. de cleri. pugn. in duell. Et ratio est, quia fuit in culpa rem prohibitam attentando, & causam dedit homicidio. Quadragesimo sexto  
 244 quaro, qd aliquis tenet vrsulum, vel leonem, vel ceruum, qui aliquem interfecit, an sit irregularis? Sol. quidam dicunt, qd sic; quia potest imputari sibi; quia tenuit tale animal, arg. §. o. dist. c. 2. qui arborem. & c. sapē. Alij tenent contrarium, dummodo talis non fuerit in lata culpa, arg. ff. si qua. pau. feci. dica. l. 2. & fin. Et hoc tenet Io. And. in vltima. q. & D. Ant. & Specul. in tit. de iudic. deleg. §. iuxta. versicu. quid si aliquis. Sit ergo cōclusio, quod si talia animalia tenebat, quae consueuerant nocere, vt vrsulum, leonem, & aprum; & illa non tenuit ligata debito modo, qd efficitur irregularis. Aliās secus, vide glo. 23. q. 5. c. de occidendis. Quadragesimo septimo quaro, qd clericus viso latrone clamauit, vt caperetur, vel simpliciter clamauit, quod ibi erat latro, accurrentes illū interficiunt, an sit irregularis? Sol. Innoc. in. c. significasti. 2. j. eo. dicit, quod si hoc fecit, vt ille moretetur, est irregularis. Sed si ad hoc tantum, vt caperetur, non est irregularis. Idem tenet Innocē. in. c. olim. i. de restit. spolia. Hostien. dicit, quod cum lex promotionis non consistat in voluntate, sed in facto, vt in. c. fina. 15. q. fin. & dixi. s. in regula, quam dedi post. 4. r. q. quod talis simpliciter est irregularis. Et hanc opinionem finaliter tenet etiam ibi Innocē. qui in hoc articulo fuit sibi contrarius, dicens, quod si clamauit ad latrones, vel capite, capite; vel alio modo, quo possit intelligi, quod dicto, vel facto suo, vel ex negligentia homicidium perpetratum est; irregularis est. Nisi hoc fecerit ob periculum corporis sui; quia tunc non esset irregularis, vt puta; si clamauit succurrere. Et ratio est, quia talis non intendit in alterius mortem; sed ad sui liberationem; & in hoc non fuit in culpa. Facit quod not. Io. And. post Inno. in. c. cum olim. i. s. de restit. spolia. in gloss. in verbo duxeritis. quae incipit, quomodo hoc liquet. j. de p̄en. c. quod in dubijs. Item quia, quod quis ob tutelam corporis sui fecit, recte fecisse videtur, vt dixi. s. 14. q. & seq. Et propter dictam rationem, quidam tenent primam sententiam Inno. Mouetur, quia melius est alium liberare a peccato, quam seipsum a morte corporali; cum ergo sic clamando liberet animam volentis furari, vel eum occidere, non debet esse irregularis. Sed dicit Io. And. & bene, qd hoc est falsum; quia secundum hoc, sequeretur, qd si quis clamauit post furem cum rebus furtiuis fugientem; & ad clamorem suum alij insequentes ipsum ceperunt, ex qua captura ille postea esset occisus, qd talis non esset irregularis; quia sic clamando animam eius a morte liberaret; quia restituit ablatum, & sic dimittitur peccatum; & tamen hoc est falsum; vt not. in. c. de cetero. s. eo. Et in hanc sententiam etiam residet Io. And. & D. Ant. Et eandem quasi sententiam tenet Specul. in. d. §.

iuxta. versic. quid si cum velles. & D. Ant. in. c. olim. 2. de restit. spolia. Sed D. m. in. d. c. significasti. dicit, qd hac decisio non est sine dubio, posito, quod clamans non esset audis, vel intenderet ad mortem; sed tantum ad conseruationem sui, aut rerū suarum. Et profectō non est sine dubio, per ea quae dicam in sequenti. Et pro contraria sententia facit. c. praelatis. de homicid. lib. 6. Quadragesimo octauo quaro, qd quid si iudex, vel officialis insequitur furem, vel malefactorem, & quaerit a te, an videris illum, tu vero sciens, qd ille quaeritur ad mortem, indicas eum; an sit irregularis? Sol. dicit Specul. in. d. §. versic. quid si iudex. quod si per tuam responsonem fur est inuentus, & occisus, quod es irregularis. Secus si nesciebas, vel non suspicatus fuisti, qd ad mortem quaeretur, vel ad p̄enam sanguinis. Quadragesimo nono quaro, qd quid si ille sciuit illum furem ad mortē quaeri, qui non poterat fugere, nisi per alteram de duabus vijs; & sciens, qd per alteram fugerat, dixit, per hanc non fugit, an sit irregularis? Et videtur, quod non; quia non indicauit eum. In contrarium facit; quia dicendo, per hanc non transtulit; implicat illum per aliam transtulisse, argu. c. nonnē. s. de praesumptio. Sed aduerte; quia si penitus esset ignarus, non efficeretur irregularis, vt puta; si cultor, vel artifex, certus qd ibi non transtulit, respondet illum per illam viam nō transtulisse; quia huic non potest aliqua culpa imputari, vt not. Io. And. in addi. Spec. in versic. quid si iudex. Tutius est ergo tacere; vel quaerentem ambiguus verbis eludere, dicendo, nunquid ego sum custos illius, vel alio simili modo, de penit. dist. i. c. voluissent. §. ex his itaq; versic. deniq; 43. dist. i. c. mandatis. in fin. Et si tibi non erat nisi vnica via, per quam ille transtulerat, & officialis instat, quod debeat dicere, an pertranstulerat, non debet mendacium dicere. Sed exemplo beati Francisci potest eludere hoc modo, dicendo. Hac non transtulit, tangendo sibi mandicam. Quinquagesimo quaro, qd clericus non valēs aliter recuperare res suas, tenet furem, ne fugiat cum rebus suis, donec eum exhibeat iudici, vel eius auxilium inuocat ad res suas recuperandas; an fiat irregularis? Solut. quidam dicunt, quod licet fur postea puniatur p̄na mortis, vel mutilationis, non sit irregularis; dummodo intentio detinentis non fuerit ad mortem, vel mutilationem; & hoc tenet Specul. in titu. de iudi. dele. §. iuxta. versic. item si clericus. & D. m. in. c. 2. eod. tit. lib. 6. quod facit contra communem \*opi. de quo dixi. s. q. 47. & dicam

249 in seq. Quinquagesimo primo quaro, qd quid si clericus tradit officiali furem, petens, quod eum puniat citra sanguinis effusionem, an fiat irregularis? Sol. licet officialis occidat, vel mutilat, non sit propter hoc irregularis, nec etiam nocet illi, si ad conuincendum furem tradiderit inter signa; & si idem si simpliciter deponit quarela de iniuriantibus sibi, & ecclesiae suae; quamuis tales vix absq; sanguinis effusione valeat cohæreri. j. eo. c. tua nos. §. ad vltimum. & c. postulasti. & 23. q. 3. c. Maximianus. & q. 5. c. i. & c. vnum. & c. p̄na. ff. de bon. liber. l. qui cum maior. §. i. & hęc vera, quando non intenderet ad mortem; nec hoc in animo gereret; quia fortē expresse instabat, vt citra sāguinis effusionē castigaret. j. de rapt. c. in archiepiscopatu, vel in exilium mitteretur. par. j. LL iij §. de

Cōis opi.

§.de iudicis.c. cum non ab homine. §. de verb. signi-  
 nouimus, vel in perpetuum carcerem detruderetur  
 §. de hæret. c. excommunicamus. 2. de apofa. c. 2. no  
 bis. 23. q. 5. c. non vos. Et ex prædictis inferitur, quod  
 251 ¶ clericus expellens latronem de ecclesia, de quo in  
 .c. ficut. 1. 17. q. 4. qui per sacerdotem extrahendus  
 est, vt eadem. q. c. diffiniuit. non fit irregularis; quia  
 non dicitur morti tradere; sed lex. 23. q. 5. c. cum  
 homo. & hoc tenet Archid. in. d. c. diffiniuit. Quod  
 apud me satis est dubium, per ea quæ dixi. §. in. 2. 3.  
 & 4. q. de officiali, qui mediante iustitia, cõdemnat  
 ad mortem; & idẽo intellige dictam decisionem,  
 quando nullo modo expellens intenderet ad mor-  
 tem, vel mutilationem. Et ex prædictis inferitur,  
 252 quod ¶ ciuilitè agens contra furem non est irregu-  
 laris; licet iudex causa probata, illum interficiat ex  
 officio, vt not. in. c. postulasti. §. eo. quod intelligo,  
 si modo non intendit ad mortem per illam viam.  
 Absit enim, quod ea quæ propter bonum facimus, si  
 præter voluntatem nostram alicui malè contingat,  
 debeat nobis imputari. 23. q. 5. c. de occidendis. ver.  
 253 absit. Et ex prædictis etiam sequitur, quod ¶ si ali-  
 quis procurauit aliquem capi per officialem, occa-  
 sione alicuius delicti, propter quod certum erat il-  
 lum non debere condemnari ad mortem, vel mem-  
 bri mutilationem, quod non efficitur irregularis;  
 licet iudex illum puniret pœna mortis, vel mutilati-  
 nis, ex eo, quia inuenerit illum culpabilem alijs cri-  
 minibus, tali pœna dignis; si modo ille, nec credi-  
 dit, nec cogitauit hoc posse contingere. Et hoc tenet  
 Spec. in. d. §. iuxta. verfi. quid si clericus. & Hosti.  
 in summa. eo. tit. §. qua pœna. ver. verum circa hanc.  
 254 Et ex prædictis fortius inferitur, quod ¶ non est irregu-  
 laris clericus, a quo iudex secularis aufert furem  
 per ipsum captum, & ipsum suspendit. Hoc tenet  
 glo. 18. q. 1. Aduerte tamen; quia in omnibus prædi-  
 ctis casibus vtilis est protestatio, quod non intendit  
 ad pœnam sanguinis, secundum formam. c. 2. eo. tit.  
 lib. 6. de qua statim dicam in seq. q. Quinquagesi-  
 255 mosecundo quæro, ¶ Quid si clericus certissimè  
 scit, quod non potest consequi debitum suum sine  
 sanguinis effusione, vtrum possit sine metu irregu-  
 laritatis implorare officium iudicis secularis? Inno.  
 in. c. postulasti. §. eo. tenet, q non; immò quod poti-  
 debet dimittere decimas, & primitias, arg. c. 2. & c.  
 suscepimus. §. eo. Io. And. in. d. c. postulasti. dicit te-  
 nendum esse, q hodiè habetur, in. c. 2. eo. tit. lib. 6.  
 quasi voluit dicere, quod si præmittit protestationẽ,  
 non imputatur clerico, si iudex secularis postea illũ  
 damnet pœna mortis, vel mutilationis; & sic videtur  
 sentire, quod etiam si clericus esset certus, quod iudex  
 secularis illi imponeret pœnã mortis; non tamẽ  
 tenetur desistere à petitione iustitiæ; & hoc tenet.  
 D. m. in. d. c. postulasti. quod dicit notãdum, ad intel-  
 lectum. d. c. 2. & dicit hoc esse satis rationale; quia  
 alias daretur materia spoliandi clericos bonis suis.  
 256 Quinquagesimotertio quæro, ¶ Quid si clericus ac-  
 cusat, vel dicat, Accuso talem de tali furto, & prote-  
 staret, quod nõ intẽdit ad vindictã; an sit irregularis,  
 si iudex illum postea condemnet ad mortẽ? Sol. Io.  
 And. in. c. 2. tit. lib. 6. dicit, q cautè facit clericus; si po-  
 tius dicat, conqueror, q accuso, & sic ferretur verba  
 tex. d. c. 2. Facit quod not. 2. q. 7. c. Laicos. & seq. in. fi.

primã glo. per. c. nullus. 2. r. 1. q. 1. & per id quod not.  
 Inno. in. c. cum P. §. de accu. Putat tamen Io. And. qd  
 licet dicat, Accuso, & protestaretur, quod nõ efficia-  
 257 tur irregularis. Nam & ¶ quærela inofficiosi testa-  
 menti dicitur accusatio. C. de inoffi. testa. l. parenti-  
 bus. & l. in arenam. & sequitur D. m. Facit etiam, q  
 258 ¶ largo modo denuntiator potest dici accusator, vt  
 .c. 2. & ibi dixi. §. de accu. Quinquagesimoquarto  
 259 quæro, ¶ Quid si ex consuetudine, vel statuto pro ho-  
 micidio, vel simili delicto abbas, vel prælatus debeat  
 habere pœnam pecuniariam, vtrum abbas cum pte  
 statione accusando, q non intendit ad pœnam san-  
 guinis; sed dumtaxat intendit consequi pœnam pe-  
 cuniariam, an efficiatur irregularis, si iudex illum ac-  
 cusatum interficit? Sol. Ioan. 23. q. 5. c. si vos. dicit, q  
 non; quia licet delictum sit publicum, tamen agitur  
 quasi ciuilitè, argu. c. referente. de delict. pue. §. de  
 ordi. cogni. c. cum dilectus. Nec prohibetur abbas  
 agere ad pœnam ciuilem imponendam, vt. §. de pur-  
 ga. vulg. c. dilecti. nec est ordini abbatis, vel dignita-  
 ti contrarium, vt. §. eo. c. postulasti. ff. de bon. liberto.  
 l. qui cum maior. fm Vinc. & est tex. in. d. c. 2. & not.  
 23. q. 3. c. Maximianus. & tenet D. m. in. c. 2. in. fi. eo.  
 260 tit. lib. 6. Quinquagesimoquinto quæro, ¶ Aliquis  
 princeps, vel dominus fecit legem, cuius auctorita-  
 te homines traduntur morti, an sit irregularis? Sol.  
 quidam tenent, q non; & seq. Archid. 23. q. 5. c. offi-  
 cia. quia talis non animaduertit in certam personã,  
 nec etiam voluit hominem in suam constitutionem  
 incidere, cum eam promulgauerit; sed tantum pro-  
 pter bonum publicum hoc fecit, vt homines à deli-  
 ctis abstraherentur. Facit quod not. gl. 3. distinc. c. fi.  
 & quod legitur, & not. 23. q. 8. c. pefsima. & 23. q. 5.  
 c. de occidendis. ver. absit vt ea. & idẽ tenet Io. And.  
 in. c. 1. §. de sagit. in gloss. Quinquagesimosexto quæ-  
 261 ro, ¶ Syndicus alicuius vniuersitatis accusat de cri-  
 mine publico, propter quod imponitur pœna mor-  
 tis, an omnes de vniuersitate sint irregulares? Aduer-  
 te, licet hæc. q. satis cõgruè possit hic adaptari ratio-  
 ne causæ, quare dederunt hic mandantes; tamen ma-  
 gis congruè adaptatur ad articulum, de mandato.  
 Ideo dic, vt dicam in. q. de mandante. Quinquage-  
 262 simoseptimo quæro, ¶ Episcopus, & inquisitor hæ-  
 reticæ prauitatis pronuntiauerunt. quem hereti-  
 cum, scientes, quod statim post pronuntiationem  
 ille morti traderetur, an sint irregulares? Sol. Ar-  
 chid. 23. q. 8. in gloss. summa. tenet, q non. Facit. 23.  
 q. 8. c. legi. & 23. q. 5. c. si audieris. Idem tenet Spec.  
 in. titu. de iudice deleg. §. iuxta. verficu. porro. in. fi.  
 263 Quinquagesimooctauo quæro, ¶ Episcopus damna-  
 uit aliquem ad perpetuum carcerem, moritur car-  
 ceratus an sit irregularis? & videtur dicendum, quod  
 non; quia iste videtur naturalitè mori; quia videtur  
 euenire iudicio Dei, vt Insti. de capi. dimi. §. 1. In  
 contrarium facit; quia ille, qui moritur in carcere, vi-  
 detur mortuus in cruciatu. ff. de custo. reo. l. 1. Hæc  
 formalitè dicit Bal. in. l. 1. c. de his qui à non domi-  
 manu. & aliter non soluit. Tu verò dic, q aut episco-  
 pus adeo exasperauit carcerem, vel attenuauit vitã,  
 q verisimilitè mors erat de proximo futura, & effi-  
 citur irregularis; si carceratus propter hoc moritur;  
 aliàs secus. Hoc sentit D. m. in. c. pen. §. de apofa. &  
 ibi dixi, not. D. Ant. & D. m. in. c. 3. §. de crim. fal. Io.  
 de

de Ligna. in. clẽ. r. de penit. & remiss. tenet Bald. in. l.  
 de pecoribus. in. fin. C. ad leg. Aquil. Quinquagesi-  
 264 mono quæro, ¶ clericus pulsauit campanam ad  
 condemnationem alicuius damnati ad mortem, vel  
 mutilationem; vel pulsauit tubam, vt communiter  
 fit in Italia, an fiat irregularis? Solu. Io. And. in. c.  
 Ioannes. in. fi. §. eod. & D. Ant. ibi, tenent, quod sic;  
 secus si pulsasset ad captionem furis, vel ad auxiliũ  
 suam; quia fortè erat obsessus. Vide quæ dixi. §. in.  
 265 47. q. Sexagesimo quæro, ¶ Quid de officialibus, mili-  
 tibus, notarijs, Biruarijs, & alijs, qui capiunt malefa-  
 ctiores, qui damnantur ad mortem, an sint irregula-  
 res? vide quæ dixi. §. q. 3. 4. & in proximis præced. qq.  
 266 Sexagesimo primo quæro, ¶ Quidam licitè tenebat  
 cultellum in manu, alius insiluit in eum, & vulnus læ-  
 thale recepit, an ille sit irregularis? Solu. Archid. ac.  
 50. distin. c. quia te. tenet, quod non. Et mihi placet,  
 si modo ille illum cultellum in manu non tenebat,  
 vt alter se in illum impellendo interficeret; & idẽo  
 descendit ex his, quæ dixi in præcedentibus. Sexage-  
 267 simosecundo quæro, ¶ Titius impellit Seium in me-  
 dium rixæ, an si aliquis moritur prædictorum, alij  
 sint irregulares? Vgn. 50. distin. in. c. sepẽ. dicit, q sic.  
 Tu verò pro decisione istius. q. recurre ad ea, quæ di-  
 xi supra in regulis generalibus huius articuli, de eo  
 qui præstitit causam. in. q. 42. Nam qualitercunq;  
 quis tendit in mortem, vel mutilationem, efficitur  
 irregularis. Vel si præter intentionem contingit, &  
 fuit in culpa dando operam rei illicitæ; & culpa erat  
 ordinata ad casum. Et ex prædictis poteris decide-  
 re plures alias similes. qq. ¶ Visi igitur regulis gene-  
 ralibus circa articulum eorum qui causam præstite-  
 runt homicidio, vel mutilationi, & pluribus casibus  
 specialibus, videamus specificè alios articulos, qui-  
 bus quis dicitur homicidio causam præstare; & assu-  
 mamus primo articulum de ope, auxilio, seu fauore  
 prosequendo ordinem questionum. Sexagesimoter-  
 268 tio igitur quæro, ¶ an quis fiat irregularis ex eo quia  
 præstitit opem, fauorem, vel auxilium? Circa quam  
 269 q. ante omnia aduertendum est, quod ¶ hæc tria sy-  
 nonimè capiuntur, vt traditur. in. l. is qui opem. & l.  
 in furti. §. qui ope. & ibi per Bart. ff. de furt. & c. sicut  
 dignum. §. eo. & per Bar. in. l. 4. ff. ad legem Iul. maie.  
 cum similibus. & idẽo pro omnibus dictis verbis vtar  
 verbo, auxilio. Et ad omnium dicendorum clarã  
 intelligentiam, debes scire, quod quandoq; prohibe-  
 tur quis præstare auxilium; non contemplatione  
 certi actus; sed simpliciter. Quandoq; vero prohibe-  
 tur contemplatione certi actus. Primo casu, potes  
 270 figurare exemplum. Dicat ¶ statutum, quod qui-  
 cunq; dederit opem, vel auxilium bannito punia-  
 tur in tantum. Vel quod nullus præstet auxilium  
 hæretico, vt. c. excommunicamus. r. §. de hæretic.  
 Et hoc modo auxilium sumitur multum latè, pro  
 quolibet adiutorio, seu fauore, siue quis pecuniam  
 mutuet, siue alimenta tradat, siue patrociniũ præ-  
 stet; vel simile, quod ad eius vtilitatem pertineat  
 l. 4. post princip. ff. ad legem Iul. maie. & in. d. c. ex-  
 communicamus. & licet hoc non pertineat principa-  
 liter ad materiam nostram; quia tamen articulus est  
 pulcher, & quotidianus, & sumus in materia auxiliij,  
 & vt intelligamus quidditatem terminorum, & dif-  
 ferentias, dic, quod cum quæritur, an quis ex tali au-

xilio teneatur, quod aut quis a superiore implo-  
 rat per viam supplicationis aliquam gratiam pro  
 ipso bannito, vel heretico, vt puta; ne postquam ab-  
 iurauit detrudatur in perpetuum carcerem, & hoc  
 est licitum. Facit. l. si fuerit. ff. de reb. dub. & l. metal-  
 lum. & l. diui. ff. de pœnis. Hoc tamen fallit in eo,  
 qui esset damnatus pro crimine lætæ maiestatis. Et  
 idem quoties statutum expressè hoc prohiberet.  
 Quandoq; verò præstatur auxilium defendendo per  
 viam iustitiæ coram superiore; vt quia petit quis cas-  
 sari bannum, allegans aliquam iustitiæ causam, &  
 an hoc casu si succumbat, debeat puniri, vide Inno.  
 in. c. solet. de senten. excommu. in. 6. Quandoq; præ-  
 statur auxilium extra iudicium, vt mittendo pecu-  
 niam, præstando necessaria ad victum, vel quid simi-  
 le, & tunc non est dubium, quod punitur, vt. d. l. 4. ff.  
 ad legem Iul. maie. & vide Bar. ad prædictã, in. l. fur-  
 ti. §. ope. ff. de furt. Secundo casu, quando prohibetur  
 præstari auxilium contẽplatione alicuius certi actus;  
 vt puta, homicidio, vel mutilationi, vt. c. sicut. §. eo.  
 & circa hoc dic, quod auxilium potest præstari ante  
 factum; & sic ante homicidium, vt associare aliquẽ  
 ad homicidium perpetrandum, vt. c. r. ver. illi autẽ.  
 §. eod. arma præstando, seu ministrando, vt. c. senten-  
 tiam. §. ne cle. vel mona. & l. si pignore. §. qui ferram-  
 menta. ff. de furt. Item scalas accommodando, vt in-  
 grediatur ad occidendum, vt. d. c. qui ferramenta.  
 vel præbendo domum, in qua se occultent interfe-  
 ctiores. l. qui domum. ff. ad legem Iul. de adult. vel sar-  
 cinas, ant paramenta recipiendo, vt. d. c. sicut. verfic.  
 his quoq;. Quandoq; vero potest præstari in ipso  
 actu, assilendo scilicet homicidio, quo facilius pos-  
 sit committi ad timorem eius, qui occiditur; & ad  
 defensionem occidentium, vt. d. c. sicut. verfi. illi etiã  
 & l. raptores. §. ne igitur. C. de rapt. virg. Quandoq;  
 præstatur auxilium post homicidium; vt puta, ad eua-  
 dendum occisorem, de hoc dicam. §. In primis  
 autem duobus casibus, dico, quod qualitercunq; quis  
 præstiterit auxilium scienter; si homicidium inde se-  
 quutum sit ex intentione, efficitur irregularis, vt. d.  
 c. sicut. licet vno casu sit leuior culpa, quam alio, &  
 facilius dispensetur, vt dicam. §. in. r. o. q. princip. Si  
 verò præter intentionem, & voluntatem præparauit  
 quis arma, vt defenderetur patria; vel mutuauit pecu-  
 niam pro defensione patriæ, qua conducti sunt sti-  
 pendarij, qui homicidia perpetrati sunt; & hoc ca-  
 su distinguem, prout supra distinxi. q. 41. vide-  
 licet; an præstans daret operam rei licitæ, & aptæ, &  
 ordinatæ ad homicidium, vel mutilationem; & tunc  
 sit irregularis; aliàs secus. Nam omnis ille qui præ-  
 stat auxilium homicidio, dicitur causam præstare; li-  
 cet non contra. Cæterum vt quosdam casus specia-  
 lius attingamus, subiiciam quasdam speciales. qq.  
 prosequendo ordinem questionum, & secundum  
 ipsarum determinationem poteris etiam determi-  
 nare, & qualificare, quæ dicta sunt. Sexagesimoquar-  
 271 to quæro igitur, ¶ Aliquis in bello ministravit arma;  
 illi, quibus ministrata sunt, cõmiserunt homicidiũ,  
 vel mutilationem; an ministrans sit irregularis? Sol.  
 si bellum iniustum, non est dubium, quod talis est ir-  
 regularis; licet sequutum fuerit homicidium præter  
 intentionem; quia sufficit culpa, & causa ordinata  
 ad homicidium. Et hoc est verum, si arma essent ta-  
 lia,



lia, quæ essent apta ad occidendum; secus si omnino fuissent inepta. Sed dubium est magnum, si bellum est iustum, glo. 3. in. c. ita quorundam. s. de iuda. simpliciter tenet, quod sit irregularis, gloss. verò. in. c. 272 quod in dubijs. j. de pœnis. dicit, quod in bello iusto licet clericis hortari bellantes. Et quasi idem sentit gloss. in ver. prodire. 7. q. 1. c. sciscitaris. Innoc. & 273 Hostien. in. c. penul. j. eod. tenent, quod si qualitercunq; auxilio suo mors, vel mutilatio sequuta sit, etiã in bello iusto, clericus sit irregularis. Idem tenet Specul. in. d. tit. de iudice dele. s. iuxta. ver. item clericus. & verfi. potest etiam dici. per tex. 5. r. dist. in. c. si quis post. 1. 6. q. 3. c. porrò. 23. q. 5. c. quicumq; ex clero. 1. q. 1. c. si. hanc etiam opi. tenet Rayn. in summa huius titu. Io. And. in. c. dilecto. de senten. excommu. lib. 6. tenet, quod non licet arma ministrare. Specul. verò in. d. s. iuxta. ver. quid si clericus in bello. dicit, quod si talis non intendit quod balistarius aliquem interficiat, vel interficere velit; sed solum ut inimicos terreat, vel se, siue sua defendat; vel recuperet; talis non est irregularis; licet ille aliquem interficiat, pro eo, quod aduersarius noluit aliena dimittere, vel ab opugnando desistere. Et eodem modo dicit non esse irregularem illum, qui in bello iusto prepositus est exercitui, ut sumptus faciat, & cuncta disponat; si forte præcipiat lanceas, vel sagittas emi, vel ministrari; vel si hortatur ad currendum post hostes, ut illis præda, vel captiui auferantur; licet inde mors sequatur; dummodò ipse nullo modo intendat ad mortem. Archid. 23. q. 8. c. final. refert opi. & tandem in effectu videtur sequi dictam ultimam opin. Ioan. Andr. post Inno. latius assumit hunc articulum in. d. c. sententiam. Primo, recitata dicta vltima opi. dicit, quod talis, qui prædicta intentione arma ministrat, non est irregularis. A signat rationem; quia ille qui balistam, vel arma parat, aut ministrat, non commisit homicidium factò proprio, nec consilio, nec mandato, vel voluntate; quia illum occidi non voluit; ergò non est homicida. 5. o. dist. in. c. si quis viduã. j. eod. c. significasti. 2. de cleri. pugnan. c. 2. & 3. Multo ergò minus si tradidit arma non pugnantibus, quæ tamen credidit recipi ab illo ad sui defensionem. Allegat etiam not. per Hostiã. in. c. ita quorundam. s. de iuda. Io. Andr. dicit super gloss. 4. quod in non pugnantibus, quibus clericus arma ministrat, quos credit petere ad defensionem, diligenter plura sunt consideranda; causa, scilicet; petitionis armorum, & personarum qualitates; quibus consideratis poterit quæ facilliter arbitrari, an tradens arma sit dignus poenitentia, vel an sit irregularis; quia nunquam, secundum Io. And. licet clerico in bello quantumcunq; iusto ministerium, vel consilium ad mortem præbere. j. de pœnis. c. quod in dubijs. Facit quod legitur, & not. in. c. ex multa. in fin. s. de voto. Nec etiam ad sui defensionem licet ministrare; alioquin ministras est homicida, & irregularis dicitur, quia dat operam rei illicitæ ministrando arma ad bellum; & quia non adhibet omnem diligentiam, quam potest, ne fiat homicidium; sed ipsum procurat potius perpetrari, & causam propinquam præbet, argu. tex. nostri. & c. cum Ioannes. & c. final. j. eod. Subdit etiam Ioan. And. in. d. c. sententiam. quod istis balistaribus, & similibus, qui quasi continuo sunt viri sanguinei, pro-

hibitum est parare balistas; vel sagittas, etiam in iusto bello; sicut prohibitum est præesse, vt. d. c. sententiam. Ensem verò, & lanceam eis parare non est prohibitum. Nec obit. quod ille qui scribit sententiam sanguinis reputetur irregularis. d. c. sententiam, vt dixi. s. in. 5. q. huius articuli; quia respondeo, quod ille qui scribit sententiam sanguinis, intendit ad occidendum; & ideò, quamuis non præstet consilium, vel auxilium, censetur tamen irregularis; sed in casu prædicto intendit se, & sua defendere, & recuperare; nec intendit ad occidendum; vnde si mors inde sequitur non est imputandum se defendenti, sed duritiei aduersariorum, vt. c. postulasti. j. eod. Et hoc in effectu voluit etiam Innoc. in. d. c. sententiam. dicit tamen ibi, quod si aliquis præponatur bello, quod non sit directè ad occidendum; sed ad sua defendenda, vel recuperanda, quod hoc liceret, vt not. in. c. olim. s. de restit. spolia. Tutius tamen est secundum Hostiã. quod nulli bello præponatur, acies, & similia ordinando. 275 Ego arbitror secundum. D. m. quod si bellum sit iniustum, & mors inde sequuta sit ex auxilio alicuius qualitercunq; quod talis sit irregularis. Si verò sit iustum, dic, quod aut est necessarium pro defensione personarum, aut rerum. Si personarum, nullo modo efficitur irregularis; & hoc casu etiam proprio factò committens homicidium, non efficitur irregularis, vt dixi. s. in. 14. & 18. qq. Ergò non efficitur irregularis, ille, qui tenetur defendere, si præstat auxilium. Secundo casu, quando pro defensione rerum, dic, quod non licet ministrare arma, intendendo ad mortem; quia tunc si per auxilium suum in ministrando, & parando fuit sequutum homicidium, efficitur irregularis; secus si certum esset, quod non esset sequutum homicidium, vt puta; quia non erat arma apta ad occidendum; quia tunc ministrator non esset irregularis; quia lex promotionis factum, non intentionem requirit, vt sapius dixi. Nisi forte ex auxilio taliter præstito, per alium fuerit commissum homicidium; licet non per illum, cui arma fuerunt ministrata, ita quod ipse fuerit causa causæ, & causa sua fuerit ordinata ad causatum; licet per causam mediatam. In administratione tamen armorum, limita, nisi essent talia, quæ nisi ad occidendum sunt apta, vt bombardæ, balistæ, & similia; propter quod posset dici esse in culpa; nisi forte ipse, ad terrorem talia præparasset, cum protestatione, ne proijcerent versus homines. Item debet prius, si potest, antequam ministret, dirimere bellum; quia non dirimendo, si posset efficeretur irregularis; quia tunc esset in culpa. Et ita intelligo, quod dicit beatus Thomas, secunda 276 da secundæ. q. 40. articu. 2. qui dicit, quod si auctoritate potest clericus, iuste pugnantibus, suis exhortationibus subuenire; sicut in veteri lege. Deuteronomio. c. 20. mandabatur, quod sacerdotes sacris tubis in bellis clangent. Siquis autem clericus interesset bello, vt non præset viris sanguineis, sed vt respondeat militibus, sumptus ministret, tractatus teneat, sententias proferat, & negotia aptè disponat, hoc licet, vt tenet Specul. in. d. s. iuxta. verfi. clericus. Vbi narrat se præfuisse talibus negotijs peragendis in exercitu. Quod mihi placet, si bellum est iustum. Et ita quotidie videmus Legatos Apostolicos præesse, qui tamè propter peccata nostra, & abusiones,

& nefaria tempora hodierna, non solum prædictis incumbunt, sed omnibus sæuis, nefarijs, & scelestib⁹. Vide ad prædicta glo. 23. q. 3. c. Maximianus. & glo. 50. distinct. c. miror. & 33. distinct. c. final. Sexagesimo quinto quæro, ¶ Quidam ad sociavit scienter illum, qui ibat ad interficiendum aliquem; tamen super homicidio committendo non habuerunt aliqua verba; vel si habuerunt, associans illi dissuasit, cui tamen associatus noluit acquiescere, Vnde associans timens de ipso, ipsum associavit, ad hoc vt si necessitas incumberet ipsum defenderet, an secuto homicidio, vel mutilatione associans sit irregularis? Solu. Doct. in. c. sicut. s. eod. dicunt, quod sic. Idem Hosti. in summa. eod. titu. s. qua pœna. verficu. quis vadat. per not. in. d. c. sicut. verficu. illi. & verfic. final. Idem Specu. in titu. de iudice delega. verficu. quid si aliquis vadit. & hoc indubitanter verum, si associans intenderet ad mortem; secus, si nulla fuit culpa; quia associavit causa pacificandi, vel ex alia iusta causa. Nam licet hoc casu aliquod robur accrescat sociato; quia timor aduersario incutitur; non tamen efficitur irregularis. Hoc probatur in. c. præbyterum. a contrario. s. eod. & tenent Inno. Ioan. And. & Doct. in. c. petio. j. eod. Facit. 23. q. 5. c. de occidendis. 278 verficu. ab sit vt ea. Sexagesimo sexto quæro, ¶ Quid de aduocato, procuratore, & similibus; quorum patrocinio agendo, vel defendendo sequutum est homicidium, vel mutilatio. Hæc quæstio posset hic optimè adaptari; sed dic, vt dixi. s. eo. artic. q. 2. 3. & 4. 279 Sexagesimo septimo quæro, ¶ Vtrum ille qui propter habendam indulgentiam, portat ligna ad comburendos hereticos fiat irregularis? Sol. Specu. in. d. s. iuxta. verfi. quid de his, videtur tenere, quod sic; si ligna combusserunt hereticum. Idem tenet Ioan. And. in. c. sicut. s. eod. Et ex prædictis habes expe ditum hunc articulum de irregularitate, in quam quis incidit ratione auxiliij, opis, & fauoris præstiti. Superest igitur, vt veniamus ad articulum de irregularitate commissi, præcepto, iussu, seu mandato, & sequamur ordinem quæstionum. Sexagesimo octauo quæro, ¶ Qualiter, quis incidat in irregularitatem propter præceptum, iussu, seu mandatum; & circa hanc q. aduertendum est, quod licet præcipere, & iubere idem videantur importare; quia ¶ vtrunq; necessitatem importat, vt dicam; tamen inter hæc duo, & mandatum est differentia; quia iussus, & præceptum important necessitatem, vt. l. 1. & ibi gloss. ff. quod iussu. & ff. quod cum eod. l. 1. & l. 1. si mandato. Sed mandatum non semper importat necessitatem, vt traditur in. d. l. 1. & per Bald. in. l. 1. c. quomodo & quando iud. & not. gloss. in regula, rati habitio. de re iur. lib. 6. Et not. 283 etiam, quod hæc semper præcedere debent; videlicet, præceptum, iussus, & mandatum, vt not. in. l. si quis mihi bona. s. iussu. ff. de acquir. hæc. Nec sufficit, quod incontinenti sequatur, vt ibi trad. Secus in consensu, & rati habitio, de quibus. j. subijciam. q. 284. 101. ¶ Est autem præceptum, quod quid faciendum, vel non faciendum decernit; est enim idem, quod imperare & iubere, & cõponitur ex pie, & capio secundum Papiam; quia iussu principis capitur, vel dicitur a præcipio, quasi præ alijs capere. Vel dicitur quasi præcellentis ceptum, id est, captum; quia

a solo superiore capitur. Facit. 2. q. 1. c. integritas. 12. q. 5. c. si dicat. & si est iustum obligat semper, & ad semper. Vnde dicimus præcepta legis & c. Vide ad prædicta Archid. de consecr. distinct. 1. c. præceptum. Quandoq; tamen ponitur pro munere, vt not. glo. fin. 12. q. 1. c. 2. facit. 18. q. 1. c. sic enim. Et hoc est ratione subiectæ materiæ; sicut etiam dicitur 285 mus ¶ in verbis imperatini, & in verbo, debet. quæ quandoq; propter subiectam materiam non importat necessitatem, vt dixi post glo. in verbo, debet. in. c. si vir. j. de adult. trad. in. c. 1. s. de desponsa. impub. per Legistas in. l. 3. C. de pigno. Sed redeundo ad principalem materiam nostram dico, quod 286 ¶ qualitercunq; ex mandato, vel iussu commissum sit homicidium, vel mutilatio, præcipiens, vel mandans efficitur irregularis, vt. c. sicut. s. eod. & c. si. j. de cler. pugnan. in duel. & c. si quis viduam 50. distinct. & probatur ex alijs particularibus. qq. infra dicendis, quod tamen intellige, & declara; vt infra in illis subijciam. Sexagesimo nono quæro, 287 ¶ Aliquis dominus mandauit. T. vt. S. occideret, vel mutilaret; & ille exequutus est mandatum, an sit irregularis? Solu. Hoc non videtur esse dubium, quod sic, respectu mandantis. An autem mandataris, dic, vt dixi. s. q. 25. Septuagesimo quæro, 288 ¶ Mandauit quis Titio, vt. S. vulneraret; postea sibi prohibuit expressè quod non occideret, vel mutilaret; an fiat irregularis; si postea sequutum est homicidium, vel mutilatio? Solu. text. est expressus hodiè, quod sic, in. c. final. eod. titu. libr. 6. & ratio est, quia ille mandando fuit in culpa. Debit enim hoc cogitare euenire posse, & verisimiliter. Præterea mandatum fuit illicitum, & casus est ordinatus ad causam. Ergò efficitur irregularis, vt dixi. s. in articu. de causa. in regulis generalibus. q. 4. 1. & probatur in. c. continebatur. s. eo. facit. l. qui occidit. ff. ad legem Aquil. Septuagesimo primo quæro, ¶ Quid si mandataris in casu prædicto non occidat; sed occidatur, an mandans sit irregularis? Ioan. And. in. c. final. j. eod. dicit, quod quicumq; dicant Innocen. & Hostien. in consulente, mandans est irregularis. Et hoc mihi placet, per rationes quas allegavi in præced. q. quæ vendicant sibi locum hic; & sequitur D. Domini. Fortius ergò idem dicendum est in eo, qui simpliciter mandauit homicidium committi; si mandataris occidatur. Septuagesimo secundo quæro, 290 ¶ Mandauit Titius Seio vt occideret. P. de die S. occidit illum P. de nocte, an sit irregularis? Solu. ex præceden. sequitur, quod sic. Quinimò, & talis in foro contentioso teneretur de homicidio, & 291 ¶ idem in eo, qui concessit arma, vt quis interficeret. T. post depositum officium; licet ille interficeret durante officio, vt dicit not. Barto. in. l. is qui 292 opem. ff. de furt. vbi tractat, ¶ an si alteratur qualitas pœnæ, quia grauius punitur homicidium de nocte, quam de die, vel grauius puniatur interficiens officialem, quam priuatū, an mandans debeat puniri de interfecto cum illa conditione, vel sine; & concludit, quod debeat puniri, ac si madaffet interfici de nocte, vel officialem. Septuagesimo tertio quæro, 293 ¶ Mandauit. T. Seio vt interficeret. M. deinde reuocauit mandatum, non obstante reuocatione S. interfe-

terfecit, M. an mandans sit irregularis? Solu. Specul. in tit. de leg. §. iuxta. versic. idem quoq; & seq. dicit, quod si mandator demum contrarium mandavit, non efficitur irregularis, per. c. 1. §. de regul. iur. Idē  
 294 etiam dicit, si mandatarius scit, quod mandator fecit pacem cum occidendo. 2. 2. q. 1. c. omne. vel quod parentelam, & amicitiam secum contraxit, vt. c. 2. §. de despon. impuber. licet mandator hoc non  
 295 significauerit mandatario; quia § certus certiorari non debet, vt. l. 1. ff. de act. empt. & c. cum iur. vniuersas. §. de elect. & idem Ioan. And. hic in. 6. q. per. not. in. l. 3. §. final. cum. l. seq. ff. de admin. tut. In contrarium tamen facit, quod dicam de reuocante consilium. q. 78. Et vide ad hanc. q. quod dixi. §. de sentē. excomm. c. peruenit. in. 9. prin. artic. q. 8. & 9. Septuagesimo quarto quæro, § Quid si mandatarius, qui in terfecit, iuratus, & examinatus deposuit, quod propter præceptum, vel mandatum non interfecit; sed propria voluntate; an mandans sit irregularis? Solu. dicit Ioan. Andr. quod si famosum sit, quod ex illo mandato scandalum sit suscitatum, nõ est ei soli credendum, arg. c. ex literis. §. eod. Si verò sit constitutio tunc mandans debet sequi conscientiam suam, arg. c. exhibita. §. 1. & c. petitio. §. eod. In dubio tamen debet abstinere. Et adde ad hanc materiam, quæ plenissime dixi in clem. 1. de renun. & vide Bald. in. c. 1. de pace iur. fir. Et vide etiam, quæ dicit Bal. post Iac.  
 297 But. § de eo, qui mandavit fieri maleficium per illum, qui aliàs sine mandato erat factururus, tetigi de  
 298 citat. artic. 3. 4. q. 2. Septuagesimo quinto quæro, § Iudex ecclesiasticus, vel prælatus præcepit iudici saculari vt puniret malefactorem, an sit irregularis? Sol. glo. fin. 1. 5. q. 6. c. 2. arguit, quod non, per illum text. & per tex. 2. 3. q. 4. & q. 5. c. Regentes. & q. 8. c. vt pridem. In contrarium tamen allegat. 2. 3. q. 8. c. his a quibus. & ibi Archid. tenet primā opi. & dicit, quod Vgu. & Lauren. eam firmant, per. c. si quis viduam. 50. distict. quia & Deus dixit Moyfi; malefactores non permittes viuere super terram. Sed fortē hoc limitandum est, si modo mādatur sit generale de puniendo omnes malefactores; secus si speciale, vt puniret Titium de homicidio, sacrilegio; vel simili, ex quo omnino mors sit futura. Facit quod dixi. §. q. 55. Hoc tamen non est sine dubio, si mandatum esset simplex, vt puniret Titium non adiecta certa pœna; secus, si vt suspenderet, vel decapicaret. Septuagesimo sexto quæro, § Syndicus ab vniuersitate constitutus accusat de crimine publico ex mandato vniuersitatis, propter quam accusationem sequitur condemnationem ad mortem, vel mutilatio; an omnes de vniuersitate sunt irregulares? Solu. Ioan. Andr. in. c. dilectus. 2. §. de symon. dicit, quod q. prædicta non procedit. Nam syndicus non accusat nomine vniuersitatis; sed proprio, & ad vtilitatem vniuersitatis; sicut tutor nomine proprio ad vtilitatem pupilli; de quo artic. latius ibi dixi. & trad. per Cyn. & Doct. in. l. 2. C. de accusat. & per Barto. in. l. 2. ff. eod. Subdit tamen Ioan. And. quod si syndicus admitteretur nomine vniuersitatis, stare remedium. c. 2. eo. tit. lib. 6. quasi sentiat, quod sine illa protestatione, si vniuersitas intenderet ad mortem, omnes sunt irregulares. Ego arbitror hæc intelligenda, secundum declarationes, & limitationes præcedentiū

questionum. Item dico hoc verum, si apparet, quod omnes de vniuersitate consenserint. Et quanquam  
 301 ¶ vniuersitas sit corpus fictum, & imaginatum; & licet  
 302 certum communicato consilio delinquat, non videatur delinquere singuli de vniuersitate, secundum ea quæ dixi in. d. dilectus. in. 2. q. tamen omnes singulares consentientes, quorum vota possunt fecerni, propter eorum voluntatem ad homicidium, ex eo, quia causam dederunt, sunt irregulares, arg. eorum quæ dixi in. d. dilectus. in. vltima. q. Incidit tamen decisio huius. q. in dubitationem, de qua dixi. §. q. 30. & q. 38. Vnde dicerem, quod eo casu, quo sine protestatione, ex mandato, & accusatione inde sequuta, propter quam damnatus fuit ad mortem, vel mutilationem efficerentur irregulares, omnes illi quorum vota possent fecerni ad eam intentionem. Si verò non possunt fecerni, dicamus, quod omnes  
 303 sint irregulares; quia in dubio, quis potius debet iudicari irregularis, vt hic. Vel possumus dicere, quod hoc relinquendum sit conscientie vniuersitatis; secus dum varias opinio. quas retuli in. d. q. 39. Et ideò vtilis esset cautela, quod vniuersitas in constitutione syndici protestaretur, secundum formam. c. 2. eod. tit. lib. 6. Et ex his habes expeditum hunc articulum de mandato, præcepto, & iussu. Sequitur nunc ex ordine vt videamus de irregularitate, quæ committitur consilio, persuasione, suggestione, instigatione, vel monitione alicuius. Prosequendo igitur ordinē  
 304 questionum. Septuagesimo septimo quæro, § Qualiter quis in prædictis casibus fiat irregularis. Et ad  
 305 uerte; quia consilium differt ab ope, stricto sumpto vocabulo. l. in furti. §. ope. de furt. & l. sæpè. ff. de verbor. signific. licet largo modo ille, qui dat consilium, dicatur præstare opem. l. qui seruo. §. idem Pomponius. ff. de furt. vnde in plus se habet opem ferre, quæ consilium præstare; quia omnis ille qui consuluit,  
 306 opem fert; sed non contra, § Est autem consilium, quædam probabilis persuasio debito tempore alij insinuata, secundum Bald. in. l. 1. C. de manu. vindic. licet ibi loquatur de consilio, quod requiritur ad substantiam, seu formam alicuius actus, de quo etiam per Barto. in. l. 1. §. si plures. ff. de exercit. Potest autem & hoc pertinere ad materiam nostram; sed melius dicit Old. consilio. 44. quod incipit, quæritur si episcopus senio. vbi dicit, quod consilium videtur præsupponere quandam mutuam deliberationem. Ideò inter absentes non congruit, vt. ff. de arbitris. l. si vnus. §. fin. & hoc consilium debet præcedere deliberatio; quia quæcunq; animi destinatione peragenda sunt, non nisi certa, & vera scientia perfici debent. l. quæcunq;. ff. de re iud. Debet igitur consilium  
 307 habere deliberationem, cuius duæ sunt partes, secundum Aristot. 5. Ethic. quarum prima est Eubolia. hoc est, bona consiliatio. Altera, custodia hoc est bona consideratio, seu coniecturatio. Potest autem se habere dupliciter, vno modo prout quis in se deliberat, & deliberando eligit. Alio modo, prout quis alteri consulit, vt aliquid faciat, vt sentit Bartol. in. l. sæpè. ff. de verbor. significat. & Ioan. Andr. in. c. cum olim. §. de arbi. & de secunda specie est materia nostra. Item aduerte, quia consilium potest esse malum, & bonum, vt. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrupt. probatur in. l. consilij. ff. de reg. iur. Vnde est in anti-

308 antiquo proverbio, ¶ Malum consilium consultori pessimum, quod vnde habuerit originem dixi in gl. in verbo, consiliarios in clem. 1. de foro competen.  
 309 sicut dicimus in § dolo; quia quidam bonus, & quidam malus; vt in rubri. coniuicta. l. 1. §. non fuit. ff.  
 310 de dolo. ¶ Persuadere autem, est de aliqua re auditori fidem facere, seu præbere, vt not. in. d. §. persuadere. Vnde Cicero ad Herennium. Si audaciter fuerit persuasus, hoc est, si oratio fidem fecerit. Glo. tamen in versic. inflammasse. in. c. sicut. §. eod. dicit, quod persuadere, est idem quod inflammare; sed debet intelligi verbis, aut rationibus. Et vide text. in  
 311 d. c. persuadere. quod ¶ plus est persuadere, quam compellere, cogere, seu mandare. Et ideò, quandoq; persuadens plus punitur, quam faciens, vt not. gl. 50. distict. c. miror. Facit. 81. distict. c. tanta. Aduerte, quia ¶ qui persuadet non dicitur mandare. l. 1. §. idē Pomponius. 2. in versic. si verò. ff. de pos. Et vide ad prædicta Dyn. in regula, scienti. de reg. iur. lib. 6.  
 313 ¶ Suggestere verò, est insinuare, subministrare, subijcere; vel dic, quod suggerere, est suadere, seu quasi latenter consulere; & proprie causa decipiendi, vel nocendi illi, cui suggeritur, & etiam alteri. Hoc tradit Archid. 1. distict. in. c. primates. Facit. c. sicut. versic. si verò. §. eod. licet quandoq; accipiatur in bonam partem, vt in Euangelio. Ioan. cap. 14. Ille suggeret vobis omnia. Ita iuritur in. d. c. primates. & 7. q. 1. c. 1. §. de decimis. c. suggestum. cum simil.  
 314 ¶ Instigare verò, est animum incitare ad iram, seu latratum. Vnde proprie non pertinet nisi respectu patientis ad canes. Vnde Terentius, Tu verbis  
 315 instiga. ¶ Monere proprie sumitur in bonam partē, & est maiorum, seu æqualium. Persuasio verò, seu suasio etiam inferiorum; largo tamen vocabulo etiā accipimus in malam partem, vt si monet quæ aliquē, quem modum debet tenere in homine interficiendo; & est idem, quod instruere, & docere. Est igitur aduertendum, quod licet prædicta ita differre videantur; tamen quantum ad casum nostrum dicendum est, quod omnes prædicti, qui consuluerūt, persuaserunt, suggererunt, instigauerunt, vel monuerūt ad homicidium committendum, sunt irregulares; homicidio, vel mutilatione inde sequuta. 50. distict. c. si quis viduam. & c. sicut. §. eod. & probatur ex infra dicendis. Septuagesimo octauo igitur quæro  
 316 ¶ Consuluit, quis, vel suavit homicidium committendum, ille verò nõ statim commisit homicidium, sed ex intervallo, an consulens, vel suadens sit irregularis? Solu. dic, quod sic; licet tempore perpetrati homicidij, consulens sit in amicitiam cum occiso; nisi consulens tempestiuè reuocasset consilium, & denuntiauerit illi, qui debebat interfici, vt sibi caueret, arg. ff. manda. l. si mandasset. & ff. ad Macedo. l. si tamen. §. si filius. & l. 1. ff. quod iustu. & §. de procu. c. mādator. & c. ex insinuatione. §. de rescrip. c. ex parte. secundum Inno. hic. Facit quod not. Ludouic. Ponta. in. l. post dotem. ff. solu. matrimon. dixi. de procur. §. 12. Dicit tamen Innocen. quod ad hanc denuntiationem nõ astringitur, si firmiter, & probabiliter crediderat, quod is cui cōsuluit, adquefuit reuocationi consilij, & sequitur hic Ioan. Andr. in. 5. q. Dicit tamen, quod tunc efficitur consulens irregularis, si cōsultatus fuit motus ex consilio; secus si non fuit mo-

tus ex consilio. Facit quod notatur in. c. cum I. & A. §. de re iudi. & hoc dicit verum, maximè, quod reuocato consilio non tenetur, si intra certum tempus mandavit homicidium committendum; deinde reuocauit consilium; & tamen ille post illud tempus commisit homicidium, argum. not. in. c. de illis. §. de sponsa. & sequitur etiam hoc. D. Anton. hic. Sed  
 317 quæro, ¶ quæ sit ratio, quod in mandato de occidendo sufficit simplex reuocatio absq; notificatione, vt dixi. §. in. 2. 3. q. & hic, si dubitat, non sufficit simplex consilij reuocatio? Sol. dicunt hic Doct. quod mandatum sit gratia mandantis tantum. Ideò non est præsumendum, quod mandatarius non acquiescat reuocationi; sed consilium, suasio, seu suggestio sit gratia eius cui consulitur, quod, vt plurimū, fit rationibus vrgentibus, & ideò non ita de facili persuadetur contrarium; & ideò non sufficit sola dissuasio;  
 318 sed ¶ requiritur, quod certificet illum, qui occidi debebat, si eum remordet conscientia; & hæc est communis sententia, quam etiam seq. hic Ioan. Andr. D. Ant. & D. m. & Barto. in. l. non solum. §. mandato. ff. de iniur. dixi in clem. 1. de renun. Debet tamen esse cautus ille qui denuntiat, seu intimat hoc occidēdo, vt non propalet illum, qui debebat interficere, argu. 46. distict. c. clericus. & 2. q. 1. c. si peccauerit. Se-  
 319 ptuagesimo nono quæro, Vtrum ille, qui non consuluit directè homicidium; sed quodammodò indirectè, vt p̄ba; quia suavit iactum machinæ; vel bombardæ, vel ad faciendum insultum ad castrum capiendum, an sit irregularis, si aliquis inde moriatur? Sol. Inno. hic, dicit, quod sic; quia occasionem verisimile, & propinquam dedit homicidio; quia talia non conueuerūt fieri sine occasione; immò homicidium est talibus valde propinquum; ergo imputatur, arg. not. in. c. de cætero. & c. continebatur. §. eod. maximè, quia hoc non est officium clerici, vel volentis in præbyterum promoueri. Facit quod not. in. c. suscepimus. §. eo. & c. final. de postula. & seq. hic Hostien. Ioan. Andr. D. Anto. & D. m. Octuagesimo quæro,  
 320 ¶ Vtrum ille qui cōsulit, quæ castrum furtiuè, vel proditoriè capiatur, sit irregularis, si inde homicidium, vel mutilatio committatur? Solut. quidam dicunt, quod non; nisi esset verisimile, quod hoc non posset fieri absq; homicidio. Alij dicunt, & fortè melius, secundum Inno. quod si tale opus est illicitum, erit irregularis, etiam si casu sequatur mors, vt in iuribus allega. in præceden. q. Fallit in casu. c. fin. eod. titu. lib. 6. & quod dixi. §. q. 60. & sequitur Ioan. Andr. in. 2. q. Ego arbitror posse distingui, quod aut bellum erat iustum; & hoc modo licet furtiuè, vel proditoriè aliquid consulatur, non dicitur res illicita; sed dolus bonus, vt. l. 1. §. 2. ff. de dol. & ideò si præter intentionem, & verisimilitudinem sequutum est homicidium, non efficeretur irregularis, argu. eorum, quæ supra pluries dicta sunt; & ita procedat prima opinio. Alias procedat secūda. Octuagesimo primo  
 321 quæro, ¶ Aliquis consuluit vt malefactor caperetur, qui captus, damnatus est ad mortem, an sit irregularis illo occiso? Solu. Inno. hic, dicit, quod non, si præter intentionem suam sequatur illius occisio, argu. c. final. §. eod. secus, si directè consulisset in mortem. Facit. c. sententiam. §. ne cleric. vel monac. Et hoc tenet hic Ioan. Andr. in. 3. q. & dicam infra.

Cris opi.



322 Octuagesimo secundo quæro, † Officialis captus malefactoris, querit ab aliquo, quid facere debeat de illo, ille respondet, talem morte puniendum, vel mutilandum, hoc consilio motus officialis illum suspendi facit; an consilens sit irregularis? Sol. Rayn. tenuit, quod sic; quia consilens fuit in culpa; quia consuluit super casu, qui de facto tunc erat, arg. c. ex literis. j. de excess. prælat. Contrarium tamen videtur tenere gloss. in. d. c. ex literis. & gloss. in. c. fin. 3. distinct. & Goffred. in. c. clerici. s. ne clerici vel mona. Tu verò distingue ex mente Hostien. in. d. c. ex literis. & Io. Andr. in. d. c. clerici. s. ne clerici. vel monac. & in. d. c. ex literis. & Specu. in. d. §. iuxta. versicu. quid si iudex, quod aut non imminet casus in facto de presenti, aut imminet. Primo casu, Goffr. Io. Andr. & Archidia. & D. m. tenent, quod non sit irregularis; quia potest in genere respondere, lex sic dicit, arg. 2. q. 5. c. 1. & 5. q. 6. c. delatori. Specu. verò in. d. loco dicit, quod si clericus respondet quem morte puniendum generaliter pro tali crimine, & iudex sequutus sit suam responsionem, & illum taliter delinquentem damnat ad mortem, quod si respondens erat Iuriconsultus, aut doctor, qui consultus consuevit talibus respondere; & tunc aut iste erravit in apicibus iuris, ubi sunt variae Doctor. opi. & respondet, secundum suam opinionem, in qua etiam periti errassent, & non efficitur irregularis; dum tamen exprimat, & super hoc varie sunt opinio. Aut erravit per crassam, & supinam ignorantiam; quia nullus in illo articulo dubitasset, & est irregularis; quia fuit in culpa; cum esset Iuriconsultus. Si verò non est Iuriconsultus; sed simpliciter dicat, quid de hoc sentiat, nec presumere debet, quod iudex suam sequatur opinionem non efficitur irregularis; ex quo non respondet ad casum, qui de facto pendeat. Secundo casu, quando crimen in facto de presenti imminet puniendum, efficitur irregularis siue ex generali, siue ex speciali responsione sequatur homicidium; secus si ex sua responsione non sequeretur homicidium; quia forte iudex erat dispositus ad illum decapitandum, & iste fuit interrogatus a quodam alio, quæ pœna imponatur pro tali delicto, & respondet, quod capitalis; nam ex hoc non efficitur irregularis; quia homicidium non fuit sequutum suo consilio, secundum D. m. in. d. c. ex literis. Octuagesimo tertio quæro, † Officialis alicuius episcopi habet iurisdictionem temporalem, querit ab episcopo, quid agendum sit; de aliquo capto de crimine, pro quo venit imponenda pœna mortis? Sol. dic. quod debet respondere, quod ad ipsum non pertinet de talibus respondere; sed quod alios peritos debeat consilium super hoc, argu. c. ex literis. de excess. prælat. Potest tamen, secundum quosdam dicere, quod puniat, secundum quod iura volunt; dum tamen non exprimat de pœna sanguinis aliquid, argu. c. omnis. 3. distinct. Facit quod dixi. s. 65. q. Octuagesimo quarto quæro, † Quidam, volenti liberare hominem a morte, retraxit illum consulendo ne liberaret; an sit talis consilens irregularis? Sol. Specu. in. titu. de legato. §. iuxta. versicu. quid si cum velles. tenet, quod sic, per. c. si quis viduam. 5. o. distinct. & de pœnit. distinct. 1. 325 c. periculosè. Octuagesimo quinto quæro, † Aliquis interrogatus, an captus esset a morte liberan-

idus, respondit, malum est, quod euadat impunitus; an sit irregularis; si postea cõdemnetur ad mortem? Solut. Specu. in. d. §. iuxta. vel sic. quid si episcopus. dicit, quod sic; & idem tenet. D. m. post. Doctor. in. d. c. ex literis. j. de excess. prælatorum, secundum vnum intellectum. Octuagesimo sexto quæro, † Quid si consanguinei, vel amici alicuius offensis, querunt consilium a consanguineo, forte clerico de vindicando offensam; quia dicunt, quod volunt interficere offensorem; qui tamen noluit consulere; sed tacuit, an efficiatur irregularis si mors inde sequatur? dic. ut dicam infra. q. 95. 327 Octuagesimo septimo quæro, † Aliquis timens interfici, vult aufugere, ego dixi, quod non timeret, & promisi fidem, & securitatem, vnde propter persuasionem meam, & fidem promissam, non fugit; propter quam causam interfectus est in eo loco, in quo interfici timebat, an fiam irregularis? Solu. dic. quod sic, secundum quosdam, nisi promittens quasi probabilem, & certam securitatem habuisset posse firmiter adimplere, quod promisit, ut puta; quia habebat in illos, de quibus iste dubitabat, dominium, aut patriam potestatem; aut erant sibi tali amicitia, consanguinitate, vel affinitate coniuncti, quod potuit eos a tali proposito reuocare. Si verò non habebat probabilem credulitatem, & sic fuit in culpa ita temerariè promittendo; vel fuit in negligentia proxima dolo, efficitur irregularis, ut tenet Specu. in. d. §. iuxta. versicu. quid si aliquis 328 mori. & benè. Octuagesimo octavo quæro, † Contra hospitium episcopi sit improuisus insultus, episcopus, qui intus est; & timet de sua, & suorum morte, consulit suis, ut assumant balistas, & arma; dicens, Defendatis vos, & nos; illi sic faciunt; & plura homicidia hinc inde perpetrata sunt; an sit irregularis? Solut. Hostien. hic, dicit, quod si iste timebat de persona sua, & suorum, licitè fecit. Facit quod dixi. s. q. 14. & q. 18. & quod statim dicam in seq. q. Facit. c. dilecto. de senten. excomm. lib. 6. & c. 2. §. final. si. eod. & † homicida sunt imputanda duritiei insultantium, vt. c. postulasti, j. eod. Si verò pro rebus conseruandis tantum consuluit, debuit potius ipsas exponere. Vide quæ dixi. s. q. 28. Tutius tamen est, secundum Io. Andr. hic. in. 2. q. quod non faciat expressam monitionem de balistis. Facit quod dixi. s. q. 64. & q. 89. & j. de sagitt. c. 1. Nam hoc casu non imputabitur sibi; quamuis hi, quibus in genere consuluit, ut sumerent arma, suspenderint balistas; quia multa licent in genere, quæ non specie. j. eod. c. postulasti. & s. de iure patronat. c. ex literis. Facit quod dixi supra. q. 82. Octuagesimo nono quæro, † Quidam consuluit, seu persuasit alicui, quod pro patria sua, vel suo iure, aut proximi defendendo, sumat arma, & se periculo exponat; & in illo consilio aliquis est interfectus, an sit irregularis? Sol. dic. quod non, etiam si mortuus esset ille, cui consultum fuit, argum. 23. quæst. 3. cap. 3. pro membr. & c. seq. & quæst. 8. cap. igitur. & cap. cõuenior. & capit. hortatu. secundum Inno. hic, quem sequitur Io. Andr. in. 1. o. q. & gloss. in. capitu. quod in dubijs. j. de pœnis. Facit quod dixi. s. q. 18. & q. 64. idem

idem Archid. 28. quæst. 8. in summ. & hoc verum, nisi ille sciret talem omnino moriturum; quia tunc fieret irregularis. Idem not. Specu. in. d. §. iuxta. versicu. porro si quis. ¶ Nonagesimo quæro, Quid si aliquis alicui consulat, quod se indubitanter exponit morti pro amore Iesu Christi, vel pro fide, vel pro libertate ecclesiæ, an talis consulens sit irregularis? Solut. dic. quod talis non est irregularis, etiam si postea ille moriatur, cum Christus pro nobis mortuus fuerit, & ei teneatur rependere vicem, prout fecerunt sancti Martyres. 332 ¶ Nonagesimo primo quæro, † Quidam consuluit alicui, ut alium occideret; ipse verò aggressus ab aggresso occidit; an consulens sit irregularis? Solut. Quidam dicunt, quod sic; quia dedit operam consilio illiciti operis; vnde quicquid mali, culpa, vel casu inde sequutum est, sibi debet imputari, vt. c. continebatur. & c. suscepimus supra eod. Potuit enim considerare, quod etiam ab illo poterat occidi; & sic est irregularis. 5. o. distinct. capit. hi qui. & capit. penult. Alij tenent contrariam sententiam; quia iste nullum consilium dedit in mortem istius interfecit; immò eum mori volebat, quia si hoc intendisset, sine dubio esset irregularis, vt. d. cap. hi qui. & capit. sapè. & infra eod. capit. significasti. Sed si excitaret aliquem ad occidendum aliquem in loco, ubi intaret periculum mortis, fieret irregularis; etiam si is cui consuluit occideretur; semper enim apparet, quod non fuit diligens, nec bonum dedit consilium; ex quo ille qui recepit, fuit interfectus. Secus si non consuluit fraudulenter; quia licet consilium fuit malum, & magna negligentia; non tamen fuit ad mortem ipsius; quia consilium debet intelligi, ut cautè ageret. Et si fines mandati diligenter sunt seruand. capit. cum dilecto. supra. de rescript. l. diligenter. ff. mandati. & idcò si non cauit sibi, ut debuit, & fines mandati excessit, sibi imputet, maxime cum excedendo, non videatur fecisse consilio illius. Et hoc tenet hic Innocen. & sequitur Ioan. Andr. in. 7. quæst. versicu. quid si Titius. & Specu. in. titu. de leg. §. iuxta. versicu. quid si aliquis. Sed Ioan. Andr. ibi in addit. tenet, quod simpliciter consulens sit irregularis, per. c. final. eod. titu. lib. 6. & hoc mihi plus placet. In mandante verò, quid iuris sit, dixi supra. q. 71. 334 ¶ Nonagesimo secundo quæro, † Aliquis consulit alicui, ut se proijceret in mare, vel præcipitaret per fenestram; & ille hoc facto moritur, an suggerens sit irregularis? Solut. Inno. dicit, quod sic, per. capit. si quis viduam. 5. o. distinct. ¶ Nonagesimo tertio quæro, † Pone, rusticus erat super asinum, & volebat transire flumen, & cum esset in medio fluminis asinus incepit nolle ire nec ante, nec retro; sicut asina Balaam, vt. 2. q. 7. §. item cum Balaam. & sequen. clericus verò, vna cum alijs; quia aqua crescebat clamauit ad illum, ut descenderet de asina ne periret; credens verisimiliter cum euade re posse, ille verò ad eorum clamorem descendens submersus est, an præbyter, & alij sint irregulares? Sol. dic. quod non, absit enim vt ea quæ propter

bonum facimus. & c. 23. q. 5. capita. de occidendis. versicu. absit. hoc tenet Specu. in. d. §. iuxta. versicu. sed pone, Rusticus. ¶ Nonagesimo quarto, & ultimo quæro, † Quid de medico, vel alio qui suadet abortum mulieri prægnanti? Solut. collige ex his quæ dixi supra 36. quæst. Adde tamen ad prædicta, quæ dicam in capit. nuper. infra de senten. excommunicat. Vnum distinguamus circa consilium 337 † Vtrum ille esset facturus, vel non; ad hoc vt consulens teneatur de consilio, vel non; de quo ibi per D. m. Et ex his habes expeditum hunc articulum de consilio, persuasione, & c. Sequitur nunc ex ordine, vt videamus de irregularitate commissa ex homicidio commisso per negligentiam, desidiam, seu incuriam. Vnde sequendo ordinem quæstionum. 338 ¶ Nonagesimo quinto quæro, † Vtrum ille ex cuius negligentia, seu desidia commissum est homicidium, vel mutilatio, sit irregularis? Circa quod videndum est, quod negligentia dicitur priuatio diligentia, vt dicit Bart. consilio quod incipit charissime domine, & est. 1. o. lib. 1. Vnde sicut diligentia est mater virtutum in suo opere. 83. distinct. in. c. nihil; ita negligentia est nouerca eruditionis, vt. d. c. nihil. & ideò semper sonat in vitium, vt not. Io. Andr. post Archid. c. 2. de reb. eccl. non alien. lib. 6. & est peccatum mortale, vt cap. ea quæ. s. de offic. Archidia. dixi. in. capit. 3. s. de accusation. in tertio notabi. & eius mater, vt plurimum, est securitas, vt inquit Grego. in moralibus. & Oldra. consilio 81. in fin. Facit. l. nec supina. ff. de iuris & fact. igno- 341 ran. † Desidia verò, quasi pro eodem ponitur; dicitur enim quasi deorsum sedens; hoc est, in terra. 342 † Incuria verò, dicitur quasi sine cura, & sic sine diligentia; & sic quasi pro eodem ponitur cum negligentia. Nam curiosus, idem est, quod diligens. 343 Vnde † cura dicitur, quasi cor vrens, vt not. Archid. in. c. 1. de fil. præbyter. lib. 6. inde descendit beneficium curatum. † Vtrum ergo ille, cuius negligentia commissum est homicidium, sit irregularis? dic. quod sic; quia talis qui negligit, cum potest subuenire vitæ alterius, dicitur occidere. 83. distinct. c. pascere. & 87. distinct. c. fi. 75. distinct. c. si quis abscondit. ff. de lib. agno. l. necessariè. Facit. ff. de re mili. l. omne delictum. §. qui præpositum. 1. r. q. 3. cap. non solum. 1. 2. q. 2. c. aurium. 5. o. distinct. c. contingit. 47. distinct. 346 sicut. & 15. q. 7. capit. 2. & ratio est; quia † facientis culpam proculdubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. † Nec caret scrupulo societatis occulta, qui manifesto facinori definit obuiare. 89. distinct. capit. facientis. & c. sicut. s. eod. Idem tenet Specu. in. d. §. iuxta. versicu. quid si potui. Facit. capit. quanto. j. de senten. excomm. & c. dilecto. de senten. excomm. lib. 6. Et faciunt notab. verba 348 ba † clarissimi, & eloquentissimi oratoris. F. Philadelphici dicentis. Non minus peccat, prohibere crimen qui valens cessat prohibere, quam qui dirus infontem præmit, & fatigat. Et hoc est verum, siue dolosè negligat obuiare homicidio, siue ex culpa. Nec obstat, quod quidam voluerunt, quos sequitur D. m. in. d. c. quanto. vbi voluit, quod si culpa quis negligit obuiare verberationi clerici, non efficiatur excommunicatus; quia respondeo, quod ibi requiritur dolus,

dolus, ad hoc ut sit excommunicatus propter violentam manuum iniectionem in clericum, vt. cap. si quis suadente. 17. q. 4. Sed in casu nostro sufficit sola culpa, vt. c. præsbyterum. & cap. continebatur. & cap. suscepimus. §. eod. & supra sæpius dictum est. Vnde secus dicerem, si non sint in aliqua culpa, vt puta; quia videbat nimis magnum periculum subesse circa personam suam, si voluisset obuiare, vel non videbat posse obuiare, quin alterum occideret; quia tunc non esset irregularis, nec diceretur negligere; quia tunc dicitur negligere, cum potest obuiare, & non obuiat, vt. d. c. facientes. Et quis illud dicitur posse, quod de iure, vel honestè potest. 22. q. 2. c. faciat. & glo. in verbo, potest. in clemen. 8. p. de versu signi. & l. filius. ff. de condi. insti. & per gloss. in. c. si eo tempore. de rescript. lib. 6. & l. nepos Proculo. ff. de verbor. signific. & quod commodè possumus, vt in dictis iuribus. not. Pan. in clemen. 1. de praben. & in clemen. causam. de elect. & quod sine timore, vt not. gl. pen. in. c. quia propter. §. de electio. per. c. bonæ memoriæ Maguntinus. de elect. & quod sine difficultate, not. gl. in tit. de actio. §. penales. 35. q. 1. distinct. c. ab exordio. & idèd non dicimur posse quod per extraordinarium remedium possumus, not. Inno. in. cap. pastoralis. de caus. pos. & propriè. & Lap. in regula semel. de reg. iur. lib. 6. & not. in. l. apud Iulianum in fin. ff. de lega. 1. Et idèd talis non dicitur negligere; & per consequens non est irregularis. Et prædicta adde ad ea quæ dixi. §. quæst. 352. 18. ¶ Nonagesimo sexto quæro, ¶ Aliquis petijt à me consilium de interficiendo aliquem, ego non consului, sed neglexi contradicere; an sim irregularis? Solu. Inno. hic tenet, quòd sic. argu. c. Mattheus. de symo. Idem tenet hic Io. And. & D. Ant. Secus si expresse prohiberem, arg. c. sicut nobis. §. de symon. §. eod. cap. Petrus. & l. q. 4. quia præsulatus. dummodo ex corde hoc faciat; alioquin in conspectu Dei tenetur, si tacitè consensit homicidio; quia lex promotionis non solum in facto consistit; sed in voluntate, & in animo. 15. q. 1. capit. fin. & q. 6. capit. 1.

353 ¶ Nonagesimo septimo quæro. ¶ Vtrum ille, q non reuelat tractatum ei, in cuius mortem scit conspiratum esse, sit irregularis sequuta morte? Sol. glo. si. §. eod. c. Petrus. sentit, quod non. Facit, quia talis non videtur commississe homicidium facto, mandato, consilio, vel defensione. §. o. distinct. c. si quis viduam. & d. c. Petrus. & hoc est verum si prohibuit. Facit quod dixi in præced. q. & hoc est verum si credidit, vel credere debuit, quòd per suam prohibitionem illi non starent, quin perpetrarent homicidium; aliàs secus. Alij verò tenent indistinctè, quòd non tenetur reuelare; sed satis sit prohibuisse. Specu. in tit. de lega. §. iuxta. versicu. quid si amici. & Innoc. in. d. c. Petrus. & ibi. Ioan. And. & D. m. distinguunt, quòd aut qd dolosè nō reuelauit. Aut non dolosè. Primo casu, est irregularis, arg. c. quantæ. §. de senten. excommu. aliàs secus. D. m. consulit, quòd reuelet. Nam propter opiniones, de quibus supra iudicaretur irregularis, arg. tex. nostri. dico tamen, quòd debet esse cautus, ne prodat illos, qui coniurarunt. Et adde quæ dixi supra. q. 73. & quæst. 79. Et prædicta procedunt, quando non fuerunt propalata sacerdoti, in con-

354 fessione. Nam tunc ¶ nullo modo debet manifestare, etiam si iurasset dicere veritatem; quia illud non scit, vt sacerdos; sed vt Deus, vt capitu. si sacerdos. §. de offic. ordin. ¶ Nonagesimo octauo quæro, ¶ Aliquis vult te interficere, nisi ei dem aliquam pecuniæ quantitatem, an teneat dare, ad hoc vt liberem te a mortè; & si non dederò, an sim irregularis, si te interfecit ille? Sol. gloss. 83. distinct. cap. 1. arguit, quòd sic, per illum text. & per text. 86. distinct. in. c. non satis. in princ. Faciunt iura quæ allegauit supra in princip. istius articuli negligentia. Refert tamen gloss. quosdam dicere, quòd soli prælati ad hoc tenentur. 12. quæst. 2. c. gloria. 16. quæst. 1. c. final. Alij dicunt, quòd quilibet tenetur redimere vitam alterius; & hæc videtur mihi tutior. Pro uideat ergò, si potest, aliter quam dando pecuniam; si non potest aliter, det illam. Nonagesimo nono quæro, ¶ Quid si negligentia est commissæ in male ligando vrsu, vel leonem, dic, vt dixi. §. quæst. 47. Centesimo, posset hic adiungi quæstio, de eo qui adhibuit præsentiam homicidio; cuius quæstionis decisio, satis colligi potest ex his, quæ supra dixi in articulo de ope, & auxilio. quæst. 63. & sequen. quia quis debet abstinere, & maximè clericus, si aliquo modo per sui præsentiam auxilium, vel causam præstare posset homicidio, vel mutilationi; secus si ex sola curiositate interesset, vide Specula. in. d. §. iuxta. versicu. quid si episcopus. & D. m. in capitu. ex literis. §. de excess. prælator. Postremo loco superest, vt attingamus de irregularitate, quæ contrahitur ex homicidio commissio consensu, collaudatione, seu ratihabitione. ¶ Est autem consensus, in idem plurium tacitus sensus. l. 1. ff. de pact. tradit Ioan. Andr. in capitu. cum olim. de arbitr. & vide gloss. magnam in fin. in capitu. 1. de reb. eccl. 358 non alienan. lib. 6. quæ dicit, quòd consensus, & ¶ collaudatio est multorum voluntas, ad quos res pertinet simul iuncta. Et aduerte; quia ¶ consensus potest præcedere actum, interuenire in actu & subsequi post actum; nisi consensus requiratur de forma; quia tunc semper debet interuenire in actu, & quando hoc fit, vide notabiliter Doctor. post Innocen. in capitu. cum consuetudinis. §. de consuet. & per gloss. in. c. edoceri. §. de rescript. gloss. in. c. 1. §. de procur. in. c. causam. §. de iudi. in. c. cum vos. §. de his quæ fi. a præla. per gloss. in. c. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. per Bart. in. l. 1. §. si plures. in repet. ff. de exercito. & l. si quis mihi bona. §. iustum. ff. de acquiren. hæred. & in regula ratum. de reg. iur. lib. 6. Bal. in. l. fin. C. ad Macedon. De primis duobus modis; videlicet; quando ante actum, vel in ipso actu, non est articul. noster; sed satis est dictum in articulo præcedentibus. Solum ergò hic examinabimus, quado consensus subsequitur actum; sicut & ratihabitio, quæ semper adhibetur post actum. vt in dicta regula, ratihabitio. Sed redeundo ad propositum nostrum, Centesimo primo quæro, Vtrum per talem consensum, & collaudationem, & ratihabitionem efficiatur quis irregularis, verbi gratia, commissi homicidium me ignorate, nec causam præbente, dico, qd placet mihi illud homicidium per te commissum; vel illud collaudo, an sim irregularis? Solu. Specu. in dicto titu. §. iuxta. versicu.

versicu. sed quid si agenti. Primo, videtur tenere, qd sic. Nam ¶ ratihabitio retrahitur, & mandato comparatur, vt in dicta regula ratihabitio. & l. 1. §. quoties. ff. de vi & vi arm. & §. de elect. c. penul. cum simili. Quod enim quis non pronuntiat in ore, in corde audit Deus; & voluntas pro opere reputatur, 14. q. 1. §. si ago. Hoc idem tenet Hostiens. in summa. §. qua pœna. versicu. quid ergo si placet. vbi dicit, hoc verum, si talis gauderet de morte illius; sed si gaudet malefactorum punitum esse. 23. q. 5. in. cap. reos. licet doleat de morte personæ, & compatitur figuræ Dei, & tristatur, quòd taliter deliquerit, propter quod imago Dei ita punita sit, argu. c. 2. §. eod. & C. de penis. l. si quis in metallum. §. de senten. excommu. c. vt fama. & sequitur ibi Specul. Subdit tamen, quòd in dubio relinquatur conscientia sua, quam intentionem habuerit. §. eo. cap. exhibitæ. §. de iure iuran. capit. mulier. §. 3. distinct. c. habuisset. §. de etat. & qualit. capit. ad aures. Sed tandem dicit, quòd credit, quòd per solam ratihabitionem, sine placetiam non fiat quis irregularis; vbi nullus consensus, vel exhortatio, vel cooperatio, vel præces præcesserint, nec eius nomine factum sit, argum. 362 ff. manda. l. si verò. §. si post. ¶ Peccatum enim quod sola voluntate committitur, sola voluntate contraria aboletur; quia nihil tam naturale & c. l. nihil. ff. de regu. iur. & in. cap. 1. §. de regu. iur. Et hoc etiam videtur sequi Ioan. And. in addit. qui allegat quod in simili nota. in. c. is, cui. 2. respon. de senten. excomm. 363 lib. 6. vbi ¶ per solam ratihabitionem iniectionis violentæ manus in clericum, non incidit quis in excommunicationem; nisi illa iniectionis fuerit facta nomine ratum habentis. Et videtur etiam sequi Ioan. And. & D. Anton. in cap. postulasti. §. eod. qui simpliciter allegauit dictum Specul. Et hoc mihi placet; nam si non fuit suo nomine gestum, deficit factum, quod requirit lex promotionis. 15. q. 1. capit. fin. Vltimo quæro circa hanc septimam quæstionem, ¶ Vtrum peccata, seu delicta, quæ aliàs inducunt irregularitatem, illam inducant, si sint occulta? Sol. gloss. in cap. nisi. §. persone. §. de renun. colligit, quòd sic; quod verum dicit ibi Goffre. si sit tale peccatum, de quo non sit peracta pœnitentia, vt capit. fina. §. de tempo. ordinan. Hostien. dicit, quòd peccatum occultum non inducit irregularitatem, in qua requiratur prælati dispensatio. Inducitur ergò irregularitas, sed sufficit sacerdotis dispensatio in confessione, cum contritione, & pœnitentia. Et ex his copiosè, & ordinatè habes expeditam hanc septimam. q. princ. Octauo principio quæro, ¶ de effectibus irregularitatis; circa quam quæst. aduertendum est, quòd hæc quæstio satis videtur esse intricata; in ea tamen procedam vt clarius potero; & aduertendum est, quòd tres principales possunt insurgere effectus. Primus, impeditiuus promotionis ad ordines. Secundus, administrationis inceptis ordinibus impeditiuus. Tertius, depositiuus ab officio ordinum. Et quoniam, vt supra vidisti in. 7. q. princip. & in. 5. q. plurimis modis, & ex diuersis, quis incurrit in irregularitatem, & plures sunt eius species. Idcirco asumendo aliquas. Primo, quæro, ¶ Quis sit effectus irregularitatis, quæ prouenit homini ex defe-

ctibus, qui in eo sunt, sine facto, & peccato suo; & circa irregularitatem prouenientem ex defectu naturalium, dic, quòd effectus est promotionis impeditiuus, vt. §. de filijs præsbtyt. per tot. tetigi. §. in princip. 7. q. vbi posui plures rationes. Secundo quæro, ¶ Quis sit effectus irregularitatis prouenientis ex bigamia? Solu. simile dic, quòd est promotionis. 82. distinct. c. proposuisti. 26. distinct. c. vna. versu. bigamus. de quo latius de biga. per tot. & per Hosti. in summa. in titu. de biga. §. fina. & §. o. distinct. c. ex penitentibus. & c. quicumque. & c. non cōfidat. Item 368 ¶ si prius habuisset ordines, non solum per bigamiam postea sequentem; sed etiam per simplex matrimonium, impeditur administrare in illis ordinibus. Sed ¶ in bigamo est, si rectè memini, quia amittit omne priuilegium clericale. Tertio quæro, ¶ Quæ sit irregularitas, quæ contrahitur ex deformitate proprii corporis? Sol. dic, similiter, quòd est impeditiuus promotionis ad ordines. 55. distinct. c. pœnitentes. 43. distinct. c. mittatur. & c. vsq; 34. distinct. c. præcipimus. 36. distinct. c. illiteratus. & 371 de his latius. §. de corpo. vitia. per tot. Sed ¶ propter hanc deformitatem non impeditur quis administrare in susceptis ordinibus; nisi sit talis deformitas, seu tale vitium corporis, quod inhabilitauerit illum, talem ordinem exercere, vt. c. præsbtyterum. §. de clerico ægro. dixi. §. in princip. 7. q. 372 princip. versu. secundo quæro. Quarto quæro, ¶ Quis sit effectus irregularitatis contractæ ex violatione censuræ? Sol. dic, quòd effectus est, vt tales impediuntur promoueri. §. de furt. c. fina. Et ¶ quæ sint delicta impediencia ordinationem, vide. 33. distinct. c. maritum. & 34. distinct. c. præcipimus. & vide generalius à 21. distinct. vsque ad. 50. distinct. & à 81. distinct. vsque ad. 90. Nam vt dicit Apostol. ad Thimot. 374 epistol. 1. cap. 3. Oportet ¶ episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem; non vinolentum, non percussorem; sed modestum, non litigiosum, non cupidum. suæ domui bene præpositum, non neophytum. Quæ ¶ omnes qualitates extenduntur ad alios clericos; licet Apostolus loquatur de episcopo. 81. distinct. c. Apostolus. 35. distinct. c. cognoscamus. & Hostien. in summa. de tempo. ordin. §. & cui. Effet etiam difficile nimis prosequi vnumquodq; delictum, & defectum, secundum enumerationem, quam feci, & secundum quem, vel quod quis incidit in irregularitatem, & de effectibus singulorum; esset enim quasi reuoluere totum corpus iuris; & idèd pro effectibus recurrendum est ad titulos speciales. Et pro 376 ¶ quibus criminibus quis sit deponendus, vide. 81. distinct. c. 1. & c. Maximianus. & 22. q. 1. c. si quis per capillum. & tex. in. c. præterea. §. de iure patron. 39. distinct. c. Petrus. de coha. cler. & mulie. c. sicut. gloss. penul. 35. distinct. c. pen. gloss. 50. distinct. c. si episcopus. & c. si quis præsbtyter. & gloss. 1. q. 1. cap. presentium. & gloss. 1. 82. distinct. & glo. in. c. fina. §. de cler. pugnan. in duel. & gloss. magistra. 12. q. fin. in summa. & gloss. 23. q. 3. c. non in perpetuum. 31. q. c. non debet. Gloss. in. cap. vt clericorum. §. de vit. & honest. cleric. Innocen. in cap. ex tenore. & capit. penul. §. de temp. ordi. per Paul. in clem. 1. de offi. ordin. De ¶ Par. j. M M indu-



inducuntibus autem suspensionem, vide aliquod in dd. iuribus. & vide glo. 3. 2. dist. in. c. nullus gloss. & Doct. in. c. accusatus. §. de symo. per Innoc. in. c. tanta. eod. titu. per gloss. & Doct. in. c. ex tuarum. & c. inter. de purga. canon. & latissimè de vtroque per D. Ant. & D. m. in. c. arsi clerici. in princip. §. de iudi. Sed quantum ad propositum attinet, ponit ibi D. Anto. & D. m. quòd omne delictum cum irregularitate, dignum est depositione, per not. per Innoc. in cap. nisi cum pridem. §. de renunc. & aliquid per Innoc. in. c. cū noltris. §. de concess. præb. & adde ad hanc materiam, quæ dixi. §. in. 4. q. princip. & quod trad. in cap. dilectus. §. de tempo. ordi. & per Specul. in titu. de lega. §. nunc de episcoporum. Item not. 378 quòd irregularis propter crimina non solum deponitur ab officio sacerdotali; sed ab omni officio cuiuscumque ordinis, vt capit. præbyterum. & ibi not. & c. de cætero. & ibi dixi. §. eo. Item not. quòd 379 irregularitas non priuat quem beneficio ipso iure, text. est & ibi D. Anton. in. c. nisi cum pridem. in prima parte super. 3. gloss. §. de renun. Innoc. in. c. cum noltris. de concess. præb. & in. c. si celebrat. de cleri. excom. minist. in addi. per Innoc. & vide etiam ad hanc materiam Hosti. in summa. in titu. de cleri. excom. minist. Quinto quæro, de effectu irregularitatis, quæ contrahitur ex homicidio? Sol. dic. quæ illa non solum impedit effectum promotionis, & administrationis, & non solum in susceptis ordinibus remanere; sed ad maiores ascendere, & non solum ante peractam penitentiam; sed etiam post peractam penitentiam; nisi interueniat dispensatio Papæ, vel inferiorum secundum diuersas qualitates homicidiorum; & maiores, vel minores culpas, secundum quòd colligitur in. c. sicut. §. eo. & ea quæ dixi in. 7. q. prin. in artic. de homicidio; & secundum quòd trad. in. c. dilectus. de tempo. ordi. & per Spec. in titu. de legato. §. nunc de episcoporum. & §. iuxta. vers. sunt quoq; dicam in. 10. q. princ. Talis tamen qualitercumque sit irregularis, non potest etiam in minoribus ministrare. D. m. post Inno. in. c. 2. j. de cler. pugn. in duel. Et hoc arbitror verum; licet Spec. in. d. §. iuxta. ver. item quandoq; dicat, quòd aliquis est irregularis, vt non promoueat, sed non vt ministret in susceptis, vt. c. continebatur. in fine. §. eod. & in tex. nostro in fin. Quod ego intelligo, respectu facilioris dispensationis, quantum ad episcopum, dicam in. 10. q. princ. Et ex his habes expeditam octauam. q. princ. 381 Non principaliter quæro, Qualiter in hac materia irregularitatis sit formandus libellus? Solu. dic. Iste articulus satis est difficilis, propter varios casus, qui varias requirunt rationes, & varias conclusiones, propter varios effectus; sed sufficiat vniam formam exempli gratia, posuisse, quæ erit ista, Coram vobis reuerendo in Christo patre, & domino D. Carolo dignissimo episcopo Senensi, Franciscus Tardeus &c. dicit, & exponit, quòd Sempronius clericus de anno præfenti 1440. de mense Iunij interfecit Titium, seu vulnerauit super platea sancti Martini in ciuitate Senarum; vel quid simile commisit, propter quòd incidit in irregularitatem. Quare petit per vos, & vestram sententiam dictum S. priuari, seu priuandum esse decerni beneficio suo, vel deponi ab officio, seu

ordinibus suis, vel degradari, seu administratione ordinum interdici, loquendo, seu petendo vnum, vel alterum, secundum quod viderit expedire, & prædicta dicit, & petit omni meliori modo, &c. Facit. c. cum non ab homine. §. de iudi. & c. sicut dignum. §. eo. 50. dist. in. c. clericum qui paganum. c. si 382 episcopus. & seq. Decimo, & ultimo quæro, Qualiter tollatur irregularitas? Solu. quatuor modos reperi, quibus tollitur. Primus est, per baptismum. Secundus est, per dispensationem. Tertius, per ingressum religionis. Quartus, per penitentiam; & ideò hanc. 10. q. princ. examinabimus per quatuor 383 princ. qq. Primo igitur quæro principaliter, Vtrum irregularitas tollatur per baptismum? Solu. dic. vt dixi. §. in. c. præbyterum. Secundo principaliter quæro, Vtrum irregularitas tollatur per dispensationem? Hæc quæstio est satis difficilis; arbitror tamen in ea distinguendum esse, quòd aut dispensatio est publicè facta super irregularitate manifesta, seu occulta per sacerdotem in foro penitentiali, & hoc secundum membrum venit examinandum in quarta, & vltima. q. Circa primum, dic. quòd per dispensationem tollitur irregularitas; si dispensatio tenet, & facta sit super irregularitate ab habente potestatem cum solemnitatibus requisitis; ratio est, quia 385 dispensatio hoc sonat. Est enim iuris, seu rigoris; seu iuridicæ vindicæ relaxatio. 1. q. 7. §. nisi rigor. 386 Et hoc probatur, quia dispensatio facit licitum, quòd erat alias illicitum, vt not. glo. in verbo, licere. in. c. dudum. §. de elect. probatur etiam in. l. 2. in fin. & l. quæris. & l. sed si hac. §. patronum. in fin. ff. de in ius vocan. Nec ille cum quo dispensatio est, potest ulterius accusari, vt late dixi in. c. de his. in quinto membro. §. de accusa. Sed hic insurgit dubium, 387 Quis possit dispensare cum irregulari? Circa quòd distingue, quòd aut nos loquimur in irregularitate contracta ex homicidio. Aut in irregularitate contracta ex alijs causis, vel culpis, de quibus dixi. §. in. 7. q. princip. Primo casu subdistingue, quòd aut loquimur in homicidio voluntario, aut casuali. Si voluntario, similiter subdistingue, quòd aut homicidium fit iniuste, aut iustitia mediante. Si iniuste, aut nos loquimur in dispensatione quo ad ordines. Aut in dispensatione quo ad beneficia. Primo casu, gloss. magna in. c. sicut. §. eo. sentit, quòd cum homicida voluntario quo ad ordines, etiam Papæ non dispensare. Idem videtur tenere Specul. in titu. de legato. §. nunc breuiter. vers. 5. vbi dicit, quòd non potest dispensare cum homicida voluntario, vt possit ministrare etiam in officio altaris, quantumcumque post peractam penitentiam, per. c. fina. §. de tempo. ordi. 50. dist. c. miror. 1. q. 8. c. si quis omnem. j. de excess. prælat. c. ex literis. §. de accus. c. inquisitionis. & c. 1. §. eo. Idem etiam tenet Specul. in dicto titu. §. iuxta. vers. quando autem. & per quem. & vers. curia Romana. pro qua gloss. facit, quia irregularitas causata ex homicidio, videtur inducta de iure diuino, vt dixi. §. in. 3. q. princ. Sed Papa non dispensat contra legem diuinam. 2. q. 3. c. sicut quidam. si ergò ab altaris ministerio remouetur per legem diuinam; fortius à celebratione. d. c. miror. et si interfecerit paganum. 50. dist. c. clericum. Hosti. tñ & \* communiter Doct. tenent contrarium, in. d. c. sicut. vbi volunt, quòd

quòd Papa possit dispensare cū homicida voluntario; Et ad iura quæ volunt, videntur velle, quæ cum homicida voluntario non dispensetur; respondent, quæ debet referri ad difficultatē; hoc est, quæ de difficili Papa dispensat; si tamen vult, potest; quia videtur sibi hoc permissum à lege diuina. Facit. c. proposuit. §. de concess. præb. Nam & in veteri testamento re- 391 peritur, quæ fuit dispensatum cum nepote Aaron, qui vocatus fuit Phinees, qui duplex commiserat homicidium; & postea fuit permissus ministrare diuina. Itē 392 Paulus Apostolus fuit homicida, & tamen diuina ministravit. Vnde iura præsumunt, quòd Vicarius Dei, etiam hoc possit causa subsistente. Facit quòd not. Inno. in. c. quòd super his. §. de voto. Et Archidia. hoc tenet. 2. q. 8. c. occidi. Facit. c. inter corporalia. §. de transla. præl. & c. significasti. j. eo. & idem tenet hic. D. m. & in. c. sicut. §. eo. Pro hac sententia facit quòd tradit D. Domi. in. c. is qui. in princip. de senten. excommu. lib. 6. qui dicit post Innoc. in. c. cum pridem. §. persona. §. de renun. quæ Papa potest dispensare cum omni irregulari. Et prædictis sequi- 394 tur, quæ inferior à Papa non potest dispensare cum homicida voluntario quo ad ordines, quòd intelligi- 395 ge, scilicet; vt promoueri possit. Sed dubium est, an Episcopus possit dispensare, vt clericus, qui post susceptos ordines commisit voluntarium homicidium, possit in susceptis ordinibus ministrare. Circa quòd, dic. quæ in sacris non est dubium, quæ non potest, vt. c. continebatur. §. eo. & probatur in. c. 2. j. de cler. pugn. in duel. ibi, non debet, &c. Et sic probat ille 396 tex. quæ in minoribus ordinibus respectu administrationis, potest Episcopus suo iure dispensare. Et hoc tenet Hosti. Io. And. & D. iure. in. d. c. 2. Mouentur per not. in. d. c. præbyterum. & c. continebatur. in fi. §. eo. & per tex. nostrum in fi. Sed tu aduerte; 397 quia prædicti tex. loquuntur in homicidio casuali, non voluntario, in quo non est tanta culpa, vt de se 398 patet. Item in casuali potest esse magna culpa, minor, leuis, & leuissima, vt in dictis iuribus. Facit in simili. c. sicut. §. eo. Non obstat tex. in. c. 2. de cle. pugn. in duel. quia ibi dum tex. facit mentionem de sacris ordinibus, potest sumi largè pro quolibet ordine, etiam minore. Nam & largè quilibet ordo minor est sacer, vt not. in. c. clericus si tonsuram. & ibi per. D. m. §. de vi. & hone. cler. licet maiores communitur propter excellentiam appellantur sacri, vt not. gloss. in simi. 3. 3. dist. in. c. & pro hac sententia, quæ non possit Episcopus dispensare. Facit tex. in. c. 1. j. de cler. pugn. in duel. vbi tex. videtur indistinctè prohibere dispensationem Episcopo, quando voluntariè commissum fuit homicidium, vel membrorum mutilatio. Sed volens tenere primam opinionem, posset respondere, quæ ille tex. intelligitur quantum ad promotionem; & prædictam secundam opinionem, quòd non possit Episcopus dispensare, tenet D. m. hic, & in. d. c. 2. Sed aduerte; quia possemus saluare opin. Doct. in homicidio voluntario commissum, mediante iustitia, vt saltem possit Episcopus dispensare quo ad administrationem susceptorum ordinum minorum, vt statim dicam. Et hæc procedit quo ad ordines; sed quantum ad beneficium, 400 non possit dispensare cum homicida voluntario, vt possit beneficium retinere, dic. quòd Papa potest; quia

in eis habet absolutam potestatem, vt. c. proposuit. 401 §. de concess. præb. Sed in Episcopo dicendum est, quòd non potest dispensare quo ad curatum beneficium, arg. c. fina. §. de fil. præbyr. sed quo ad beneficium simplex potest etiam Episcopus dispensare, secundum Goffre. & Hosti. in. d. c. 2. j. de cle. pugn. in duel. Nec obstat, quòd ille tex. nihil dicat de Episcopo; sed simpliciter loquitur. Quia respondeo, quòd immò potestas, de qua ibi debet intelligi concessa Episcopo, & non inferiori prælato; nisi aliud exprimatur; & adde quæ statim generalius dicam de potentia Episcoporum circa potestatem dispensandi. Idem etiam tenet Specul. in titu. de lega. §. nunc de episcoporum. vers. nono. & vers. trigesimo. Secundo casu, cum quæritur de homicidio voluntario commissio, iustitia mediante, fortius dicendum est, quòd Papa possit dispensare, & similiter Episcopus hoc casu in omnibus casibus, in quibus potest propter homicidium commissum iniustum, arg. prædictorum. Facit quòd not. Specul. in titu. de lega. §. nunc breuiter. vers. quinto. & quòd not. 5. 1. dist. in. c. aliquantos. Et hoc casu posset saluari 402 opin. Hosti. & aliorum, qui volūt, quòd Episcopus possit dispensare, quòd homicida voluntarius possit in susceptis ordinibus ministrare. Et prædicta procedunt, siue quis proprio facto commiserit homicidium, vel causam, vel occasionem dederit, iusserit, præceperit, opem, & auxilium præstiterit, secundum quòd dixi. §. in. 7. q. Facit. d. c. 1. & 2. de cle. pugn. in duel. & c. sicut. §. eo. 50. dist. c. si quis viduam. Hoc etiam sentit Specul. in titu. de lega. §. iuxta. vers. quid de 403 his. vbi dicit, quæ cum his qui portauerūt ligna, vt heretici comburerentur, non dispensat nisi Papa. Sed debet intelligi, vt. §. dixi. Si verò loquimur in homicidio casuali, quòd culpa sit commissum; quia alias nunquam homicida incidit in irregularitatem, dicendum est, quòd cum tali irregulari non dispensat etiam nisi Papa, quo ad hoc vt possit promoueri ad ordines; sed quo ad hoc vt possit in susceptis ministrare, dic. quòd in sacris non potest nisi Papa. In minoribus non est dubium, quòd Episcopus potest dispensare, vt hic in tex. nostro. & c. continebatur. §. eo. tenet Specul. in. d. §. iuxta. prope finem. Et quantum ad beneficium simplex, potest, quia si potest in voluntario, fortius debet posse in casuali. Hoc tenet Hosti. in. c. 2. de cle. pugn. in duel. & Io. And. ibi, dixi in. c. præbyterum. & c. seq. §. eo. ¶ De secundo membro principali, videlicet; quis possit in alijs irregularitatibus dispensare, diffusa, ampla, intricata, & longissima esset materia, & occuparet vltra. 30. lectiones, & esset quasi reuolueret totum corpus iuris. Sed respectu dispensationis fiendæ per Papam, dic. vt latius traditur per Specul. in titu. de lega. §. nunc breuiter. per totum. & latius vide in tracta. meo de dispensat. §. quinto. in primo princip. articu. & de concilij potestate circa dispensationem, vide ibi in. 3. articu. principali. De potestate vero Legatorum, vide ibi per Specul. in titu. de lega. §. consequenter. vers. item legatus. & vers. generaliter. & latius per me in. d. tracta. vers. primo princip. articu. quinto. De Patriarcharum vero, & Archiepiscoporum potestate, vide Specul. in. d. titu. §. nunc de episcoporum potestate. Par. j. MM ij & la-

& latius per me in d. §. quinto. articulo. 4. 6. & 7.  
 ¶ In quo articulo inter alia sume illam regulam ge-  
 406 neralem, quod si in omnibus casibus, in quibus quis  
 potest legem, & constitutionem condere, & iurisdic-  
 tionem habet, potest pariter dispensare. Ista enim  
 407 iudicio meo procedunt a pari, quod probatur, & di-  
 spensatio est iuris communis relaxatio utilitate, seu  
 necessitate pensata, vt per Specu. in tit. de lega. §. 1.  
 per Innoc. in c. dilectus. de tempo. ordi. 1. q. 7. §. pro  
 tempore. & §. nisi rigor. Archid. in c. licet. de elect.  
 lib. 6. Ioan. And. in reg. semel. de regu. iur. lib. 6. & in  
 proem. 6. in verbo dispensari. D. m. in c. diuersis. §.  
 de cler. coniuga. Si ergo est relaxatio iuris, ergo id  
 debet hoc posse, qui potest illud ius relaxare, per  
 reg. 1. de regu. iur. & reg. nihil est tam naturale. ff. de  
 reg. iur. ¶ Et aduerte, vt dixi, quia in materia ista va-  
 riaz fuerunt opiniones. vide Specu. in d. §. nunc de epi-  
 scoporum. Et me in d. 7. artic. & vide D. m. in c. at si  
 408 clericus. §. de iudi. vide glo. quæ tenet, qd ¶ Episcopus  
 poscit dispensare vbicunque a iure permitta est di-  
 spensatio, in c. quisquis. de elect. & in d. c. at si cleri-  
 ci. Innoc. in d. c. dilectus. de tempo. ordinã. vbi Ioan.  
 Cald. latissimè tractant hunc articulum. Et vide glo.  
 fin. in c. in quibusdam. j. de pœn. & glo. in c. ex com-  
 municamus. §. de hæreti. & Archid. 28. dist. c. quan-  
 do. super glo. Ioã. And. in c. 1. ne præla. vic. suas. gloff.  
 penul. 1. q. 7. §. pro tempore. glo. 50. distinct. in lum.  
 409 & c. miror. Sed quæro, iuxta prædicta, vtrum ius ca-  
 su quo permittitur dispensatio cum irregulari, illa  
 sit adeo debita, quod peccet superior non dispen-  
 sando? gl. 50. distinct. c. vt constitueretur. dicit, quod  
 est debita, si subest iusta causa, vt ibi, & 45. distinct.  
 c. licet. 1. q. 7. capit. dispensationes. 1. 1. q. 3. c. plerun-  
 que. 2. 3. q. 1. c. noli. in fi. & 50. distinct. c. consideran-  
 410 dum. ¶ Est enim dispensatio quadam misericordia,  
 411 vt hic. Sed quilibet tenetur esse misericors. 86. di-  
 stin. c. non satis. 45. distin. c. disciplina. in princ. & c.  
 omnis. Idem tenet glo. in c. domino sancto. 50. di-  
 stin. c. per illum tex. & arg. 24. distin. c. fraternitatis.  
 & sentit gloff. 1. in fi. 50. distinct. in c. miror. & idem  
 Hostien. in c. 2. j. de cler. pugnan. in duel. si modo tal-  
 is sit corrigibilis; aliàs secus, quia non debet supe-  
 rior pati istum mendicare in opprobrium cleri; ex  
 quo corrigibilis est. 93. distin. c. diaconi. Facit quod  
 nota. in d. c. vt constitueretur. quod tamen dictum  
 Hostien. non placet. D. m. in d. c. 2. Nam dicit ipse,  
 412 pro homicidio, vel alio grauisimo crimine debet  
 quis deponi, & detru di perpetuò in monasteriũ ad  
 agendam pœnitentiam. j. de pœnis. c. tuæ. ergo ces-  
 sat ratio, ne cogatur mendicare in opprobrium cle-  
 ri, cum in monasterio provideatur omnibus de vi-  
 tualibus. c. nouimus. j. de verbo. significat. Et ideo  
 concludit, qd talis dispensatio est omninò gratiosa.  
 Facit tex. in d. c. 2. dum dicit, misericorditer. ergo su-  
 perior non peccat non dispensando. ¶ Ego dicerem,  
 quod vbi subest iusta, & legitima causa dispensan-  
 di; vel quia maxima verteretur utilitas ecclesiæ, vel  
 magnum scandalum, vel alia similis causa vrgens, qd  
 tunc superior cogetur dispensare; quia alias pec-  
 caret; quia debet semper potius inclinare ad miseri-  
 cordiam. 90. distin. c. fina. & j. de sortileg. c. 2. C. de  
 iudi. l. placuit. quia præceptum misericordiæ est om-  
 nibus commune, d. c. non satis. & d. c. disciplina. &

ad hoc posset implorari officium superioris, vt sen-  
 tit gloff. in d. c. vt constitueretur. & expressius voluit  
 gloff. 1. q. 7. c. exigunt. arg. c. nullus. de iure patron. &  
 hoc casu diceretur debita, & ius continere. Facit qd  
 not. Archid. in c. licet canon. de electio. lib. 6. & hoc  
 reperio tenuisse. D. m. in c. at si clerici. §. de adulte-  
 rijs. §. de iudi. licet prius hoc præcogitasset. Quan-  
 doque verò non subest vrgens necessitas, vel utilitas  
 ecclesiæ, vel similis causa; sed solũ utilitas personæ;  
 vt quia est bonæ conditionis, & lapsu quodam erra-  
 uit, & multum est contritus, & dolens de excessu suo,  
 & hoc casu erit in potestate plati dispensare, nec pec-  
 cat dispensando, aut ommittendo; & hoc modo po-  
 413 test intelligi. d. §. de adulterijs. dum dicit, ¶ potest.  
 quod verbum est facultatis. l. sapè. ff. de off. præsid. &  
 l. non quicquid. ff. de iudi. Et idem dicendum, vbi-  
 420 que hinc inde subessent rationes dispensandi, &  
 non dispensandi; & hoc casu dispensatio dicitur pro-  
 414 priè gratia. ¶ Si ¶ verò non subest causa, peccat di-  
 pensator, vt not. Innoc. in c. cum ad monasterium.  
 de sta. regula. 1. q. 7. §. at si illa. not. Spec. in tit. de leg.  
 §. nunc breuiter. vers. & not. D. Ant. in d. §. de ad-  
 421 adulterijs. quia non dispensator, sed dissipator diceretur.  
 ¶ Item quæro, ¶ vtrum eo casu, quo potest Episcopus  
 dispensare, requiratur consensus capituli? Glo.  
 tenet, qd non, in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. vbi dicit,  
 quod hoc communiter obseruatur. Idem tenet glo.  
 50. distinct. c. ex pœnitentibus. ¶ Sed Archid. ibi tenet  
 contrarium; & D. Domin. in c. 1. de fil. præsb. y-  
 415 lib. 6. ¶ Spec. in titu. de lega. §. generaliter. vers. de-  
 bet autem. videtur cõcludere, quod nõ requiratur,  
 nisi de honestate. ¶ Io. de Imo. in d. c. cum ex eo. di-  
 422 cit, quod prima opin. procedit de consuetudine. Se-  
 cunda, de iuris rigore; & idem ibi. D. Domi. & hanc  
 tenet. D. m. in d. §. de adulterijs. licet. D. Anton. tenet  
 ibi contrarium. Sed opin. D. m. mihi plus pla-  
 416 cet, vide ibi eum. ¶ Vltimo quæro, ¶ vtrum si vnus  
 ex pluribus causis, seu criminibus in plures inciderit  
 irregularitates, sufficiat vna dispensatio, an requi-  
 rantur plures? Sol. Vincen. in c. testimonium. §. de  
 417 testib. & Io. And. hic sentit, quod si testis fuit emenda-  
 tus per dispensationem, dispensatio prodest quo ad  
 omnes tam ciuiles, qd criminales causas, per not. in c.  
 ex tua. §. de fil. præsb. & in c. fi. §. de schisma. & hoc  
 idẽ videtur tenere Archidia. 2. q. 7. c. clericus. Quod  
 ego arbitror verum, si dispensatio fuit simplex, & ge-  
 neralis, & proprio motu facta; non autem ad partis  
 petitionem; vel si fuit facta ad partis petitionẽ, fuit  
 facta peticio generaliter per partem, non exprimen-  
 do aliquas irregularitates. Sed simpliciter petendo  
 secum dispensari super omnibus qualitatibus cuius-  
 418 que generis forent, argu. l. 2. C. de abolit. & quod  
 not. in l. sub prætextu. C. de transact. secus si non fuit  
 simpliciter facta; sed aliqua irregularitas solum fuit  
 expressa; quia tunc valebit solum super illa. Facit. l.  
 1. §. si plura. ff. ad Turpillia. & l. de pupillo. §. si plu-  
 ribus. ff. de noui ope. nuntia. Idem dicendum, si præ-  
 cessit peticio dispensationis sub certa specie irre-  
 gularitatis, & fuerit dispensatum; quia tunc genera-  
 lis dispensatio restringeretur ad causam expressam;  
 quia ¶ species præcedens restringit sequens gen-  
 nus, vt traditur in c. sedes. §. de rescript. in clemen-  
 non

nõ pot. de procura. in l. fi. §. cui dulcia. ff. de vin. triti-  
 oleo; q. lega. Facit. l. age cū Geminiano. & l. si de cer-  
 ta. C. de transact. & quod trad. in c. 1. §. de transact.  
 Idem si postulas expressisset aliquam, vel aliquas ir-  
 regularitates clausula generali adiecta; quia tunc re-  
 fertur solum ad expressa, argumẽ. not. in d. c. sedes.  
 vel saltem non ad maiora; Nisi forte expressa fuisset  
 clausula illa, & si longè maiores essent expres-  
 sis; sed fortè in dispensatione super irregularitate,  
 in qua quis potest prouidere sibi; vt adeo compo-  
 nat petitionem, quod non videatur subreptitia,  
 hoc non sufficeret, vide quod dixi in simili in d. clẽ.  
 non potest. Sunt igitur ponderanda verba dispen-  
 419 sationis, & vide quod dicunt Doct. de ¶ bñtio pluri-  
 b' bñtis, an sufficiat vnica absolutio per Cyn. Iaco.  
 de Are. Bal. in l. de pupillo. §. si plurib'. ff. de no. ope.  
 420 nuntia. & de ¶ excommunicato pluribus excommu-  
 nicationibus, an sufficiat vna absolutio? vide Doct.  
 & ibi dicam in c. cum pro causa. j. de senten. excõm.  
 421 ¶ Tertio quæro, vtrum per ¶ ingressum religionis  
 tollatur irregularitas? Sol. tex. facit, quod sic; quia  
 422 ¶ in ipso ingressu omnia crimina videntur extincta,  
 in anth. de monachis. in princ. coll. 1. tenet Goffre.  
 in libellis, rub. 8. in fi. Facit de pœnitentibus. distinct. 1.  
 c. quis aliquando. §. si. his autoritatibus asseritur.  
 propè p̄nt. de fil. præsb. c. 1. Spec. in titu. de reo.  
 vers. sed nunquid pro commissis. vbi hoc tenet quo  
 ad Deum. Et Io. And. ibi in additio. dicit. Et quo ad  
 eccle. per d. §. his autoritatibus. in gl. & sic est argu-  
 mentum, quæ allegat. 3. 3. q. 2. c. admonere, & c. scri-  
 pturæ. §. de voto. Glo. fin. in c. 1. §. de aposta. ponit  
 423 duas opiniones. Prima est, qd ¶ irregularitas, quæ in-  
 surgit ex proprio delicto, non tollitur; sed fauore  
 religionis cum tali dispensatur, per c. 1. j. de eo qui  
 fuit. ordi. recep. Aut est irregularitas, quæ non insur-  
 git ex proprio delicto, & tunc tollitur per ingres-  
 sum religionis; ita quod sine dispensatione potest  
 promoueri ad ordines, vt in contrarijs; sed non ad  
 dignitatem sine dispensatione. j. de pœn. c. in qui-  
 buldam. & c. 1. §. de fil. præsb. Secunda opin. glo.  
 est, qd nullo casu tollatur, sed solum conceditur po-  
 testas dispensandi tam in secundo casu, quam in pri-  
 mo. D. Ant. dicit tenendam primam opinionem.  
 Sed secundam tenet glo. 56. distinct. in c. 1. Spec. in ti-  
 tu. de lega. §. iuxta. ver. potest etiam dici. dicit, quod  
 cum irregulari propter homicidium potest dispen-  
 sari per Episcopum secundum quosdam ad subdia-  
 conatum, si transfuit ad religionem; sed securius est  
 secundum eum hoc fieri per solum Papam. Remit-  
 tit tamen ad nota. in d. c. 2. de aposta. Glo. 39. q. fin.  
 c. penul. arguit per illum tex. quod per ingressum re-  
 424 ligionis tollatur. vult enim ibi tex. quod ¶ pater fi-  
 lium factum monachum non potest exheredare, li-  
 cet prius commiserit ingratitude. allegat auth.  
 425 de monachis. in princ. vbi dicitur, qd ¶ monachus  
 abstergit omnem maculam. In contrarium allegat  
 c. p̄ntis. §. 3. distinct. c. 2. Lau. & Archid. ibi, remittunt  
 se ad not. per glo. in d. c. 2. de aposta. D. m. in d. c. 2.  
 dicit, qd in hac materia non potest dari certa doctri-  
 na, quia in quibusdam tollitur per ingressum religio-  
 nis, in quibusdam non. Concludit tamen, qd fauore  
 religionis mitius agitur cum irregulari. Vnde con-  
 cludit, qd tantum in casibus a iure expressis tollitur

irregularitas per ingressum religionis, cum non ha-  
 beamus canones loquentes cõtrarium. Nam. c. 1. de  
 fil. præsb. loquitur in casu suo, nec tollitur irregu-  
 laritas in totum; immò nec beneficium potest quan-  
 doq; habere, vt. d. c. in quibusdam. j. de pœn. Ego ve-  
 426 rò facio in hoc istas conclusiones. Prima, qd ¶ irregu-  
 laritas proveniens alicui ex defectu, seu deformita-  
 te personæ, non tollitur per ingressum religionis;  
 nec cum tali fauore religionis facilius dispensatur.  
 Huius conclusionis ratio de se patet; quia non mi-  
 nus est mancus post ingressum religionis, qd ante.  
 427 Secunda conclusio est, ¶ irregularitas causata ex de-  
 licto, vel peccato occulto tollitur per ingressum re-  
 ligionis, & vitæ probitatem, nisi sit causata ex homi-  
 cidio, vel mutilatione. Prima pars huius conclusio-  
 nis probatur per tex. in auth. de monachis. in princ.  
 & ratio est, quia cum talis sit irregularis quo ad se,  
 non quo ad alios, satis est, quo ad se pœnitentiam  
 egisse. Facit quod dicam in seq. q. Ad idem facit, qd  
 not. in c. testimonium. in glo. §. de testi. Secunda pars  
 428 conclusionis probatur; quia ¶ homicidium, vel mu-  
 tilatio est tale delictum, quod etiam post peccatam  
 pœnitentiam impedit ordinis executionem, vt. §.  
 dixi. & in c. inquisitionis. §. de accusa. Tertia conclu-  
 429 sio sit, ¶ irregularitas contracta ex tali delicto, vel  
 culpa, quam ius aliqua ratione induxit, quæ rō ces-  
 sat, & tollitur per ingressum religionis, tollitur, & ir-  
 regularitas. Hæc probat in c. 1. de fil. præsb. yter, §. 6.  
 430 dist. c. 1. Nam ¶ potissima ratio, quare illegitimus  
 non potest promoueri, est propter dubium paterni  
 criminis, quæ ratio videtur cessare in eo facto mona-  
 cho. Facit. c. cum cessante. 1. de appel. Quarta con-  
 432 clusio sit, ¶ irregularitas publica, cuius inducendæ  
 rationem non tollit ingressus religionis, per ingres-  
 sum religionis nõ tollitur. In ea tamen ingressus re-  
 ligionis operatur, vt facilius cum tali valeat dispen-  
 sari. Hæc conclusio probatur in d. c. 2. §. de aposta. &  
 c. 1. de eo qui furti. ordi. rece. & c. præses. §. 1. dist. Pri-  
 ma tñ pars huius conclusionis, fallit in omnibus ca-  
 sibus, in quibus aliud in iure reperitur expressum.  
 432 Quarto quæro, vtrum ¶ per pœnitentiam tollatur ir-  
 regularitas? Sol. Archid. post Vgu. 50. distinct. in c. mi-  
 433 nor. dicit, qd ¶ licet pœnitentia aborbeat peccatum;  
 in pristinum tamen statum non reformat, de pœnit.  
 dist. 3. c. qui vult. 1. q. 7. c. si quis. 1. 5. q. 5. in c. præsb.  
 434 ter. in princ. ¶ Pœnitentia enim non est modus tol-  
 lendæ irregularitatis, quantacunque sit, etiam si  
 tanta esset, quanta fuit latronis, qui statim transcen-  
 435 dit ad gloriam; Nam ¶ quantacunque sit contri-  
 tio; non tñ sufficit ad tollendam pœnam tempora-  
 lem; prout est irregularitas. Ego verò dicerem præ-  
 436 dicta procedere, ¶ quando irregularitas esset publi-  
 ca; sec' si occulta; quia tunc arbitror, qd tollatur per  
 437 pœnitentiam. ¶ Ita potest intelligi. c. domino sc̄to.  
 50. dist. Facit; quia quo ad Deum iste est tur'. Item,  
 438 quo ad ecclesiam; quia ¶ ecclesia non iudicat de oc-  
 cultis; in c. sicut. 1. §. de symo. qd tñ dixi de irregula-  
 439 ritate occulta, arbitror, qd ¶ habeat locũ, qn nõ esset  
 cõmissa ex homicidio, vel mutilatione; & ratio est,  
 quia hæc impedit ordinem, etiam post peccatam  
 pœnitentiam. Idem ergo dicendum in alijs, quæ post  
 peccatam pœnitentiam impedirent ordinis execu-  
 tionem. Et ex his, Deo duce, habetis expeditam  
 par. j M M iij hanc



hanc materiam irregularitatis, in qua, si vera sunt que scripta sunt, cum canonum statuta omnes ligent, & ab omnibus debeant observari, vt. c. i. s. de constir. necessaria sequitur conclusio, quod vnusquisq; sit irregularis.

CAP. XIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Homicidium casuale non imputatur ei, qui dabat, operam rei licite, nec fuit in culpa.
2 Clericus licite equitat pro salute corporali.
3 Casus contingens ex equi ferocitate, prater culpam, & voluntatem equitantis, an imputetur equitanti, quo ad irregularitatem.
4 Statutum puniens currentem equo in platea aliqua pena, non comprehendit currentem contra voluntatem, ex ferocitate equi.
5 Homicidium solo actu commissum, non inducit irregularitatem, nisi voluntas, vel culpa adfuerit.

Dilectus filius.

casuale non imputatur ei, qui dabat operam rei licite, nec fuit in culpa. hoc dicit. Communis diuino, secunda, ibi, ideoq; Not. primo, q; clericus licite equitat pro salute corporali. Alias aut si non licite equitaret, equitando fuisset in culpa; & sic postea teneretur ex casu superuenienti, vt. c. presbyterum. & c. continebatur. s. eod. Vltimo not. quod casus contingens, ex ferocitate equi, prater culpam, & voluntatem equitantis, no imputatur equitanti quo ad irregularitatem, si illam quam debuit, adhibuit diligentiam, faciendo frenum aptari, stimulando equum calcaribus, vt conueniebat, secundum Inno. & Hostien. Nec fuit in aliqua culpa, vt dixi; quia si cognouisset equum esse ferocem, tunc fuisset in culpa. Facit quod not. Bart. in l. fin. s. si propter. ff. de publica. vbi dicit, quod si statutum dicit, quod currens equo per plateam, puniatur certa pena, prout est hic, quod ille qui contra voluntatem suam ex ferocitate equi currit per plateam cum equo, non tenetur ad penam. Pro quo facit tex. in l. Cesar. ff. de publica. Glo. penul. ibi, in promouendo, dic. Hac glo. non bene dicit; quia iure non probatur hac differentia inter promotum, & promouendum; nec reperitur iure cautum, quod solo actu commissum homicidium inducat irregularitatem; si ibi non fuit culpa, aut voluntas; & in contrarium est tex. in c. ex literis, t. j. eo. & c. exhibita. j. eo. & vtrouique not. quinimmo videtur probari contrarium in tribus capitulis sequen. & licet iustitia mediante, forte quis committendo homicidium, incidat in irregularitatem, vt dixi in c. preced. in tertio articulo septimae questio. princip. quod voluit sentire glos. tamen efficitur irregularis, etiam quo ad ordines iam susceptos; licet facilius cum eo possit dispensari, vt dixi in. 2. q. 10. q. princ. in. d. c. preceden. tamen ibi adest voluntas, & ideo opin. communiter reprobat. tur per Doctores.

Cōis opi.

CAP. XIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus licite, que sua sunt, curat.
2 Consilium petenti, accusatore, vel infamia desiciente, creditur circa circumstantias actus.
3 Nihil cum scandalo agendum.
4 Sequester non tollitur per satisfactionem, vbiq; per satisfactionem non tollitur causa inducens sequester.

Ex literis.

Potest summari, vt precedens. Et diuiditur in tres partes. Primo, ponitur consultatio. Secundo, Papæ indagatio, ibi, nos autem. Tertio, ibi, ad te. ponitur responsio. Not. primo, q; clericus licite inficit circa curam rerum suarum, quod intellige secundum not. in. c. i. s. de celeb. miss. & sic casus inde contingens, prater voluntatem suam, non imputatur ei, etiam quod ad irregularitatem. Vltimo not. q; deficiente accusatore, vel infamia, creditur petenti consilium circa circumstantias actus; licet cōtra ipsum petentem posset esse aliqua suspicio. Facit. c. significasti. i. j. eo. tit. In glo. 2. in versi. scandalum. ibi, reddit hominem. dic. hac glo. bene dicit, licet iste ob fugiendum scandalum debeat cessare, vt dicit glo. seq. & in. c. pced. & ideo est; quia nihil cum scandalo agendum est, vt in. c. 2. s. de prescrip. Facit quod not. Inno. in. c. veniens. s. de renun. cum siml. Et not. q; licet hec gl. & seq. videantur velle, q; si adest infamia, sufficiat sola purgatio, secus si scandalum. tamen eadem glo. seq. in fi. concludit, q; ad vtrunq; sufficit purgatio, quod non placet Hosti. qui tenet primam opin. glo. Sed potes concordare, q; si purgatio est sufficiens, vt faciat scandalum cessare, tunc sufficiat, & habeat locum finis glo. & c. tua. allegatum in glo. alias habeat locum prima opi. Facit, quod in simili dicimus in sequestro, q; non tollitur per satisfactionem, vbi- cunque per satisfactionem non tollitur causa inducendi sequester, vt in. c. literas. & in. c. ex transmissa. s. de resti. spol. & c. cum locum. s. de sponf. traditur per D. m. & Doct. in. c. 2. s. de seque. pos. & fruc. & latius dixi in clem. i. eo. tit.

CAP. XV.

S V M M A R I V M.

- 1 Operam dans rei vtili, & necessariè excusatur ab homicidio fortuito, & casuali.
2 Projiciens aliquid in locum, per quem nullus transire consuevit, non tenetur proclamare.
3 Homicidium solo actu prater voluntatem, & culpam commissum, impedit promouendum.

Ex literis.

Sūma, & diuide, vt. c. dilectus. secunda, ibi, quo circa. Not. primo, q; ad hoc, vt q; non obligetur ex homicidio, qd commissit facto proprio, vel p causam præstitam, requiritur, q; ipse agat rem necessariam, & vtilem. Sed dicit. D. m. q; illud, quod dicitur de necessaria, non est verum,

verū, quia satis est, q; det operam rei licite, vt. c. dilectus. s. eo. Secundo not. q; qn quis projicit aliquid in loco, per quē nullus consuevit transire, non tenet clamare. Facit, qd not. in. l. si putator. ff. ad leg. aquil. Alias sec., vt hic dicit glo. 2. Vltimo not. ibi, ad altiores ordines tex. expressū. cōtra opin. gl. pē. i. c. dilectus. s. eo. que voluit, q; solo actu pter voluntatē, & culpā cōmissū homicidiū impediatur promouēdū.

CAP. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramento soli alicuius quandoq; statuitur.
2 Ignorantia potest probare tribus modis: remissive.

Significasti.

Summa, & diuide vt. c. dilectus. & de materia dic, vt ibi dixi. & eadē quasi possunt colligi notabilia. Primo, ponitur consultatio. Secundo, Papæ indagatio, ibi, cumque. Tertio, responsio, ibi, ideoq;. In glo. si est ita: ibi, & præcipue cum conscientia, & c. dic. Not. istam glo. que vult, q; probatio eorum, que dependet ex conscientia, possit fieri per proprium sacramentum. Legistæ allegant glo. pro singulari. Instit. de actio. s. alia. & ad idem vide glo. in. c. statutum. s. assessorem. de rescrip. lib. 6. & vide glo. in. l. si cui. s. iisdem. ff. de accusa. p. Bal. in. l. atqui natura. s. cū me absente. ff. de nego. gest. & per Bart. in. l. pro hærede. ff. de acquir. hæred. & tres bonos modos probandi ignorantia, posui in. c. de his. quasi in. fi. s. de accusat. In eadē, ibi adiungere compurgatores, dic. Hoc verum, secundum Hosti. qn subesset infamia; alia staretur soli iuramento, vt statim dictum fuit.

CAP. XVII.

S V M M A R I V M.

- 1 Homicida non censetur ille, cuius amici, vel consanguinei eo prohibente, & causam non dante commiserunt.
2 Cautela, vt quis homicida non censetur.
3 Irregularitas quandoq; contrahitur ex homicidio per alios perpetrato.

Petrus.

Non censetur homicida ille, cuius amici, vel consanguinei homicidium cōmiserunt eo prohibente, & causam no dante. h. d. Primo, ponitur facti narratio. Secundo, pronisio, ibi, quo circa. Not. primo, q; cautelam tenendam ad hoc vt clericus non teneatur de homicidio, quando suspicatur illud ab amicis, vel cōsanguineis cōmitti, dic, vt dixi in. c. ad audientiam. s. eo. in. 96. 7. q. princ. Vltimo not. ibi, causam, vel occasionē. q; quis efficitur irregularis propter homicidium per alios commissum, si causam, vel occasionem dedit, de quo dic, vt dixi. s. in. d. c. ad audientiam. q. 42. Et inducitur iste tex. ad quæst. de clerico, qui faciebat questionē, quam posui in. d. c. ad audientiam. q. 43. septimæ. q. princ. s. eo. in. glo. pen. dic. Not. bene hac glo. de qua materia dic, vt dixi in. d. c. ad audientiam.

in. q. 95. & 96. & seq. In glo. fin. in fi. dic, de hoc articulo, vt latissimè dixi in. d. c. ad audientiam. q. 43.

CAP. XVIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerico pro tuitione rerum suarum, maximè ecclesie, licitum est arma mouere.
2 Iudex quando peritorum consilio vti debet.
3 Periti vntus dicto tunc statuitur, quando solus est in loco.
4 In dubio quomodo iudicandum.
5 Defensio quomodo fieri debet, & nu. 7.
6 Forus animæ, & quasi animæ, quando dicitur.
7 Confessio facta in foro animæ, vel quasi interpretatur, pro confitente.
8 Statutum dictans, qd defensori licitum sit offendere offensorem tuum intra tres dies eodem genere offensionis, an dicat idem genus, quando eadē pena ueniret imponenda, que ueniret primæ offensionis. Et si quis excedat se defendendo modum, an habeat statuti beneficium. ibid.

Significasti.

Quo ad legem promotionis, homicida, & irregularis reputatur, qui vulnerauit vna cū alijs, & vulneratus obiit, nec apparet ex cuius vulnere obierit. h. d. Vel sic, fm D. m. irregularis censetur, qui alium lethalter percussit, licet ab alijs fuerit occisus. Idem si nō apparet, an lethalter esset ab alijs percussus, & obiit, & nō apparet ex cuius vulnere decesserit. Idem est, si non percussit lethalter, & habuit animū occidendi, & ex aliorum vulnerib; percussus expirauit. h. d. Tu intellige, & declara hūc tex. vt dixi. s. in. c. ad audientiam. in. q. 35. 37. & 38. & ibi posui quid veniat sub isto, & j. Primo ponitur cōsultatio. Secundo, distinguens responsio, ibi, nos in præmissis. Not. primo, q; licitum est clerico pro saluandis rebus, maximè ecclesie arma mouere, dum modò nō pcedat ad læua, vt dixi in. d. c. ad audientiam. q. 38. Secundo not. ibi, peritorum iudicio, q; vbi iudex tenetur aliquid decidere de iure, qd directè non pōt probari per sensum corporeum, sed iudicio intellectus, debet assumere peritos in illa arte; & not. q; tex. dicit, peritorum; & sic sentit, q; nō sufficiat testimonium vnus. Aduerte tamen, quod si in loco non esset, nisi vnus, staretur dicto illius, secundum. D. m. & dixi latius. s. eo. c. presbyterum. Tertio not. quod licet in dubio quo ad penam temporalem imponendam quis debeat potius iudicari innocens, quam nocens. l. absentem. ff. de pen. tamen quantum ad penitentiam, & ad animam debet potius quis iudicari culpabilis, vt dixi in. d. c. ad audientiam. Vltimo not. q; defensio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, dic, vt dixi in. d. c. ad audientiam. q. 13. 14. 15. & sequen. In glo. 2. in fi. dic, vt dixi in. d. c. ad audientiam. 37. & 38. q. vbi posui intellectum istius. c. In glo. in verbo credendum, in fi. dic, not. hanc glo. que quotidiè allegatur, quod in foro penitentiali statuitur confessioni alicuius, etiam in fauorem suum; & probat iste tex. q; non solum in foro animæ statuitur tali confessioni, sed etiam in foro quasi animæ. Dicitur autem forus animæ, quando quis par. j M M iij confi-

confitetur peccata sua sacerdoti pro penitentia recipienda, & absolutione. Forus quasi animæ dicitur, quando quis nec accusatus, aut denunciatus, aut inquisitus petit consilium salutare, quid agere debeat. Nec creditur sibi, vt hic; & idem probatur in c. ex literis. r. s. eod. & vide glos. antepe. in clem. r. de pœn. Aduerte tamen; quia talis confessio non præiudicat volenti postea accusare, vel inquirere, dic de hoc, vt dixi in c. de his. s. de accus. in quarto membro. Et not. quod si talis confessio, quæ fit in foro animæ, vel quasi, interpretatur pro ipso confitente. Ita concludit Oldra. consil. 182. per tex. nostrum, & per tex. r. 2. q. 5. c. humanæ. ¶ Glo. in verbo, discerni, oppo. q. non pariter puniantur, dato animo occidendi, primus vulnerans, & secundus occidens glo. sol. distinguendo inter ius canonicum, & civile. In eadem in fi. dic. q. aut agitur de pœna pecuniaria imponenda ex l. Aquil. quæ considerat interesse, & damnum, nõ autem animum, & procedit. l. huic scripturæ. §. Celsus. Aut agitur quo ad pœnam temporalem, vel penitentiam, vel irregularitatem, & quilibet tenetur de occiso, vt hic, & de pœna corporali probat tex. in l. si ita vulneratus. in fi. ff. ad leg. Aquil. & ad prædicta vide Bar. in l. si ff. de sicar. & quod dixi in d. c. ad audientiam. q. 35. 37. & 38. ¶ Glo. in versi. tutelæ. in princip. allegat concordantias, & declarat, & qualitat. tex. deinde allegat plura contraria, deinde, & tertio glos. sol. pro prima parte, si tria concurrant; deinde circa materiam ponit distinctionem Alani, & Ioan. In eadem glo. in fi. dic. de hoc articulo glo. quantum ad materiam irregularitatis, de qua canonistæ principaliter tractant in hoc titulo, vt plenissimè dixi in d. c. ad audientiam. s. eo. a. q. 13. vsque ad 19. q. inclusiue. Sed quantum ad materiam. l. Cornel. de sicar. vide Barr. & Docto. in l. 1. c. vnde vi. & latius, & melius per Bal. in repeti. illius. l. quam materiam etiam canonistæ hic attingunt, sed multum imperfectè, vide vt dixi, Bal. in d. repeti. vbi ponit quia ratione defensionis possunt offendere aggressorem, & quo tempore id fieri debeat, & qualiter, & quando dicatur fieri cum moderamine inculpatae tutelæ. Quæ ego hic omitto propter euitandam prolixitatem. Sed potes multa colligere ex his, quæ dixi in dictis. qq. Inter quæ memoriæ cõmendabis, quod si licet quis debeat se defendere cum moderamine inculpatae tutelæ; si tñ modum excedit, & excedendo interfecit, non tenetur talis excedens pœna legis Cornel. de sicar. sed pœna extraordinaria; ita voluit Bar. in d. l. 1. & melius Bal. ibidem Io. An. in c. significauerunt. j. de penit. & remis. & in addit. Spec. eo. titu. & hoc etiam voluit glo. nostra hic in princ. in ver. si tamen defendens. & ibi, tamen si quis modum excedit, quæ tamen glo. singulariter videtur limitare illam opin. communem, si ex proposito non excedat, & benè; nam tunc arbitror, q. si ex proposito excederet, & interficeret, puniretur pœna legis Corn. & prædicta not. ad intellectum statutorum. Pone, si dicat statutum, quod defensori licitum sit offendere offensorem suum intra tres dies eodè genere offensionis, an dicatur idem gen. q. eadem pœna veniret imponenda, quæ veniret primæ offensionis; & si aliquis defendendo se excedit modum, quæritur, an habeat benefi-

cium statuti; allegabatur in quæstio. de facto q. non; quia maior pœna veniret imponenda; & ideo dicebatur, q. iudex debebat imponere integram pœnã. Allegabatur in cõtrarium, q. statutum qd volebat, q. puniretur integra pœna, si excedebatur modus, loquebatur in offensione facta per offensum contra primum offensorem; sed cum in terminis prædictis essemus in defensione, non debebat iste puniri, nisi pro excessu; & hoc arbitror verissimum.

C A P. X I X.

S V M M A R I V M.

- 1 Mors infirmi, vt non imputetur medico, & quæ concurrere debent; & nu. seq.
- 2 Medico, quod per imperitiam commisit, imputari debet. & nu. 4. & 5.
- 3 Pietatis causa nihil iniuste agendum.
- 4 Dispensatio cum homicida casuali quando facilis.
- 6 Medicina omnis est venenosa.
- 7 Medicus, an teneatur mederi pauperi infirmo suis expensis.
- 8 Medico datum infirmitate durante, an repeti possit.
- 9 Dominus membrorum suorum nullus est.
- 10 Peritis in arte sua est credendum.

**Tua nos.** Religiosus exercens chyrurgiam, si ex ea mors sequatur, irregularis est, etiam si sit peritus, & diligens, & pietatis causa fecerit; sed cum eo, post satisfactionem, potest misericorditer dispensari. h. d. vsque ad §. ad vltimum. primo, ponitur consultatio, & responsio. secunda ibi, nos igitur. ¶ Noto primo, plura quæ debent concurrere ad hoc, vt mors infirmi non imputetur medico. Primo, vt tale officium, seu exercitium sibi conueniat. Vnde debet esse laicus, non autem clericus; quia clericis interdictum est exercitium chyrurgiarum, vt. c. sententiam. s. ne cler. vel mon. & c. non magno. & c. fin. eo. titu. Nec obstat tex. noster, qui loquitur de monacho; quia sic contingit de facto. Secundo requiritur, quod sit peritus; aliàs tenetur; & hoc facit contra Docto. imperitos, qui dant consilia, propter quæ fertur sententia iniusta; quia tenetur satisfacere argumen. hic, & l. illicitas. §. sicut. ff. de offic. præsi. & l. idem iuris. §. r. ff. ad leg. Aquil. & in reg. non est sine culpa. de reg. iur. lib. 6. Facit quod not. glos. in c. r. de confess. lib. 6. Tertio requiritur, quod sit diligens, & ex parte sui adhibeat omne studium circa curam infirmi. Quarto, q. informet ægrotum de his, quæ contraria sunt ægritudini suæ. Nam his omnibus seruatis, euentus mortis non imputatur medico. Facit. c. ad aures. de eta. & qualit. & adde ad ea, quæ dixi in d. c. ad audientiam. in 3. q. 7. q. princ. ¶ Secundo not. q. quamuis clericus sit peritus in arte chyrurgiarum, non tamen debet illam exercere, etiã pietatis causa, imò peccat; & sic infertur, q. propter pietatem non debet quis aliquid iniuste agere. r. q. i. c. non est putanda. Ego tamen arbitror hoc verum, nisi instaret necessitas; forte quia nullus in loco reperiretur, qui posset adhibere curam, & instaret mortis periculum, nisi puidetur; quia hoc

hoc casu arbitror, quod non diceretur in culpa immo non curando videretur ipse necare, & homicidium per negligentiam committere, vt dixi. s. in d. c. ad audientiam. 45. q. vnde intelligo, q. non debet exercere chyrurgiam; nisi vbi alius haberi non possit. Vltimo not. quod si cum homicida casuali facili dispensatur; quando culpa non fuit magna. Et aduerte; quia tex. noster loquitur in executione officij sacerdotalis, & tamen dicit, quod potest misericorditer dispensari, quando clericus peritus erat, & adhibuit omnem diligentiam; vnde solum fuit in culpa immiscendo se exercitio prohibito, & videtur vel le text. quod episcopus possit cum hoc dispensare; quia culpa videtur leuis; secus si esset magna, & sic videtur iste tex. esse contra opin. D. m. in c. 2. j. de lepugnan. in duel. vbi voluit, quod si culpa præcedit casum, non possit episcopus dispensare, vt possit ad ministrare in sacris ordinibus, de quo dic. vt dixi in d. c. ad audientiam. in 2. q. 10. q. princip. ¶ Glo. r. 2. & 3. sentiunt contrarium, quod mors quæ evenit culpa infirmi non imputetur medico, ex quo adhibuit debitam diligentiam. Sol. dicta glos. quod contrarium procederet, si iste non assumpsisset exercitium sibi prohibitum, dic vt dixi in c. ad audientiam. q. 42. & seq. Extra glo. tractat hic Inno. Host. & Doct. aliqua tam circa personas medicorum, quam infirmorum, & infirmos custodientium. Circa medicum conclusio est, quod si est peritus, & non fuit in aliqua culpa nõ imputatur sibi mors contingens, etiã in foro animæ. Nam hoc exercitium in personis, quibus non est prohibitum est laudabile, & honorabile iuxta illud Salomonis ecclesia. 3. 8. Honora medicum; quoniam propter necessitatem illum creauit altissimi. Si verò medicus reperitur in aliqua culpa propter mortem infirmi, tunc efficitur irregularis; vt pta. dando medicinam non bonam, nõ bonis aromatis compositam, & siml. Vel differendo liberatio nem causa maioris lucri. Et volunt Doct. quod si medicus dubitaret, an medicina esset profutura infirmo, vel nõ, quod in dubio debeat potius abstinere, & infirmum Deo curandum relinquere, quã ipsum incertæ medicinæ periculo commendare, & potest esse ratio, vt arbitror; quia omnis medicina venenosa est, vt. l. qui venenum. ff. de verb. sign. vide Bald. in l. illicitas. §. sicut. ff. de offic. præsi. & l. si ab hostibus. §. i. ff. solu. matr. cum siml. Et an si medicus teneatur mederi pauperi infirmo suis expensis, not. j. de sentent. excomm. c. quantæ. 83. distinct. §. r. c. non satis. r. q. r. c. qui studet. Spec. in titu. de sala. §. finalis. ex præmissis. & vide Bart. in l. Archiatri. C. de profes. & medi. lib. 10. Item vide text. singularem qui fortè non est alibi, in l. i. medicus. ff. de var. & extraor. cogni. vbi dicitur, quod si datur officium iudicis ad restituendam venditionem factam medico, durante infirmitate; quia videtur hoc fecisse timore vitæ amittendæ. Et sic videtur, quod si datur medico aliquid vltra debitum; durante infirmitate, illud nõ videatur datum ex mera liberalitate; sed potius ex voluntate liberandi; & sic videtur posse repeti in vtroque foro. Vide D. m. in c. fin. de immunita. eccl. & Bart. in d. l. Archiatri. Et prædicta etiam not. contra Doct. iuris, qui durante lite, tales faciunt exactiones. dic. vt latissimè dixi in tracta.

de aduoca. §. r. 8. De infirmo autem concludit Inno. quod licet non obediat medico; non tamen incurrit peccatum inobedientia; quia non est præalatus suus. Aduerte tamen; quia non debet infirmus aliquid assumere, quod verisimiliter induceret mortem; quia minus licet hoc contra se facere, quam contra alium. 33. q. 5. c. si non licet. nam si nemo est dominus membrorum suorum, vt. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & pro tali non est orandum; quia moriuntur in peccato mortali, nec est tradendus ecclesiasticè sepulturæ. 23. q. 5. c. placuit. 13. q. 2. c. non aestimemus. Circa custodientes verò dicit Inno. & seq. Doct. quod grauiter peccant, si aliquid nocivum tradunt infirmo. Item peccant non obediendo medico; quia si credendum est peritis in arte sua, vt. c. præced. & l. 1. §. r. ff. de ven. inspic.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus, qui iudici seculari inter signia furis dedit a quo fuit vulneratus, non est irregularis; licet fur postea occidatur.
- 2 Fur nocturnus latro appellari potest.
- 3 Prostrernere, & vulnerare differunt.
- 4 Statutum imponens pœnam vulneranti, non habet locum in proficente.
- 5 Clerico pro suarum rerum defensione licitum est vulnerare.
- 6 Mors casualis promouendum non impedit.
- 7 Furatus quinq; solidos, aut vltra, laqueo suspenditur.
- 8 Intellectus. c. si quis solidos, de pace tenen.

**§. Ad vltimū.** ¶ Clericus qui iudici seculari dedit inter signia furis, a quo fuerat vulneratus, nõ est irregularis; licet fur postea occidat. h. d. Secunda, ibi, nos igitur. ¶ Noto primo, ibi, latrones, quæ accedens ad furadum de nocte, potest etiam appellari latro, dic. vt dixi in c. 2. s. eo. Secundo not. q. si aliud est prostrernere, & aliud vulnerare; vnde si statutum imponens pœnã vulneranti, non habet locum in proficente. Noto tertio, q. pro defensione rerum clerico licitum est vulnerare, nam hic scholaris vulnerauit, & non imputatur sibi de quo dixi in c. ad audientiam. q. 18. Vltimo not. quod si mors casualis non impedit etiam promouendum, si nihil potest sibi imputari, dic. vt dixi in c. dilectus. s. eo. in gl. penul. ¶ Glo. p. e. oppo. quadrupliciter, & sol. dupliciter. In eadè in fin. dic. Hæc vltima solu. nõ est bona; quia per prius illi apparito res abscinderant illi virilia, & oculos eruerat, quod sufficit ad incurredam irregularitatem, vt in c. 2. j. titu. 1. & in c. is, qui eod. titu. libr. 6. & in clem. vnica. eod. tit. libr. 6. Vnde datur tertio sol. in glo. se q. videlicet, quod propter inter signia non fuit iste conuictus de furto; & ideo non efficitur irregularis; sed hæc solu. non videtur bona; quia satis est, q. dederit causam mutilationi; & ideo dantur alia sol. extra glo. Est ergo quarta solu. quod tempore istius decreti quæ fuit facta post capitulationem authenticorum, pro furto non erat pœna mortis, vel mutilationis aliquis membri, vt in auth. sed nouo iure. C. de furt. & in corpore vnde sumitur. Vnde si officialis talem pœnam imposuit, nõ debuit imputari scholari. s. de emptio.

C6153 pp4



empt. & vend.c.fi.Sed hec lectura non placet Hosti. quia hic presupponitur, qd hic fur intravit de nocte cum armis; ergo erat pena mortis, vel mutilationis, vt in.d.auth.fed nouo iure.&.l.capitalium. §. grassa tores. ff. de pe. Et praterea pp nouam constitutione Federici, f furans quinq; solidos, vel vltra, debet fur ca suspendi, vt. §. si quis solidos. de pace tenen. in vfi bus feud. Sed f ille. §. melius intelligitur per legistas, qd talis pena imponitur pp fractam pacem. Item in omnibus ferè locis furca suspenduntur, et pro modi co. Vnde non licuit scholari talem generalem consuetudinem ignorare. Et ideo dicit Host. quod verius intellectus est, qd scholaris non fuit in aliqua culpa; & ita Papa interpretatur. Et potest esse ratio, qa nec prohibuit testimonium, nec dedit opem, vel qd simile, sed solum officiali quarenti inter signia, illa dedit; & sic fuit causa multum remota, & sic non tenetur, vt not. glo. in.c. exhibita. j. eod. Et hoc placet. D.m. Alij tamen dicunt, qd fur aliquas res abstulerat, ob quarum recuperationem scholaris dedit inter signia, vt fieret iustitia; vnde non imputatur sibi. Sed prædicta intelligè secundum quod dixi in.c. ad audientiam. §. eod. a. 4. q. 7. vsq; ad. 53. inclusiue.

C A P. X X.

S V M M A R I V M.

- 1 Homicida est, qui causam abortui dat; si conceptum erat viuificatum anima rationali. aliàs secus.
2 Monachus, qui dicitur mortuus mundo potest impregnare mulieres, & maxime comatres.
3 Mulieri asserenti se prægnantem ex T. an credatur.

Sicut ex literarum.

- 1 Qui dat causam abortui, homicida est, si conceptu erat viuificatum anima rationali, aliàs secus. h. d. Et examina materiam huius. c. secundum quod dixi in. c. si aliquis. §. eo. & c. ad audientiam. q. 3. 6. Cōmuni diuifio, secunda, ibi, nos. ¶ Not. primo ex tex. quod licet monachus dicatur mortuus mundo. 16. q. 1. c. qui verè. & 2. q. 7. c. placuit. & l. Deo nobis. C. de epif. & cle. tamen secundum lo. And. potest impregnare mulieres; & maxime comatres; & vide Specu. in titu. de teste. §. 1. versic. item quod est monachus. Quærun hic Doct. quia tex. dicit, quod mulier assererat se prægnantem ex monacho, vtrum ei credendum sit, si forte monachus, vel alter asserat contrarium. Sol. Host. hic dicit, qd non; & remittit se ad not. in. c. Michael. §. de. fi. præsb. & c. per tuas. §. de proba. & c. ex transmissa. §. qui fil. sint. legi. & vi de Bal. in. c. cum seruum. §. de ordi. cogni. qui dicit, quod erronea confessio filij credentis matri suæ, non nocet sibi; & vide quod not. in. l. si vicinis. C. de nupt. & per Bar. in. l. quod senatus. ff. de libe. agno. ¶ Glo. in princ. allegat concordant. deinde opponit dupliciter, & soluit. In eadem, ibi, licet non teneatur lege canonica, dic. hoc procedit quod ad irregularitatem; sed quod ad peccatum, & pœnam peccati, benè tenetur lege canonica; licet anima

adhuc non sit infusa, vt dixi in. d. c. si aliquis. & in d. q. 36.

C A P. X X I.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus iudicem secularem quando adire possit, et eius brachium implorare.
2 Iudicium vbi semel ceptum est, ibi, & finem accipere debet.
3 Vix fieri dicitur id quod fit, sed difficillimè. Christophorus de Castilione fuit primus doctor in legibus auctoris. ibidem.
4 Laicus potest excommunicari, arceri, & personaliter affligi pro decimarum solutione,
5 Vindicta malorum cedit in laudem bonorum.
6 Obedientia humilibus parum prodesset, si contemptus contumacibus non obesset.
7 Iustorum gaudium, in punitione impiorum.
8 Excommunicatio, quando dicitur contemni.
9 Excommunicatus, si per annum induratus steterit in excommunicatione, est suspectus de hæresi.

Postulasti.

Non imputatur clerico, qui ciuilitè petit iustitiam de laico, si iudex laicus postea exercet in laicum vindictam sanguinis. Communis diuifio. secunda, ibi, ad quod, & materiam ista examina, vt dixi in. c. ad audientiam. §. eo. a. q. 47. vsq; ad. q. 53. ¶ Nor. primo, qd si contra laicum non sufficit remedium ecclesiasticum, potest clericus adire iudicem secularem, & eius brachium implorare, quod facit ad not. in. l. vbi ceptum. de iudi. & ad not. in. c. ex tenore. §. de rescrip. Nam licet illa lex dicat, qd vbi iudicium semel est ceptum, ibi, & finè recipere debeat; tamè illud est verum, si potest ille ibi consequi iustitiam, & finem; secus si coram tali iudice propter potentiam aduersarij, vel aliud simile, iudicium non posset ibi finem accipere; quia tunc ad alium potest accedere, vt hic. ¶ Secundo not. ibi vix absque sanguinis, qd vix dicit fieri, quod fit, sed difficillimè fit. circa quod vide, quod traditur in. c. 2. de cogn. spirit. lib. 6. & l. vix cervis. ff. de iudi. & ideo Hosti. reprehendit illos, qui exponunt, vix. i. nullo modo. ita exponit Bar. in. l. si iure. ff. de lega. 3. & malè, secundum D. Christoph. de Castilione, qui fuit primus meus doctor in legibus. Et ad prædicta vide glo. in versic. vix in proem. 6. & tex. in. l. alienationis. ff. de verbo. signific. ¶ Tertio not. qd pro solutione decimarum laicus potest excommunicari, & personaliter arceri, & si necesse est, etiam personaliter affligi, vt statim dicam. ¶ Vltimo not. qd vindicta malorum cedit ad laudem bonorum. Vnde dicit notab. tex. in. c. 1. §. de postu. prælat. quod parum obedientia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset. Vnde dicit Pfa. 57. ¶ Latabitur iustus cum viderit vindictam. Et vide notab. iura, quæ allegau in. c. ad liberandum. §. de iude. & quod dixi in. c. vergentis. §. de hæret. & c. significasti. §. eo. Quærun hic Docto. quando quis dicatur excommunicationem contemnere. Sol. dicit Hosti. si intra præsi-

prefixum terminum per iudicem sub excommunicationis pœna, vt aliquid faciat, vel non, ille contra rium attentet; & si per annum iuduratus steterit in excommunicatione, suspectus est de hæresi, arg. c. excommunicamus. §. 1. §. de hære. dic. vt ibi tex. tamen in. c. fin. de pœn. lib. 6. loquitur de biennio; sed ibi narratur factum. ¶ Glof. fin. in principio colligit, infert, & probat, & in fine oppo. & non soluit. In eadè, ibi, puniatur pecuniatè. dic. & sic potest agere, vt laicus capiatur. Facit. c. 1. §. de positi. vt flagellis affligatur. 14. q. 6. c. si res. dummodò non procedatur ad sanguinis effusionem, vt in. c. in archiepiscopatu. j. de raptò. Item ad feruitutè, quæ et imponit ecclesia, vt. c. cita quorundã. §. de iude. In eadem in fin. dic. de hac materia, vt habetur in. c. 2. de homici. lib. 6. & dixi, & in. d. c. ad audientiam. q. 52. & 53.

C A P. X X I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Homicidium casuale nõ imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, etiam si ad cautelam veniam postulauit.
2 Ludus inter pueros, etiam clericos, non est prohibitus.
3 Culpa, veniè impetratione an recognoscatur, & nu. 12.
4 Homicidium casuale non imputatur etiam promouendo ad sacros ordines.
5 Aetas puerilis quæ.
6 Ludus, qui virtutis causa fiebat, licet in eo sanguis effundì posset, de iure. ff. erat permissus. Et quid hodie. nu. 7.
7 Armorum appellatione, veniunt lapides.
8 Dolus à culpa differt.
9 Dolus quid.
10 Culpa leuis quæ.
11 Absolutionem petens ab excommunicatione, videtur fateri se excommunicatum, quod intellige. vt nu. 15.
12 Priuatio presupponit habitum.
13 Absolutio quando; petitur ad cautelam.
14 Rigor iuris vnde descendat, & quare inuentus.

Exhibita.

¶ Homicidam casuale nõ imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, et si ad cautelam veniam postulauit. h. d. Primo, ponitur petitio. Secundo, ex auditio. Secunda, ibi, quo circa. ¶ Noto primo, quod ludus inter pueros, & clericos non est reprobatus; aliàs homicidium inde contingens fuisset huic imputatum. Secundo not. quod si per veniè impetrationem extraiudicialiter factam videtur quis recognoscere culpam. Vltimo not. quod homicidium casuale non imputatur etiam promouendo ad sacros ordines, quod est cõtra glo. penul. in. c. ex literis. 1. §. eo. ¶ In glo. 1. ibi, illa ætas quicquid ignorat. dic. videtur ergo hæc glo. ex hoc, & ex iuribus quæ allegat, sentire ad intellectum tex. quod iste puer erat in ætate infantili, cuius contrarium sentiunt glof. sequentes, & benè; tum quia ponitur, quod iste esset clericus; tum quia dicit text. quod non animo lædendi; tum etiam, quia pars ad sui excusationem hoc principaliter allegasset. Et aduerte; quia glossator videtur fuisse in magna dubi-

ratione; & ideo non firmavit pedes. Nam in glof. 4. videtur sentire, quod noxius erat ludus. Si ergo erat noxius, ergo talis erat in culpa, dando operam rei illicitæ; & per consequens casus superueniens debebat ei imputari, vt. c. continebatur. §. eod. Vnde glo. 1. fol. quod iste erat in infantili ætate, & malè, vt dixi. Secunda glo. videt sentire, quod ludus esset permissus; & ideo casus superueniens non imputatur. Tertia glo. videtur sentire, quod ratione deficientis voluntatis homicidium cõmittendi excusatur. Sed hæc non est bona, si ludus esset prohibitus, vel ille fuisset in culpa. Vnde D. m. dicit pro concordia, quod tex. debet intelligi de puero, quæ puerilis ætas incipit à septennio, & durat vsq; ad. 14. vt in proemio. 6. per glo. & traditur in. c. ad nostram. §. de regula. 20. q. 1. c. 1. 2. 2. q. 5. c. paruli. Vnde beneficio ætatis iste ludus erat licitus, qui aliàs maioribus non fuisset licitus; quia ludus noxius, & c. vt. l. nam ludus. ff. ad legem Aquil. Ex quo infert. D. m. quod casus contingens inter maiores ex ludo lapidum imputatur ipsis proicientibus; secus inter pueros. Sed iste intellectus mihi nullo modo placet, licet videatur cõmunis. Vnde aduerte, quod hic articulus potest habere duo dubia. Primum, vtrum puer possit incurere in irregularitatem, de quo dic. vt dixi in 9. q. 5. q. prin. in. d. c. ad audientiam. Secundum dubium est, vtrum ex ludo saxorum, puer, qui aliàs potest incurrere in irregularitatem, illam incurrat, si inde nescio sequatur. Et profectò tẽpore istius decri. ego nescio videre, quod talis ludus esset præmissus. Nam licet iure. ff. videretur præmissus ludus, qui fieret virtutis causa, licet in eo veniret sanguis effundendus, & sic ludus saxorum, vel similis. l. qua actione. §. si quis i colluctatione. ff. ad leg. Aquil. tñ, ¶ hodie per. l. 1. c. de spectral. Scen. & Leno. lib. 1. r. c. 1. j. de tornea. ois ludus videt prohibitus; licet virtutis causa fiat, si inde mors sequi potest verisimiliter, & sanguinis effusio, vel cõ armis, vel simili genere; sed ludus saxorum est huiusmodi. Nã appellatione armorum, veniunt lapides, vt not. glo. in. c. si quis p̄diēs. §. eo. & ff. de furt. in. l. si pignote. §. si furem. & Insti. de pub. iud. §. item lex Cornelia. & ideo, si puer esset doli capax, non vi deo quare non incideret in irregularitatem ex morte inde contingente; vnde tenendo, quod iste esset ludus saxorum, dico quod iste non excusatur, ex eo, quod ludus esset permissus; sed propter multa concurrentia. Primo, quia non habuit animum percutiendi. Secundo, quia per imprudentiam medici. Tertio quia per incuriam patris, vnde nec factò, nec voluntate; nec ex causa, vel occasione non videtur iste cõmississe homicidium. De voluntate, & factò, clarum est. De causa, & occasione satis patet, ppter cõfessionem patris; qa incuria sua, & imprudencia medici fuerunt causa; & ideo non mirum si nõ efficitur irregularis; quia percussio non erat talis, per quam ille deberet mori. Facit. c. præsb. terum. in. fi. §. eo. nisi diceret, qd satis est, qd dedit operam rei illicitæ, & ex causa, licet remota, mors fuerit sequuta, vt. c. tua. in. prin. §. eo. Faciunt ea, quæ dixi ibi; & quæ dixi in. d. c. ad audientiam. q. 42. & ideo satis videtur difficile sustentare; qd tex. loquatur in ludo saxorum. Vnde ego arbitror, qd tex. possit intelligi, qd loquatur de alio ludo permissò, & qd iste puer proiecit lapidem in alium, qui volebat

Coste op.

lebat discedere à ludo, & ne discederet, vt solet fieri, iocosè proiecit lapidè, intendens proiecere ex opposito ipsius, pro vt pluries ego vidi; nam nò video, q̄ in ludo saxorum quis nò faceret animo percutiendi. Et potest iste tex. reddi singularis in hoc; quòd licet leuis culpa in maiore præcedens homicidiū red dat aliquem irregularem; tamen in puero cuius etas non est ita matura, sed inconsiderabilis, non reddit puerum irregularem; Secus si fecisset ea volutate, vt interficeret, per quam redditur doli capacitas; secū dum quod dixi in d. 9. q. 5. q. princ. in d. c. ad audientiam, quia nò debet ita culpa imputari, sicut dolus, vt de se patet; quia dolus præsupponit affirmatiuā; 9  
10 q̄ est calliditas, & fallacia, seu machinatio ad circunueniendum, fallendum, vel decipiendum alium adhibita, vt. l. 1. ff. de dol. Culpa verò ponit negatiuam, videlicet negligentia, vel inaduertentiam. Nam  
11 ¶ leuis culpa est deuiatio incircumspecta ab ea diligētia, quam habent communiter homines intelligentes, vt dicit Bar. in l. quod Nerua. ff. depo. & D. m. in c. 1. §. commo. Quam diligētiā, & considerationē puer non potest habere; licet intelligat, & sit doli capax; quia nò potest esse prudens propter inexperientiam rerum; vt dicit Philof. 1. Ethico. Et quod iste ludus non esset ludus saxorum, satis colligitur, dum dicit, quòd non animo lædendi proiecerit lapidem. cū talis ludus fiat gratia percutiendi. ¶ Gloss. in verbo, corruens, sentit contrarium, quòd iste deberet reputari irregularis; quia incutiendo timorē, dedit causam homicidio, & glo. solu. In eadem, ibi, fugiebat. Inno. hic dicit, quòd si iactus lapidis fuisset causa læsionis, proiciens teneretur, arg. c. de cætero. §. eo. & idem dicunt Abb. & Vinc. Subdit hic. D. m. q̄ iste intellectus nimis restringit tex. nostrum. Tu verò dic, vt dixi in glo. pen. & de arg. glo. dic, vt dixi in d. c. ad audientia. §. eo. q. 42. ¶ Glo. pen. oppo. quòd ex eo, quòd iste puer veniam postulauit, videtur fateri se culpabilem. glo. solu. In. fi. gl. dic, contra hanc glo. facit, quòd not. glo. in. c. venerabilem. §. de elect. vbi videtur probari, ¶ quòd petens absolutionem ab exco municatione, videtur fateri se excommunicatum, q̄ etiam sequitur ibi Host. & in. c. 2. §. de ord. cogn. hanc etiam opi. videtur tenere Bar. in l. decem. ff. de verb. oblig. Facit, quia sicut ¶ priuatio præsupponit habitum, vt in. c. ad dissoluendum. de despon. impube. ita venia videtur præsupponere culpam. 13. distin. c. nerui. Sol. dicit Host. quòd. c. venerabilem. & quod ibi not. procedit, quando quis in iudicium petit absolutionem solēnē; secus si extra iudicium omiffa solemnitate. Præterea, hic fuit petita venia ex benignitate, 14 vt mitigaretur dolor patris; sicut ¶ quando petitur absolutio ad cautelam, vt. c. solet. de senten. excom. lib. 6. Dicit et Host. quòd. c. venerabilem non probat illud ad quod allegatur communiter, quia ibi ille cognouit se ligatum; quādo petit absolutionem. Et vide ibi Inno. & in. c. 2. §. de ord. cognit. vbi videtur velle, quòd ¶ petens simpliciter absolutionem, non videtur fateri se excommunicatum; cum possit illam petere ad cautelā. Sed bene videtur fateri se habere cōscientiam læsam, hoc tenet Archi. in. c. 1. de except. libr. 6. & Io. And. D. m. ibi, & hic, hoc sentire videtur. Ista sua cōclusio, quòd quotiescunq; petitio vgnia, vel absolutionis, vel petitio priuatio-

nis habet multiplicē intellectum adhibitum; quia intrinsecè pōt habitus præsupponi, & nò præsupponi; & hoc casu, nunq̄ fit positio habitus. Et de materia hac vide per Doct. in dictis iuribus, maxime per legistas, in d. l. decem. & l. si quidē. C. de except. & l. non vtiq; ff. de except. & in reg. exceptionē. de reg. iu. lib. 6. & in anth. cōtra qui propriā. C. de nō num. pec. dicam in d. c. 2. ¶ Glo. fin. querit, & sol. In eadē, in fi. dic, secundum Inno. q̄ esset dispensatio, vbi iste occasione lapidis proiecti fuisset lesus; dic, vt. §. dixi. Et not. glo. ex qua colligitur, q̄ t̄t̄ oīs iuris rigor, videtur ex quadam misericordia, & veritate descendere, quæ se habēt ad conferuandam iustitiam pro communi vtilitate hominum.

C A P. X X I I I.  
S V M M A R I V M.  
1 Homicidium casuale non imputatur ei, qui dabat operam rei licite, nec fuit in culpa.  
2 Ecclesia non prohibetur habere plures campanas.  
3 Custodis officium, est campanas pulsare.

1 **Ioannes.** ¶ Homicidium casuale non imputat ei, qui dabat operam rei licite, nec fuit in culpa. h. d. Prima pars, narrat factum. Secunda, diffinit, ibi, nos igitur antecedens. ¶ Not. primo, ibi, campanas, quòd ¶ non prohibetur ecclesia habere plures campanas; quia pluralis loquutio. & c. Quidā tamen voluerunt contrarium, per .c. patentibus. J. de priuileg. de quo articulo dic, vt ibi latius dicam. & vide notab. consilium Oldr. consil. 228. quod incipit, quod fratres prædicatores. Secundo not. summarium cū concordat. c. dilectus. & c. ex literis. 1. & 2. & c. significasti. §. eod. Sed oppo. contra text. Videtur enim, quòd huic sacerdoti deberet imputari hoc homicidium, ex eo quòd videtur fuisse in culpa, vt in. c. tua. §. eo. Quòd autem fuerit in culpa probatur; quia dabat operam exercitio, ordini sacerdotali non conuenienti; quia pulsare campanas, nò ad ipsūm, sed ad clericum pertinere videtur. 2. 5. distin. c. perfectis. Solu. dicit Io. And. quòd. c. tua. loquitur in officio prohibito; secus si exercitium esset licitum; licet ad illud quis non possit astringi. Et aduerte; quia tex. debet intelligi in ecclesia in qua nò erat custos; fortè, quia erat ecclesia parochialis; Secus si ibi esset custos; quia tunc videretur esse in aliqua culpa ¶ custodis officium attendēdo, ad quem pertinet pulsare cāpanas, vt. c. 1. de offi. cust. Nisi à custode hoc impetrasset, vel cōsuetudo haberet, quòd quilibet posset campanas pulsare. Nò tamē arbitraret, quòd per hanc leuem culpam, quæ non est ordinata ad casum, quis efficeretur irregularis, arg. eorum dixi. §. eo. tit. in. c. ad audientiam. q. 42.

C A P. X X I V.  
S V M M A R I V M.  
1 Clerico, etiam contra catholicos fidei hostes, pugnare non licet.  
2 Cle-

Clericus, licet in conflictu, in quo plures casti sunt, percussus sit; tamen ex sola percussione non fit irregularis.

**Petitio.** Clericus pugnans etiā cōtra inimicos catholicæ fidei, debet ab altaris ministerio abstinere, si in prælio percussit, & de homicidio eū cōscientia remordet. h. d. communis diuisio. Secunda, ibi, mandamus. Noto primo, quòd ¶ clericus est prohibitus pugnare etiam cum infidelibus, non solum eos, aut eorum terras inuadendo; sed etiam proprias terras defendēdo ab inuasionibus infidelium, quod intellige, quādo terra esset munita alijs hominibus, qui possent illam defendere; aliās secus, si posset esse timor & rerum, & personarum, secundum quod dixi in. c. 2. §. eod. aliās autem si esset solus timor rerū, posset defendere non procedendo ad læua, vt dixi latius in d. c. ad audientiam. q. 38. Secundo not. quòd ¶ licet clericus percussit in conflictu, seu in prælio, in quo plures fuerunt interfecti; tamen ex sola percussione nò efficitur irregularis, ex quo certum est, quòd non interfecit, de quo articulo. dic, vt latius dixi in d. c. ad audientiam. q. 39. & 40. In gl. 1. in fi. dic, de hac materia vt latissimè dixi in d. c. ad audientia. §. eo. q. 44.

C A P. X X V.  
S V M M A R I V M.  
1 Clericus licet ad edificationem templi insistat.  
2 Statutum vrbis Senarum contra rusticos ducentes asinos, & mulas, qui post percussione dicunt, caue.  
3 Casus fortuitus, qui dicitur; & largo sumpto vocabulo, & proprie, & strictè.

**Quidam.** Licet casum ponat diuersum, tamē in effectu idem dicit, q̄ c. Ioānes. In tex. ibi laquearij dic, cum quo lapides trahebantur secundum Io. And. quia fortè cum isti edificarēt, & traxissent pōdus in altum, vt faciunt muratores, quantum expediret, & sacerdos intenderet ad dissolutionem laquei, cæpit laqueus frangi, & periculum imminere inferioribus; vnde presbyter alta voce clamauit ad inferiores vt sequitur. Qualiter autem factum esset incertum est, secundum Io. And. ¶ Not. primo, quòd ¶ clericus licet insistat in edificatione ecclesiæ; et si cū propria persona operetur; quia si non fuisset hoc licitū imputaretur sibi, & q̄ sit licitū facit. 1. 2. q. 2. in. c. aurum. Secundo not. contra istos clamantes submissa voce, Caue, caue & c. vel qui clamant post casum contingentē; quia per hanc protestationem non excusantur, prout faciunt communiter rustici ducentes asinos, & mulas, qui post percussione dicunt caue, cōtra quos est Senis statutum, quòd tales possunt impunè offendi. Vltimo not. ex tex. quòd largo sumpto vocabulo, ¶ casus fortuitus dicitur ille, qui potuisset præuideri per aliquem modum, licet diligentissimus ad id non aduerteret. Ad idem. c. cum Ioannes. §. eo. Nam & ibi, & hic, vterq; casus potuisset præuideri. Proprie verò, & strictè casus fortuitus est inopinatæ rei euentus, cui null-

modo prouideri potest, vt dicit Bar. in l. q̄ Nerua. ff. depo. & per. D. m. in. c. 1. §. commod. In gl. fin. in fi. dic, de hac materia, vt in d. c. 1. & in. c. bona fides. per gl. & Doct. in reg. contra factus. ff. de reg. iur. & latè per Bar. in d. l. q̄ Nerua. ff. depo. & l. si ex legati. ff. de verbo. oblig.

De Torneamentis. Rub.  
S V M M A R I V M.

1 Torneamentum quid, & vnde.  
2 FERIA vnde.  
3 Dies quilibet, cur feriatas dicitur ab ecclesiis; & qui dicitur de iure civili, & canonico.



Continuatur hæc rubrica hoc modo ad præcedentes. Viso de homicidio in genere; quia quidam sunt actus ex quibus interdū, licet non semper homicidium sequatur, vt sunt torneamenta, vel duella, aut ars sagittariorum; ideo subiicitur hic rubrica de torneamentis; & duæ sequuntur bricæ. Et præmitte ad intelligentiam materiæ, q̄ torneamenta, vt dicit text. in. c. 1. §. eod. quandoq; appellantur feria, quandoq; nundina. Tu verò dic, q̄ torneamenta possunt ita describi, q̄ sunt personales congressus, in quibus milites ex condito, seu conducto, vel edicto ad ostentationem virium suarum, & audaciæ congregiuntur temere; & hoc voluit Host. in sum. eo. tit. §. 1. & arbitror, q̄ hoc vulgare processit ab hoc verbo, tornus, quod secundum grammaticos a torqueo dicitur, cum quo vasa torneantur; vnde torno, as, idem est, quòd aptare in gyrum voluēdo, & reuoluendo. Vnde torneamenta dicta sunt; quia in illis præliantes communiter solent circuire, hinc inde ire, & reuenire; & sic proprie torniare circumcirca locum deputatum; torquentes, & se cruciantes mutuis ictibus hastarum. Et arbitror, q̄ ferie etiam appellantur a feriendo, vt dicit. D. m. quia tales se ferunt, & mutuis ictibus se percucient. Vel fortè, & melius dicuntur feria; quia diebus feriatis fiūt, hoc est, diebus festiuis, quo commodius homines extra cti a negotiationibus suis, possent talia ad spectacula accedere; licet secundum ecclesiæ ordinem, ¶ quilibet dies dicatur feriatas; & benè; quia quolibet die debemus à vitijs abstinere. Sed secundum iura ciuilia, & canonica, proprie feria dicuntur festiui dies, quibus cessant homines a foro, & negotiationibus, vt. §. de ferijs per tot. & ff. & C. de fer. & hic benè succedit, q̄ text. in d. c. 1. §. eod. appellat illas nundinas, torneamenta; quia, vt arbitror, olim diebus accederent ad videndum, & vt melius res ibi portata venderentur, fiebant torneamenta.



C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Torneamenta fieri non debent, & vulneratis in eis conceditur penitentia, sed si moriuntur, denegatur ecclesiastica sepultura, si animo pugnandi accesserunt; aliis secus.
- 2 An tali penitenti cōcedi debeat corpus Christi. nu. 14.
- 3 Torneamenta, quot nominibus appellantur.
- 4 Argumentum sumptum à vulgari loco, valet.
- 5 Vfus communis loquendi habet locum etiam in statutis correctiuis.
- 6 Ludus, ex quo periculum corporis, & anima sequi potest, exerceri non debet.
- 7 Ecclesia potest laicis prohibere ludum periculosum, & penam apponere.
- 8 Ecclesia, directā iurisdictionem etiam in laicos animarum ratione, habet.
- 9 Sepultura ecclesiastica morienti in torneamentis, licet penitenti, cur denegetur.
- 10 Pecuniam hasta, & pilaludere, & sponsonem facere gloria, & virtutis causa, licet.
- 11 Fortitudo, sine iustitia non est laudanda.
- 12 Ludi propter publicam lætitiā sunt tolerandi.
- 13 Ludus brachiorum, & pugnorum utroq; iure permissus, etiam si inde mors sequeretur.
- 14 Gladiatorum omnino sunt prohibiti.
- 15 Christi corpore assumpto, an remaneant immediate substantia, & essentia.
- 16 Et quid si ille qui assumpsit esset sacerdos. nu. 16.
- 17 Minus conceditur, maiore concessio. Quod intellige, vt ibid.

1 **Fœlicis.** Torneamenta fieri non debent, & vulnerato in eis conceditur penitentia; sed si moriuntur, denegatur ecclesiastica sepultura, si accessit animo pugnandi, secus si accessit alia causa, vt puta; vt debita sua exigeret. h. d. cum sequenti. c. Primo, prohibet. Secundo, penitentiam imponit, ibi, quod si.

2 ¶ Noto primo, quot nominibus appellantur torneamenta; quia quandoq; ferarum, quandoq; nūdinarum, vt dixi in rubrica. Secundo not. quod valet argumentum sumptum a vulgari loco. Ad idē facit quod not. in. c. 1. de iniur. lib. 6. & c. 2. de reb. eccle. non alienā. lib. 6. & c. ex literis. s. de sponsa. Nam ¶ communis vsus loquendi habet locum etiam in statutis correctiuis, vt. l. librorum. §. quod tamē Calsius. ff. de leg. 3. & l. cum de lanionis. §. asnam. de fun. instruct. & l. labeo. ff. de suppl. leg. Tertio not. quod nō est licitum exercere ludum etiam virtutis causa, si ex illo sequi possit periculum corporis, & animæ. Quarto not. quod ¶ ecclesia potest prohibere laicis ludum periculosum, & penam apponere; & hoc ¶ propter periculum animarum, propter quam causam ecclesia habet directam iurisdictionem etiam in laicos, vt not. in. c. fi. s. de prescrip. & in regula. possessor. de reg. iur. lib. 6. dixi in. c. ecclesia. s. de constitut. Vltimo not. casum ¶ in quo penitenti denegatur ecclesiastica sepultura, & hoc fit ad terrorem. ¶ Gl. in versic. ostentationem, format contrarium, & sol. In eadem,

9 J. solent. dic, quod ¶ licitum est pecunia ludere, & sponsonem facere gloria, & virtutis causa, & hasta, & pilaluctando, pugnando, saliendo, curriendo, & similia; aliis non est licitum. Hæc tamen vera dicit Hostien. quando sine armis ludunt, vel non sit timor mortis. Nam etiam de iure canonico hoc non videtur prohibitum. Sed si esset timor mortis; quia cum armis, & de iure canonico, & ciuili prohibitum est, vt in authen. omnes obedi. §. 1. colla. 5. vbi dicitur, quod ¶ non est laudanda fortitudo sine iustitia. Et aduerte; quia ¶ ludi qui fiunt propter publicam lætitiā, videntur tolerandi, facit. C. de paga. l. vt profanos, & C. de specta. lib. 1. l. 1. & l. nemo. dummodò, vt dictum est, non sit timor mortis, vel sanguinis, vt not. glo. in. d. c. 1. C. de specta. vide tex. in. l. 1. §. bestias. ff. de postul. & l. Athletas. in princip. de his qui not. infam. in quibus videtur probari, quod torneamenta sint licita, & finaliter concludo iudicio meo, quod de iure ciuili, & canonico ludus gratia virtutis, & exercitij, & fortitudinis ostendendæ est permissus, dummodò non possit graue nocumentum afferre, ita quod verisimilis mors non sit inde sequitur; vnde ¶ ludus brachiorum, & pugnorum est permissus etiam utroq; iure, etiam si casus mortis inde contingeret; quia verisimiliter non est ordinatus ad talem casum, & deberet talis recipi, si moreretur, si alia non obtarent, ad ecclesiasticam sepulturam. Facit. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. facit etiam quia talis ludus etiā personis ecclesiasticis est permissus, excepto ludo pugnorum; nisi leuiter fieret, vel nisi commiseret se laicis, dic, vt dixi in. c. continebatur. s. eo. Facit. C. de expensis ludo. pub. per. to. lib. 1. sed si arma commiserent, aut mors timeretur, alia cruenta spectacula in ocio ciuili, & domestica quiete non placent. Quapropter ¶ omnino esse gladiatores prohibemus. C. de glad. l. vnica. lib. 1. 1. ¶ Glo. 3. colligit arg. dic, vt in ea. Glo. in verbo, non negatur. format. q. vtrum ¶ penitenti sit concedendum corpus Christi, & solu. In eadem in fi. dic. Sed aduerte; quia videtur ex hoc posse sequi vnum absurdum. Pone enim, quod assumpto corpore Christi immediate ille moriatur, cōtinget, quod cum corpus suum non sit tradendum ecclesiasticæ sepulture, vt hic, quod corpus sacratissimum ponetur in loco non sacro. Sed forte dici potest, quod ¶ immediate, quod est assumptum non remaneat ibi substantia, seu essentia corporis Christi; sed euolat, & remanent accidentia; & hoc procedit secundum vnā opinionem; sed secundum aliam opinionem, quæ vult, quod remaneant etiam essentialia, arbitraretur posse solui contrarium, quod ex quo datur principium; hoc est, quod corpus sacratissimū datur homini non sacro, ex hac principali permissione, quæ processit a saluatore nostro, vt concederetur etiam locus non sacer, posset etiam corpus illud non tradi loco sacro. Sed maius dubium esset ¶ si ille qui accepisset communionem fuisset sacerdos. Ego in his non insisto; sed submitto me determinationi theologorum. vide magistrum sententiarum in. 4. lib. distinct. 14. ¶ Glo. fi. in princ. colligit arg. ex tex. quod probat per multa iura, deinde allegat iura in contrarium, & solu. in fin. dic, not. singular. hanc glo. ad solutionem argumenti, quod fieret, si ¶ conceditur maius;

De clericis pugnantibus in duello. Rub.

S V M M A R I V M.

- 1 Duellum quid.
- 2 Pugna iudicialia fit inter duos, a clero scilicet, & reum.
- 3 Monomachia quid, & vnde.



Continuatur hæc rubrica, vt dixi in præcedenti. ¶ Sed quæro pro declaratione dicendorum, ¶ quid sit duellum. Solu. Quidā, vt Hosti. hic in summa, dicunt, quod est singularis pugna ad probationem veritatis inuēta. Nam qui vincit, probasse vtr, si non vincit, defecisse. Vel melius dic. fm. Ioā. de Lign. in tract. de bello. quod est corporalis pugna duorum, vel pluriū; sed proprie duorum, delibata hinc inde ad purgationē, gloriā, vel odij exonerationem; verbum autem, pugna, fuit positum in diffinitione vt gen. Et dixi deliberata hinc inde, ad differentiam pugnarum, quæ fit ad necessariam defensionem, vt. l. 1. C. vnde vi. & l. scientiam. §. qui cū aliter. ff. ad leg. Aquil. in clem. vnica. de homic. in. c. olim. §. de restit. spol. nam in tali pugna ex parte aggressi nō est deliberatio, sed ex parte aggressiētis; & quādoq; vtriusq; vt. d. clem. 1. dixi in. c. ad audiētiam. in quarto membro. 7. q. prin. 13. q. & seq. In duello autem requiritur vtriusq; deliberatio, facit quod statim dicā in. c. 1. Dixi duorum, quia tunc proprie duellum est, sumpto argumento ab ethymologia, quasi duorum bellum, vt in. c. cum secundum. §. de praben. 16. q. 1. c. cum quis. ff. de verb. signi. l. tugurij. Item potest dici, quod pugna dicitur duorum ad differentiam contractuum, qui mutuo consensu contrahuntur. Adiungi tamen in descriptione, vel plurium; quia etiam largo vocabulo potest inter plures committi, vt dicit Linius ab vrbe condita de tribus Horatijs ex parte Romanorum, vt creditur, & tribus Curiatijs ex parte Albanorum. Dixi autem corporali, ad differentiā ¶ pugnarum iudicialium, quæ etiam fit inter duos, ¶ videlicet; a clero, & reum, vt. c. forus. j. de verb. signi. 4. q. 4. c. nullus. l. rem non nouam. C. de iudi. Dixi ad purgationem, vel gloriā, vel odij exonerationem ad ostendendum effectum rei. Et not. quod quasi idem importat verbum, monomachia; quia ¶ monomachia dicitur duorum pugna, in qua vnus est ex vna parte, & alius ex alia, a monos, quod est vnus, & machia, quod est pugna. vt. 2. q. 5. c. monomachiam. & de hoc etiam habes in. c. penul. s. ne cler. vel mona.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus etiam pronocatus, spontē acceptans duellum, deponendus est.
- 2 Epi-

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Intentio in his, quæ aguntur maxime consideranda.
- 2 Voluntas, & propositum distinguunt maleficia.
- 3 Statutum pœnale strictè interpretandum.
- 4 Sepultura ecclesiastica ei, qui non recepit corpus Christi, deneganda non est, & nu. 5.
- 5 Desunctorum corpora, vt ecclesiasticæ traderentur sepulture, quæ fuerit ratio.

Ad audientiam.

Summa vt in præceden. Primo, consultatio. Secundo, responsio ibi, nos. ¶ Noto primo, quod ¶ in his quæ aguntur consideranda est principalis intentio. nā ¶ voluntas, & propositum distinguunt maleficia, vt dicit gl. nostra. Secundo not. ex tex. nostro quod illi dumtaxat est deneganda ecclesiastica sepultura, qui mortuus est in torneamento, quā ad illud accessit causa ludendi, vel præliandi; secus si ex alia causa, vt puta, vt reciperet credita, vel videndi causa; nam cum ¶ statutum de quo in. c. præced. sit pœnale, debet strictè interpretari in proprijs terminis, in quibus loquitur. vt in reg. in pœnis. de regul. iur. lib. 6. Vltimo not. ibi, maxime si Dominicum corpus susceperit. argum. quod ¶ etiam ei qui non recipit corpus Christi, non est deneganda ecclesiastica sepultura, vt hic in glo. fin. Glo. 1. colligit illud, quod collegi super text. & probat per multa iura. ¶ Gloss. 3. quarit, & solu. In eadem in fin. dic. ¶ Quæ autem fuerit ratio ecclesiasticæ dispositionis, seu constitutionis quod corpora defunctorum traderentur ecclesiasticæ sepulture, vide. 1. 2. q. 2. c. cū grauiā. Glo. fin. format vnā. q. & solu. In fin. dic, sentit ergo gl. quod secus esset, si ipse non recepisset penitentiam; sed hoc est verum, quando constaret quod ipse decessisset in peccato mortali, nec apparuissent signa penitentiarum. Si vero hoc non constaret, & semel in anno penitentiam egisset, non denegatur ecclesiastica sepultura; licet in vltimo non recipiat, dummodò hoc non fecerit ex contemptu, dic, vt dicam in. c. j. omnis. de pœnit. & remis. & de signis contritionis, probatur in. c. a nobis. j. de senten. excommu.

Episcopus non dispensat nisi in casibus permisis. Irregularitas causatur ex homicidio, & mutilatione membrorum.

Porro. Clericus iniens duellum, siue obtulerit, seu susceperit, deponendus est; poterit tamen episcopus cum eo dispensare, si mors, vel membri mutilatio ex illo non sint sequuta. hoc dicit. Secunda, ibi, quantumcumq;.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- Clericus est irregularis non solum si ipse per se interficit; sed etiam si pugil ab eo datus occiditur; nec consuetudo excusat, poterit tamen cum eo circa beneficium habendum dispensari. Clericus civiliter potest convenire laicum de furto coram iudice seculari, ibid. Purgatio vulgaris est illicita. Responso, ambiguitatem omnem tollere debet. Homicida verus qui. Aduocati cuiusdam consilium iniquum. Homicidium quatuor modis committitur. Homicida ex mandato, vel precepto in irregularitatem incidit. Homicida in minoribus ordinibus, an possit ministrare non obstante irregularitate. Duelli quot sint species; & de materia ipsius. ibid. Duellum quo iure prohibetur. Deus quando tentatur. Deus non vult innocentem damnari. Actiones ad quid adinuenta. Iuris postitui intentio, & subiectum. Duellum in duobus casibus de iure civili permittitur, & de iure Longobardo in 20. & ibidem plura in materia. A duello recedens quandoque non punitur. Laici duellum acceptantis, vel offerentis, quae sit poena. Et quae clerici. nu. 17.

Henricus. Irregularis est clericus non solum si ipse interficit per se; sed etiam si pugil ab eo datus occiditur, nec excusat con-

suetudo; poterit tamen cum eo circa habendum beneficium dispensari; hoc dicit. Secunda, ibi, quia igitur. Nota primo, quod clericus potest civiliter convenire laicum etiam de furto, & coram iudice seculari, quod intellige servata protestatione, de qua in c. 2. de poen. lib. 6. quod nota. Secundo not. quod purgatio vulgaris est illicita; etiam si hoc habeat consuetudo, vt de purga. vul. per totum. Tertio not. ibi, ambiguitatem tuam, quod responso debet esse ita clara, vt tollat omnem ambiguitatem. Facit. l. certum. ff. de confess. Quarto not. ibi, homicida veri, quod ille dicitur verus homicida, qui propriis manibus interficit; ille autem qui interficit consulendo, vel precipiendo, non videtur verus homicida, dic, vt dicam in c. mulieres. j. de sent. excom. Aduerte tamen; quia ego intelligo in quantum tex. dicit, veri homicida. quod possit aliud colligi; videlicet, quod ille qui vulneravit ad mortem, licet in ipso vulnerato interfecit; sed post multos dies expiravit, dicitur homicida. Et hunc tex. nota contra cautelam illius aduocati, qui consuluit consanguineis illius, qui vulneraverat ad mortem, vt vulneratum interficerent, & fugerent, & sic primus vulnerans euaderet, dixi in c. ad audientiam. 7. q. principali. in quarto membro. s. de homic. Quinto not. quod pluribus modis committitur homicidium, videlicet; facto proprio, consilio, & precepto, & defensione; & licet de defensione videatur contineri sub primo; tamen forte hoc ideo dicit, quia aggressor, qui necessariam causam defensionis praebuit, dicitur seipsum interficere. Noto sexto ibi, pro eo, quod haec verba, idem important, quod mandato, vel nomine tuo. Facit. c. cum M. Ferrariensis. s. de constit. Septimo not. quod homicida ex mandato, vel precepto efficitur irregularis; potest tamen cum eo dispensari. Vtrum autem hoc casu possit dispensare episcopus, dic, vt dixi in c. ad audientiam. s. de homic. in. 10. q. princ. Et vtrum sit necessaria dispensatio, eo casu, quo episcopus potest dispensare, ita vt postquam potest, teneatur, dic, vt dixi in secundo membro. d. 10. q. princ. Et vtrum possit ipse homicida in minoribus ordinibus ministrare, non obstante irregularitate, text. hic videtur, quod sic, dum solum prohibet de sacris. Innoc. tenet contrarium, & bene. Tu dic. vt dixi in d. c. ad audientiam. in. 7. q. princ. & q. 5. Non obstat. text. noster; quia Papa respondet de sacris; quia ita fuit consultus de facto; vel dic, quod hic accipitur verbum, sacris generaliter, secundum quod quilibet ordo est sacer. Postremo, quia sumus in materia duelli, essent plures quaestiones tractandae, quas Doctores omittunt, quia, vt arbitror, iure Longobardo decidebantur; videlicet, quot sint species duelli, quod satis colligitur ex diffinitione, quod sint tres. Item qualiter committeretur quaelibet species. Et quo iure duellum esset prohibitum; & propter quam causam; & inter quos. Et aduerte; quia licet tex. in c. 1. s. eod. videatur prohibere duellum inter clericos. Idem tamen dicendum est in omnibus etiam laicis, quod probatur in c. 1. & 2. s. tit. prox. Et omisis alijs speciebus duelli, quod fit ad gloriam; & eius, quod fit ad odij exonerationem, tangendo solummodo de illo, quod fit ad purgationem, de quo loquitur tex. noster, & titulus de pur. vulgari. Quero, quo iure fuerit prohibitum? Solu.

Solu. dic, de iure diuino. Probatur; quia ille actus est prohibitus de iure diuino, per quem fit tentatio; sed duellum est huiusmodi, vt hic dicit glo. in verbo prauam, igitur & c. Maior, seu assumptum probatur, per id quod habetur in euangelio Matth. 4. Deuterono. 6. vbi dicitur, non tentabis dominum Deum tuum. Minor, quia tunc tentatur Deus, cum perquiritur contra naturam illud, quod non est producibile, nisi ex diuino miraculo; sed in duello purgatorio hoc perquiritur, ergo & c. Probatur; quia naturale est, quod fortior, & ingeniosior vincat minus fortem, & minus ingeniosum; sed aliquando minus fortis, & minus ingeniosus fauet iustitiae; & per duellum quaerimus, vt declaretur eius iustitia per victoriam; ergo Deus tentatur, vt miraculum faciat. Item hoc probatur; quia ille actus est prohibitus de iure diuino, qui est adinuentus diabolo fabricante; quia nihil commune habet diabolus cum Deo; ergo de iure diuino est prohibitum. 2. q. 5. cap. consulisti. & c. monomachiam. Vltimo probatur; quia per duellum potest innocens damnari; ergo de iure diuino prohibitum; quia Deus non vult innocentem damnari. 22. q. 2. capitu. quaeritur. & quod per duellum possit damnari innocens, patet ex praedictis. & ex c. 2. j. de purga. vulga. Et ex praedictis etiam dici potest, quod sit prohibitum etiam de iure canonico; quia ius canonicum innititur iuri diuino, vt probatur in d. c. consulisti. 2. q. 5. vsque in finem. & per consequens etiam ex praedictis videtur prohibitum de iure civili; & positiuo; quia per ipsum fit exclusio iuris postitui. Quod patet; quia ad consequendum ius priuatum, adinuenta sunt actiones, Instituti. de actio. in princ. & ff. eod. l. nihil. & ad vindictam publicam accusationes, & inquisitiones, in quibus certa forma datur, & probationes requiruntur, vt probatur, & patet ex titu. de lit. contesta. vsque ad titu. de regu. iur. & ex titu. de accu. cuius iuris postitui etiam principalis intentio est, vt vniciuique reddatur ius suum, vt i. iustitia. ff. de iusti. & iure. Instituti. eo. in princip. Sicut ergo haec obseruancia est ex iure positiuo; ita eius inobseruancia est contra ius positiuum; vt sicut est propositum in proposito, ita oppositum in opposito. 8. distinct. c. 1. 3. distinct. c. hospitium. Sed per duellum tollitur haec obseruancia, igitur & c. Praeterea per duellum tollitur iustitia, sed iuris postitui civilis proprium est subiectum; iustitia; quia finis iuris civilis intendit, vt vniciuique reddatur ius suum, vt d. l. iustitia. ff. de iusti. & iure. 8. distinct. c. quo iure. 16. distinct. c. placuit. 12. q. 2. c. cum deuotissimam. Et sic ex praedictis patet, quod statutum, vel consuetudo in contrarium non tenet, Oldra. confi. 191. Est tamen aduertendum; quod in duobus casibus reperitur permittitur de iure civili, de quibus in titu. de pac. ten. in vsib. feudo. Alij vero viginti casus sunt, in quibus olim de iure Longobardo reperiebatur permittitur, de quibus per Ioan. de Ligna. in tracta. de bello. in artic. de duello, sub rubr. in quibus casibus duellum purgari permittitur, & per Bart. in tracta. de pugna. & inter quos fieri possit, & qualiter fieri debeat inter principales regulariter, vide in dictis locis; vbi etiam vide, qualiter duellantes ad instar iudicij contentiosi iurare debeant; & qualiter ad instar ipsius iudicij, quasi per omnia ordinatum est; quia sicut in iudicio

instrumenta necessaria actori sunt actiones, & replicationes; ita reo exceptiones, & duplicationes; ita duellantibus arma offendibilia, & defendibilia necessaria sunt. Et qualiter iurare debeant; & in quibus casibus sit licitum; qualia debeant esse arma; & an licitum sit per alium duellare, vt per pugilem duellum committere, & qualis debeat esse, & plura alia vide in dictis locis. & Hostien. in tit. de purga. vulg. in summa. Illud tamen clarum est, quod dicitur recedens a duello quandoque non punitur; quia non facit contra legem, sed secundum legem. Nec succumbens debet puniri de illo crimine, cum talis probatio sit omnino reprobata, vt hic, & j. de purg. vulg. per totum. & tenet. D. m. in c. preceden. Facit quod not. gloss. 2. ibi, quae dicit, quod sententia non transit in rem iudicatam. Sed de crimine commisso in duello acceptato, vel oblato deberet puniri quantum ad laicos poena extraordinaria, cum in iure non reperitur certa poena, vt l. nemo martyres. C. de sacrosan. eccle. & dixi in c. 1. in glo. fin. s. de aposta. quod habet locum etiam in foro seculari. In clericis vero est poena de positionis, & irregularitatis, vt probatur hic, & in c. precedenti.

De sagittarijs. Rubrica.



Continua hanc rubricam, vt dixi in illa de torneamentis. Vel possunt continuari haec tres rubricae, hoc modo; quia dictum erat de homicidio, & in torneamentis, duello, & sagittaria arte homicidia committuntur; idcirco subnectuntur haec tres rubricae post illam de homicidio; & quoniam quandoque homines praerantur ad gloriam, quod saepe fit in torneamentis, posuit primo de torneamentis; & quandoque ad purgationem, & posuit de duello; & quandoque ad odij exaggerationem, & posuit hanc rub. de sagittarijs.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

dicam in.c.dilectus.de excess. prela. Tertio not. ibi, ne contra Apostolum. Trias mala prouenientia ex publico crimine sacerdotis. Primo, scandalizantur corda laicorum. Secundo, vituperatur officium, & ordo clericalis. Tertio, praestatur materia, & quasi licentia delinquendi. Iuxta illud, Leuit. 8. Si sacerdos, qui est vnctus, peccauerit, delinquere faciet populū, vt. c. magna. §. de voro. tex. tamen hic intelligit non data poena ipsis peccantibus; nam delicti venia concedit audaciam delinquendi. 5 o. dist. si lapsis, Quarto not. ibi, mala fama, q̄ fama, quae habuit ortum a participio criminis, sufficiens est ad indicendam purgationem; licet enim mulier confiteretur delictum; tamen ex sola confessione sua nec indicēda fuit purgatio, nec poena iniungenda; tum quia sola, tum quia mulier, tum quia criminis particeps, vt. c. veniens. & c. quoniam. §. de testi. Quinto not. ibi, cognouerunt. ¶ quales debeant esse compurgatores; quia debent esse tales, q̄ non sit verisimile eos deierare. Sexto not. ibi, ad arbitrium, q̄ purgationes hodiē sunt arbitrariae. Vltimo not. casum, in quo deficiens in purgatione adulterij suspenditur tantum ab officio. Sed contra hoc vltimum opponitur, videtur enim, q̄ debuerit durius puniri, vt. §. de cohab. cle. & mulier. c. si autem. & c. tua. in fi. & saltem videbatur deponendus, vt. c. cum non ab homine. §. de iudi. Sol. dicit Hosti. q̄ verum est, q̄ poterat grauius puniri; sed Papa hic mitigauit poenam. Io. And. hic, & melius dicit, q̄ si ad aliquam poenam actum fuisset, deficienti in purgatione debuisset imponi illa poena, vt. §. de accus. c. accedens, sed hic non fuit actum ad aliquam poenam, nec aliqua forma intentata, ideo propter infamiam debet suspendi, & sequitur, D. m. & est notabilis intellectus. & adde ad ea, quae dixi in d. c. accedens. ¶ Glo. 2. arguit, & in fi. opponit. In eadem in fi. dic, q̄ iura allegata in cotrarium parum faciunt. Quamuis enim plures teneantur ex comuni delicto; tamen probatio contra vnum non nocet alteri. Nam potuit esse, q̄ ille fuit conuictus ex falsis probationibus, vt. l. denuntiasse. ff. eo. quae probat, q̄ etiam si mulier fuisset coniuncta de adulterio in iudicio per testes, non tamen nocet adultero. Et idem probatur in l. & si crimine. C. eo. Facit etiam, quia res inter alios acta alteri non nocet. Vide quod latius dixi in c. penul. §. de re iudi. & vide Bar. in quaestio. quae incipit, Perusinae ciuitatis. In glo. in verbo, reconciliare. in fi. dic, q̄ ibi dicitur, q̄ pertinet ad Episcopum, non ad inferiorem; & adde quae dicuntur in c. de consec. eccle. vel alta. ¶ Glo. pen. in princ. colligit argum. deinde opponit, & soluit. In eadem, in secunda, dic, not. igitur ex glo. q̄ sola confessio mulieris non fuisset sufficiens ad indicendam purgationem. Facit quod dixi in tex. quia mulier, quia sola, quia particeps. Facit. c. i. §. de confes. & l. fin. C. de accus. Debet igitur intelligi tex. quando ex tali confessione transfuit infamia apud bonos, & graues; & forte propter scandalum quod imminet, quo casu etiam cessante infamia, videtur posse iudici purgatio. Facit quod traditur in c. qualiter. 2. §. de accusa. & hoc tenet. D. m. Glo. tamen fin. in c. ex literis. §. de homici. videtur sentire contrarium. Sed dic de hoc, vt dicam in c. inter. j. de purga. canon. In glo. fin. in fi. dic, vt dixi super tex. & vide quae dixi

in. c. accedens. §. de accus. & in. c. in sinuatum. supra de symonia,

C A P. V I.

S . V M M A R I V M.

- 1 Episcopus laicum excommunicari potest propter adulterium.
- 2 Matrimonium est vnum ex septem ecclesiasticis sacramentis.
- 3 Adultera petens absolutionem ab excommunicatione ratione adulterij, debet cauere, q̄ illud amplius non committet. ibidem.
- 4 Absolutio ab excommunicatione non fit sine satisfactione.
- 5 Exceptio excommunicationis obstat agenti possessorio recuperanda.
- 6 Mulieri petenti viri restitutionem, obstat exceptio adulterij manifesti.
- 7 Exceptio defectus notoriae proprietatis, obstat petenti restitutionem. ibidem.
- 8 Matrimonium propter adulterium totaliter non soluitur; sed separatur thorus. & nu. 46.
- 9 Possessorium recuperanda non datur mulieri spoliati se quasi possessione viri.
- 10 Replicatio fornicationis obstat excipienti de fornicatione.
- 11 Petenti coniugis restitutionem, adulterij exceptio opponi non potest.
- 12 Ius matrimoniale quid.
- 13 Dolus cum dolo compensatur.
- 14 Delicta paria compensatione mutua delentur. & sub nu. 28. & nu. 47.
- 15 Fornicator bigamiam incurrit.
- 16 Semita tutor in dubijs eligenda.
- 17 Practica sententiae absolutoriae in possessorio recuperanda.
- 18 Mulier sponte recedens a marito, non perdit quasi possessionem, quae animo solo retinetur.
- 19 Vir, & vxor a pari iudicantur.
- 20 Adulterij decem specialia.
- 21 Adulterium quot modis probatur. Filius natus ex muliere cohabitante cum viro suo, presumitur filius viri: licet mulierem tempore conceptionis cum alio concubuisse probaretur. ibidem.
- 22 In dubijs benignior interpretatio facienda est. ibidem.
- 23 Aegrotus qui mulierem supposuit medico, qui eum aliter sanare nolebat; an eam de adulterio possit postmodum accusare.
- 24 Vir est caput mulieris; & viro obedire debet mulier.
- 25 Vxor Loth cur mutata in statuam salis.
- 26 Abraham adulterij reus non est, qui vxore volente filios ex ancilla suscepit.
- 27 Adulterium sine dolo non committitur, & nu. 39. & 41.
- 29 Maritus, qui fuit leno vxoris suae, eam non accusat de adulterio.
- 30 Agentes, & patientes pari poena puniuntur.
- 31 Legis auxilium frustra inuocat, qui in legem committit.
- 32 Seruus, nec subditus, qui domino in atrocibus obediuit, non excusatur.
- 33 Anima corpori cum sit praetiosior, anteponenda est.
- 34 Amentis verba non sunt attendenda.
- 35 Fatuitas ex verbis comprehenditur.
- 36 Vir mandas vxori, vt alio se transferret, ne ab exercitu, tran-

- 37 Culpa lata dolus est. & nu. 42.
- 38 Violentia excusat ab adulterij poena.
- 40 Voluntas in maleficijs, non exitus spectatur.
- 43 Mulier dimissa a viro propter adulterium, si postea, & ipse vir adulterium committit, an possit repeti ab vxore.
- 44 Actio semel extincta, amplius non renascitur.

Intelleximus.

Mulier petens restitutionem mariti, repellitur per exceptionem adulterij manifesti; nisi; & ipse vir fuerit adulteratus, & probetur. h. d. Vel sic, Coniux coniugem de adulterio impetere non potest, & si ipse adulterium commisisse conuincatur. h. d. Primo facti narratio, in qua ponitur petitio mulieris, exceptio viri, & mulieris replicatio. Secundo, ponitur iudicis instructio, in qua duo facit. Primo, instruit, quando adulterium non esset notorium. Secundo, quid si esset primo, quando probatum est adulterium viri. secundo, quando non est probatum. secunda, ibi, quo circa. & alia pars ibi, alioquin. In tex. ibi, inficias. dic fortē vtrunque negabat, mulier. si se sponte recepisse, q̄ probari potest, secundum not. in. c. super hoc. §. de renun. Item negabat adulterium commisisse, praeterea replicabat de fornicatione viri. ¶ Not. primo, q̄ Episcopus loci potest excommunicare laicum propter adulterium. Resic singulariter hic colligitur, quod ratione adulterij iudex ecclesiasticus potest exercere iurisdictionem in laicos, licet non agatur ad separationem thori. Cuius tamen contrarium voluit Io. And. in. c. si. de fo. compe. lib. 6. Nam hic non agebatur ad separationem thori; & tamen Episcopus excommuni- cavit; & forte potest esse ratio, quia matrimonium est vnum ex septem sacramentis, vt. c. debitum. §. de biga. & ideo ratione violationis sacramenti, potest iudex ecclesiasticus exercere iurisdictionem. Vide D. m. in. c. cum sit. de foro compe. Sed aduerte, quia forte secundum Inno. Episcopus astrinxit istam vinculo excommunicationis solum propter contumaciam, non propter crimen; vel dato, q̄ constaret de crimine, tamen necessaria fuit monitio, vt. c. sacro. j. de sen. excom. Vel posses dicere, q̄ hic recitatur factum, nec queritur hic, an iuste, vel iniuste fecerit Episcopus excōicando, secundum Hosti. & Io. And. & sic non videtur probari dictum. D. m. ¶ Secundo Not. ibi, adulterium abiurans, quod adultera petēs absolutionem ab excommunicatione, ratione adulterij, debet prius abiurare adulterium; hoc est cauere, q̄ ad illum amplius non accedet. Est enim generale, q̄ non absoluitur quis ab excommunicatione, nisi satisfaciatur; & si est suspectus nō admittitur, nisi caueat cum iuramento, de quo in. c. clericos. de cohab. cle. & mulie. fin. Inno. & Hosti. ¶ Tertio not. ibi, absolutione recepta, arg. q̄ agenti possessorio recuperanda obstat exceptio excōicationis. Nam a cotrario tex. infert, q̄ non recepta absolutione non potuisset petere restitutionem viri, quod not. ad materiam. c. intelleximus. §. de iudi. & c. i. de rescri. lib. 6.

¶ Quarto not. q̄ contra petitionem restitutionis mulieris obstat exceptio adulterij manifesti; & si petenti restitutionem obstat exceptio defectus proprietatis notoriae, siue notorietas surgat ex euidētia facti, siue per partis confessionem. Facit. c. significasti. §. de diuor. & qd not. Inno. in. c. cōstitutus. §. de fil. presby. Et hoc singulariter procedit hic, secundū D. Ant. & D. m. qm notorietas defectus non est super totali defectu iuris, sed solius exercitij iuris proprietarij, vel proprietatis. Nam propter adulterium nō soluitur totaliter matrimonium; sed separatur thorus; & tamen exceptio adulterij manifesti obstat petenti restitutionem cōiugis. ¶ Quinto not. ibi, spontanea recessisset. arg. q̄ mulieri sponte se spoliati, quasi possessioni viri, non datur possessorem recuperanda, quasi non sit spoliata ab illo. Contrarium tamen est veritas, vt colligitur hic in glo. i. iuuaret tamen haec exceptio, q̄ sponte recessisset quantum ad expensas, & alimenta, vt not. in. c. significasti. de diuor. ¶ Sexto not. ibi, fornicatus. arg. q̄ contra excipientem de fornicatione, obstat replicatio fornicationis, de quo in glo. vltima. ¶ Septimo not. q̄ contra petentem restitutionem coniugis, non potest opponi de adulterio, nisi de illo constare dicatur p euidētia facti, vel propriam confessionem partis aduersae. Ad impediendam autem restitutionem p testes probari non potest: quia priuilegiata est, vt. c. si. de ord. cogni. ¶ Octauo not. q̄ ius matrimoniale est quoddam vinculum, qd iudicatur a pari, vni- formiter consistens in persona viri, & vxoris. ¶ Nono not. q̄ dolus cum dolo compensatur. & paria delicta mutua compensatione tolluntur, vt in. c. seq. ¶ Decimo not. quod quis cogitur incurrere in bigamiam; & sic incurrere irregularitatem, sed nō est verum; quia aut probatur, q̄ vir fuerit fornicatus, & iam incurrit bigamiam, si vero nō pbatur fornicatio viri; & pbatur fornicatio vxoris, non tenetur illam recipere. Et si tu diceres, si non potest nisi per testes probare, interea tenet recipere, dico, q̄ licet teneatur recipere, nō tñ tenebatur reddere debitum; & si tu diceres, interea non debet spoliari lite pedēte, quasi possessione reddendi debiti; Dico, q̄ si ipse est certus, quo ad Deum non est obligatus; si dubius, tutius est, q̄ abstineat; quia in re dubia semitam tutiorem eligere debemus, vt in. c. ad audientia. §. de homici. & licet non esset peccatum; tamen equitas suggerit quod iste non sciens, vel praesumens, aut dubitans rōnabili dubitatione, non cogatur incurrere irregularitatem. ¶ Vltimo not. q̄ practica sententia absolutoria in possessorio recuperanda; nam debet iudex agenti silentium imponere. ¶ Glo. i. potest recitari per quaestionem, & per contrarium. In eadē in fi. dic, idē probatur in. c. significasti. de diuor. & in c. literas. §. de resti. spol. & per Inno. in. c. veniens. §. de regula. & ratio est, q̄ quia mulier etiam sponte recedens, non perdit quasi possessionem, quae solo animo retinetur; & ideo si rediens nō admittitur; tunc spoliari videtur; & idem dicendum in marito; quia iudicantur a pari, vt hic. & c. seq. & c. gaudem? de diuor. ¶ Vltimo Io. And. hic super hac glo. ponit multa specialia in causa adulterij. & post eum D. Ant. Primum; quia in multis repellitur accusatio adulteri, seu adulterae, de quibus in glo. si. hic. Ex quibus

bus sequitur fm speciale, q̄ quandoq; non admittatur, qui iniuriā suam prosequitur, not. 4. q. 6. omnib⁹. & 2. q. 1. prohibentur. Tertium, q̄ pp̄ p̄sumptionē aliquis de adulterio condemnatur. 3. 2. q. 1. dixit. qd̄ tamen intellige, secūdm̄ not. in. c. ex literis, de psū. Et vide. l. si qui adulterij. C. eod. & tex. not. in auth. vt lic. ma. & auia. §. is quoq; & §. qa verò. & vide Hofst. in sum. §. qualiter. versū. item iure nouo. Quartum, q̄ peremptoria non p̄t opponi post litem contestatā. l. si maritus. §. p̄scriptions. dic. vt ibi per Barto. ff. eo. & l. si. C. eo. & aliquid in. c. seq. Quintum, q̄ condemnatus de adulterio in modum exceptionis, punitur, de quo in. l. 2. §. si publico. ff. eo. & c. 2. de ord. cogni. Sextum, q̄ seruus admittitur. 1. 2. q. 2. c. qui manumittitur. cum duobus seq. Septimum, q̄ admittitur minor. 2. 5. annis. ff. eo. l. si maritus. §. lex Iulia. & §. de refl. spol. c. ex parte. Octauum, q̄ non tollitur p̄ baptismū; dic. vt dixi in. c. de his. in. 3. mēbro princ. de accusat. & in. c. 1. de iudi. traditur in. c. gaudemus. §. de diuor. Nonum, q̄ adulterium vxoris nocet viro. 3. 2. q. 1. c. in cōiugio. quod tñ intellige, vt dixi in tex. qd̄ v̄ esse contra regulam. C. ne vxor p̄ marito. in rubro, & nigro, & contra regu. non debet alteri. ff. de reg. iur. Decimum, q̄ vir, & vxor non possunt simul accusari de hoc crimine. C. eo. l. reos. qd̄ intellige vt ibi. f. ab eodem, & ex eadem causa. ¶ Gl. 3. quærit, & sol. in fi. dic. Habes ergo ex glo. † duos modos probandi adulterium manifestum; vnum, quia publicū, hoc est, quia publicē habitat cū cōcubinario, vt. c. tua. & c. fi. de coha. cle. & mul. & fortius si in publico lupanari; vel etiam si aliter passim sine delectu admittebat viros, vt. l. palam. ff. de ritu nup. Facit. c. cum in diocesi. j. de vsur. Secundus modus, qui colligitur ex glo. est, q̄ infans anniculus absente marito continuo per decennium, ab eo reuerso inuentus est, vt dicit Iurifcon. in. l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Et idem si reperiret anniculum, & sterifet absens vltra. 2. 8. menses. fm̄ illam opi. que vult, q̄ conceptum possit stare in vētre humano p. 1. 4. menses; alias autem † si viro cohabitante cum muliere filius natus sit, p̄sumitur viri, vt. l. quia semper. ff. de in ius voc. etiam si mulier p̄betur conceptionis tpe cum alio concubuisse, tex. est singularis in. l. miles. §. defuncto. ff. eo. quia ex quo eodem tpe cognoscebat p̄riter à viro, & extraneo, fauore filiorum p̄sumitur; & quia † in dubijs in benigniorem partem interpretatio facienda est. ¶ Gl. h. in princ. allegat iura fortificantia tex. deinde arguit in contrarium, & remittit solutionem; deinde colligit casus, in q̄bus vir non potest obijcere adulteriū vxori. In eadem, ibi, si eam tradidit adulterandā. dic. not. hanc gl. pro sol. q. dominicalis Bart. Brix. quæ incipit, cum quidam. 24. quæ est in ordine. 3. 2. vbi format. q. quidam † cū grauius agrotaret, dixit medicus, q̄ non curaret eū, si non traderet sibi vxorem suam ad cognoscendum, quam ob causam induxit vxorem, vt faceret voluntatem medici, quo peracto vult illā repellere, vt adulteram. Quæritur, an possit, & arguit pro parte negatiua pluribus medijs. Primo, quia vir est caput mulieris, 3. o. q. 5. cū apud. & viro debet obedire. ea. causa. q. 1. o. c. est ordo. Vnde † vxor Lot mutata in statuā falsis; quia viro suo non obediuit, de voto. c. magnæ. & Gene. cap. 19. ergo & c. Secundo probatur, nam

† Abraham excusatur, quia de licentia vxoris suæ cognouit ancillam. 3. 2. q. 4. dixit Sara. Tertio, talis mulier non fuit in dolo, quæ simpliciter obediuit; ergo adulterium non commisit, † quod sine dolo non committitur. l. penul. ff. de adult. ergo eam non debet repellere. 3. 2. q. 5. c. si vxorem. quia sero accusat mores, quos vxorem ducendo comprobauit. ff. eod. l. si vxor. §. fina. Quarto, quia licet vxor peccauerit; tamen & maritus peccauit; ergo † paria delicta mutua cōpensatione tolluntur, vt hic, maxime quia in tali casu deterior est cōditio agentis, vt. l. cum per delictum. ff. de reg. iur. & est tex. expressus in. l. mercalem. C. de condi. ob turp. cau. Quinto, † quia maritus fuit leno vxoris; ergo eam de adulterio non accusat. ff. sol. ma. l. cum mulier. §. de eo qui cognouit. confan. vxor. suæ. c. discretionem. vbi bo. tex. pro hac decisione. Sexto, iste maritus fuit parriceps criminis, & muneris; ergo repellendus, arg. c. veniēs. de testi. & c. 1. de cōfess. 30. Vltimo, quia † agentes, & consentiētes pari pœna puniuntur. c. 1. de off. dele. 2. q. 1. votum. immo hoc in casu debet quis puniri, quia induxit, & autoritatē p̄stitit. 86. dist. c. tanta. Dicat ergo vxor, vt culpēt alij te, ne laudare necesse est; nam † frustra legis auxiliū inuocat, qui committit in legem, vt. c. quia frustra. de vsur. & l. auxilium. ff. de mino. In contrarium tamen arguit; quia ista vxor debuit potius omnia mala pati, quam malo consentire. 3. 2. q. 5. c. ita ne. Quare propter obedientiam, quam p̄stitit, non debet excusari in his, quæ sunt Deo cōtraria. 1. 1. q. 3. non semper. & c. qui resistit. & c. Iulianus. etiam si sanctus aliquid perciperet contra rōnem. 5. o. dist. si quis p̄positera. de rescript. c. si quando. 26. q. 5. nec mirum. Secundo, quia † seruus non excusatur, q̄ dño in atrocibus obediuit. ff. de reg. iur. l. ad ea quæ. nec subditus. 7. q. 7. c. admonendi. 1. 1. q. 3. cap. quid ergo ergo non videtur excusanda. 3. 2. q. 7. c. omnes. nec debuit asperitatem, aut viri adulationem timere. 5. o. dist. in. si quis diaconus. circa finem. & potius debuit cogitare, q̄ vir causa experiendi eam faciebat. 2. 2. q. 2. quod ait. Tertio per tex. in. l. 2. §. si publico. ff. de adulte. qui vult, quod p̄textu lenocinij mariti, vxor non excusetur ab adulterio. Quarto, quia pro vita alicuius, vel sui, non debet qs mentiri. 2. 2. q. 2. ne qs. ergo minus adulterari. Nam † cū anima sit p̄tiosior corpore, de pœni. & remis. cum infirmitas. 24. q. 3. si aues. ergo corpori anteponenda, vt. l. sancimus. in fi. C. de sacros. eccl. Si ergo propriæ saluti anteponenda, fortius alienæ. 2. 3. q. 5. si non licet. Vltimo, quia maritus qui hoc dixit in infirmitate, videtur † amēs hoc dixisse; ergo verba sua non erant attendēda. 17. q. 2. Gonfaldus. & 3. q. 2. iudicas. nam † ex verbis suis potuit comprehendere eius fatuitas. l. 3. §. 1. ff. de tuto. dat. ab his. & l. quidam in suo. ff. de condi. insti. Finaliter soluit, & cōcludit, q̄ licet mulier malè fecerit; tñ vir non p̄t ei obijcere adulterium, argu. iurium, & rationum pro prima allegatorum; & sic patet ad contraria rōndendum. Et primo, ad primum, & secundum rōndetur, quod mulier non excusatur à peccato, quæ debuit potius oīa mala pati & c. nec timere terrorem, aut applaudere adulationi mariti, & c. A marito tñ non potest accusari de adulterio, per arg. primo loco formata; & ita potest responderi ad quartū argm̄. Ad tertium verò rōndetur, q̄ rex. in. §. si publico.

colloquitur de publica vindicta, a qua non excusat mulier propter viri lenocinij; sed nos loquimur quo ad priuatū interesse; pro qua decisione est tex. in. d. c. discretionē. & gl. hic, quæ tenet per illud. c. In eadē gl. ibi, item si violenter fuerit oppressa. dic. hæc gl. facit ad decisionē alterius quæstio. dominicalis, quæ incipit, vir mandauit, quæ est 3. 4. in ordine cuius titulus est. 36. est. Pone, † vir mādauit vxori suæ, vt alio se trāsferret, ne violentiā pateretur ab exercitu transeūte; ipsa tñ in domo sua permāsit, & sic a transeūtib⁹ est oppressa. Quæritur, an vir possit eā repellere, & an amittat dotē; & arguit primo pro parte affirmatiua multis medijs; & primo, vxor quæ non obediuit marito fuit in culpa. 3. 3. q. 5. manifestū. & c. hæc imago. ff. de reg. iur. l. non p̄t dolo. ergo quicquid inde sequutū est sibi ip̄tandū est, vt. c. de cætero. de homic. & 5. o. dist. studeat. Secūdo nihil interest, vtrū quis malū faciat, an malo causā p̄stet, vt. l. qui occidit. §. pen. ff. ad. l. Agl. & l. nihil interest. ff. de cōdit. & demon. quiniomō & si benè acciderit puniri debet, vt. l. desertorē. §. in bello. ff. de re mili. Tertio probatur, nā cū culpa sua incidit in talem metū, non debet excusari. ff. quod metus causa. l. si mulier. & ff. de reg. iur. l. quod si qs. & in regula. damnū. de reg. iur. lib. 6. Quarto, hic mulier fuit in lata culpa, ergo fuit in dolo; quia † lata culpa æquiparatur dolo. l. quod Nerua. ff. de posi. Vltimo; quia hæc mulier obtulit se stupro; ergo illud affectasse v̄. 3. 2. q. 7. oēs. 3. 5. q. 2. de pueilis. ergo & c. In contrariū autē allegat. Nā hæc † mulier per vim fuit oppressa; & sic de adulterio non p̄t accusari. l. vim passa. ff. eo. Secundo, quia licet mulier hoc simpliciter fecerit, non adhibendo fidē marito; non tñ fuit in dolo; ergo non cōmisset adulterium, quod non cōmittitur sine dolo. l. pen. ff. eo. Facit, quia oēs delictum a voluntate p̄cedit. 1. 5. q. 1. §. sed hoc. & c. meritō. In † maleficijs enim voluntas non exitus spectatur. l. diuus Adrianus. ff. de fca. cū simili. Tertio probatur, nā caro non p̄t corrūpi, nisi mēs fuerit ante corrupta. 3. 2. q. 5. re vera. nā corpus mulierū non vis, sed voluntas maculat. ead. causa. & q. 5. p̄posito. Quarto, quia sicut cōpulsus fornicari spiritualiter non obligatur; ita nec carnaliter. 5. o. dist. p̄sbyteros. Quinto, quia nullum crimē patitur, qui non prohibet, si non p̄t prohibere. l. nullū. ff. de reg. iur. Sexto, quia licet multum deliquērit non obediendo; tamē propter hoc dimitti non potest. 3. 2. q. 7. Domin⁹. & q. 1. in. c. dixit. & maxime quia non debet mulieri imputari, si bona fide non credit. l. si id. ff. de sal. tuto. Vltimo, quia non p̄sumitur consensisse, quæ istū metū passa est. §. quod met. caus. c. p̄latum. Verberet igitur eā, quia non obediuit. 3. 3. q. 2. placuit. Solu. dicit idē Bartho. q̄ talis mulier non potest dimitti a viro, nec accusari de adulterio; quia licet deliquerit, non obediendo; non tñ cōmisset adulterium, quod non committitur sine dolo. d. l. vim passam. Et ex p̄dictis colligitur solutio ad contraria. Nam primum concludit, q̄ debet puniri ex culpa, & inobediētia, non ex adulterio. Secūdm̄ procedit, quando sufficit sola culpa; sed in adulterio requiritur dolus. Ad tertium respondetur, q̄ non est verū, q̄ † in adulterio lata culpa æquiparetur dolo. vt. d. l. quod Nerua. Ad vltimum respondetur, quod fuit in culpa ibi stando; sed non dolose se obtulit adulterio committendo. Item quæritur, Pone, quædam † mu-

lier conuicta de adulterio dimittitur a viro, deinde processu temporis vir committit & ipse adulteriū, & sic vxor vult illum repetere; quæritur an possit. Bartho. Brix. formauit hanc. q. dominicalē, quæ est in ordine. 44. & incipit, coniugata. In primo arguit pro vxore pluribus medijs; & primo dicit † actio semel extincta amplius non renascitur, de pœnitē. dist. in. 4. c. constat. de consec. dist. in. 4. c. quomodo exaudit. c. fi. & c. quæritur. §. item per hanc, versū. non potest autem. ff. de sol. l. qui res. §. aream. & de hac. q. vide in. c. seq. in glo.

C A P. V I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Adulterium quando constare dicitur.
- 2 Adulterium occultum intra quot dies probari debet, vt manifestum fiat.
- 3 Matrimonium licet separetur propter adulterium, quo ad thorum, remanet tamen coniugale vinculum. ibid.
- 4 Maritus committens adulterium perdit donationem propter nuptias; & mulier dotem.
- 5 Coniux, an coniugi delinquenti possit propria autoritate debitum denegare, & domo pelles; & quando lucretur dotem.
- 6 Coniux ex p̄cepto ecclesie reddens debitum, nō sibi p̄re iudicat, secus si sine mandato.
- 7 Ius thori quando recuperatur.
- 8 Vxor ob adulterium dimissa, an maritum adulterantē possit repetere.
- 9 Actio semel extincta, quando reuiuiscat. ibid.
- 10 Delicta paria mutua cōpensatione delentur. ibid.
- 11 Seruus, propter delictum reuocatur in seruitutem. ibid.
- 12 Vir & vxor non debent ad imparia iudicari.
- 13 Iuramentum conditionem recipit rebus sic stantibus. ibid.
- 14 Iudex potest ex officio reparare matrimonium adulterio vtriusq; partis diremptum.
- 15 Adulterans post peccatam pœnitentiam de adulterio, an possit petere reintegrationem.
- 16 Delicta paria, an ciuilitate tollantur mutua cōpensatione.
- 17 Remedium vnde vi ad recuperandam possessionem, an cōpetat spoliati primo, quem tu postea ex interno spoliasti.

Tua fraternitas.

Adulteria coniugū mutua cōpensatione tollunt. h. d. Vel sic. Nō p̄t maritus confortiū vxoris, & cohabitationē declinare pp̄ adulteriū, si & ipse fuit adulteratus. h. d. Secūda, ibi, sup̄ quo. ¶ Notō primo, ibi. in adulterio deprehensa. q̄ † eo ipso, q̄ mulier est deprehensa in adulterio dicitur cōstare de adulterio; & sic habes vnū modū probandi adulteriū; & sic nō est necesse, q̄ testes probent adulterium, sed deprehensionem, secūdm̄ Hofst. per. c. fi. de cohabi. cle. & mulie. & c. euidentia. de accusa. Quod intelligo, q̄ deprehensio p̄baretur per testes extraneos. Secūdo not. ibi manifestē, quod ad hoc vt adulterium cū adulterio cōpensetur, debet esse vtrunq; manifestum; secus si vnum



vnum esset occultum, & aliud manifestum. Sufficit  
 † tamen secundum Doct. quod occultum possit ma-  
 nifestari per probationem intra octo dies, arg. c. pia.  
 de exceptio. lib. 6. & c. solet. de senten. excom. lib. 6.  
 Vel intra duos menses, vt. c. bona fides. depositi. Vel  
 in eadem instantia, argum. s. c. prox. secundum loā.  
 And. & istud vltimum videtur tutius. Vltimo not.  
 quod licet propter adulterium separatur thorus, tamen  
 remanet vinculum coniugale; aliā autem non  
 reiteratur consortium. Et aduerte; quia † non solum  
 propter adulterium separatur thorus; sed maritus si  
 illud committit, perdit donationē propter nuptias,  
 vt. c. i. s. vt lite non contest. & c. dixit. & c. si quis. 2.  
 q. 1. Mulier verò amittit dotem, vt. c. pleriq; de dote  
 post diuor. resti. ¶ Glo. in principio format vnam. q.  
 quam latius profequitur in fi. in versic. item, vt dixi.  
 deinde infert decretalem ad. q. quam late profequitur;  
 deinde in versic. & licet. format aliam q. & ponit  
 opinio. In eadem, ibi, & ita solo facto, dic. Hęc glo.  
 tangit, † vtrum propter adulterium coniugis possit  
 alter coniux, qui non deliquit, propria autoritate  
 denegare illi debitum; & concludit, quod sic; & se-  
 quitur Host. & Ioan. Cald. sed dotem, aut donationē  
 propter nuptias non lucratur; nisi sequuta sententia;  
 quia talis priuatio, & amissio est pœna, quæ solum  
 debet imponi per iudicem. 3. q. 2. §. in hoc. sed de-  
 negare debitum, & eam dimittere potest authorita-  
 te diuina ex dicto Apostoli. D. Anto. hic, dicit, quod  
 debitum potest denegare propria autoritate; sed  
 non expellere de domo; quia ad hoc requiritur fa-  
 ctum, & sententia iudicis; & hoc tenet gl. 3. q. 2. c. 1.  
 D. m. in vtroq; casu tam denegationis debiti, quam  
 expulsiōis, tenet præcedentem opinionem, per. c.  
 Agathosa. 2. q. 2. vbi propter adulterium vxoris in-  
 gressus est ille religionem; & dicitur, quod tenet in-  
 gressus. Tu aduerte; quia ille tex. probat, quod possit  
 recedere ab ea, non eam repellere; & dicit. D. m. il-  
 lud procedere, siue adulterium sit publicum, siue nō.  
 Nam Deus dedit hanc potestatem coniugi, vt pos-  
 set dimittere, vt. d. c. Agathosa. dicit tamen; quod cō-  
 pellitur redire; nisi postea probaretur adulterium.  
 In eadem, ibi, sed si ad mandatum ecclesiæ, dic. vult  
 ergo glo. quod † ex præcepto reddens debitum, non  
 præiudicat sibi; & hoc tenent communiter Doctores.  
 Facit glo. 3. q. 1. c. 1. & hanc glo. inducebam ad. q.  
 de facto proximis diebus. Nam cum contra auctore  
 exciperetur, quod causa esset vsuraria, & per conse-  
 quens cognitio non pertineret ad iudicem laicum,  
 hoc non obstante iudex procedens, sententiauit, qd  
 partes deberent compromittere de iure, & de facto;  
 vnde partes vt parerent sententiæ fecerunt compro-  
 missum, & laudatum fuit. Vnde dicebatur laudū nul-  
 lum, & iniquum. Replicabatur de cōsensu partium;  
 & quod arbitratores potuerunt cognoscere, de quo  
 articulo, dic. vt dicā. j. de vsur. in. 1. 8. q. prin. Breuiter  
 dixi, quod partes non præiudicauerunt propter mā-  
 datum iudicis, argu. glo. nostræ. Secus autem dicen-  
 dum est, argu. glo. nostræ a contrario; si sine manda-  
 to iudicis propria voluntate, vir redderet debitum;  
 quia hoc casu non posset eam expellere, aut debi-  
 tum non reddere; ex eo quia videretur mores eius  
 approbasse. Facit. c. quemadmodum. de iureiuran.  
 & quod not. in capit. potuit. de locato. Fortē tamen

Cois  
op.

si vir redderet debitum sub protestatione, quod nō  
 intendit sibi præiudicare; sed ne pendente lite spo-  
 liet vxorem quasi possessione sua, dicendū est, quod  
 non præiudicaret sibi. Vide quod dixi in. c. 1. & c. de  
 bitores. s. de iureiuran. In fine glo. dic. hęc glo. est  
 coniungēda cum principio, ex qua colligitur, quod  
 † propter adulterium sequutum post sententiā sepa-  
 rationis thori, ius thori recuperat. Sed Bartho. Brix.  
 in. q. dominicali format hanc q. Pone, † quædam mu-  
 lier conuicta de adulterio dimittitur a viro, deinde  
 procedente tēpore, vir cōmittit adulterium, vel for-  
 nicationem, propter quā causam vxor repetit virū;  
 quæritur, an possit? In qua q. primo arguit pluribus  
 medijs pro parte vxoris. Primo, actio femel extin-  
 cta reuiuiscit contra peccantes. de consecr. distin. 4.  
 c. quomodo exaudit. circa finem. ergo videtur, quod  
 mulier virum fornicantem possit repetere; vt nunc,  
 quia paria delicta compensatione mutua delentur.  
 Secundo probatur a simili, de seruo qui propter de-  
 lictum reuocatur in seruitutem. 1. 2. q. 2. c. episcopus.  
 qui mancipium. & c. lōginquitate. & c. octana. & c.  
 de lib. & eorum lib. 1. 2. & 3. & in auth. vt liberti. de  
 cæterō. §. illud. colla. 6. ergo & in casu nostro, maxi-  
 mē cum fœdus matrimonij remanserit. 3. 2. q. 7. c. li-  
 citē. Tertio pro hoc videtur text. expressus in. c. ex li-  
 teris. s. de diuor. Facit etiam text. noster, qui vult,  
 quod probato adulterio ex parte vtriusq; alter alteri  
 non possit opponere. Quarto probatur, quia † vir,  
 & vxor non debent ad imparia iudicari, vt hic, & c.  
 seq. 2. q. 2. c. si quis vxorem. Quinto, nam propter  
 delictum compellitur quis permanere cum mulie-  
 re, vt. c. 1. de eo qui duxit in matris. quam pollu. per  
 adult. Vltimo, quod licet sententia diuorij lata sit,  
 tamen remansit naturalis obligatio, quæ inducit cō-  
 pensationem. ff. de compen. l. etiam. Sed in contra-  
 rium. Primo, sententia lata contra vxorem fuit iusta,  
 & transiuit in rem iudicatam; ergo retractari nō de-  
 bet. 6. q. 4. in. c. quod bene semel. 3. 5. q. 9. c. 1. & 2. & l.  
 femel. C. de apost. publi. lib. 10. Secundo probatur,  
 obligatio mutua quæ fuit inter virum, & vxorē, sub-  
 lata fuit per sententiā. 3. 2. q. 1. c. dicit. & c. seq. ff.  
 de iudi. l. sepē. Ergo amplius reuiuiscere non potest,  
 vt. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. Ergo mulier am-  
 plius repetere non potest. Tertio, sententia contra  
 sententiā non tenet, vt. l. 1. C. quando prouoca. nō  
 est neces. 2. q. 6. diffinitiuā. Ergo si sententia ferretur  
 pro vxore, nunc ferretur contra primam, & per conse-  
 quens non debet valere. Quarto, quia sicut quis  
 non compellitur matrimonium contrahere; ita nec  
 dissociatum reconciliare, vt. C. de nuptijs. l. neq; C.  
 inutil. stipul. l. libera. s. de diuor. c. de illa. Quinto,  
 & vltimo, quia lata tali sententia videntur obligari  
 vinculo iuramenti coniuges ad non alloquendum se  
 inuicem. 3. 5. q. 6. c. ab isto. ergo non debent compelli  
 deierare. Sol. concludit Bartho. quod vir compelli-  
 tur eam recipere, arg. c. ex literis. ne si aliter dicere-  
 mus daretur materia fornicandi maritis, quod fieri  
 non debet. 3. 2. q. 1. c. dixit. circa finem. & hoc si mari-  
 tus non intrasset monasterium. Sed si intrasset mona-  
 sterium, & fornicaretur, non esset restituendus vxor-  
 i, quæ amisit omne ius, quod habebat. 3. 3. q. 5. c. qd  
 Deo. Non obstant argumta in contrarium; nam  
 ad primam respondetur, quod illud est verū, nisi de  
 nouo

nouo superueniat ius potens ad sententiam retractā-  
 dam de eius natura, prout est in casu nostro. Et ita  
 potest responderi ad tertium. Ad secundum respon-  
 detur, quod licet soluta sit obligatio; tamen videtur  
 soluta sub conditione, si vir castē vixerit postea. Ad  
 quartum respondetur, quod procedit, nisi propter  
 superueniēs delictum, ius aliud disponat. Ad vltimū  
 respondetur, quod etiam si iuratum esset, iuramen-  
 tum recipit conditionem, rebus sic stantibus, vt tra-  
 ditur in. c. quemadmodum. s. de iureiur. & per Bald.  
 in. l. fi. C. de non nume. pecu. quod non contingit in  
 casu nostro. Et pro hac decisione facit etiam opti-  
 mē tex. in. c. seq. Et pro dicta decisione Bartholom.  
 concordat glo. nostra, & sequuntur Doct. eo exce-  
 pto, qd non ponunt illud, qd dicit Barth. de ingresso  
 religionem, quod tamen mihi placet, per. d. c. Aga-  
 thosa. 2. 7. q. 2. Aduerte tamen; quia glo. 2. 2. q. 7. in. c.  
 9. Apostolus dicit, qd † iudex ex officio potest reinte-  
 grare dictum matrimonium; sed non cōpetit actio,  
 vt debeant simul iungi, & cohabitare; & idem tenet  
 ibi Archid. & Innocen. in. c. illa. s. de diuor. & placet  
 D. m. nam postq; semel amisit quis dictam seruitutē,  
 non potest amplius eam repetere; sed iudex ex offi-  
 cio potest constringere. ne stent in peccato; cum li-  
 mitatione tamen, de qua dictum est, si non est pro-  
 fessus religionem. Extra glo. quærun hic Doct. Quid  
 † si adulterans egit pœnitentiā de adulterio, an pos-  
 sit petere reintegrationem thori, & tenet, quod nō;  
 quia per pœnitentiā non præiudicatur iuri quæsi-  
 to alteri, vt. c. gaudemus. de diuor. Secus si fuisset a-  
 ctum per viam denuntiationis Euangelicæ; nā tunc  
 deberet reintegrari, cum non sit amplius in pecca-  
 to, arg. c. quemadmodum. de iureiuran. ¶ Vltimo,  
 quia hic promisi me examinaturum, an, & quando  
 paria delicta mutua compensatione tollantur, & do-  
 lus cum dolo compensetur, esset iste articulus hic  
 tangendus; sed quia materia est nimis proluxa, & plu-  
 res, ac plures occuparet lectiones, sufficere remissio-  
 nis; vnde dic. vt per Iaco. de Are. & Bar. in. l. cum mu-  
 lier. ff. solu. mat. & latius ibi per Bal. in sua notab. re-  
 pet. & latissimē per Modern. maxime D. Lud. Pont.  
 & quia materia principaliter distinguitur in duo  
 membra. Primum, an in causa criminali dolus cum  
 dolo compensetur, quod non pertinet principaliter  
 ad tex. nostrum, nec ad præcedentem. Secundum ve-  
 ro membrum est, † quando ciuilitate agit, qd tan-  
 gitur in. c. præceden. & hic, dic. qd si circa idem com-  
 mittuntur delicta, eodem, vel diuerso tempore, pa-  
 ria delicta mutua compensatione tolluntur; & sic  
 contra exceptionem doli, & exceptionem adulterij  
 dabitur replicatio doli, & adulterij, vt hic, & c. præ-  
 ced. & l. viro atque vxore. & l. cum mulier. ff. solu. ma.  
 Hęc tamen regula fallit. Primo, nisi aliqua euidentis  
 ratio inducat oppositum; vt puta. cum ex dolo acto-  
 ris infurgit in fauorem rei exceptio dilatoria; vt qd  
 duo forent excommunicati etiam ex eadem causa;  
 quoniam si vnus agat, & alter excipiat, qd nō potest  
 agere, quia excommunicatus, vt. c. intellexim. s. de  
 iudi. non poterit actor replicare de excommunicati-  
 one rei, vt. c. dilecti. de except. Facit. c. quia frustra.  
 j. de vsur. Secundo fallit, vbi secūsdus dolus cōsume-  
 ret primū; quia tunc de consumpto non potest excipi,  
 aut replicari, vt est casus in. l. si quis a se fundum.

12 C. ad leg. Iul. de vi. vbi patet, qd si ego primo te spo-  
 liaui; deinde tu spolia me ex interuallo, competit  
 mihi possessorium vnde vi, ad recuperandam posses-  
 sionem, nec tu spolians secundo, potes excipere de  
 prima mea spoliatio; quia prima spoliatio mea fuit  
 extincta per tuam secundam. Simile etiam videmus  
 in mora, iuxta not. in. l. illud. ff. de peric. & cōmo. rei  
 vendi. & l. si per emptorem. ff. de act. emp. cum simi.  
 Tertio fallit, quando si fieret compensatio alter re-  
 maneret in damno. Nam tunc in præiudicium illius  
 qui certat de dāmo, non debet fieri compensatio  
 in fauorem illius, qui tractat de lucro. Fallit tamen  
 hoc, in casu. l. ob turpem ff. de condi. ob turp. cau. &  
 latius in dictis fallen. & simile vide in dictis iuribus.

De raptoribus, incend. & violatorib. eccles. Rub.

S V M M A R I V M.

- 1 Raptoris definitio.
- 2 Rapina quid, & in quibus committitur.
- 3 Sacriligium in quibus consistit.  
 Athio vi bonorum raptorum non habet locum, qualiter  
 cunque voluntas patientis, & si coacta intercederet.  
 ibidem.
- 4 Violentia quot species habeat.
- 5 Raptus quot modis accipitur.  
 Rapuisse, verbo, quid contineatur. ibidem.
- 6 Incendiarius quis dicitur.
- 7 Combustio quid.
- 8 Violatores ecclesiarum qui dicantur.
- 9 Furtum, an grauius, & detestabilius rapina.
- 10 Verecundia definitio.
- 11 Homo, omnibus rebus, quæ eius causa creata sunt, longe  
 nobilior.
- 12 Violentia vbi cumque est, dolus est, non contra.



Continuatur ad præceden-  
 tes hoc ordine. Quoniā in  
 pceptis decalogi post ho-  
 micidiū, & mechiā prohi-  
 betur furtū, de quo dicen-  
 dū erat, interserit hęc rub.  
 de rapto. quia rapina habet  
 se partim ad furtū, & par-  
 tī ad mechiā. Ad mechiā,  
 qm mulier rapitur ad stuprū,  
 vt. c. in archiepiscopa-  
 tu. & c. pen. & fina. j. eo. Ad furtū vero, cū alię res ra-  
 piuntur, vt Instit. vi bono. rapt. in princ. Ideo subijcī  
 hic rubrica de raptoribus. Vel posses dicere, cum ex  
 ordine videndū esset de furto; & furtum quādoq; cō-  
 mittitur per violentiam, & rapina appellatur; quan-  
 doq; sine violentia, ne sit improbius fur, qd raptor,  
 ideō pmitit de rapina. Sed quoniā sicut raptores te-  
 nentur ad restitutionem, ita & incendiarij, & viola-  
 tores ecclesiarum ad emendam. Et quia hęc etiā cō-  
 mittuntur vt plurimum ad rapinam fidam. f. incen-  
 dia, & violationes; ideō subijcitur de incendiarijs,  
 & violatoribus ecclesiarum. Et aduerte; quia de pri-  
 ma

ma parte rub.habetur. 35.q.2.per totum.&.27.q.1. in.c. si quis rapuerit.&.q.2.c. desponsatus. cum tribus seq. & hoc quo ad raptum mulierum, vel similia. Sed quo ad rapinam rerum. traditur, vt dicam in rub. seq. De incendiarijs habetur. 23. q. 8. c. si quis. &. c. pessimam. 12. q. 2. c. cum deuotissimam. De violatoribus ecclesiarum habetur. 11. q. 3. c. a canonica. 17. q. 4. per totum. Sed iuxta consuetum meum ordinem, Quæro, quis dicatur raptor? Solutio. Hosti. in sum. eo. tit. dicit, qd est qui res alienas mobiles, vel se mouentes dolo malo alicui violenter aufert. Ego vero arbitror dicendum hoc modo. Nam cum rapina committatur quo ad res, vt dictum est; & committatur quo ad mulieres, licet secundum Doctor. hæc proprius appelletur raptus, qd rapina, qd in quantum hæc rapina fit ad effectum moechiæ, qualiter describenda sit, satis colligi potest ex his, quæ dixi in rub. 5. de adult. Sed in quantum pertinet ad rapinam aliarum rerum, quam mulierum, vel simi. ita describerem, qd rapina est delictum, per quod quis per violentiam alienas res mobiles, vel se mouentes non sacras, nec de loco sacro aufert. Ideo dixi, delictum, vt ponatur genus, & vt comprehendat dolum malum; quia sine dolo malo non esset delictum; licet posset esse damnum. Ideo dixi, per violentiam, ad differentiam murti. Ideo dixi, res mobiles, vel se mouentes. ad differentiam, quod in immobilibus non committitur rapina, sed inuasio, aut occupatio, vt not. in. l. cum quærebatur. C. vnde vi. Archid. 12. q. 1. c. 3. per gl. 7. q. 1. c. non furem. & per glo. in. c. generali. de electio. lib. 6. & glo. in. c. cum dilecta. de senten. excom. lib. 6. licet quandoq; vnum pro alio sumatur, vt dicit glo. in. d. c. generali. Ideo autem dixi, non sacras; quia aliàs esset sacrilegium. 17. q. 4. c. si quis contumax. §. sacrilegium. Ideo adieci, vel de loco sacro, quia secundum Canonistas, esset sacrilegium, etiam si res non sacra de loco sacro auferretur. Vide quod traditur in. c. cum sit. 5. de foro compet. vide Ioan. And. in. c. felicis. de pœn. lib. 6. & Archid. 16. q. 1. c. in canonibus. 24. q. 2. c. non in perpetuum. Azo tamen in summa, in tit. de crimi. sacrileg. dicit, quod quicquid dicant Canonistæ, sacrilegium non committitur, nisi auferatur res sacra, vel corrumpatur. Ipse tamen non bene dicit, & communiter reprobat. Ideo autem dixi, alienas res; quia in suis non committitur. Ideo autem vltimo loco dixi, aufert, quia vis debet esse ablatiua, non compulsiua; quia si aliquo modo qualitercunque voluntas patientis, etiam coacta intercederet, nõ haberet locum actio vi bonorum raptorum. Sed cum plures species violentiarum sint, videlicet, ablatiua, compulsiua, expulsiua, vel turbatiua; pro alijs præter ablatiuam, competunt alia remedia, quam vi bonorum raptorum, quæ prodita sunt contra violentos, de quibus in. l. si quis in tantam. C. vnde vi. &. l. extat. ff. quod me. cau. cum simi. & ideo dictum fuit, alienas. quia si auferret suas per violentiam, non haberet locum vi bonorum raptorum actio; sed alia constitutiones, de quibus. 5. dixi. Et aduerte, quia rapere, seu rapi, aut fraptus tribus modis accipitur, vt dicit Archid. 36. q. 1. in princ. Vno modo dicitur raptus eleuatio ad cælum contra naturam. Vnde dicitur super illud ad Corinth. 2. c. 12. Scio huiusmodi hominem

Cofis  
opi.

raptum vsque ad tertium cælum. dicit ibi gloss. hoc est, contra naturam eleuatum. Vide beatum Thom. 2. 2. q. 175. Secundo modo dicitur, prout pertinet ad raptum mulierum ad moechiam, vt. 5. dixi. Tertio modo, prout pertinet ad rapinam, vel depredationem rerum; & isto modo sumitur. ff. &. C. vi bono. rapt. & vide tex. in. l. Marcellus. ff. de verbo. sig. qui dicit, verbo rapuisse, continetur & scissum, & fractum, & vi quoque raptum; & habet locum, vt dixi. 5. in rebus mobilibus, vel se mouentibus, vt. l. 1. ff. vi bono. rapt. & Instit. eo. §. quæ non solum. In rebus autem immobilibus regula non habet locum, vt. 5. dixi, nisi in casu, quando quis expelleretur de prædio alieno ad occupandum illud, in quo prædio essent mobilia; nam gratia mobilium etiam vi rapt. bono. agi posset; & etiam interdictio vnde vi, vt. l. 1. §. si quis. ff. de vi & vi arma. ¶ Secundo quæro, quis dicatur incendiarius? Solutio. dicit, qd proprie dicitur ædium incensor, qui domum, vel horreum alterius ob inimicitias; vel præde causa, incendit. l. capitali. §. incendiarij. ff. de pœn. & per consequens committitur in omnibus prædijs vrbanis, & suburbanis. In rusticis verò dicitur combustio, vt. l. 1. ff. de incend. rui. & naufr. promiscuè tamen iura videntur vt istis verbis, vt. l. qui hæres. ff. eo. ¶ Tertio quæro, quis dicitur violator ecclesiæ? Solutio. dicit, qd ille qui ecclesiam frangendo, aut hostia rumpendo, res capiendo, vel inuadendo, aut occupando, priuilegia sua non custodiendo, vel corrumpendo offendit ecclesiam, vt de his traditur. 17. q. 4. per totum. Vltimo aduerte; quia licet. 5. dixerim in continuatione, qd rapina sit grauius delictum, qd furtum; tamè beatus Thomas. 2. 2. q. 56. artic. 9. arguit, qd furtum sit grauius, quam rapina. Mouetur; nam furtum habet adiunctam fraudem, & dolum, quod non contingit in rapina. Sed fraus, & dolum de per se habent etiam peccati rationem, vt patet per totum tit. de dolo. ff. &. C. ergo furtum est grauius. Secundo probatur; quia verecundia est timor de turpi actu, vt dicit Arist. 3. Ethico. sed magis verecundantur homines de furto, quam de rapina; ergo est turpius; quia verecundia alicui illata, dicitur pœna, vt. c. dilecti. 5. de accusa. Tertio probatur, quando aliquod delictum pluribus nocet, tanto grauius est; sed per furtum potest nocementum inferri & magnis, & paruis; sed per rapinam solum impotentibus, quibus potest violentia inferri; ergo grauius videtur furtum. Decidit tamen in contrarium, & bene; dicit enim, quod furtum, & rapina habent rationem peccati propter inuoluntariū, quod est ex parte eius cui auferitur. Cum itaque in furto sit inuoluntariū, per ignorantiam, in rapina per violentiam, grauius autem sit, quod est inuoluntariū per violentiam, qd per ignorantiam; quia violentia directius opponitur voluntati, qd ignorantia; ideo rapina est grauius delictum. Est & alia ratio, quia per rapinam non solum infertur alicui damnum in rebus; sed et vergit in quandam personæ ignominiam, siue iniuriam, & hoc præponderat dolo, & fraudi, quæ sunt in furto. Et sic patet responsio ad primū argumētū; pro qua facit, quia longe nobilior est homo oibus rebus, quæ hominis causa creatæ sunt, vt. l. pecudum. ff. de vsur. Instit. de iu. natu. in fi. & Instit. de re. diuis. §. in pecudū. Sed aduerte, quia beatus Tho. videtur senti-

sentire, qd in rapina nõ sit necessari' dolum, qd non est verū, quantū ad actionē vi bonorū raptorū, nā in oī tali vi, seu violentia dī dolum cōtineri; nā qd vim facit dolo malo facit; sed nõ ecōtra, qd dolum facit, dī vim in ferre, vt. l. 2. §. doli. ff. vi bono. rapt. ¶ Præterea oīs raptor, de quo in diffinitione, est fur, vt Insti. vi bono. rapt. in princ. licet nõ ecōtra. Notabis tñ sol. B. Thomæ tā quā peregrinā. Ad fm arg. respōdet, qd hoīes sensuali rati inherentes magis gloriant de virtute exteriori, quæ manifestatur in rapina, quam de interiori, quæ tollit pp peccatū; & ideo minus verecundant de rapina, qd de furto. Ad tertiu, qd licet plurib' possit noceri p furtū, qd p rapinā; tñ grauiora rapina ē detestabilior, nā, vt de se patet; ergo ex hoc rapina ē detestabilior.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Per præpositio auget in compositione. Copula, & diuersa copulat. ibid.
- 2 Depredatio a rapina differt.
- 3 Excommunicatio potest ferri pro delicto.
- 4 Prælati inferior habens iurisdictionem potest excommunicare.
- 5 Ecclesia de quolibet manifesto delicto, ex quo proximus damnificari potest, habet iurisdictionem in quemlibet laicum.
- 6 Excommunicatio gladius spiritualis. Excommunicatus in vno loco, est vbiq; excommunicatus. ibid.
- 7 Excommunicatio loco non circumscribitur, & sequitur hominem; sicut lepra leprosum.
- 8 Delinquens sequitur forum loci in quo delictum commisit. & nu. 12.
- 9 Excommunicatus ob rapinam, non potest absolui etiam a proprio prælato; nisi prius ablata restituat.
- 10 Restitutio ablatorum vbi fienda.
- 11 Delinquens videtur remittendus per iudicem domicilij, ad iudicem delicti.
- 12 Iudex, an forenses delinquentes possit punire secundum statuta sua; an vero secundum ius commune.
- 13 Iudex domicilij, an subditum suum alibi delinquentem punire possit. Clerici, si ex statuto episcopi Senen. non possunt ire de no. & sub certa pœna; an si Florentie, vbi non est talis prohibitio, vadunt de nocte, possint ab episcopo Senen. puniri. ibid. Existens in vno territorio, si percussit telo, vel simili existentem in alio territorio, an possit ab vtroq; iudice puniri; & an sit locus præuentioni. ibid. Senensis mandans delictum committi Florentie, perpetrato delicto, an Senis, vel Florentie puniri debeat; & quæ sit communis opin. ibid. Turpis rei nulla est obligatio. ibid. Furto opem præstans, furci tenetur. ibid.
- 14 Obligatio mandati non oritur in delictis inter mandatam, & mandatarium; & est communis conclusio. Statutum disponens, qd si rapina fuit commissa in cōfinio duarum communitatum, qd vtraq; communitas equaliter teneatur, si equalis est; alias autem pro emendatione damni reducatur ad equalitatem, qualiter intelligatur, & communitates teneantur. ibid.

- Et num admittatur probatio per iuramentum, in tali casu pro emenda. ibid.
- Remissio in delictis, an de necessitate, an verò de vrbani tate fienda sit. ibid. remiss.
- Furtum committens Senis, si illud Florentiam transportauit, & ibi contrectauit; an possit puniri Floren. de furto; & quæ sit communis opin. ibid.
- Sed contra Bar. cuius opinio fecit suspendi centum millia furum. ibid.
- 16 Regula iuris, vt plurimum degenerant, in odium furum.
- 17 Cōsuetudo, vt in delictis remissioni nõ sit locus, an valeat. Cōsuetudo irrationabilis non valet. ibi. Existens in maiori dignitate, vt Archi-episcopus; si delinquat in loco iurisdictionis minoris dignitatis; vt Episcopus; an possit ab eo puniri; & communis est opinio, qd sic. ibid.
- 18 Priuilegium ratione delicti amittitur. Archidiaconus an possit punire Episcopum extraneum, in loco iurisdictionis delinquentem. ibid.
- 19 Superior, an possit ab inferiore, in cuius iurisdictione delinquit corrigi; & qd non, communis opinio.
- 20 Suffraganeus habens alium episcopatum extra prouinciā Metropolitanam sui ex dispensatione Pape, an possit punire Metropolitanum; in illa diocesi Metropolitano non subiecta, delinquentem.
- 21 Delegatus Pape, an ex auctoritate sibi cōcessa possit suū superiorem excommunicare; licet sit minor; & subiectus.
- 22 Statuens, an proprio ligetur statuto. remiss.

De illis autem.

Raptor ab illo episcopo puni, in cuius diocesi rapinā cōmisit; & iudex domicilij, ad hoc suffragari debet. h. d. Vel sic, & breuius, Rone rapinæ fortit quis forū non sui iudicis, & ab eo poterit puniri proprio iudice suffragante. h. d. In tex. ibi peragunt, dic, idest, valde violenter, vel frequenter agunt; & sic hec præpositio, per, auget in cōpositione, de quo in. c. 3. de consue. In tex. ibi, parochia, dic, idest, diocesi; sic exponit de hæret. c. excōicam. §. ad ijcinus. & de donat. §. apostolicæ, 5. 1. dist. c. obitu. To ra enim diocesis, est parochia epī. 10. q. 1. per totū. & fm Hosti. melius dixisset, a snia epī illius parochiæ nõ exeāt. hoc est, nõ absoluant; quæ exitus corporalis pot esse liber; sed absolutio est in epī potate. Ego arbitror, qd parochia hic pot sumi, pprie; & notatèr tex. dicit loci plato, nõ epō, vt dicā. j. ¶ Noto primo, ibi, rapinas, & depredationes, pp copulā, & qd debet copulare diuersa, qd aliud est rapina, & aliud depredatio. Rapina hic, fm Io. And. ponit in quantum pertinet ad res mobiles; depredatio verò ad res se mouetes; quq; tñ synonimè accipiunt, vt Insti. vi bono. rapt. in princ. Secūdo not. ibi, excōicentur. qd excōicatio pot et ferri pro delicto, quod vt contra. c. sacro. j. de sct. excom. & ibi dicā. Tertio not. ibi, loci plato. qd nõ solū epus, sed qdlibet platus et inferior habens iurisdictionē pot excōicare. Facit. c. cū ab ecclesiarū. de offic. ordi. &. c. 1. de sent. excom. lib. 6. &. D. m. in. c. si qs contra. de fo. cōpet. Vñ notatèr, & cū ministerio positū fuit verbū, plato loci. & ideo pot intelligi, qd sequitur, nec ex parochia. qd stet proprie. Facit ad ea qd dixi. 5. in tex. Quarto not. qd de quolibet manifesto delicto, ex quo proximus pot damnificari rone peccati. Par. j. OO ti, ec-



ti, ecclesia est in quolibet laicum habet iurisdictionem. Aduerte tñ; quia hoc non vñ simpliciter verum; quia sequeret, qd iudex ecclesiasticus posset pcedere cōtra quēlibet laicum aliena tenentē, vel debito non satisfaciētē; & sic cōfusē essent iurisdictiones. Vñ arbitror dici posse, qd in casibus tex. nostri sit speciale. In alijs aut casibus non possit procedi regulariter, nisi p viā denuntiationis euangelicā, vel iudicialis, fm quod traditur in. c. noui. de indi. Vel dic, & melius, qd quātum ad intendendū gladiū spirituale pro qualibet re illicite detentata, pōt pmissa monitione impetrari excōicatio, qd non pōt impetrari, nisi ab ecclesiastico iudice; nā hic loquitur de excōicatione, quā est gladius spirituales. Cogitabis. Quinto not. qd excōicatus in vno loco est excōicatus vbiq; quia excōicatio non circūscribitur loco; sed sequit hōiem, sicut lepra leprosum. Sexto not. qd delinquens in vno loco pōt puniri à iudice illius loci, nō solum quo ad corpus, vt. c. postulasti. de fo. cōpet. & auth. quia in puincia. C. vbi de crimi. agi oportet. sed et quo ad animā. Septimo not. ibi, nec eos recipiat. qd excōicat⁹ est ab alieno plato pro rapina, aut furto, non potest absolui, et à proprio p̄lato; nisi prius restituat ablata. Octauo not. ibi, vbi rapinā. qd restitutio ablatorū fienda est in loco rapinā cōmissā. Vltimo not. qd delinquens vñ remittendus per iudicē domicilij ad iudicem delicti, de quo hic in gl. ¶ Gl. i. sentit contrariū, qd non possint illi dānari vbiq; deliquerint; sed solum à suo iudice. Probatur, licet nō alleget, in. c. at si clerici. de iudi. & C. si à non cōpe. iudi. per totum. Sol. dicit gl. qd rōne delicti talis est iudex cōpetens. Et circa prædictā materiā de foro ratione delicti, glo. ponit vnā opi. quā reprobatur; & dat gñalē doctrinam, ex qua excipit vnū casum, & ponit opi. Hugū. In eadē, ibi, hoc nō est verū. dic, & hoc cōiter tenetur; vñ cōclude, qd nedū ratione rapinā; sed et ratione cuiuscunq; delicti, sortitur quis forū vbi deliquit; & sibi reperitur, potest excōicari, si non vult satisfacere, potest et capi, & alia p̄na tēporali puniri; vñ, & suspendi, & deponi poterit. vt. c. postulasti. s. de fo. cōpe. In eadem, ibi, tamen sententia mandabitur executioni. dic, Hoc verum, qd deberet fieri exequutio in rebus sitis in alieno territorio, vt. d. c. postulasti. fecus in sentētia corporis afflictīua, vt in clem. pastoralis. de re iudi. & in. c. fi. de fo. compe. Vtrū aut iudex possit punire delinquentes in suo territorio, qui sunt forēses, fm statuta sua; at vero fm ius cōe? dicit Ioā. Cald. qd fm statuta sua, & sequitur D. m. qd ratione delicti efficit subditus suus. Facit. 8. dist. c. quā contra. & j. de sent. excō. à nobis. & qd not. in. c. 2. de constit. lib. 6. Idem tenet Ioan. de Ligna. in clem. pastoralis. de re iudi. vbi decidit aliam. q. notab. An iudex domicilij possit punire subditū suū alibi delinquentem; & concludit, qd aut statutum loci domicilij imponit p̄nā ipso facto, & tunc ligat subditū hoc casu alibi delinquentē, vt. c. fi. de consti. lib. 6. Aut p̄na est imponenda per sniam, & tunc poterit punire, fm illud statutū; dūmodò statutum non causet delictum de nouo, & in loco, vbi est perpetratum non erat p̄hibitum; vt puta, statuit ep̄s Senensis, qd clerici nō possint ire de nocte sub certa p̄na, si Florentibus clericus Senensis vadit de nocte, vbi potest iri, cū nō sit prohibitum, non potest ep̄s Senen. punire. Sed ego

aliter dico in. d. clem. pastoralis. in glo. in verbo, de more. dic, vt ibi. & trad. in. d. c. fi. de constitu. lib. 6. ¶ Sed quāro, pone, existens in vno territorio percussit existentem in alio territorio telo, vel simi. an possit ab vtroq; iudice puniri; & an sit locus præuentionis? vide D. m. in. c. i. s. de præsump. vbi dicit, quod in vtroq; poterit puniri; & maxime in loco consummati delicti, de quo nō est dubiū, per. c. fi. s. de fo. compe. & ideo locus est præuentioni inter iudices vtriusq; territorij, de quo vide latius ibi, & per Io. And. in regula, in obfcuris. de reg. iur. lib. 6. & Cy. in. l. i. C. vbi de crim. agi oportet. vbi Doct. idē concludunt; & idem Io. de Imo. in. l. si vt pponit. ff. de fideiuf. & vide per Doct. in. l. libellorū. ff. de accu. per Io. And. in. c. i. de conse. eccl. vel alta. lib. 6. Debet tñ quilibet iudex punire fm statuta sua, arg. eorum quā. s. dixi. & ideo cautela est, vt si maior p̄na venit imponenda ex forma vnus statuti, q̄ alterius, qd delinquens vtriusq; qd iudex, qui debet imponere minorē p̄nā pueniat. Si tñ alter esset iudex domicilij, an possit ipsum iterum punire, supplēdo p̄nam, in qua alter iudex defecit, collige ex his quā dixi in. c. de his. s. de accu. Itē quāro, Pone Senensis mandauit perpetrari delictum in ciuitate Florentina; quæritur, an perpetrato tali delicto debeat iste puniri fm statuta ciuitatis Senensis, vel Florentinā? cōis\* conclusio est, qd debet puniri non vbi mandauit; sed vbi delictum commissum est, quia ibi delinatus est effectus delicti; & qd regulariter ex solo mandato qs non punitur, & inter mandantem, & mandatarium nulla fuit cōtracta obligatio; quia rei turpis nulla est obligatio, vt. l. si remunerandi. §. rei turpis. ff. mād. & pro hoc facit text. fm D. m. in. clē. pastoralis. §. nec non. iuncta glo. de re iudi. & tenet D. m. in. c. fi. de fo. cōpe. & in. c. i. de præsump. Idem dicit Iaco. de Are. in. d. l. si vt proponit. de fideiuf. arguendo de contractibus ad delicta, per. l. tam ex contractibus. ff. de iudi. Pro quo videtur casus in auth. quā in puincia. C. vbi de crim. agi oportet, secundum vnā lecturam. Idem videtur tenere Ricardus Malumbra. Sed quidam referunt, Dynum cōsuluisse; quod non potest conueniri nisi in loco vbi fuit mandatum; & assignant rationes; quia ibi fuit commissum delictum. Sed dicit Bart. quod non credit Dynum hoc consuluisse. Vnde in. d. l. si vt proponitur. dicit, aduertēdum esse; an mandans delictum puniatur ex delicto, vel ex mandato. Et gloss. in. l. i. §. persuadere. ff. de ser. corrup. dicit, quod mandans, præterquam in actu serui corrupti, non punitur propter mandatum; sed in actu serui corrupti punitur ex mandato, ex sola persuasione. Idem not. Instit. de oblig. quā ex delict. §. ope, & consilio. Et hinc est, qd lex dicit, quod ille qui præstat opem furto, tenetur furti, vt. l. is qui opem. ff. de furtis. quasi dicat, quod tenetur ex furto propter opem. Et hoc est, quod lex vult, quod tunc incipiat teneri, quando est commissum delictum, vt. l. si quis vxori. ff. de furtis. vnde tenetur ex delictū, non ex mandato. Et hoc idē videmus in ratihabitione, secundum veram opinionem, in. l. si pupilli. §. quæritur. ff. de neg. gestis. licet glo. ibi aliter dicat, & malē. Facit. ff. de vi & vi arma. l. i. §. i. Sed contra hoc facit; quia vñ, quod in contractibus quis obligetur ex mandato; sed potes dicere, quod illud est verum in obligatione, quæ oritur inter mandantem,

tem, & mandatarium; sed in obligatione, qua tenetur alteri, non; puta; + mandasti Titio quod gereret negotia; licet inter te, & Titium contrahatur obligatio ex mandato; tamen inter me, & te, seu illum oritur obligatio ex negotio gesto, vt. l. ita autem. ff. de admin. tuto. Sed in delictis inter mandantem, & mandatarium non oritur mandati obligatio, vt dictum est; & hæc est\* communis conclusio. ¶ Item quāro, + statuto disponitur, quod si rapina fuit commissa in cōfinio duarum communitatū; quod vtraq; communitas æqualiter teneatur, si æqualis est; aliās autem pro emendatione damni reducatur ad æqualitatem; qualiter intelligatur, quod tales communitates debeant teneri? Sol. D. Ant. dicit, quod Specul. eod. titu. §. i. tenet post Guil. quod debet intelligi æqualitas, secundum facultates vtriusq; communitatis, per. l. cum possessor. ff. de cens. & idem videtur probari in. l. p̄dus. ff. de incen. rui. & naufrag. & sequitur Bart. in. l. ne quid. ff. eod. secundum eum, & sequitur D. Ant. qui dicit, quod contra dictas communitates pro emenda dictæ rapinæ, non admitteatur probatio per iuramentum; sicut aliās admittitur contra raptorem, vt. l. si quando. C. vnde vi. & c. fin. s. quod metus causa. ¶ In eadem glo. ibi, si fuerit graue. dic, videtur gloss. sentire, quod si delictum est leue, possit puniri per iudicem domicilij; secus si graue; non bene dicit; quia quantumcunq; crimen sit graue; tamen iudex domicilij potest punire delinquentem; quia sicut ratione contractus alibi facti, vel rei alibi sitæ, potest conueniri quis coram iudice domicilij, vt. c. ex parte B. & c. cum dilecti. s. de foro competen. ita ratione delicti; aliās autem frustratius videretur forus domicilij, quod non est dicendum. Facit. c. cum contingat. de elect. vnde debet intelligi glo. quod erit locus remissioni, si iudex loci, vbi perpetratum est delictum, illam petat, vel poterit ipsum punire iudex domicilij. De materia remissionis, an de necessitate fienda sit, an ex vrbantate, vide quæ latius dixi post glo. in versi. de more in clem. pastoralis. de re iudi. Sed quæritur hic D. Anto. & D. m. pone, + Titius commisit furtum Senis, & illud trāsportauit Florentiam, & ibi contrectauit, an possit puniri Florentiæ de furto; \* Communis opinio Doct. ante Bart. fuit, quod non. Sed Barto. in. l. si dominium. ff. de furtis. tenuit, quod possit ibi puniri ex noua contractatione. Audiui, quod collegium Bononiense consuluit contrarium, & melius iudicio meo de iuris rigore. De æquitate tamen opin. Barto. seruanda est + in odium furum, contra quos, vt plurimum, iuris regulæ degenerant, vt Insti. de act. §. sic itaq; quæ opi. fecit suspendi vltra centum millia hominum. Sicut & alia opinio gloss. contra fures, in. l. capitalium. §. famosos. ff. de p̄enis. sed pro opi. Bart. quam tenet quidam. D. F. de Are. allegat. l. inficiando. §. infans. ff. de fur. quæ lex bene facit; sed non astringit. ¶ Vtrum autem + valeat consuetudo, vt in delictis non sit locus remissioni? Io. Calder. hic, quem sequitur. D. m. tenet, quod aut loquimur de consuetudine inducente, quod iudex domicilij non teneatur remittere, & valet. Aut quærimus, vtrum iudex, qui aliās non habet potestatem puniendi delinquentem, non teneatur remittere, & nō tenet. Ratio diuersitatis sit, quia

in primo casu delictum non remanebit impunitum; quia poterit puniri per iudicem domicilij. Sed in secundo casu videretur remanere impunitum; & ideo talis consuetudo tanquam irrationabilis non teneatur, per. c. fi. s. de consue. circa quod vide etiam quæ dixi in. c. postulasti. de for. compe. In fi. gl. dic, ex hac gl. possunt elici plures. qq. Prima, vtrum existens in maiori dignitate, vt archiepiscopus ad episcopum delinquentes in loco iurisdictionis minoris dignitatis, possit ab illo puniri; & \* communiter tenetur qd sic; quia + ratione criminis perdit quis priuilegiū suum, vt in auth. quā in puincia. C. vbi de cri. agi. op. 6. q. 3. c. placuit. & sequitur Io. And. in. c. cum inferior. de maio. & ob. vbi tenent Doct. qd etiam archidiaconus potest punire extraneum episcopum delinquentem in loco iurisdictionis suæ, pro quo tex. in. l. 2. ff. de offi. præsi. vdi dicitur, qd præses in alieno territorio habetur pro priuato, & hoc verum, vt dicit gloss. hic, in quantum nollet procedere ad depositionem, ad quā solus Papa procedere potest. 3. q. 6. c. quamuis. & c. accusatus. dic, de hoc, vt dixi in. c. 2. de accu. Secūda quæstio est, vtrum + superior delinquens in loco iurisdictionis subditi sui, possit ab illo puniri, de qua vide Inno. & Doct. in. d. c. cum inferior. & Archid. in. c. 2. de consti. lib. 6. vbi Archi. tenuit, qd possit etiā per statutum editum ab ipso subdito; & per consequens Suffraganeus poterit punire suum Metropolitanum delinquentem in sua diocesi; quia cum a iure sit data potestas, vt. c. 2. de cōsti. lib. 6. ergo potius videtur sententia Papæ, quam Episcopi. r. i. q. 3. nemo. & hoc dicit Paul. se tenuisse, & disputasse Senis. Cōmunis\* conclusio est in contrarium, qd non possit, per rationem. d. c. cum inferior. Nam cum sit subditus, nō potest ligare superiorem. Et ad hoc vide quæ dixi in. c. à nobis. i. j. de sen. excomm. ex qua ratione sequitur fm Inno. qd + si suffraganeus habet episcopatum aliū extra prouinciā Metropolitanam sui ex dispensatione Papæ, qd nō poterit punire Metropolitanum delinquentem in illa diocesi nō subiecta Metropolitanano. Mouetur; quia vbiq; archiepiscopus est maior suffraganeo suo, & hoc sequitur. D. m. Sed in. c. cum inferior. nō placet sibi hoc dictum Inno. quia talis episcopus in episcopatu extra prouinciā, nō habetur vt subditus; & vt suffraganeus; sed vt extraneus episcopus, & sic debet posse punire talem Archiepiscopum, arg. decisionis præced. qq. cum ipse sit ibi maior. Simile videmus in + delegato Papæ, qui licet sit minor, & subiectus; tamen ratione autoritatis sibi concessæ potest excommunicare suum superiorem, vt. c. sanē, 2. de of. deleg. Et hæc opi. mihi placet. Pro qua facit, quia ex quo iste habet duos episcopatus, fingitur duplex persona, & alia persona fingitur respectu vni; & alia respectu alterius, vt. c. si sacerdos. & ibi not. de offi. ord. & l. si consul. & ibi not. ff. de adop. Nec obstat. arg. Archid. quia sequeretur, qd etiā lata sententia per episcopum proprio ore, ligaret Archiepiscopum suum; nam cum sibi sit data potestas à canone excommunicandi, videtur sententia canonis, & tamen consequens est falsum. Tertia quæstio est + vtrum statuens ligetur statuto suo, quam. q. tangit hic Io. And. & latius tangitur in. d. c. 2. de constit. lib. 6. & latissimè per Ioā. And. in regula, cui licet. de regu. iur. lib. 6.

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

CAP. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Raptor decedens, si non restituit, vel de restituendo non cauit, carere debet ecclesiastica sepultura. & nu. 16.
2 Sepultura ecclesiastica cuiuslibet decedenti in peccato mortali denegatur.
3 Lex pœnalis, ad alios casus non est extendenda.
4 Eleemosina a publico peccatore cur non recipienda. & nu. me. 16.
5 Clericus raptor, vel rapinae particeps, beneficio, & ordine irreperabiliter priuandus.
6 Episcopus clericum raptorem sine licentia Papae ad ordines, vel ad beneficium restituere non potest.
7 Episcopus dispensat cum homicida in beneficio; & quid in deposito ab ordine.
8 Penitentia solennis, quae dicatur remissa.
9 Raptori non manifesto, non denegatur ecclesiastica sepultura.
10 Contritio sola, quod ad peccati remissionem, sufficit.
12 Penitens si penitentiam condignam non peregerit in hoc mundo, illam supplebit in purgatorio.
13 Malefactores, qui puniuntur in foro contentioso, contritio non puniuntur amplius a Deo.
14 Contritio in moriente tanta esse potest; ut etiam nepharius, ac scelestissimus absq; penitentia immediate ad superos conscendat.
15 Viaticum non datur nisi penitenti. Et quae penitentia sufficit, ut requiri possit. & nu. 16.

Super eo.

Manifestus raptor, vel ecclesie violator, si restituit; vel de restituendo cauit, in vita, & in morte ad penitentiam, & ad sepulturam admittitur. Si vero noluit cauere in vita, & morte non potest, clerici eius sepulturae interesse non debent; & iniungentes solennem penitentiam, vel interessentes deponunt ab officio, & beneficio. h. d. Diuiditur in quatuor. Secunda, ibi, si verò. Tertia, ibi, qui aut. Quarta, ibi, q; si qui. ¶ Noto primo, q; raptor decedens in crimine rapinae, sine penitentia, & satisfactione, vel cautione de satisfactione debet carere ecclesiastica sepultura. Et si id est in quocunq; decedente in peccato mortali. 1. 3. q. 2. c. obeuntibus. 3. q. 5. c. placuit. in hoc ergo nulla est specialitas in rapina; sed in alijs bene est specialitas in manifesto raptore; quia licet ipsum peniteat in morte, ex quo non satisfecit; licet non satisficiat ex eo, quod non potest; tamen solennitas penitentiae parum prodest; quia integra reconciliatio denegabit sibi, & in opprobrium haeredit; absoluet tamen a peccato, quae absolutio inuadit in eo, quod dicit gl. in verbo parum. Itē, est & alia specialitas; quia clerici non debent interesse sepulturae ipsius, nec eleemosynas accipere, quod non videtur in alijs contingere si penitet, & non satisficiat; quia non possunt; vt. c. cū tu. 7. de vsur. Nec tex. noster, cum iolo quae in materia penali est ad alios casus extendenda, arg. regulę, in penis. de reg. iur. lib. 6. & de peni. dist. 1. §. penā. Secundo not. q; a publico peccatore non de-

bet recipi eleemosynas; ne recipientes videantur sanare peccata eorum. An autem hoc sit speciale in raptore, & quod in alijs, vide. 1. 4. q. 5. in summa. & de deci. extranmissa. Vltimo not. q; clericus committens rapinam, vel particeps rapinae debet priuari beneficio, & ab ordine deponi irreperabiliter. Et si tu diceres, q; hec videtur esse inculcatio verborum; nam cum depositio sit perpetua de se; ergo videtur irreperabilis, vt in. c. at si clerici. de iud. Rūdet Io. And. q; hoc verbum fuit hic positum ad de notandum, q; peps non potest eos restituere sine licentia Papae ad ordines, vel ad beneficium. Sic. §. de heret. c. excoicam. §. sanē. fm Hof. Dicit tamen D. m. q; putat, q; in beneficio poterit epus dispensare, arg. 63. dist. c. Salonitana. & c. 2. §. de cler. pug. in duel. vbi t epus dispensat cum homicida in beneficio; sed forte illud pro cedit in eo, q; est priuatus beneficio dūtaxat, & prohibitus ministrare in ordinibus, & sic suspensus; secus si esset depositus ab ordine, ¶ Gl. 1. quærit, & solu. bene. ¶ Glo. 2. in princ. oppo. & contra oppositionem pro tex. allegat duo iura; & ad contrarium formatum dat duas solu. & vltimam approbat. In eadem, ibi, non est fruquosa. dic. forte propter presumptionem, quod sit impœnitens, ex quo tam diu distulit, argu. c. si quis autem. de peniten. dist. 7. secundum Tancre. Sed forte gloss. alius intellexit; scilicet, quod non sit fruquosa in totum, vt statim sequitur in glo. Et dicit hic Abb. q; aut crimen rapinae est manifestum, & denegatur ei penitentia. Aut occultum, & tunc secus. Hostien. verò dicit, quod propter criminis detestationem speciale sit, vt nec in vita, nec in morte audiatur ad penitentiam solennem; aliis regulariter procedit quod hoc dicitur. ¶ Solennis aut penitentia quae dicatur, tradit Hostien. in summa in titu. de peniten. §. vtrum. versicu. his prælibatis. & vide tex. 50. dist. 1. cap. in capite. Et not. Sol. Abb. pro qua facit tex. in. c. in literis. j. eo. vbi probatur, quod t non negatur raptori ecclesiastica sepultura; ratio est, quia ibi erat rapina non manifesta. Quare autem magis puniatur manifesta, patet ratio de se; quia manifesta videtur grauior propter malum exemplum, quod datur reliquis, argu. not. in. l. capitalium. §. famulos. & l. aut facta. §. fin. ff. de pen. cap. quia in omnibus, de vsur. & c. 2. de vsur. lib. 6. ¶ Glo. super verbo, parum prodesse. sentit contrarium, q; immo possit; quia t quo ad remissionem peccati, sola contritio sufficit, de penit. dist. 1. in princ. Glo. sol. distinguendo inter penam æternam, & temporalem. In eadem, ibi, duplex pœna. & c. dic. melius diceret, q; pro peccato mortali debet pœna æterna. j. de reg. iur. c. defleat. sed illa pœna æterna penitentiam, vel contritionem commutatur in temporalem, quam imponit sacerdos. Et si penitens in hoc mundo penitentiam condignam non peregerit, illam supplebit in purgatorio. Vnde dicit. D. m. quod d malefactores, qui puniuntur in foro contentioso contriti, non puniuntur iterum a Deo, si modo condigno passi sunt. 2. 3. q. 5. c. quid ergo. & ideò melius est de peccato pœnam luere, quam non; vt fuit notabilis conclusio Platonis in libro, de immortalitate animarum. Et hoc adde ad ea, quae dixi in. c. de his. §. de accu. Andini tamen a Theologis, q; t possit esse tanta contritio in moriente, quod sine alia penitentia peracta, etiā si nepharius, ac scelestissimus fuerit, imme-

mediate ad superos conscendet. Facit verbu Do minicum. Hodie mecum eris in Paradiso. ¶ Glo. in verbo, viaticum, colligit arg. In fin. dic. sed opponitur, nam tex. videtur ad inuicem sibi contrariari; nam prius dicit, quod penitentia denegatur; deinde dicit, quod viaticu non denegatur; & tñ clarum est, quod t viaticu non datur, nisi penitenti, vt. c. ois. j. de penit. & remis. Sol. penitentia solennis denegatur; sed penitentia contritionis, non denegatur, quae sola sufficit ad viaticu requirendu. Ego arbitror, q; tex. aliud intendat; vnde pondero, q; dicit tex. q; solennitas penitentiae parum sibi prodesse creditur; vnde non negat, q; penitentia non sit ei iniungenda; quia cum ipse in mortis articulo constitutus, nec possit solennem penitentiam agere, put deberet; quia constitutus in morte, cū se ita arctauerit, parū prodesse credit. Nam dicit Augustinus. Si quis in vltima hora suae vitae voluerit con fiteri; & non confiteatur, non credit, q; bene exeat ab hoc mundo, de peni. dist. 7. c. 1. deinde dicit, eadē dist. c. si quis aut. baptizatus ad horā securus hinc exit; fidelis bene viuens securus hinc exit, agit penitentiam, & reconciliatus cum sanus factus est, & postea bene viuens securus hinc exit; agens penitentiam ad vltimū, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus; & hoc voluit forte tex. noster dum dicit, cre dimus. ¶ Gl. pen. format. q. & sol. & bene, & dicam in seq. ¶ Glo. si. format. q. & sol. subdens rationem, & in fi. colligit arg. In eadem, ibi, ad terrorem dic. Ex gl. præced. & ex ista, & ex dictis maxime Goffr. & Hosti. conclude, quod d si raptor noluit satisfacere, vel cauere de satisfaciendo cum possit, denegatur ei penitentia, quantum ad illud peccatum; & per consequens viaticu, quod solum integrè penitenti datur, & ecclesiastica sepultura, & cimiteriu; nec est orandum pro eo, nec eius eleemosynas recipiendā. 1. 2. q. 2. pro obeuntibus. & 2. 3. q. 5. c. placuerit. & j. de penit. & remis. c. omnis. Si vero vsq; ad mortem perdurauerit in obstinatione, in morte tñ penitet, & emendat damnum, vel cauere emendare, conceduntur penitentia, viatica, & ecclesiastica sepultura. Si verò in morte non satisficeret; quia non posset, cum posset in vita, & in obstinatione perdurauerit, ei in morte contrito, non negatur penitentia non solennis, sed ecclesiastica sepultura, & interessentia clericorū, & cimiterium non conceditur. Si vero in morte constitutus satisfacere promittat, si conualecat, & ante satisfactionē decedat, non negatur sepultura cum clericis; sed haeredes compelluntur satisfacere, vt in. c. in literis. j. eo. vel intellige illud. c. fm q; dixi, q; loquitur in raptore non manifesto, vel in eo, qui nunquā admonitus, vel si fuit, paruo momento stetit cōtumax; nam absolutus per proprium sacerdotem erit sepeliendus, & haeredes cogendi sunt per censurā ecclesiasticam, vt iuxta facultatem satisficiant. In fi. gl. dic. de hoc articulo, vt dixi in. c. 1. de tornea.

CAP. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Mercatores, & nautae, tanquam miserabiles personae, sunt sub protectione ecclesiae.
Ecclesia in die passionis orat specialiter pro itinerantibus, Par. j. O O iij p̄ben.

- 2 Ecclesia iurisdictionem habet contra quemlibet laicum committentem delictum, quo proximus laeditur.
3 Negotatio dicitur licitum exercitium. Nobilitati non detrahitur per mercaturam. Mercatores, an possint esse milites. Mercator quis proprie dicatur; & quae mercimonia sunt licita. ibid. remis.
4 Pœna spoliantium mercatores, vel peregrinos.
4 Excoicatio fertur ipso facto per haec verba, Noscar te excommunicationi subiaccere.

Excoicationi.

Excommunicari debent, qui capiunt, vel spoliant fideles ex iusta causa nauigantes. hoc primo. Et excommunicati sunt spoliantes naufragium passos, nisi ablata restituant. h. d. Secunda, ibi, illi vero. ¶ Noto primo, quod t mercatores, & nautae videntur miserabiles personae, & tanquam miserabiles esse sub protectione ecclesiae. Facit. c. 2. de treu. & pac. Innoc. in. c. significantibus. de offi. dele. dixi in. c. fi. §. de Iudae. Vnde ecclesia in die passionis specialiter orat pro itinerantibus, & nauigantibus. Secundo not. q; t ecclesia habet iurisdictionem contra quemlibet laicum, in quantum committit delictum manifestu, ex quo proximus laeditur, & pro tali satisfactione ecclesia potest immediate adiri. Tertio not. quod t negotatio dicitur exercitium licitum, & honestum, & tribuit iustam causam nauigandi, & itinerandi; nec t per mercaturam detrahitur nobilitati, vt. C. de commer. & merca. l. mercatores. Alij contra, de quo vide in. l. fi. de iurif. om. iudi. & l. 1. c. negotia. ne militent. lib. 1. 2. vbi tractatur, an t possint esse milites, & vide Guil. in. l. 1. c. vbi sena. vel clarif. ¶ Quis autem proprie dicatur mercator, & quae mercimonia sint licita, vide. 88. dist. c. eiciens. & per Innoc. in. c. 1. §. ne cleri. vel monac. Vltimo not. pœnas, t quae sunt statuta contra derobantes, vel capientes nautas, vel itinerantes; quia excommunicandi sunt, concordat. 2. 4. q. 3. c. si quis Romipetas. Sed in secundo casu text. nostri, spoliantes sunt excommunicati ipso iure; quia maius delictum videtur committere quis in casu secundo, ex eo quod addit afflictionem afflictio. Dicit tamen Io. And. quod hodie tam in primo, quam in secundo casu, tales capientes; & spoliantes ter in anno excommunicantur per Papam. Sed quaero, quia text. dicit, ex honestis causis. quid si aliquis non nauigaret, vel itineraret ex honesta causa; vt quia pyrata, vel prado. Sol. dic. q; tex. noster non habet locum a contrario sensu. Secundo quaero, t vtrum tex. habeat locum in his, qui nauigant in aqua dulci? Sol. Host. quod non; quia non ita frequenter contra tales talia delicta perpetrantur. Vnde in nauigantibus per mare multis grassantibus opus fuit exemplo, vt. l. aut facta. ff. de penis. quod verum dicunt Doct. quantum ad secundum casum tex. nostri. sed quantum ad primum nolunt, q; tex. indistincte procedat, sicut indistincte loquitur, & hoc tenet Io. And. & Doct. ¶ Gl. pen. quaerit. In fi. gl. dic. Hęc gl. non bene firmat se, an requiratur monitio. Innoc. in. c. extirpanda. §. qui verò. §. de Par. j. O O iij p̄ben.



praben.tenet, qd no requirat monitio in penis impo...

C A P. I I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Abusus feminarum; & masculorum iudicatur a pari.
2 Causae criminales, etiam de iure canonico, possunt delegari clericis.
3 Ecclesia non habet iurisdictionem contra infideles delinquentes contra christianos.
4 Clericus, quando, & quare potest esse iudex delegatus laici.
5 Iudex ecclesiasticus potest torquere, & verberibus cedere; citra tamen sanguinis effusionem.
6 Excessus, quando grauis dicatur.
7 Praelato habenti iurisdictionem temporalem licitum est committere causam criminalem; etiam si pena mortis veniret imponenda.

In archiepiscopatu.

Ex principis delegatione, possunt plati ecclesiastici de raptu, & alijs criminibus iudicare. pena tamen sanguinis infligere non possunt. h. d. Primo, ponit consultatio. Secundo, bimbris, responsio, ibi, consultationi tuae. Noto primo, ibi, mulieris, conuictio verbo, abuti, qd abusus feminarum, & masculorum iudicatur a pari; & sic potest fieri abusus contra naturam tam in feminis, quam in masculis. Facit tex. & rub. in auth. vt non luxuri. contra naturam. & gl. 3. q. 7. c. oes. Et habet locum non solum in masculis abuti muliere, & sic inter masculum, & feminam; sed et inter feminam, & feminam, vt. l. sedissima. C. ad legem Iul. de adul. & stup. Secundo not. qd de iure canonico et causae criminales possunt delegari clericis, & ad hoc quotidie allegat iste tex. sed non pbat; quia hic delegans erat Rex, qui vititur principis potestate. Vi de de materia Inno. in c. cum te. de re iudic. & c. per venerabilem. qui fil. sit legit. & c. q. sed. de offi. ordi. Tertio not. argumentum, qd ecclesia non habet iurisdictionem contra infideles delinquentes contra Christianos; nisi delegetur sibi a iudice temporalis. Et sic videtur, quo ad penas temporales, infideles non sunt subiecti ecclesiae; sed dominis temporalibus. Sed contra hoc facit tex. dum dicit in iurisdictione tua existentes, & sic videtur, qd ecclesia possit punire iure proprio, ex quo quis deliquit in sua iurisdictione. Sed potest rudi, qd tex. dum dicit, in tua iurisdictione. debet intelligi hoc est in tua diocesi; vel intelligi; & melius de iurisdictione spiri-

tuali; vñ temporaliter non poterit suo iure cognoscere; sed ex delegatione; & sic in casibus hic expressis plati non vendicat sibi iurisdictionem. Inno. sentit contrarium, in c. q. super his. de voto. vbi dicit, qd ecclesia habet iurisdictionem contra infideles peccantes contra naturam. Nam sicut Deus puniuit illos, vt Genesis. c. 18. & d. auth. vt non luxurient. & j. de excess. flat. c. clerici, ita & vicarius eius debet posse; & ideo tam iudex ecclesiasticus, quam secularis poterit punire, & p consequens erit loci p uentioni. Quarto not. qd clericus potest esse delegatus iudex laici, & hoc ideo, quia casus isti cõcer nebant fauore aia; aliis sec. 1. i. q. 1. c. re quid. Dicunt tamen Doct. qd et in huiusmodi casibus debet potest abstinere a tali delegatione, vide. D. m. in. c. 2. de iudi. Vltimo not. qd iudex ecclesiasticus non debet imponere penam corporis afflictiuam, qd in sanguinis effusione trahat; potest tamen delinquentes torquere, & sustigare, dum modo sine sanguine. Facit. c. 1. de calum. & not. in. c. ad audientiam. j. de crimine fal. & ideo qm crimen est adeo graue, qd exigat penam sanguinis, debet illa referre nare seculari; Qm autem in casibus nostris dicat excessus ita grauis; Doct. dicunt, qd tunc dicitur, qm isti pcederet ad homicidium, vel qm imminere scandalum ex commutatione pena; vel qm agebatur per viam accusationis ad penam legale. Nam pena est vltimi supplicij, vt In sit. de publi. iudi. §. ite. l. Iulia. & l. cum iura. ff. de adul. te. ¶ Gl. in verbo, poteris. dic. qm autem fieri possit hac commutatio, dic. vt dixi in. c. ad liberanda. de Iuda. ¶ Glo. fi. in princ. est declaratiua, deinde tractat, an causa criminalis possit delegari. In eadem, ibi, fm canones. dic. hac gl. potest dupliciter intelligi. primo, qd licitum est prelato habenti iurisdictionem temporalem committere causam criminalem; licet veniat imponenda mortis pena; & clarius in. c. si. ne cle. vel mon. Tu dic. vt dixi in. c. ad audientiam. de homici. q. 74. Secundo potest intelligi, qd fm canones possunt committi causae criminales, de quo super tex. dic. de hoc, vt latius traditur in. d. c. quod sedes. de offi. ordi. In fi. gl. dic. Aduerte, quod licet hac glo. generaliter intelligat illum. §. ad hac. tamen lac. de Belui. & quidam alij intelligunt, quando de necessitate iudex profici sceretur, vt in casu. l. 1. de offi. eius cui. man. est iuris. vel antequam ingrediatur prouinciam, & sic non corriguntur. ll. antiq. de quo Bar. in. l. vim. ff. de iurisd. om. iud. Ego latius in repe. l. 1. ff. quis & a quo.

C A P. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Peccatum tribus modis impletur; scilicet suggestione, delatione, & consensu.
2 Penitentia vnicuique peccatori, etiam scelestissimo penitenti deneganda non est.
3 Incendiarius ecclesiae est ipso iure excommunicatus.
4 Penitens morti proximus, absoluitur a peccato ante satisfactionem manifeste offensae.
5 Haeredes ex delicto defuncti tenentur, etiam ultra vires hereditarias. & nu. 7.
6 Contumacia haeredum non satisfaciendum conscientiae defuncti, nocet defuncto.
8 Mortui elemosinis, & bonis operibus, quomodo inueniuntur.

In lite-

In literis.

Incendiarius ecclesiae in morte penitens, & absolutus, in cymiterio sepelitur, & haeredes compelluntur ad satisfaciendum iuxta facultates defuncti. hoc dicit. Primo, consultatio. Secundo, responsio, ibi, quia propter. ¶ Noto primo, ibi, diabolo instigante, text. qui facit ad formam, & stylum, quem seruant officiales in condemnationibus; quia dicitur diabolo instigante. re. & c. meritò; quia peccatum committitur per tres gradus, per suggestionem diaboli scilicet, & per delationem, quae fit per carnem, & per consensum, qui fit per spiritum, vide. 6. dilin. c. sed pensandū. Secundo verò, not. ibi, accepta penitentia. qd etiam vnicuique; sequelesto peccatori, quocumque; graui crimine irerito, volenti penitere, non est deneganda penitentia; etiam si in morte constitutus velit penitere, quanquam dubitandum sit de eo, vt dixi. §. eo. c. 2. Si tamen recte peniteret, non est dubium, qd sufficit sibi ad salutem, §. 1. dist. c. ponderet. quoniam est sperandum de eo, in quo apparent signa contritionis, si aliter expressè non potest penitere, vt. c. a nobis. 2. de senten. excom. & talis est tradendus ecclesiasticae sepulturae, vt hic per Doct. Tertio not. ibi, a sententia anathematis absolutus. argumentum, qd incendiarius ecclesiae est ipso iure excommunicatus. Et not. qd et quilibet sacerdos in extremo vitae potest absolvere; licet alias absolutio pineret ad Papam; vt hic in gl. Quarto not. qd in mortis articulo constitutus; penitens de peccato absoluitur, etiam antequam satisfaciatur de manifesta offensa. Nec obstat. c. ex parte. de verb. sig. vbi excoicatus pro manifesta offensa ante satisfactionem non potest absolui; quia fm Goff. quem sequuntur Doct. ille tex. pcedit, quoniam vellet absolui in vita; secus in morte, vt hic. Facit qd in simili dicimus, qd penitentiae quantitas in morte constitutus non est imponenda; sed ignoscenda. 2. 6. q. 7. c. 2. Quinto not. ex ver. & haeredes. qd haeredes defuncti, qui sunt absoluti non facta satisfactione; quia morte praeventus, compelli possunt satisfacere. Et sic habes casum, in quo haeredes tenentur ex delicto defuncti, et si nihil ad eos peruenerit; licet secus videretur esse de iure civili, vt. l. 1. c. ne ex delicto defuncti. Et aduerte; quia tex. iste singulariter probat, qd in hoc casu iudex ecclesiasticus potest exercere iurisdictionem in laicis; & hoc in fauorem animarum defunctorum, vt citius liberemur; & ideo fit cautus sacerdos, vt si infirmus fateatur se debitorē alicui; vel aliena habere, aut damnū alicui dedisse, vel similit. qd in hoc adhibeat testes, ad hoc vt haeredes possint postea compelli; quia dictum suum non sufficeret; & si forte infirmus nollet, non debet eum absolvere pro illo peccato; quia vñ non moueri bona contritione; & hoc perpetuo not. Vltimo not. ex fine, qd contumacia haeredum in non satisfaciendo conscientiae defuncti, nocet defuncto; qd qualiter intelligat, videbimus in gl. fi. ¶ Gl. 2. sentit contrarium, & sol. deinde colligit argumentum contrarium. ¶ Gl. 3. format contrarium, & sol. In eadem, in fi. dic. Vel fm Doct. ibi delictum erat manifestū, vel ibi obstinata mente non restituerunt, hic non fuit in obstinatione. Vel solue, clarius, qd hic non dicitur, qd clerici debeant interesse sepulturae; sed qd debet sepeliri, qd ibi non negatur. ¶ Gl. p. querit, & sol. In fi. dic. Nota singulariter hanc gl. quae apertissime sentit, qd

haeres ex delicto defuncti teneatur, et ultra vires hereditarias, si non confecit inuentarium; & sic multum extendit. l. fi. c. de iure deli. & Doct. hic cõter \* transeit cum gl. & D. Ant. in. c. fi. de sepul. Io. And. i. c. qd. d. vsur. lib. 6. & Fed. cõf. 2. 1. tenet contrarium. Nam ius canonicum inducens hanc æquitatē contra rigorem iuris civilis, vt haeres teneatur ex delicto defuncti, simpliciter noluit obligare ultra vires hereditarias, ne cõcurreret duplex rigor. l. 1. c. dotis promiss. & qd not. in. c. non potest. de prab. lib. 6. Et hac conclusionem tenet D. Ludo. Ponta. qd haeres, licet non fecerit inuentarium, non teneatur ultra vires hereditarias. Sed aduerte; quia qd haeres in casu nostro teneatur ex delicto defuncti, non est aliud quod speciale. Nam testator penitendo, videtur mandasse haeredibus, quod satisfaciatur; quia qui vult consequens, & c. vt. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procur. Nec obstat. c. tua. j. de vsur. vbi haeres tenetur, licet defunctus non peniteat; quia ibi peruenerat ad defunctum, vel herede, vel ibi loquimur in his quae veniunt ex contractu, non autem ex delicto. ¶ Glo. fin. format contrarium, & sol. In fi. dic. Et sic licet eleemosinae, & alia bona opera facta pro animabus defunctorum, non valeant quantum ad liberandum illos a pena aeterna, vbi nulla est redemptio. 1. 3. q. 2. tēpus. & §. de cele. miss. cum Marthae. tamen profunt quo ad temporalem satisfactionem, vt citius liberentur a penis purgatorij. 1. 3. q. 2. defunctorum.

C A P. V I.

S V M M A R I V M.

- 1 Raptus, quando proprie committi dicitur.
2 Matrimonium, quando dicitur perfectum.
3 Matrimonio consumato, alter coniugum religionem non potest ingredi, etiam altero consentiente.
4 Confessione mulieris statuitur pro matrimonio carnali contra matrimonium spirituale; & sub nu. 13.
5 Consensus mulieris non tollit delictum.
6 Ius civile deceptionem; canonicum verò libertatem matrimonij considerat.
7 Pena. l. 1. c. de rapto. virgin. an habeat locum in casu huius. c.
8 Matrimonium contractum per filium familias etiam in potestate patris existentem, tenet. ibid.
9 Patria potestas non attenditur in spiritualibus.
10 Pater, an teneatur dotare filiam, quae contraxit eo inuito.
11 Dos proprium patrimonium mulieris.
12 Pater ingrati filiam dotare non tenetur; nec eam instituire.
13 Pater, quando dicitur constitui in mora, non maritando filiam.
14 Iuramentum voluntarium, aut necessarium, an possit deferri in causa monachatus remiss.

Cum causa.

Raptus non dicitur, vbi volēs pro matrimonio abducatur; & raptor cum rapta potest matrimonium contrahere, & post consumationem matrimonij alter sine consensu alterius non potest ingredi mo-

Par. j. O O iij naste-

Cors op.

nafterium. h. d. cum seq. c. Primo, decisa consultatio. Secundo, responsio, ibi, respondemus. Quæ secunda tria facit, primo, respondet, quid iuris de raptu cum redditione causæ. secundo, ibi, præterea, respondet, quid iuris de ingressu cum redditione causæ. Tertio, ibi, non ergo, concludit circa vtranq; responsionem.

¶ Noto primo, qd raptus dicitur proprie committi, qn mulier rapitur per vim, & cā explendæ libidinis; secus si non inuita, causa matrimonij contrahendi. De iure ciuili videtur secus, per. l. i. c. de raptu virgi. vbi dicitur, qd raptus committitur et cum sponsa de futuro. Vñ singulariter facit tex. iste ad limitandas illas penas de iure ciuili. Secundo not. ibi, pfectū carnis cōmixtionem. qd ante copulam carnalem matrimonium non dicitur perfectum, quod intelligo, quo ad quosdam effectus, de quibus in. c. debitum. §. de bigam. & in. c. ex publico. §. de conuer. coniug. & quo ad effectum vt alteruter sui corporis non habeat potestatem; vt hic in tex. Vide glo. in. c. præterea. §. de transact. & c. fin. de sponsa. duo. in quibus probatur, qd etiam ante copulam carnalem matrimonij per verba de præfenti dicitur perfectum. l. nuptias. ff. de reg. iur. Tertio not. qd post consummatum matrimonium potest alter ingredi religionem, altero consentiente; & hoc probat dictio, maximè, posita in tex. quod intelligo, quando alter remaneret in sæculo, & non esset suspectus de incontinentia, vt. c. cum sis. & quasi per tot. §. de conuer. coniug. Vltimo not. quod ¶ pro matrimonio carnali contra matrimonij spirituale statuitur confessio mulieris, quod examinatur hic in gl. penul. ¶ Glo. 2. format contrarium, & sol. In fine dic. aduerte, quia debes intelligere, quod glo. hic dicit, quando fuit inter eos habitus tractatus de nuptijs contrahendis; aliàs secus; quia diceret ibi fuisse raptus; licet puella cōsentiat. 3. q. 1. de raptoribus. etiam si parentes ignorauerunt, vel erant mortui; quia ¶ consensus mulieris non tollit delictum; quia sicut non potest mulier delictum committere; ita nō potest membra sua delicto exponere. ff. ad legem Aquiliam. l. liber homo. & 23. q. 5. c. si non licet. & vide in regula scienti. de regu. iur. lib. 6. Item puella semper præsumitur decepta, vnde ille consensus videtur extortus. De iure autem ciuili, etiam si præcessisset tractatus nuptiarum puniretur de raptu; quia ¶ ius ciuile considerat deceptionem. Ius vero canonicum libertatē matrimonij, & in hoc seruandum est ius canonicum, per. c. penul. & fin. de secundis nupt. Sed posses dicere, quod hoc est verum si postea sequeretur matrimonij; aliàs autem staremus iuri ciuili. Sed circa prædicta quero, vtrum ¶ pena. l. i. c. de rapt. virgi. quæ vult, quod bona raptoris fiant raptæ, habeat hodiè locum in casu nostro? Glo. in. c. cum secundum. de heret. lib. 6. sentit, qd sic. Contrarium tenet gl. 36. q. 3. c. de puellis. & hoc videtur magis rationabile. In glo. in verbo, reclamarent. in fin. dic. Idem tenet gloss. in. d. c. sufficiat. allegato in gloss. vnde tenet matrimonium contractum per filium familias in potestate patris existentem, et contra voluntatem patris; & ratio est in promptu; quia ¶ in spiritualibus nō attenditur patria potestas, vt. c. si annu. de iudic. lib. 6. Sed circa hoc potest formari notabilis quæstio, videlicet; an ¶ pater teneatur dotare filiam, quæ contraxit eo inuito, glo. tenet, qd sic,

32. q. 2. c. fi. & expressius idem tenet gl. 36. q. 1. c. de raptoribus. dummodo puella elegerit sibi virū idoneum, & se dignum; ergo a contrario; secus, si indignum; & hoc tenet ibi Ioan. & Archidi. per. l. non tantum. §. si emancipatus. i. ff. de contrahabul. Bar. vero post Guil. de Cuneo in. l. obligamur. §. lege ff. de actio. & obligat. tenet cōtrarium, dicens, quod vbiunque filia contraxit matrimonium sine eius licentia, non tenetur illam dotare; quia pater tenetur dotare filiam, vt reperiat maritum, vt. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. Si est maritata; ergo cessat rō prædicta; & sic tenet, qd maritus tenetur eā alere de suo, & proprijs sumptibus subire onera matrimonij. Vide D. m. in. c. 1. de adult. nam imputandum est viro taliter contrahenti; nam eo ipso qd contrahit matrimonium sine dote, tacite videt se obligare ad subeundū onera matrimonij, vt. d. §. si maritus. & seq. inter vir. & vxor. Facit. l. si cum dorem. §. si maritus. & seq. ff. sol. matri. Sed dicit D. m. hic, qd contra Bart. facit, qd melius alimentabitur puella dote sibi a patre constituta, vt. d. §. si maritus. & seq. Item videtur dotanda, ad hoc, vt fortè soluto matrimonio per mortem viri possit cum alio contrahere, quod videtur verius de iuris rigore; dictū verò Bart. de æquitate. Aduerte tñ; quia viuente patre videtur cessare rō. D. m. quia fortè poterit hoc casu cōpelle- re patrem ad dotandum, ad hoc, vt possit inuenire virum, per. d. l. qui liberos. Præterea, viuente patre, & etiā mortuo videtur ob stare rationi D. m. dispositio auth. præterea. C. vnde vir & vxor. qd vult, qd ¶ marito præcedente, si vxor non habet dotem, debeat habere certam partem bonorum mariti; & hæc procedunt qn puella non promisit dotē quando contraxit. Si vero promisit, quia fortè vir volebat aliter cum ea contrahere, tenet pater illam soluere. Et hoc tenet. D. m. in. d. c. 1. §. de adulte. Vnde dicit, quod seruatur cautela in istis clandestinis sponsalibus, vt puella ¶ mit- tat dotem, & hanc opi. tenet etiam. D. m. in. c. accedens. in gl. fin. in fi. de procura. Quod intelligo, quando promisit dotem idoneo, & digno; & promisit dotem condecemtem, secundum quantitatem patrimonij, & qualitatem personæ, & loci consuetudinem, secundum not. in. l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. Tu aduerte; quia Bart. in authen. res quæ. C. comm. de lega. simpliciter tenet, quod pater tenetur illam dotare. In contrarium tamen fortiter facit, quia ¶ filiam ingrati non tenetur pater dotare, vt tenet ipse Bald. in. l. fina. C. de dotis. promiss. nec eam tenetur instituire; sed potest, prædicta cā inserta, illam exheredare, vt in auth. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoq; vers. causas. in fin. coll. 8. & in. d. l. 3. §. si emancipatus. in fin. ff. de cōtra tabulas. ¶ Sed fortè ad saluandas prædictas opin. posset distinguui, quod aut pater fuit in mora non dando filiam nuptui; & hoc casu, si filia nupsit digno, siue promiserit dotem, siue non, pater teneatur illā dotare; & sic procedat dictum Bal. Ratio est; quia nihil dicitur fecisse contra patrem, cum fecerit iure permit- tente; & sic nō pōt exheredari, vt in. d. vers. causas. & maxime, qd cū in spiritualibus ¶ ipsa sit libera a patria potestate, vt dictū est, & nupsit digno, non videt esse quid

CAP. VII.

S V M M A R I V M.

se quid patet de ea conqueratur, postquam eam nō maritabat. Si verò pater nō fuit in mora, vt aliquali ter puella fuisse præsumptuosa, & sic hoc casu non tenetur illā dotare, cū possit eam exheredare, vt in. d. vers. causas. & sic excludere a debito bonorū sub- dio. Hoc tamen non procedit sine dubio, quādo puella nupsisset digno, & dotem promississet, per rationē quādam. §. assignauit, etiā quod in spiritualibus non attenditur patria potestas. ¶ Dicitur aut pater cōstitui in mora, si eā non maritauit ante. 25. annū, vt in. d. vers. annus. & pro hac distinctione vide gloss. in. d. c. de raptoribus. ¶ Glo. pen. in prin. colligit arg. ex tex. deinde prosequitur articulū, an, ¶ quādo stetur cō- fessio mulieris, vel viri pro matrimonio carnali cō- tra spirituale; vel contra. In fin. dic. Hæc glo. videtur concludere, qd valeat confessio ingressi religionē in præiudicium religionis, quod placet hic Inno. quon- tum ad præiudiciū consentientis; sed non quantum ad præiudicium monasterij, cui bona essent quæ sita per ingressū. Hofst. verò quem sequantur Doct. hic, latius distinguit, quod aut confessio tendit ad separationē matrimonij (spiritualis, vel carnalis, ad quam intēde- bat, & anhelabat confites, & tunc non valet; quia cō- fessio tenderet in eius fauorem, vt. l. exemplo. C. de proba. & 13. q. 2. in prin. Alio consistens intēdebat ad matrimonium spirituale, seu carnale; & certum est, qd confessio contra illud, quod desiderabat, valet; quia non est præsumptio, qd confiteatur falsum contra se, vt probatur in. c. ex parte. de conuer. coniug. & hic. Nā ista mulier instabat pro matrimonio spirituali con- tra carnale, & ideò confessio pro carnali tenet. Facit etiam quod not. in. c. tertio loco. §. de præsump. & in .c. attestaciones. §. de despōs. impub. Aut dubitatur, vtrum in veritate confites inder pro eo cōtra quod cōfiteatur; vt puta; quia est timor de collusionem; & tūc si fama, & alia adminicula adiuuant confessionē, va- let confessio contra matrimonium spirituale. 35. q. 6. c. si duo. Et ita debent intelligi not. per Inno. in. c. super eo. §. de eo, qui cogn. consang. vxor. suæ. Si verò non adfunt alia adminicula, tunc confessioni coniu- gum non statuitur contra matrimonij carnale; sed pro carnali contra spirituale bene statuit. Et ita potest in- telligi text. nostro. Et ratio differentie sit; quia in ma- trimonio carnali vertitur publica vtilitas, in qua et includitur priuata, vt. l. i. ff. sol. matri. & sic cum tan- gatur præiudicium publicum, & priuatum, nō credi- tur; sed in spirituali respectu ingressus dumtaxat ver- titur vtilitas priuata; & ideò non est ita potens. Et ex hoc inferitur, secundum Hofst. qd si in spirituali tra- ctaretur de publico interesse, & alterius præiudiciū; vt puta, quia effectus episcopus repeteretur in mari- tum alterius, & hoc casu confessioni pro matrimo- nio carnali contra spirituale non staretur; sicut de con- tra non staretur confessioni pro spirituali cōtra car- nale. A signat etiam Hofst. aliàs rationes, sed leues. D. Ant. dicit, qd ratio est, quia in spirituali soli sibi præiudicatur; sed in carnali parti aduersa; & sic simpli- ci confessioni vnus coniugum non statuitur in præiudi- cium alterius. Et adde quæ dicuntur in. d. c. tertio lo- co. & d. c. super eo. Et ex prædictis infert. D. m. ¶ vtrū in causa monachatus possit deferri iuramentum vo- luntarium, aut necessarium; dic. vt latissimè dixi in repet. c. fin. de iure iuran.

Accedens.

Summatum fuit in præcedenti; vel sum- ma sic, ¶ Rapta po- test cum raptore contrahere ex libera voluntate; nisi aliud obstat, hoc dicit. ¶ Noto primo, quod ¶ licet puella prius noluerit consentire matrimonio, & forte propter hoc fuerit rapta; tamen si postea ambo consentiant in matrimonio, possunt matrimonium contrahere; quia per sequentem consensum tollitur vitium præcedētis dissensus, simile in. l. 2. quod mer. cau. & §. de spon. c. ad id quod. Et aduerte; quia non solum sufficit consensus expressus; sed etiam tacitus. Facit. d. c. ad id quod. & c. literas. §. de sponsa. Istud tamen est verum, si modo aliud non obstat; vt puta; quia non sunt idonei ætate; vel quia sint cōsanguinei & simil. c. cum inhibito. §. de cland. despon. Nā sub- lato vno impedimento non sufficit; si aliud potens remanet, vt. c. ex tuarum. §. de auth. & vsu pal. & l. si domus. ff. de seruitu. vrba. prædio. ¶ Gl. i. format cō- trarium, & sol. In fin. dic. & hodiè non est seruandum ius ciuile, sed canonicum, vt. c. pen. & fi. §. de secund. nupt. & dixi. §. in. c. præced.

De furtis. Rub.

S V M M A R I V M.

Furtum quid, & vnde dicatur. nu. 13.  
Voluntas, & propositum distinguunt delicta.  
Furtum, an committere dicatur, qui inuentum non resti-  
tuit.  
Contrectatio quid.  
Furtum, an committat, qui pluries eandem rem contrec-  
tat.  
Furtum committens in vno territorio; si portat rem ad  
aliud territorium, & ibi contrectat, an possit ibi suspēdi.  
ibid.  
Furem discernit quantitas ab abigeo.  
Furtum in immobilibus non committitur; sed dicuntur oc-  
cupari, & inuadi. ibid.  
Incorporalia non possunt furari, contrectari; nec posside-  
ri. ibid.  
Occultatio alienæ laudis est furti species.  
Peccatum non remittitur; nisi restituatur male ablatum.  
ibid.  
Doctor aut Magister, qui opiniones alienas sibi appro-  
priat, tenetur ad earum restitutionem. ibid.  
Furtum quandoq; committitur, & committens furti non  
tenetur. ibid.



- 8 Furti, & rapina differentia.
- 9 Inuoluntarium, quot modis accipitur.
- 10 Furtum, an sit peccatum mortale.
- 11 Charitas in quo consistit.
- 12 Sacrilegium, peculatus, & plagium quid.
- 14 Occultatio, an, & quando peccatum.



Continuata fuit hæc rubrica in præcedenti, unde dic, vt ibi. Et de materia, furti, & rapinæ, vide. 1.4. q. 5. & 6. per totum. 1.2. q. 2. i primis nouem cap. & 6. q. 3. c. placuit. de penit. distin. 1. c. vulgaris. & c. aut facta.

1 fuetum seruem. Primo quæro, quid sit furtum? Sol. dic, quod est fraudulosa contrectatio rei alienæ mobilis, corporalis, inuito domino, animo lucrandi re, vel possessionem, vel vsum, facta, quod lege naturali prohibitum est admittere. Ita definit Iuriconsultus in l. 1. §. furtum. ff. eo. & Insti. de oblig. quæ ex delict. nas. §. 1. Et prohibitum est etiam de iure diuino, vt habetur in præceptis decalogi, scilicet, non furaberis. Et quia scriptum est. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Ideo autem dictum fuit fraudulosa; quia si quis crederet licitum sibi esse rem suam per vim subripere, nec furti, nec vi bon. rap. teneretur, vt Insti. vi. rap. §. quia tamen. Item nec dicitur furtum committere, qui credit se facere cum domini voluntate, vt statim dicitur in verbo, inuito. Et probatur Inst. de obli. quæ ex delict. nas. §. placuit. Nam voluntas, & propositum distinguunt delicta. vt vidisti in rubrica, de homici. & in adulterio, in rubrica, de adult. & in rapina in rub. præced. & in falso videbimus. j. in rubri. de fal. Aduerte tamen; quia quandoq; tenetur quis vltra intentionem. Vnde si aliquis furatur faccum plenum pecunia, quamuis dumtaxat habeat intentionem ad pecuniam, non ad facculum; tamē & pro facculo tenetur furti, vt. l. qui faccum. ff. de furtis. Quid autem de inueniente rem alienā, an dicatur committere furtum si illam non restituit? dic, qd non; si fuerit habita pro derelicto, & etiam si nō fuerit habita pro derelicto a domino; quia non dicitur fecisse inuito domino, quod est necessarium ad substantiam furti, vt statim dicam. Item nec committit furtum, posito, quod non fuerit habita pro derelicto a domino, si modo credidit illam habitam pro derelicto; quia tunc non adest fraudulosa voluntas furandi. Item, & posito, quod illa res non fuerit habita pro derelicto, & quod inuentor ita credit; tamen illam suscipiens non committit furtum; si animo restituendi suscipit; vt de omnibus istis est tex. in l. falsus. §. qui alienum. ff. eo. debet tamen inuentor protestari, quod intendit illam restituere, quia aliās præsumeretur contra eum, vt. d. §. qui alienum. & not. gloss. 1.4. q. 5. c. si quid inuenisti. & Ioan. Andr. in c. dudum. §. de elect. Sed si animo non restituendi suscipit, fur est, & furti tenetur, vt. d. c. si quid inuenisti. & d. §. qui alienum. Item ideò in diffinitione positum fuit verbum, contrectatio, quia sine ea non committitur furtum; licet voluntas furandi, vel verbum interuenerit. l. 1. §. 1. & l. si quis vxori. §. neq;

4 & l. inficiando. & l. falsus. §. si quis nihil. ff. eod. Sufficit tamen contrectatio interpretatiua; vt puta, si falsus procurator volens debitum exigere, alteri delegauerit soluendum se præsentem. Nam propter præsentiam suam videtur facta contrectatio illius debiti, vt. l. falsus. §. sed si is. ff. eod. Vel seruo tuo apud me existenti, animo furandi dixisti, vade, & vadit, veni, & venit, vt. l. alienum. C. eod. Contrectatio enim ponitur pro omni abductione, baiulatione, vel delatione. l. si quis vxori. §. si quis asinum. ff. eo. & an plures contrectans eandem rem, dicatur diuersa furta committere? gloss. dicit, quod non. 6. q. 1. c. imitare. & est tex. in l. 1. ei. qui. ff. eod. Et hæc faciunt contra Bar. qui voluit, quod si ille qui furatur in vno territorio, si portat rem ad aliud territorium, & ibi contrectat, possit ibi suspendi; ratione noui furti, & contra. q. dic vt dixi in c. 1. §. de rapto. & adde quod not. Bald. in c. 1. de pace iur. fir. in vfi. feud. Dixi insuper in diffinitione, rei quod verbū intelligitur, siue res sit magna, siue parua. Vnde & in gallina, furtum dicitur committi, vt not. 1.4. q. 6. c. fin. not. glo. in c. de appellationibus. §. de appell. & glo. Insti. de rerum diu. §. gallinarum. quæ dicit, quod etiam pro ouo competit actio furti. Aduerte tamen; quia quantitas rei distinguit furtum ab abigeatu. Si quis enim surripit vnum suum, vt fur cohærebitur, qui gregem, vel armentum, vt abigeus, vt. l. aut facta. §. quantitas. ff. de pœnis. & l. 1. §. 1. ff. de abigeis. Deinde sequitur in diffinitione, alienæ. quod dictum est, quia de mea re non possum furtum committere; secus, si non esset plenè mea; quia esset communis mihi cum alio; quia si illam contrecto animo lucrandi, dicor committere furtum. ff. eod. l. si socius. & not. in l. meritò. ff. pro socio. Si verò in re mea aliquis habet aliquod ius; vt puta, vsum, vel vsum fructum, vel bona fide emit, furtum committitur; sed res non est furtiua, & tenetur quis ratione furti, vt. ff. eod. l. cum res. §. 1. & l. si is, qui rem pignori. in princip. & ff. de vfu capio. l. sequitur. §. si rem. & sic etiam econuerso, quandoq; fit furtum, & res est furtiua, & tamen non agitur furti; vt cum filij, vel serui nobis furtum faciunt, vt. ff. eod. l. serui. & Insti. de oblig. quæ ex delict. §. qui autem. ¶ Item dic, quod ideo dicitur alienæ; quia si res esset nullius, non diceretur furtum; vt puta, in re hereditaria. Nam non dicitur furtum committi, nisi fortè ab alio possidente rem hereditariam aliquo iure, ego rem abstulerim, vt. l. hereditaria. ff. eod. & l. 1. §. Scuola. ff. si is qui testa. liber. esse ius. sue. Et in rebus sacris, quæ non sunt in bonis alicuius priuati, committitur sacrilegium. In rebus verò ciuitatum, præter ciuitatem Romanam committitur furtum, vt. l. ob pecuniam. ff. eod. & quod dixi, de re hereditaria. Idem intellige, de re illius, quem putabam mortuū. ff. eo. l. si quis ex bonis. Et quod dixi, in diffinitione, mobilis. dic, quod hoc dicitur; quia in immobilibus nō committitur furtum; quia immobilia dicuntur occupari, aut inuadi. Vide quod dixi in rubrica, de rapto. Aduerte tamen, quia si de re immobili sit res mobilis, in eo quod tanquam mobile auferatur, furtum committitur. l. si creta. & l. verum est. ff. eod. Et quod dixi in diffinitione, corporalis. dic, quod ideò dixi corporalis; quia incorporalia nō possunt furari, nec contrectari, nec possideri, vt Insti. de rebus

cor.

7 cor. in princ. & l. seruus qui bona fide. §. incorporales. ff. de acqui. rerum domi. Aduerte tamen; quia Bald. dicit, quod si occultatio alienæ laudis est species furti, ita dicit in proëmio digestorum, per text. in l. prætia rerum. ff. ad l. Falcid. & idem Ioan. Andr. in proëmio. 6. vbi dicit, quod nihil est adeò reprehensibile, & vituperabile, quā malle potius in furto deprehendi, quam profiteri illi a quo profeceris, & ex hoc ego infero, quod sicut non remittitur peccatū, nisi restituatur ablatum, vt in regula peccatū. de reg. iur. lib. 6. ita etiam non remittitur Doctori, aut magistro qui alienas opiniones, aut laudes sibi appropriat, nisi restituat. Et ideò dixi in diffinitione, inuito domino. quia si dominus consentiret, non committeretur furtum, not. gloss. 9. q. 2. c. fina. probatur in l. inter omnes. §. rectè. ff. eod. & traditur in cap. dudum. 2. §. de elect. Aduerte tamen; quia credulitas non debet esse crassa, vt not. Ioan. Andr. in d. dudum. nec creditur simpliciter asserenti se credidisse dominum permittitur; quia hoc modo facilius euitaretur pena furti; sed ex coniecturis iudex debet iudicare, vt dicit Bart. in d. §. rectè. & per Doct. in dd. iuribus. Quinimò nec simpliciter creditur domino, si dicat furtum commissum suo consensu; quia posset dicere in fraudem ad liberandum reum ab Inquisitione; & pœna. Item aduerte; quia dominus non potest dici inuito, si semel mihi consensit; vt quia habuit rem pro derelicto, & dedit mihi potestatem accipiendi, & vendendi pro debito; vt. l. falsus. §. si quis & §. si ratum. & l. cum creditor. ff. eod. not. in l. creditores. C. de pigno. In casu tamen non tenetur furti, licet inuito domino faciam, videlicet; si compellente necessitate famis, de quo dic, vt dicam. j. in c. 3. In casu etiam speciali fit furtum, quamuis fiat contrectatio domino volente; vt puta, si persuasi seruo tuo vt rem furaretur, & ad me portaret, & seruus dixit tibi, & tu consensisti. Istud est in odium serui corrupti, vt. l. si quis seruo. C. eod. Item aduerte; quia in vicus etiam dicitur dominus, si videt rem auferri, & non contradicat, vt. ff. eod. l. penul. Circa quod tamē distingue, vt ibi dicitur. Et quod sequitur in diffinitione, animo lucrandi rem, vel possessionem, vel vsum. ideò dicitur; quia si quis haberet animum damnificandi, vel animum libidinis exercendæ cum ancilla aliena, meretrice tamen non tenetur furti, vt. l. verū. & l. fullo. §. qui ancillam. ff. eo. Et ibi vide, quid si cū ancilla non meretrice; quia videtur teneri furti, quia animo lucrandi illum vsum videtur fecisse. Et aduerte; quia solum tenetur furti, pro eo quod quis voluit lucrari. Vnde si ex arca, in qua erant decē millia, surripuit centum; vel ex acervo frumenti centum modiorum subtraxit vnum modium, tenetur furti pro centum; & huius modij, vt. ff. eo. l. vulgaris. & l. si quid fur. primo responsio. & §. 1. & 2. & l. verum. ff. eod. & si voluit lucrari solum vsum, furti tenetur de vso, & non de proprietate; licet alij contra. Circa quod vide quod traditur in l. qui iumenta. ff. eo. Aduerte tamen; quia quandoq; potest fieri furtum sine animo lucrandi; vt si seruum tuum, quem de furto habeo suspectum, mihi tradidisti, vt summam de ipso questionem, & ego trado illum præfecto vigilum, vel officiali quasi in facinore deprehensum, quæ perfectus vigilum summo supplicio afficit, teneor furti, nisi tu translu

8 leris in me dominū. l. cum seruus tuus. ff. de condic. causa data. Et vide casum specialem, in quo committitur furtum, & non potest conueniri actione furti; videlicet, si fiat furtum illi, seu in domo eius apud quem ludit ad zardum, vt. l. 1. ff. de aleator. Sed circa prædicta quæro, an rapina sit delictum differens specie a furto, accipiendo speciem prout accipiunt dialectici, & videtur dicendum, quod non, furtū enim, & rapina differunt secundum occultum, & manifestum. Furtum enim importat occultam subreptionem; & licet quandoq; quis deprehendatur, & dicatur fur manifestus, vt. j. dicam, tamen habet respectus ad illum qui clam, & occultè voluit furari. Rapina verò importat violentam, & manifestam ablationem. Sed in alijs generibus peccatorum, occultum, & manifestum omnino diuersificantur specie, quod patet ex furto manifesto, & nō manifesto, quæ non diuersificantur; licet vnum magis puniatur, quā aliud; ergo non differunt specie. Nam differentie, quæ sumuntur ex aliquibus qualitatibus, non faciunt differentiam in specie; sed differentie speciales. Vnde si diceremus, quod hominum quidam sunt magni, & quidam parui, quidam fortes, & quidam debiles, quidam boni, & quidam mali; non tamen differunt specie, sed differunt qualitate. Et hoc est, quod lex dicit, plus, & minus non differre specie, in l. fin. C. de fide instru. Sed differre secundum substantiam, pro vt distert homo ab equo, facit differentiam in specie, vt. l. 2. in princ. ff. si cert. pet. & hanc theoreticam ponit Bart. in l. 1. ff. de actio. & oblig. Præterea, mortalia peccata diuersificantur specie per finem. Vnde vbi est vnus finis, non possunt dici diuersa maleficia, vt. l. qui de crimine. C. de accu. & per Dyn. in l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. & per Bald. in repet. l. cum mulier. ff. sol. matr. in. 4. opinio. Vnde dicit Arist. 5. Ethic. quod qui mæchatur, vt furetur, potius est fur, quam mæchus. Et hoc etiam dicit. B. Tho. secunda secundæ. q. 1. artic. 1. Quod videtur facere contra id, quod statim dixi de ancilla; sed furtum, & rapina ordinantur ad eundem finem; videlicet, ad habendum aliena, ergo non differunt specie. Vltimo, hoc videtur probari, quia sicut rapitur quid ad possidendum, vt dixi. §. in rubrica, de rapto. ita rapitur mulier ad delectandum; sed raptus dicitur siue mulier auferatur occultè, siue publicè, vt. l. vnica. C. de rapto, virg. Facit quod not. in c. penul. §. titu. prox. ergo furtum, & rapina non differunt specie. Sol. dic, quod immo furtum, & rapina differunt; hoc patet, quia legum latores hæc diuiserunt per diuersos titulos, vt patet in hac compilatione. & ff. & C. eod. Præterea, hoc expressè concludit Philosophus. 5. Ethic. vbi distinguit furtum, a rapina; dicens, quod furtum, & rapina sunt vitia opposita iustitiæ, in quantum aliquis facit alteri iniustum, nullus autem patitur iniustum volēs, vt dicit Philosophus in dicto loco; & probatur in regula, scient. de regul. iur. lib. 6. & in regula nemo. ff. de reg. iur. Sed consideratur iniustum respectu eius, cui fit, vt. l. inter omnes. §. rectè. ff. eod. & ideò furtum, & rapina ex hoc habent rationem peccati, quod acceptio est inuoluntaria ex parte eius, cui aliquid subtrahitur. ¶ Inuoluntarium enim dicitur dupliciter; scilicet, per ignorantiam, & violentiam, vt traditur in. 4. Eth. & ideò aliam rationem peccati habet furtum,

tum, & aliam rapina, & per consequens differunt specie. Non obft. primum arg. quia in alijs generibus peccatorum non attenditur ratio peccati ex aliquo inuoluntario, sicut attenditur in peccatis oppositis iustitia; vt patet ex not. in. d. regula scienti. & l. lex Cornelia. §. fina. ff. ad. l. Cornel. de ficar. & ideo vbi concurren diuerfa ratio inuoluntarij; datur diuerfa species peccati; alias non. Ad secundum respondetur, quod idem est finis remotus rapinae, & furti; sed non sufficit ad idem rationem speciei, quando est diuersitas in finibus proximis. Raptor enim vult propria potentia obtinere; fur vero per violentiam. Ad vltimum dicendum est; quod raptus mulieris non potest esse occultus, respectu eius quae rapitur; & ideo etiam si sit occultus ex parte parentum, vel aliorum, remanet ratio rapinae ex parte mulieris, cui violentia inferitur. Et hoc etiam concludit. B. Tho. secunda secundae. q. 63. artic. 1. Vltimus queritur, an furtum sit peccatum mortale? & videtur dicendum, quod non; dicitur enim prouerbiorum. c. 6. quod furtum non est gradus culpa; cum quis furatus fuerit, sed omne peccatum mortale est grandis culpa; quia mortem minatur. Facit quod not. in. c. licet Hely. §. de simo. ergo furtum non est peccatum mortale. Secundo, probatur, pro peccato mortali debetur poena mortis; sed pro furto non imponitur poena mortis; sed secundum legem Mosaycam poena damni, Et Exodi. c. 22. si quis furatus fuerit bouem, aut ouem; quinque boves pro vno restituat, & quatuor oves pro vna oue. De iure autem ciuili pro furto non manifesto, poena datur ad duplum; pro manifesto ad quadruplum, vt Instit. de actio. §. omnes. r. 2. q. 2. c. in legibus. & hoc quando ciuilitate ageretur. Nam criminaliter est poena arbitraria pro simplici furto, vt in arthen. sed nouo iure. C. eod. & in corpore vnde sumitur; ergo furtum non est peccatum mortale. Item probatur; quia vt. §. dixi, furtum ita potest committi in paruis, sicut in magnis rebus, sed inconueniens videtur, quod pro furto alicuius paruæ rei; vt puta, vnius acus, vel vnius oui debeat quis puniri poena aeterna; ergo furtum non est peccatum mortale. In contrarium facit; quia nullus debet condemnari, secundum diuinum iudicium; nisi pro peccato mortali; sed pro furto quis condemnatur secundum diuinum iudicium, iuxta illud Zachariae. 5. c. Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ; quia omnis fur, vt ibi scriptum est, iudicabitur; ergo furtum est peccatum mortale; & hoc etiam probatur, in. c. pen. j. eo. & quia est de preceptis decalogi, vt. §. dixi. Sol. dic. quod furtum est peccatum mortale, ex eo quod contrariatur charitati, secundum quam est vita animæ spiritualis. Charitas autem principaliter consistit in dilectione Dei. Secundo, in dilectione proximi. Per furtum vero homo infert nocuum proximo in suis rebus; & si passim homines furarentur, periret humana societas. Vnde furtum tanquam contrarium charitati, est peccatum mortale. Non obft. primum arg. quia furtum non dicitur grandis culpa duplici ratione. Primo, quia necessitas induceret, quæ necessitas diminuit, vel tollit peccatum, vt dicat. j. eod. c. 3. vnde subditur ibi, furatur enim, vt esuriem impleat animum. Secundo modo, non dicitur grandis culpa, per comparationem ad adulterium,

& alia grauiora. Ad secundum arg. respondetur, quod poenæ presentis vite quantum ad aeternam gloriam, magis sunt medicinales, quam retributivæ. Retributio enim reseruatur diuino iudicio; & ideo non mirum, si pro quolibet peccato mortali secundum iudicium presentis vite non infligitur poena mortis, maxime pro nocuentis, quæ recuperabilia sunt, quale est furtum; nisi furtum aggrauetur per aliquam aliam circumstantiam; vt patet in sacrilegio, quod est furtum rei sacræ. Et de peculatu, quod est furtum rei communis, vt trad. ad. l. lul. pec. ff. & C. & per Augusti. super Euangelio Io. In quo est capitalis animaduersio, vt Instit. de pub. iud. §. lex Iulia. Et de plagio, quod est furtum hominis, vt Exodi. c. 21. & c. 1. j. eod. & l. §. ff. ad. l. Flauiam de plagia, exceptis nobilibus qui damnantur in metallum, vt ibi. Ad vltimum arg. respondetur, quod si tales haberet animum, quod dominus permitteret propter paruitatem rei, excusaretur a peccato mortali; sed si habet animum furandi, & inferendi damnum proximo, etiam in talibus paruis, & minimis potest esse peccatum mortale, sicut & in sola cogitatione per consensum, vt traditur de poenit. distin. 1. Et ita concludit. B. Tho. secunda secundae. q. 66. artic. 6. Vltimo queritur. Vnde dicitur furtum? Solu. dic. quod dicitur a furto. i. nigro. eo quod clam, & obscure, cum vt plurimum, de nocte furtum fiat, vel dicitur a fraude, vel a ferendo, vel a graeco sermone, quod importat clam seras aperire, vt. l. i. in princ. ff. eo. & Instit. de obli. quæ ex delicto. na. §. furtum. Vel, secundum Hosti. dicitur a furto, in quo fur sepe latet. Vnde versus. Fur latet in furno, latro se preparat vltro. Sed aduerte, quia ex predictis, & ex multis alijs videtur dicendum, quod occulta acceptio pertinet ad furtum. Sed in contrarium facit, quia illud quod diminuit peccatum, non videtur pertinere ad rationem peccati; sed occulte peccare pertinet ad diminutionem peccati; sicut e contrario ad aggrauandum peccatum, dicitur Isaac. c. 3. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Sed potest responderi, quod occultatio quandoque est causa peccati; vt puta, cum quis vitetur occultatione ad peccandum; sicut accidit in fraude, & dolo; & hoc modo non diminuit, sed constituit, speciem peccati, & ita est in furto. Alio modo occultatio est simplex circumstantia peccati; & tunc diminuit peccatum quia est signum verecundia, tum quia tollit scandalum, nec præbet malum exemplum. Est tamé magis periculosum; quia non habet verisimiliter correctionem, sicut si palam peccaret. Et prædicta nota, quia ab alijs non reperies tacta.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Poena. l. Flauia de plagia. est mors.
2 Nanum donans, an poena huius. c. teneatur.
3 Statutum disponens, quod qui duxerit hominem ligatum habeat tantum; an valeat. remiss.
4 Interrogatus ab officiali, quid faciendum sit de tali capto si respondet, quod pro delicto commisso ab eo est poena mortis, licet ille moriatur, propter hoc interrogatus non efficitur irregularis. ibid.

Excommunicatio, poena mortis interpretatur de iure canonico.

Qui furatur.

Breue est, nec potest breuius sum-

mari. Et aduerte, quia licet tex. dicat vendiderit; tñ omnis contractus, per quæ fieret alienatio, vt dationis in solutu, vel simil. intelligitur prohibitus, secundum quod dixi in. c. fin. §. de accus. Talis enim tenetur lege Flauia de plagarijs. ff. vt. l. 1. & l. lege Flauia. ff. ad. l. Fla. de plagia. quæ cuius poena est mors, vt hic, secundum tamen distinctionem quam dixi. §. in rubrica, de qua in. l. ff. ad. l. Flau. de plagia. Et querunt D. Ant. & D. m. an text. nofter habeat locum in istis qui donant Nanos; & finaliter concludunt quod non; quia tales non alienantur, vt sint serui; nec desinunt esse liberi. Hoc etiam tenet Bar. in. d. l. lege Flauia. & vtrum teneat statutum disponens, quod si quis duxerit hominem ligatum, habeat tantum, vide Bart. in. l. 1. ff. ad. l. Flau. de plagia. ¶ Glo. potest expediri per duas oppositiones. In eadem, ibi, secundum canones. dic. Nec obft. si diceret, quod secundum hoc, hæc constitutio videtur superflua; quia respondeo, quod ista est lex antiqua Exodi. c. 21. non autem per canones fuit edita; & hic fuit posita, vt sciretur, quam acriter tales punirentur. Et est iste tex. coniuncta dicta opin. in arg. quod interrogatus aliquis ab officiali, quid sit faciendum de tali delinquente, quod si respondet, pro tali delicto est poena mortis, quod licet ille moriatur, non propter hoc efficitur irregularis. dic. vt dixi in. c. ad audientiam. §. de homici. q. 82. vel potest dici, quod text. dum dicit, morte moriatur. interpretatur, hoc est excommunicetur. Nam de iure canonico poena mortis interpretatur excommunicatio, seu peccatum mortale. Vide quod not. in. c. per venerabilem. qui si sint legi. & quod dixi in. c. 1. de homici.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Fur, & latro differunt. Copula, & copulat diuersa. ibid.
2 Videtur, verbum, a legiflatore prolatum, quid importat.
3 Orandum non est pro morientibus in delicto.
4 Poenitentia, & contritio quantumcumque; facinoroso ecclesiastica sacramenta deneganda non sunt. Et consuetudo in contrarium non teneret.
5 Papa non potest dare potestatem absoluenti laico.

Fures, & latrones.

Furibus, & latronibus in peccato obeuntibus sacramenta ecclesiastica deneganda sunt; secus si in morte eos poeniteat. h. d. ¶ Noto primo ex princip. quod fur, & latro differunt. Et hoc probatur hic, propter copulam, & cuius natura est copulare diuersa, & dic. vt latius dixi in. c. 2. & c. suscepimus. de homic. Secundo not. ibi, visum est, quod verbum videtur, prolatum a legiflatore, importat iuris dispositionem, vide. D.

m. in. c. 1. §. de iudi. Tertio not. quod pro morientibus in delicto non est orandum; quia ex quo manifeste patet de peccato, non præsumitur contritio. Ad idem. 13. q. 2. c. pro obeuntibus. & 23. q. 5. c. placuit. Quarto not. quod quicumque; & quantumcumque; facinoroso poenitenti contrito in morte non sunt deneganda sacramenta ecclesiastica, de poenit. distin. 7. c. si quis positus in vltima. Et ex hoc infert. D. m. quod etiam suspendendis, vel alia seueriori poena afficiendis propter furtum, sacrilegium, vel simil. non sunt deneganda ecclesiastica sacramenta. 13. q. 3. c. si. quin immo consuetudo in contrarium non teneret, vt in clem. fin. de poenis. Sed querunt hic Doct. an tex. nofter procedat, si prædicti fures, aut latrones interficiantur de iure, aut de facto; & dicunt, quod sic. Et quando hoc fit, vide quod dixi in. d. c. 2. de homic. In glo. 2. ibi laico. dic. a tali tamen non potest absolui, cum non laicis; sed clericis potestas clauis data fuit; sed propter contritionem absoluitur a Deo; dic. vt trad. in. c. pastoralis. de offi. deleg. immo etiam Papa laico non posset dare hanc potestatem absoluenti, quæ data fuit solis sacerdotibus. Vide gl. 95. dist. c. peruenit. & c. quanto. §. de consue.

C A P. I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Necessitas non excusat in foro poenitentiali.
2 Poena leuis, leuiter delinquenti imponenda.
3 Ablatum restituenti, quæ poena venit imponenda. Debitor personalis, non prescribit. ibid.
4 Monachus tempore necessitatis potest facere elemosinam de bonis monasterij sine consensu Abbatis, si Abbas interim haberi non potest. ibid.
5 Vxor, an possit facere elemosinam de bonis mariti. & nunc me. 17.
6 Necessitatis ethymologia.
7 Necessarium quotuplex.
8 Necessitas ex suppositione, quæ & præcisa vocatur, quot modis consideratur.
9 Necessitas causatiua quæ. Baptizatus inuitus, non recipit characterem. ibid. Necessitatis appellatione comprehenditur quodlibet iustum impedimentum. ibid.
10 Necessitatis effectus. Et dicitur altera lex. Et quanto tempore duret. nu. 34. Ieiunium, vel quadragesimam ex necessitate violenta, vel præcisa violans, excusatur in totum. ibid. Et quid de necessitate coactiua, & copulsiua. ibid.
11 David propter necessitatem comedit panem propositionis. ibid.
12 Pater, egestatis, victusque; causa potest vendere, & pignora re filium.
13 Baptizatum necessitatis sacramentum.
14 Necessitas, an excuset a lege diuina.
15 Necessitas, an excuset a furto.
16 Furtum non committitur sine dolo.
17 Poenitentia, non imponitur nisi peccanti.
18 Homo proximum suum diligere debet, sicut seipsum.
19 Pauper, an possit agere contra diuitem, vt ei subueniat.
20 Homicidium, an propter necessitatem sit licitum committere.



- 20 *Præcepta moralia tenentur seruari tam clerici, quam laici.*
- 21 *Homicidium, an sit grauius fornicatione, & adulterio, & quocunq; peccato proximum respiciente.*
- 22 *Vita spiritalis, præferenda est corporali.*
- 23 *Arbor mala, malos fructus facit.*
- 24 *Vim vi repellere licet.*
- 25 *Charitas omnis ordinata incipit a seipso.*
- 26 *Primi motus non sunt in potestate nostra.*
- 27 *Clem. 1. de homicid. intellectus.*
- 28 *Neccesitas non habet legem.*
- 29 *Homicidium si sine peccato sit; tamen facit quem irregularem.*
- 30 *Clericus occidens, etiam se defendendo, efficitur irregularis.*
- 31 *Apostoli ad Roma. 12. verba illa, non vt metipsos defendentes charissimi declarantur.*
- 32 *Neccesitas, an excuset a fornicatione.*
- 33 *Voluntas coacta voluntas est.*

### Si quis propter.

Cōmuniter nō summat, potest tñ sic sumari, fm \* cōem intellectu, Cōmittens furtum ex necessitate nō multū vrgenti peccat, sed nō grauius; ideo leuis penitentia est imponenda. h. d. ¶ Noto primo, qd neccesitas non excusat in foro penitentiali, dic, vt. j. di cā latius. Secūdo not. qd vbi lauis est culpa, leuis imponitur pœna; simile dixi in pœna, in. c. cū dilecti. s. de accu. Tertio not. qd restituenti rem ablatā, nō est imponenda alia pœna, vel penitentia, quod intellige, vt cogatur ieiunare per tres hebdomadas, vt dicit hic tex. alia tñ penitentia est imponenda. Nam ēt post restitutionē debet pœnitere de peccato commisso, fm quod dixi in. c. sicut dignū. s. de homici. & not. in. c. tua. j. de iniur. not. gl. in clem. vnica de vsur. & intellige, quod in vtroq; casu hodiē penitētia est arbitraria, vt. j. de pœnit. & remis. c. 3. & c. Deus. & de pœnit. distin. 1. c. mensuram. Item intellige, qd in vtroq; casu debet confiteri, vt. c. omnis. j. de pœnit. & remis. Item prædicta intellige, quando non subesset magna neccesitas, de quo dic, vt statim dicam in glo. ¶ Glo. in princip. colligit argum. deinde format contrarium, & sol. & pro dicto suo, & contra allegata in contrarium allegat; & solnendo assignat rationem. In eadem, ibi, modica fuerit neccesitas, dic, iste intellectus communiter tenetur; quia si maxima fuisset neccesitas, non fuisset peccatum, nec debuisset imponi penitentia; nisi forte deuenisset ad pinguorem fortunam, & nollet reddere, secundū Inno. Nam cum ipse teneatur restituere, si non restituit, dicitur esse in peccato, & ideo de hoc peccato tenetur penitentiam agere. Ex quo dicto singulariter not. duo. Primo, quod ille, qui furatur propter neccesitatem, etiam maximā, tenetur restituere cum primū potest; quia tunc cessat causa, propter quam furatus fuit, qua cessante cessat effectus; sicut in eo, qui præstat alimenta, arg. l. Nefennius. ff. de nego. gest. & 1. 2. q. 2. cap. sacrorum. & c. sicut. & sequuntur Ioan. And. & Doct. & hoc dictum videtur mihi satis æquum; tamen de iuris rigore arbitrator posse dici contrarium; quia si propter neccesitatem bona efficiuntur com-

Cōis opi.

Cōis opi.

munia; ergo quod suum effectum est, non debet obligari restituere; nisi diceret, quod efficitur suum tēporaliter. Hoc tamen nō reperitur iure cautū. Secūdo facit contra dictam opi. quia si aliquid expendit in alimentis filiorum, vel simil. ex neccesitate, tales expensa non possunt repeti, etiam ab illo, qui peruenit postea ad pinguorem fortunam, vt trad. in. d. l. Nefennius. Pro. d. tamen opi. facit glo. dum dicit, debuit enim credere dominum permissurum, quasi sentiat, quod non facit furtum, vt patet ex his que dixi. s. in rubrica. tenetur tamen restituere, perinde ac si ex domini voluntate recepisset, si posset subesse alia causa, quam donationis, arg. l. cum de indebito. ff. de proba. aliās autem præsumeretur donatio, per. l. Cāpanus. ff. de operis liber. Cogitabis. Posita tamen dicta opi. pro vera notabis secundo singulariter, quod ille, qui tenetur aliquid restituere, vel dare; si non restituit, vel dat, cum potest, dicitur peccare. Et sic facit, quod debitor personalis, qui nō soluit debitum suum, non præscribit, ex eo, quod est in peccato. Facit quod not. in. c. fi. de præscri. In hoc tamē articulo Doct. sunt varij de quo dic, vt ibi; & vide Bar. sibi ipsi contrarium in. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & l. 1. ff. de vsucap. per Ang. & Ioan. de Imol. in. l. sequitur. s. si viam. ff. de vsucap. & Bart. in. l. nemo potest de leg. 1. & l. 1. de vsur. Io. And. in regula, possessor. de reg. iur. lib. 6. Ang. in repe. l. 1. C. de iud. Bal. in. l. 1. C. de seruit. & aqua. Inno. in. c. quia. de iure patro. & in. c. quia pleriq; de immu. eccle. D. m. etiam fuit sibi contrarius in. c. quod clericis. s. de foro competet. & in. c. fin. s. de præscrip. vide tu latius quæ dixi in quodam consilio meo quod incipit, dominus Comes domini Constantini. Alij verò intelligunt tex. nostrum, quod hic nulla erat neccesitas; & ideo tenetur restituere. Sed hæc opi. communiter reprobat; quia contra tex. dum dicit, si quis propter neccesitatem famis. Vnde alij dicunt, quod hic suberatur neccesitas magna; sed imponitur penitentia ad cautelam; sed prima plus placet. In eadem gl. ibi, si enim magna, conuictis verbis, communia sunt. dic, Doct. inducunt hanc gl. ad decisionem. q. quod monach' tempore neccesitatis potest facere elemosynam de bonis monasterij sine consensu Abbatis, si interim non potest haberi Abbas. Et idem not. 1. 2. q. 2. c. non dicatis. Idem etiam dicit ibi glo. si religiosus est in studio de consensu superioris. Quod autem de vxore, an possit facere elemosynam de bonis mariti? Hosti. in sum. in tit. de pœn. versi. quid de agentibus, dicit, quod aut vxor habet bona paraphernalia, & potest. Facit. l. fi. C. de pac. conuen. aliās non. Et ratio est; quia de bonis alienis non debet quis elemosynā facere. 1. q. 1. c. non est putanda. & sequitur hic. D. m. & in. c. 2. s. de vit. & hon. clerico. quod arbitrator limitandum, quando non subesset neccesitas, & non possit interim habere recursum ad maritū; quia potentius est ius quod habet vxor in bonis mariti, q̄ monachus in bonis monasterij, cum ipse propriam communia; ergo videtur quod possit, ne aliās videatur necare. 96. distin. c. pascē. & l. necare. ff. de alen. liber. ¶ In fin. gl. dic, quoniam hic principaliter tractatur, & in tex. & in gl. materia neccesitatis, & in. c. quoniam. s. de symo. remis me hic diciturum de hac mate-

Cōis opi.

materia. Ideo, vt clarius hanc materiā expediāmus, sequar quatuor. qq. prin. ¶ Prima, erit de significato, & ethymologia huius vocabuli neccesitas. Secunda, quocumque dicatur. Tertia, quis sit effectus neccesitatis. Quarta, quando tollatur effectus neccesitatis, & in quantum. Circa primam. q. dic, quod neccesitas descendit a neccesse, quod dicitur a neccō; quæ nexum est, & firmum, quod neccesarium est. Et dicitur neccesitas, quasi neccesans. Vnde ponit negationē cessationis, hoc est, quod instat fiendum, & non cessat, quia fiendum sit. Ex quibus patet, qd propriē neccesitas non dicitur nisi sit vrgens, vt statim dicā. Circa secundam. q. dic, quod Philosophus. 2. Physicorum dicit, quod neccesarium est duplex, aliud absolutum, & aliud ex suppositione. Neccesarium absolutum, est quod non potuit, nec poterit esse quicquam ita sit, vt Deum esse; & huic opponitur impossibile, scilicet Deum non fuisse, nec esse, aut futurum esse; & hoc non pertinet ad materiam nostram. Neccesarium verò ex suppositione dicitur ex aliqua re, quæ ponatur in esse; verbi gratia. si homo currit; ergo mouetur; si homo viuunt, ergo neccesaria sunt alimenta. Neccesitas autem ista potest tripliciter considerari, vt dicit Philosophus. 5. Metaphisices. Primo modo dicitur neccesarium, sine quo nullo modo possumus esse, aut conseruari in esse, vt est nutrimentum animali. Facit tex. noster; & hæc neccesitas vocatur, præcisā; & secundum quod hoc modo capitur, quantum ad vitam tēporalem, nullum sacramentum est neccesarium. Quantum verò ad vitam spiritualem, aliquod sacramentum dicitur neccesarium, vt baptismus, & penitentia, vt dicit Hosti. in sum. in titu. de sacra. s. quot sunt. ver. licet autem. & vide gloss. in. c. veniens. s. de transac. & 1. q. 1. s. si ergo. de pœnit. & remis. quod in te. Penitentia tamen non videtur neccesitatis, tali neccesitate, nisi postquam homo lapsus est. Sed baptismus omnino dicitur neccesitatis, vt in Euangelio Ioan. c. 3. vbi dicitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum cœlorum, de conse. dist. 4. c. filius Dei. Secundo modo dicitur neccesarium, sine quo possumus esse, & viuere, sed non benē. Et hæc neccesitas vocatur causatiua; & hæc potest esse vrgēs, & magna. Item leuis, & parua. Vnde pharmaca, & medicinæ dicitur neccesaria; ad hoc vt homo possit sanē viuere, & equus dicitur neccesarius ad ambulandum. Et hoc modo non solum baptismus, & penitentia, sed cetera omnia sacramenta possunt dici neccesaria. Tertio modo dicitur neccesarium violentum; verbi gratia, quando ab homine compellor aliquid facere; & secundum hoc nullum sacramentum est neccesarium; quoniam licet ius ad vitā spirituale, & animæ salutem requirat baptismum, & penitentiam, secundum tamen quod. s. dixi. & ad benē esse etiam requirat alia sacramenta; tamen ius non compellit, nec vult compellere neccesitate præcisā aliquem etiam ad baptismum. Et ideo baptizatus inuitus non recipit characterem, vt. c. maiores. s. de baptis. Et sic ex prædictis etiam potes comprehendere, quod aliqua est neccesitas præcisā, aliqua causatiua. Itē aduerte; quia aliqua neccesitas dicitur magna, & vrgens, vt appellat text. iu. c. 2. s. de obser. iei. & ista est propriē neccesitas in præced. q. Aliqua verò neccesitas dicitur par-

ua, & non vrgens vt hic in tex. nostro secundū comunem \* intellectum. & vide gl. in ver. neccesitatis, in. c. inter alia. j. de senten. excommun. alibi dicitur neccesitas grauis, & præsupponit, quod aliqua est lauis. 1. 8. distin. c. episcopus. vbi dicit Archi. quod appellacione neccesitatis, comprehenditur quodlibet iustum impedimētum. Et ex prædictis etiam infertur alia subdiuisio, quod aliqua est neccesitas, qua compellimur ad aliquid faciendum; quædam prohibitiua, qua prohibemur aliquid facere. Circa tertiā. q. dic, quod neccesitatis multi sunt effectus? Primus, dicitur vim legis obtinere; & dicitur altera lex. 1. q. 1. s. quid ergo. ver. sed notandum. & c. 2. s. de obser. na. iei. de consecra. distin. c. sicut. & l. 1. ff. de offi. consulis. Secundus effectus est, quod neccesitas tollit legem. Quod clarissimum est circa legem humanam positiuam. Hoc voluit gl. in. d. c. sicut. de consec. distin. 1. Si ergo aliquis aliquid facit ex neccesitate cōtra legem humanam excusatur, siue neccesitas sit secundum primam speciem neccesitatis, quæ est ex suppositione, quam vocauit præcisā, siue sit secundum speciem, quam vocauit causatiuam, si modo sit vrgens, quo casu excusatur in totum. Si vero sit leuis, aut parua alleuiat delictum, seu peccatū, vt hic in text. secundum comunem \* lect. Et ex prædictis sequitur, quod si quis neccesitate præcisā, aut vrgenti violat ieiunium, aut quadragesimam excusatur in totum, vt. c. 2. de obser. na. iei. & j. de reg. iur. c. quod non est. Parua autem, & lauis non excusat, sed alleuiat peccatum. Et a tali etiam violatione ieiunij, vel quadragesimæ excusat neccesitas coactionis, vel compulsionis. Nam, vt statim dicā, hæc excusatur a fornicatione; ergo fortius a ieiunio. Hinc etiam sequitur, qd propter neccesitatem licitum est sumere cibum a Iudeis, & infidelibus, vt not. glo. in. c. quā sit in gl. pen. s. de Iuda. vbi aliquid tetigi. Vnde David comedit panem propositionis propter neccesitatē, quem non licebat comedere, nisi solis sacerdotibus; & non fuit sibi imputatū ad peccatum, vt. 1. Regū. c. 2. & 2. q. 1. c. 1. c. ideo permittente. s. his ita. Sed cōtra hoc fortiter obstat. qd not. 3. 2. q. 4. sicut fatius est. vbi dicitur, qd quis potius debet fame mori, qd idolo thytis vesci; sed dic, quod illud videtur ratione prohibitionis iuris diuini, vt statim dicam. Tertio sequitur, quod propter neccesitatem famis potest pater vendere filium, vt. l. 2. C. de patri. qui si. distra. Et ex prædictis infero, qd multo potius potest pignorare, vt tenet glo. in. d. l. 2. licet quidam contra. & malē. Et prædicta procedunt secundum neccesitatem præcisā, vt dicitur in. d. l. 2. Sed propter neccesitatē causatiuam etiam vrgentem videtur maius dubium. Gl. in. d. l. 2. videtur velle, quod non possit; nisi propter neccesitatem famis, & propter alimenta, vide ibi Doct. In contrarium tamen facit; quia, vt. s. dixi, neccesitas infirmitatis excusat a fractione quadragesimæ, & a voto, vt. d. c. quod non est. j. de reg. iur. ergo fortius videtur excusare in casu nostro. Propter neccesitatem coactionis, non est dubium, quod excusatur, nec dicitur committere plagium; quia illud non committitur sine dolo. l. 3. & 4. ff. ad legem. Flauiam de plagia. dixi in. c. 1. s. eo. ¶ Quarto sequitur, quod propter neccesitatem quis potest absolui ab excommunicatione, etiā a qua regulariter nullus absoluit; nisi

Cōis opi.

Cōis opi.

nisi Papa, a quolibet inferiore, etiam a laico, si non habet copiam sacerdotis, de quo. 17. q. 4. c. si quis suadente. & vide de conse. distin. 4. c. sacerdotē. & c. pastoralis. §. 1. de offi. ord. Et idem in pœnitentia, quia potest quis propter instantem necessitatem absolui, etiam a laico, vt dixi in c. præced. & vt ibi dixi, habetur talis propter contritionem pro absoluto a Deo, non a laico, qui non habet clauium potestatem, vt. j. de pœnit. & remiss. c. noua, & sic succedit illud iacob. 5. in casu necessitatis. Confitemini alterutrum peccata vestra, de pœnit. distin. 2. c. quem pœnitent. & hic consideratur necessitas instantis periculi ad esse vitæ spiritualis, & impossibilitas habendi sacerdotē, quæ absoluat; & hoc casu pœnitentia potest dici necessitatis. Et hinc est, quod in reliquis sacramentis præter baptismum, quæ sunt ad bene esse, hæc necessitas non consideratur; quia tutius est illa præmittere ex necessitate, quæ legem non habet, quæ recipere ea ab his, qui non habent conferendi potestatem, vt. c. quanto. §. de consueta. ¶ Quinto sequitur, quod propter necessitatem licitum est cuiuslibet baptizare, etiam laico, & hæretico, & excōicato, & infideli, de conse. distin. 4. c. siue. & c. quicumque. & c. cōstat. & seq. & hoc ideo est; quia illud sacramentum est necessitatis, sine quo quis saluari non potest. ¶ Sexto sequitur, quod licet sacrificia, & consecrationes non debeant fieri, nisi super altari, & locis Domino consecratis; tamen instanti summa necessitate potest alibi celebrari, vt. c. sicut. de conse. distin. 1. dicit, vt ibi. Et hæc exempla posuisse satis sit de lege positua. Sed quaeritur, Vtrum necessitas excuset a lege diuina? Gloss. in d. c. sicut. dicit, quod non, allegat. 35. q. 5. c. ita ne. vnde non excusat a fornicatione, vt ibi. de quo latius. j. Sed contra hoc fortiter obstat, quod dicitur in præceptis decalogi. Sabbata sanctifices. tamen licitum est propter necessitatem diem sabbatum non obseruare, vt. c. q. non est. j. de regu. iur. Item dicitur in dictis præceptis. Non occides, & tamen propter necessitatem licet occidere, vt in clē. 1. de homici. Item ibi dicitur, Non furaberis, & tamen licet furari propter necessitatem, distin. 5. c. discipulos. Quæ omnia specialiter sunt examinanda. Vnde incipiendum est a furto, de quo in tex. nostro principaliter traditur. Quæro igitur, Vtrum necessitas excuset a furto? Gl. hic, dicit, quod sic, Quod intelligo, siue necessitas fuerit præcisa, siue causatiua, & summa, & vrgens, vt. d. c. discipulos. In coactiua verò necessitate non procedit, quia, vt dixi. §. in rubrica. furtum non committitur sine dolo. Sed contra hanc communem sententiam fortiter oppono. Nam pœnitentia non imponitur nisi peccanti; sed hic in tex. nostro dicit, quod illi, qui furatur propter necessitatem imponitur pœnitentia, ergo peccat; si peccat, ergo non est licitum; quia ista non possunt simul stare. Facit. 32. q. 5. c. ita ne. Secundo probatur. Nam vt dicit Philosophus. 2. Ethicorum. Quædam sunt, quæ vt nominata sunt, in voluntur cum malitia, inter quæ ponit furtum, sed illud quod est secundum se malum, non potest propter aliquem bonum finem fieri bonum; ergo non potest aliquis licite furari, vt necessitati suæ subueniat. Præterea, homo debet diligere proximum, sicut seipsum, vt in Euangelio, sed non licet furari, vt aliquis per elemosynam proximo subueniat, vt di-

cbis  
opi.

cit Augusti. in lib. contra mendacium. & i. q. 1. cap. non est putanda; ergo non licet furari ad subueniendum propriæ necessitati. Solu. dicit, quod ea quæ sunt iuris humani, non possunt derogare his, quæ sunt de iure naturali, & diuino. Secundum autem naturalem ordinem ex diuina prouidentia institutum, res inferiores sunt ordinatæ ad hoc, vt hominum necessitati subueniantur. I. in pecudum. ff. de iusti. & iur. Instit. de re. diu. §. in pecudum. 7. dist. c. quo iure. & ideo per rerum diuisionem, & appropriantem a iure humano procedentem, de qua in l. ex hoc. ff. de iusti. & iure. & i. distin. c. ex hoc. non impeditur, quin hominis necessitati subueniendum sit ex huiusmodi rebus. Et ideo res quas quis superabundanter habet, ex naturali iure debentur pauperum substructioni, vt dicit Ambro. 47. dist. c. sicut ij, qui. ibi. Esurientium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, & miserorum redemptio est, & absolutio pecunia, quam tu in terra defodis. Sed quia multi sunt necessitatem patientes, & non potest ex eadem re omnibus subueniri, committitur arbitrio vniuscuiusque dispensatio propriarum, vt ex eis subueniat patientibus necessitatem. Si tamen adeo sit vrgens, & euidentis necessitas, vt necessarium sit de rebus occurrentibus etiam alienis subuenire, & aliter subueniri non potest; licite potest quis ex rebus alienis suæ necessitati subuenire, siue manifeste, siue occulte sublati, nec hoc propriè habet ratione furti, vel rapinæ. Consulo tamen, quod si fuit clandestina ablatio, & alius inculpatus, quod illud pateat. Non obstat primum arg. quia text. nostro loquitur; quando necessitas non est vrgens, vt. §. dixi. Non obstat. fm arg. quia vt re aliena occulte accepta, non habet propriè nomē furti; quia per talē necessitatē efficitur suū, quod accipit ad sustentandū propriā vitā. Debet tamen ablatio cōmensurari necessitati; sicut in simili dicimus de meritis, in l. si forte. ff. de castr. pecu. Non obstat. ter tium arg. quia in casu similis necessitatis extremæ, potest aliquis et occulte re alienā accipere; vt subueniat proximo indigenti, si de suo non potest subuenire. Et ad prædicta, vide B. Tho. secunda secundæ. q. 66. artic. 6. Ex quibus patet, quod rationabiliter reprobat op. Doc. qui volunt, quod si vxor non possit elemosynam facere de bonis mariti, de qua. j. dixi. Et ex prædictis videtur etiam inferendum, quod cum propter necessitatē omnia sint communia, vt dictum est, quod si pauper potest agere contra diuitem, vt ei subueniat. Sed vide glo. not. 67. distin. c. sicut. vbi dicit, quod iure actionis, non potest hoc petere; sed bene potest implorare officiū superioris contra diuitē, qui peccat non subueniēdo illi in tanta necessitate, quod tenet hic. D. m. Arbitror tamen, quod si haberet consanguineos, quod deberet prius contra proximiorum gradu officium iudicis implorare; quia talis magis peccaret non subueniēdo consanguineo; ex eo, quod magis committit contra ordinem charitatis. Si tamen necessitas non esset maxima, non tenetur quis facere elemosynam; sicut nec ad alia opera charitatis, vt. c. inter opera. de spon. Nec obstat. quod dicitur, quod quis debet potius famæ mori, quam idolothytis vesci. 32. q. 4. c. sicut. quia respondeo, illud esse verum, quando fieret dolo ad venerationem idoli; quia scriptum est, Vnum cole Deum, sed propter necessitatē potest

potest idolothytis vesci. Facit quod trad. per glof. & Doc. in d. c. sicut. Facit etiam, quod statim dicam in articulo de homicidio. Sed quaero nunc iuxta prædicta. Vtrum propter necessitatē licitum sit committere homicidium? Glo. hic dicit, quod sic, & bene; & probatur in clem. 1. de homic. & c. sicut dignum. & c. 3. §. de homic. In contrarium tamen fortiter obstat, 50. distin. c. c. de his clericis. vbi tex. dicit. De his clericis pro quibus consulistis, scilicet, qui se defendendo Paganum occiderunt, an pœnitentia peracta possint ad pristinum statum redire, aut ad altiorē cōscien dere; scito nos nullam occasionem dare, nec vllā tribuere licentiam, quemlibet hominum quolibet modo occidendi; cum ergo hoc præceptum sit morale, & ad præcepta moralia seruanda tam clerici, quam laici teneantur; ergo non est licitum occidere alium se defendendo. Secundo probatur, clarum est, quod homicidium est grauius delictum, quam simplex fornicatio, vel adulterium, vel aliud quodcumque peccatum, quod respiciat proximum, vt patet ex his, quæ dixi. §. in rubrica de homici. sed pro conseruatione propriæ vitæ non licet fornicari; quia vitæ spiritualis est præferenda corporali, vt. l. f. C. de sac. sanc. ec. Ergo propter propriam vitam conseruandam non licet, etiam se defendendo hominem occidere. Tertio probatur, si fornicatio est mala malos fructus facit; sed defensio sui videtur esse illicita, si illud Apostoli ad Ro. 12. vbi dicit, Non vos defendentes charissimū, ergo occisio hominis inde proueniens est illicita. Quarto probatur auctoritate d. Augustini ad Publicolam. 23. q. 4. c. de occidendis hominibus. Vbi dicit. De occidendis hominibus, ne ab eis qui quæ occidatur, non placet mihi consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur; vt non pro se hoc faciat, sed pro alijs, vel pro ciuitate, vbi etiā ipse est, accepta legitima potestate si eius cōgruat personæ, Sed ille qui se defendendo occidit aliquem; ob hoc occidit, ne ab eo occidatur; ergo hoc non videtur licitum. Et alibi dicit Augustinus in libro, de libero arbitrio. Quomodo apud diuinam prouidentiam liberi sunt a peccato, qui pro his rebus quas continere oportet, humana cæde polluti sunt. Eas autem res dicit esse contemnendas, quas homines inuiti amittere possunt. qualis est vita corporalis; ergo pro conseruanda vita corporali non licet hominem occidere. Sol. Gl. nostra dicit, iste qui occidit se defendendo, non dicitur se occidere; sed offensus dicitur se ipsum, occidere. Hæc tamen solutio; licet a Doct. approbetur, tamen non satisfacit omnibus contrarijs. Vnde melius loquitur. b. Tho. secunda secundæ. q. 64. vbi dicit, quod nihil prohibet, quominus vnus actus duo sint effectus, quorum alter solus sit in intentione; alius verò sit præter intentionem. Morales autem actus diuersas species recipiunt, secundum illud quod intenditur; non autem ab eo quod est præter intentionem, cum sit de peccatis ex actu; Regulariter alicuius seipsum defendentis duplex effectus potest sequi. Vnus est conseruatio propriæ vitæ. Alius autem occisio aggressiua. Actus regulariter huiusmodi, ex eo quod intenditur conseruatio propriæ vitæ, non habet rationem illiciti, cum hoc sit cuiuslibet naturale, vt se cōseruet quantum potest. vt. l. vt vim. ff. de iust. & iure. & l. 1. §. cum arietes. ff. si qua. pau. fe. di. Iste tamen

actus defensionis, ex bona intentione procedens, potest reddi illicitus, si non sit proportionatus fini. Et ideo, si aliquis ad defensionem propriæ vitæ vtatur maiori violentia, quam oporteat, erit illicitum; si vero moderatè, erit licita defensio. Nam secundum iura, vim repellere licet, vt. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Nam tenetur quis potius vitæ suæ prouidere, quam alienæ, cum omnis ordinata charitas incipiat a seipso, vt in iuribus vulgatis. Et in homicidio, probatur. 20. q. 5. c. si non licet. Vnde Cicero. 1. offi. Qui autem non defendit, nec obstitit, si potest iniuria, tam est in vitio, quæ si parentes, aut amicos, aut patriam deferat. Sed quia occidere hominem non licet, nisi publica vtilitate, propter bonum publicum, debet quis intendere ad sui defensionem, illam referendo ad bonum publicum, non autem debet moueri priuata libidine; vt in milite pugnante contra hostes, & in ministro ad exequendam iudicis sententiam, interficiendo puniendos, qui etiā peccarent, si priuata libidine principaliter mouerent. Quæ considera. Sed aduerte; quia ego arbitror prædicta procedere, vbi daretur certitudo, quod sic esset, & talis esset intentio, vel ad publicum bonum, vel ad cupiditatē occidendi. In dubio autē dicimus ad bonum publicum; & talis defensio cum homicidio non haberet rationem peccati, si fieret cum moderamine inculpatae tutelæ; quia pro necessaria defensione, ad quæ natura nos inuitat fieret; & ad quam quis subito inducitur, quia si ex primis quibusdā moribus, quæ non sunt in potestate nostra; & quorū nulla est deliberatio, propter quod non potest imputari ad aliquod peccatum, vt dixi in c. 1. §. de hæreti. Et si tu diceres, Non videntur tales esse primi motus, cum deuentū sit ad actum homicidij. Respondeo, quod cum non possit dari aliqua deliberatio, ipsa interfectio dicitur primus motus. Et ita intelligo clem. 1. de homi. quæ vult, quod talis non dicatur irregularis; secus si daretur aliqua deliberatio; quia tunc consideranda esset intentio, quia si fieret in vindictā, indubitanter diceretur peccare, nec haberet locum illa clē. Si verò fieret ad bonum publicum, non esset peccatum; non tamen euade ret irregularitatem; & sic non haberet locum dicta clem. licet Io. And. videat velle contrarium, de quo dic, vt dixi in c. ad audientiam. §. de homici. in. 14. q. quarti membri. 7. q. princ. Sed si fieret ad conseruationem, & cupiditatem vitæ corporalis, nedum quod in cederet in irregularitatem, sed esset peccatum, non tamen pateret penam iuris civilis, argu. eorum, quæ dixi §. de homici. c. 3. quia ius civile non considerauit finem beatitudinis, sed bonum in cōi in vita præsentis, vt dicam. j. in materia vsurarum in. 2. præmissio. Et ex prædictis infero, quod si quis propter necessitatem famis hominem interficeret, non excusaretur a delicto; vt puta, si non poterat aliter necessitati suæ succurrere, nisi accepta pecunia hominem interficeret. Et si tu diceres, Necessitas non habet legem. Intelligitur de positua, vt. §. dixi, & secundum etiam quod statim dicam in seq. q. Et prædicta not. quia alibi non reperies ita clarè dicta. Et adde quæ dicam in seq. q. Non obstat. primum arg. quia loquitur respectu irregularitatis, in quam quis incurrit etiā si homicidium fiat sine peccato, vt patet in iudice, qui aliquem condemnat ad mortem etiam iu par. j p p ste.



30 ste. Vnde clericus, qui occidit etiam se defendendo efficitur irregularis, secundum b. Tho. q. 64. artic. 7. Sed hoc olim procedebat secundum opi. Hug. quæ opi. hodie est reprobara in d. clem. 1. Sed potest defendi dicta opi. secundum quod. s. dixi in d. q. 14. Ad secundum argumentum respondetur, quod actus fornicationis, & adulterij, non est actus ordinatus de necessitate ad conseruationem propriè vite; sed de fensio sic. Et de fornicatione statim dicit in q. seq.

31 Ad tertium arg. respondetur, quod si Apostolus ibi intendit prohibere defensionem, quæ est cum linore, Vnde dicit ibi glo. Non nos defendentes; id est non sitis referentes aduersarios. Ad quartum arg. respõ. detur, quod Augustini auctoritas intelligenda est in eo casu, quo quis intendit interficere hominem, vt seipsum à morte liberet. In quo etiam casu intelligit auctoritas inducta de libero arbitrio, vbi, & hoc tradit. b. Tho. in d. q. Vltimus queritur. Vtrum necessitas excuset à fornicatione? Glo. hic tenet, quod non, per. l. palam. §. non est ignoscendum mulieri. ff. de rit. nupt. vbi dicitur. Non est ignoscendum mulieri, quæ paupertatis obtentu turpissimam vitam elegit. Ille tñ tex. non loquitur de necessitate, sed de paupertate gl. tamen vbiq; fuit in hac opi. vnde melior tex. 2. q. 5. c. Ita ne. & hæc est communis\* opi. Doc. Vnde. D. m. dicit in c. quoniã. s. de simo. q. quædam sunt in se mala, vt adulterari, occidere, deierare, & simil. & ista prætextu paupertatis, vel alia simili necessitate non sunt cõmittenda; quia potius quis debet omnia mala pati, quam malo consentire, vt. d. c. ita ne. Et aduerte; quia illa procedunt in duabus speciebus necessitatis, de quibus dixi. s. scilicet ad esse vitæ temporalis, & bene esse, quantumcunq; vrgentissima, & maxima esset necessitas. Sed si alia tertia specie necessitatis videlicet, coactionis, vel cõpulsionis dicendum arbitror, qd aut datur aliquis in compulso ad peccandum, & talis necessitas compulsiua non excusat; quia coacta voluntas, volũtas est, vt. l. si mulier. §. pen. ff. qd me. cau. & traditur p Philof. 4. Eth. vnde quoties agendo committitur peccatum, licet dicatur commissum per cruciatum, aut tormẽta; tamen non excusatur; quia postquã procedit hoc à volũtate; quia nõ obstantibus quibuscunq; cruciatibus, potest quis non velle, & abstinere à tali actu, & debet potius pati decorationẽ, & oẽ martirium, ac vitæ ammissionẽ, quam malo consentire, vt. d. c. ita ne. Secus autẽ vbi daretur dumtaxat passio sine aliqua actione, vt puta; quia virgo ppter necessitatem violentam fuit deflorata, voluntate penitus renitente. Nam tunc nullum committitur peccatũ, & mens remanet casta, & virgo; quia in ipsa exercetur libido aliena, non sua, vt. d. c. ita ne. in fi. & idẽ dicendum in similibus, vt. c. sacris. s. q. me. cau. vbi tex. singulariter facit hanc distinctionem, secundum quam debent omnia præcedẽtia limitari, & declarari, quibus possunt adaptari, etiam omnes alię species delictorum. Et secundum etiam dictam distinctionem potes alias similes. qq. decidere. Circa quartã. q. breuiter dic. quod si tanto tempore durat effectus necessitatis, quanto durat necessitas. 1. q. 1. c. q. pro necessitate. & q. 7. c. q. pro remedio. & ibi vide gl. & multa iura, q̄ allegat ad hoc. Et vide. l. 1. c. de expẽ. lud. pub. lib. 1. 1. facit regula generalis. c. cõ celsate. s. de

appell. arbitror tamen, qd effectus causatus, & inducitur pp necessitatẽ remaneat firmus, vt sentit Archidi. in d. c. q. pro remedio. Facit quod not. in l. 1. c. de præscript. longi. temp. Ex quo singulariter infertur reprobatio opi. quam communiter tenent Docto. qui volunt, qd cessante necessitate, ille qui propter necessitatem rem subtraxit, veniẽs ad pinguorem fortunam teneatur restituere, de quo. s. dixi.

C A P. I I I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Agentes, & consentientes pari pena puniuntur.
- 2 Consciũs furem indicare tenetur.
- 3 Fur, qui vendidit rem furatam; si vult illam recipere, & domino tradere; an hoc possit cum bona conscientia.
- 4 Fur, si rem quam subtraxerat desijt possidere; quæ postea peruenit ad tertium; an ad aliquid teneatur.
- 5 Fur, moram facere semper videtur.
- 6 debitor, an excusetur propter casum fortuitum.
- 7 Fur, si ei reuersa est res furtiua; quia ille cui alienauit, eã commodauit, vel deposuit penes eum; si concurrat in eare vindicanda depositarius, et verus dominus, cui nam teneatur restituere.
- 8 Possessio, pro dominio quandoq; accipitur.
- 9 Testator legans possessionem, quam habet in tali loco, nõ nudam possessionem, sed proprietatem legare videtur.
- 10 Episcopus, vel alij iudices superiores admonere, et excommunicare licetẽ possunt, non indicantes furtum, vel furẽ.
- 11 Prelatis, et alijs officialibus congruit prouinciam malis hominibus purgare.
- 12 Testimonium cõtra furem, ad partis instantiam quis perhibere tenetur.
- 13 Custos rei subtrahẽ, an possit torqueri ad indicandũ furẽ.
- 14 Vestem, librum, vel aliam rem prodẽs; si suspicatur quod sit in domo Titij, si instat coram iudice, vt queratur domus illius, et aperiãtur capsę; an iudex debeat hoc facere.
- 15 Maritus, qui suspicatur, quod vxor sua sit in domo scholarium, potest petere à iudice, vt domus illorũ pquiratur.
- 16 L. 1. §. hoc autem. et. l. diuersi. ff. de seru. fug. intellectus.
- 17 Patribus familias vires sui patrimonij pandere, est periculosum.
- 18 Pœna celantium furem, quæ sit.

Qui cũ fure.

Legit vario modo; pot tamẽ sic summati, sũ vnũ intellectum. Nõ indicans furem propter lucrum, qd ab eo consequitur, reus est peccati. h. d. ¶ Noto primo sũ vnũ intellectum, qd si agentes, & consentientes pari pœna puniuntur, de quo artic. s. in c. 1. de offi. deleg. & in glo. ibi. Secundo not. ibi, nõ indicet. arg. quod si conscius tenetur furem indicare, de quo in glo. fi. Sed quærun hic Doc. circa tex. Pone, si fur vendidit rem furatam, postea vult illam recipere, & tradere domino, an possit cũ bona conscientia. Io. And. recitat opi. & satis confuse loquit. D. Ant. dicit concludendũ esse, qd si res subtrahã aliquo casu peruenit ad furem, posteaquam illam vendidit, & illã vendidisset ignoranti furtum, quod tunc non potest restituere dño, sed debet restituere emptori; sed si vendi-

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

vendidisset scienti, tunc tenetur restituere domino; licet propter hanc restitutionem posset contingere scandalum; quia propter scandalum non debet quis omittere bonum conscientia, cum peccatum aliã incurrat, arg. c. nisi cum pridem. §. pro graui. s. de renun. Si verò res est penes emptorem, dicendum est, quod aut fur potest illam subtrahere emptori, & domino tradere, postquã emptor sciuit re furatã, ex eo quia vtiliter gerit negotium emptoris, qui tenetur ad restitutionem, & cecidit a dominio, ex eo quod sciuit, vt. l. 2. C. eod. Facit. ff. de nego. gef. l. sed an vltor. §. 1. & l. at qui cum. §. cum me absente eod. ritu. & ff. depositi. l. bona fides. Si verò non potest sine scandalo subtrahere, vel emptor ignoranter emit, & istis casibus non est licitum subtrahere domino, & hæc videtur sententia Doct. Vide quod dixi in c. 3. de cau. pos. & propriè. q. 3. 3. versi. 15. Sed quæro vltorius. Pone, si fur rem ab eo subtrahã desijt possidere, quæ postea peruenit ad tertium; quæritur, an fur teneatur ad aliquid? Sol. dicit Inno. quod si habet vnde possit satisfacere domino, tenetur ad restitutionem estimationis, & sequitur. D. Ant. Probatur, quia etiam si res subtrahã perijisset, tenetur ad estimationem; quia fur semper dicitur esse in mora re ipsa, vt ff. de condic. fur. l. in furtiua. Sed si debitor non excusat propter casum fortuitum; si mora præcedit casum regulariter. Vltorius queritur, pone, quod res reuerfa est ad furem, fortẽ quia ille, cui alienauit commodauit, vel deposuit ipsam penes furem; queritur quid si in receptione ipsius rei concurrant depositarius, & verus dominus, cui teneatur fur restituere; nõ vtriq; vñ teneri, & deponenti propter contractum, qui videtur habere paratam executionem, vt. l. fi. C. depositi. Item vero domino; quia ei subtrahit tenetur restituere D. Anto. hic dicit post Doct. quod si in iudicio isti concurrunt, potius fienda est restitutio vero domino, vt est text. in l. bona fides. ff. depositi. Aduerte tamen; quia lex illa loquitur quando ille, qui deposuit fuisset fur; si autem fuisset possessor bonæ fidei, dicit D. Anto. qd non credit, quod propter istum tertium qui venit ex transuerso, debeat impediri quominus restitutio fiat deponenti, per not. in aucten. sed iam cautum. C. depositi. Sed si extra iudicium cõcurrerent, verus dominus, & deponẽs, Inno. distinguit, quod aut deponens emit bona fide, & tenetur restituere deponenti, arg. d. auth. sed iam cautum. Aut mala fide, & tunc sunt opi. Sed dic, vt dixi in prima. q. ¶ Glo. ibi, possessore. in fi. dic, not. ergo ex gl. coniuuncto tex. quod si possessore quandoq; accipitur pro dominio. Ad idem tex. in l. interdum. allegatus in gl. vbi dicitur, quod si testator legat possessionem, quam habet in tali loco, videtur legare non nudam possessionem, sed proprietatem. ¶ Glo. fi. in princ. colligit argu. ex tex. & probat per multa iura; deinde in ver. argumentum. contrarium opp. & sol.

10 In fi. glo. dic, not. hanc glo. quæ vult denotare differentiam inter ius ciuile, & canonicum, vt de iure ciuili non teneatur quis indicare furem, vt. l. 3. ff. de cõdict. ob. tur. cau. De iure autẽ canonico teneatur indicare, vt hic. Quod vltimum non placet Host. & maxime, quando indicans timeret de morte furis; vnde vult, quod ad partis instantiam non teneatur quis indicare; sed qd iudex ex officio bene potest compelle-

re ad indicandum, argu. l. 3. & l. congruit. ff. de offic. præsi. Sed Bar. in hoc articulo melius distinguit, in l. ciuilem. C. eod. vult enim, quod furtum teneatur qs indicare; & sic videtur velle propriè ille text. si rectè ponderetur, quia nihil dicit de fure; sed de furto. Si verò nos loquimur in furto, tunc sequitur distinct. ¶ Host. Et ex dicto Host. infertur, quod si licet potest episcopus, vel alij iudices superiores admonere, vel excommunicare non indicantes, furtum, aut furem.

12 Nam si prælati, & officialibus congruit purgare prouinciam malis hominibus, vt. d. l. congruit. & idẽ possum compellere ad manifestandum. Sed Bar. Ang. & Rapha. in d. l. ciuile. tenent expressè, quod non teneatur quis, etiam de iure canonico in proposito excommunicatione indicare furẽ. Nec obstat, prædictis

13 qd ad partis instantiam quis teneat perhibere testimonium cõtra furem, arg. l. nullum. C. de test. & sic perhibendo testimonium videtur indicare furem; quia respondeo, quod quando quis testificatur, ille cõtra quem testificatur, erat iam detectus pro fure ppter accusationem, vel inquisitionem; secus autẽ quando fur est omninò occultus, quia tunc ad instantiam partis non tenetur indicare. Dicit tamen Bart. in l. 1. ff. de offi. præ. vigil. quod si custos rei subtrahã, potest torqueri, vt indicet furem; nec tenetur torquens in syndicato. Et hæc faciunt ad quætionem secundum

15 D. m. Quidam si perdidit vestem, vel librum, vel aliam rem suspicatur quod sit in domo Titij; instat coram iudice, vt queratur domus illius, & aperiãtur capsę, vtrum iudex debeat hoc facere; & videtur dicendum, quod sic, per. l. inquirendi. C. eod. vbi dicitur, quod præfidalis potestatis est requirere seruos fugitiuos. Communiter\* ibi per Doct. & hic cõcluditur, quod speciale sit in seruo, & in alia persona, quæ potest cõmittere dolum in se occultando, & tunc possit inspicere domus alterius; & sic loquatur. l. inquirendi. Vnde

16 si quis suspicatur ne vxor sua sit in domo scholarium, potest petere à iudice, vt domus illorum perquiratur. Et si ita potest intelligi. l. 1. §. hoc autem. & l. diuersi. ff. de seru. fugit. licet per illa iura quidam simpliciter dicant, quod possit implorari officium iudicis pro requirenda re subtrahã in domo alterius; sed loquuntur in rebus non carentibus sensu; sed in alijs rebus sensu carentibus, secus videtur dicendum; quia

18 si periculosum est patribus famil. pãdere vires patrimonij sui, arg. l. 2. C. quando & quib. quar. pars deb. lib. 1. c. & not. in l. 2. C. de ali. pupil. præstan. Hoc tamen procedit, nisi etiam vehemens suspicio esset, qd res esset in domo illius, per. l. 1. ff. de quæsti. Aduerte tamen; quia quod communiter\* tenetur per Doc. qd ad petitionẽ partis tenetur quis indicare furtũ, procedit, vt arbitror, nisi indicando furtum indicaret, & furem; quia hoc casu arbitror idem dicendum, quod in indicatione furis dictum fuit. ¶ Qua autem pœna puniantur celantes furem? dic, quod aut receptator seruum fugitiuum, & tenetur furti; si modo facit animo celandi; aliã secus, de quo dic, vt. l. qui vas. §. 2. ff. eod. Aut celat alium, quam seruum; & dic, quod aut celat pro re furtiua, & tenetur pœna de receptatoribus; tanquam prestans opẽ furto, vt. l. eos. C. eo. Si verò sine re furtiua, tenetur pœna de receptatoribus, de qua in tit. ff. de recepta. & vide Bar. in d. l. qui vas. §. 2. Vltimo potest iste tex. intelligi, quãdo quis

Par. j. PP ij non

non indicat furem; quia diuisit secum furtum; nam talis tenetur furti, & occidit animam suam; & istum intellectum sensit glo. i.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Furtum committitur capiendo rem alterius minus cautè dimissam.
2 Furtum, an dicatur committere, qui Florenum dimissum in via capit.
3 Rapiens rem sacram, etiam in loco sacro, non est excommunicatus ipso facto.
4 Conuictus furti manifestè, non potest promoueri ad sacros ordines.
5 Fur semel furti conuictus, vt promoueri possit ad sacros ordines, que requiruntur.
6 Custodire, qui tenetur rem aliquam; si minus cautè etiam dimittit, an teneatur ad emendam.
7 Bidellus, an libellum scholari subtractum in scholis, teneatur emendare.

Ex literis. Fur occultus post penitentiam, & restitutione licite ad sacros ordines

- 1 promouetur. h. d. ¶ Notò primò, ibi, minus cautè dimissum. argu. quòd furtum committitur etiam capiendo rem alterius minus cautè dimissam. Et facit ad. q. ¶ Vtrum capiens florenum dimissum in via committat furtum. Io. And. dicit, quòd si vult euitare penam, debet facere præconizari, vt ille cuius est re habere possit, dic, vt dixi, §. in rubrica. Secundo not. ibi, rapiens, quòd rapiens rem sacram, etiam in loco sacro, non est excommunicatus ipso facto; quia si hoc esset vtrum, Papa mandaret ipsum absolui. Potest tamen propter hoc excommunicari, vt. c. conuictus. §. de for. compet. & c. conuictus. j. de sent. excom. Hoc tamen procedit si sine fractura ostij furaretur; aliàs esset excommunicatus ipso facto, vt. d. c. conuictus. Tertio not. quòd conuictus de furto manifestè, non potest promoueri ad sacros ordines sine dispensatione. Et idem est in quolibet delicto manifesto, de quo in. c. si. §. de temp. ordi. Vltimo not. ¶ quin q; requisita, ad hoc vt semel fur possit promoueri ad sacros ordines. Primum, quòd spontè confessus fuerit. Ex quo colligitur arg. glo. i. quòd mitius agitur cum spontè confesso, de quo dic, vt dixi in. c. de hoc §. de symo. Secundum, quòd satisfecerit læso, quòd intellige, si potest, vt dicit glo. 2. Tertium, quòd infamia non insurrexerit contra eum; & ratio ponitur in gloss. 3. Quartum, quòd peregerit penitentiam; seu partem; & ratio ponitur in glo. pen. Quintum, quòd aliàs sit idoneus. Si ergo vnus ex istis defecerit, non poterit promoueri. Vltimo querunt Doct. Vtrum ille, qui minus cautè dimittit rem, eam non bene custodiendo, teneatur ad emendam; & per huc text. volunt Doct. quòd sic. Et per hoc inferunt, quòd ¶ bidellus teneatur emendare librum scholari subtractum in scholis. Tu tamen vide Barto. in. l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de furt. vbi dicit, quòd si scholaris specialiter assignauit librum bidello, & bidellus ipsum restituit focio, aut familiari ipsius no-

to, non tenetur; licet ille asportauerit. arg. l. eum qui. ff. commo. & c. significante. §. de pigno. & idè si dedisset portanti signum notum. Facit. c. significauit. §. de appell. dummodò secundum. D. m. liber nõ esset valde præciosus; quia tunc de facili non debet credere, argu. c. i. & 2. de fide instru. Sed si scholaris non assignauit specificè librum bidello, etiam videtur teneri, sicut in nauta dicimus, & in caupone, per. l. fi. al. l. 3. §. fi. ff. nau. caup. stabul. Sed hoc non placet Barto. quia ibi sunt speciales. Vnde distinguit, quòd si bidellus obtulit se ad custodiam, tenetur; aliàs secus. Vel possumus dicere, quòd aut loquimur in bidello speciali, & tenetur; quia propter hoc facit collectas; sicut ille specialiter recepit custodiam, vt. l. qui mercedem. & l. feq. & l. item queritur. §. si fullo. ff. loca. & l. diuus. ff. de offi. praesid. & l. nauta. & l. item ait. ff. nau. cau. stabul. Sed in bidello generali posset procedere opin. Bart. quia officium suum non extenditur ad custodiam librorum. Sed si non est nisi vnus bidellus, prout est in hoc nostro almo studio Senensi, tenetur emendare; quia tenetur custodire.

De vsuris. Rub.



Ro declaratione materiz huius tituli de vsuris, videndum est de infrascriptis articulis, videlicet; Primo, quid sit vsura. Secundo, vnde dicatur vsura. Tertio, quot sint species vsurarum. Quarto, quo iure vsura fuerit prohibita. Quinto, quare fuerit prohibita. Sexto, qualiter, & in quibus rebus committatur.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Vsura quid sit. Et in hoc septem ponuntur diffinitiones vsurae, à varijs auctoribus traditæ. & num. seq.
2 Debitum, verbum, quod importat necessitatem, interdum tamen non.
3 Quicquid, verbum, est vniuersale.
4 Sors, quot modis accipitur.
5 Accedit, verbum, qualiter accipitur.
6 Gratis datum, non dicitur propriè sorti accedere.
7 Vsura propriè solum in contractu mutui locum habet. & nu. 9.
8 Lucrum quid sit.
10 Vsura vnde dicta sit.
11 Trientes vsurae que dicantur.
12 Besses vsurae que sint.
13 Centesima vsura que sit.
14 Pecunia Traiecticia que sit.
15 Semisses vsurae que sint.
16 Vsura etiam fenus appellatur.
17 Vsura species due, spiritualis, & corporalis. Et que sit vsura spiritualis.

vsura

- 18 Vsura corporalis pluribus modis sub diuiditur, et nu. seq.
20 Vsura mentalis diuisio multiplex.
21 Vsura iure diuino in veteri testamento est prohibita. & probatur. Ex nouo quoque testamento similiter ostendit esse prohibitam. nu. 22. Iure quoque naturali. vt nu. 23. Iure etiam canonico. nu. 24. Iure verò ciuili an sint vsurae prohibita. latè prosequitur. nu. 25.
26 Finis iuris ciuilis, & canonici diuersus. & nu. seq.
28 Iuris concessio triplex. & latè, & pulchrè declarat.
29 Hæreticus est, qui pertinaciter asseruerit, vsuram non esse peccatum.
30 Vsura quare sit prohibita rationes decem, & nouem assignantur. vsque ad nu. 55. Prima ratio dicto nu. 30. Secunda, nu. 44. Tertia, nu. 37. Quarta, nu. 38. Quinta, nu. 39. Sexta, nu. 40. Septima, nu. 41. Octaua, nu. 42. Nona, nu. 43. Decima nu. 44. Undecima, nu. 45. Duodecima, nu. 46. Decimatertia, nu. 47. Decimaquarta, nu. 48. Decimaquinta, nu. 49. Decimasexta, nu. 52. Decimasextima, nu. 53. Decimaoctaua, nu. 54. Decimanona, nu. 55.
31 Valor rerum in pondere, numero, & mensura consistentium naturaliter determinatus est. Quod intellige de valore intrinseco, & extrinseco, vt nu. 33.
32 Valor autem aliarum rerum in pondere, numero, & mensura non consistentium, est indeterminatus, & quare.
35 Fructum non generans, lucrum generare non debet.
36 Vsura Græce quomodò appellatur.
50 Paupertas res periculosa, etiam Anima.
51 Testis pauper propter suspicionem à testimonio repellitur.
56 Mala infinita ex vsura prouenientia. & sub nu. 58.
57 Vsurarius omnium hominum pessimus. & sub nu. 58.
58 Vsurarius porco assimilatur, cuius vita omnibus est odiosa. Mors autem omnibus iucunda.
59 Bona vsurarij olim dicebantur bona diaboli.
60 Vsurarij de domo ignis olim, propter eius odium, & infamiam à nemine sumebatur.
61 Usurario in ecclesia olim osculum pacis non dabatur, nec ab eo accipiebatur.
62 Vsurarij occursum olim pueri expauescebant.
63 Intellectus ad. c. 28. Deuteronom. ibi, feneratoris multigentibus, & ipse fenus à nullo accipies.
64 Vsura solum in contractu mutui committitur. Et est communis sententia. & sub nu. 70. Et de ratione. nu. 66.
65 Vsura solum committitur in rebus, quæ pondere, numero, & mensura consistunt.
67 Vsura in contractu emptionis committi non potest; & quare.
68 Vsura in contractu locationis committi non potest; & quare.
69 Locatio, & Mutuum multipliciter differunt.
70 Vsura in contractu commodati committi non potest, & quare.
71 Limitantur prædicta quando tales contractus sunt veri. Secus si ficti, & simulati, à nu. 67. inclusiuè, vsque ad nu. 70. inclusiuè.
72 Vendens rem cariori prætio, quia solutionem differt ad tempus, quando vsuram committat, & quando non. Et quando peccat, vel non, latè discutitur.
73 Mercium appellatione quæ veniant.
74 Vendens rem data dilatione ad soluendum, non tamen carius quàm valeat, vt emptores ad suam appothecam alliciat, an vsuram committat.
75 Vendens rem cariori prætio, quia erat portaturus, & venditurus rem illam ad alium locum, vbi tali prætio venderetur, an vsuram committat.
76 Emens frumentum de mense Maij minori prætio, quàm tempore contractus valeat, recipiendum tamen in mense Augusti, quo verisimiliter plus, vel minus valeat posset, an vsuram committat.
78 Vendens frumentum tunc carissimum pro prætio currenti, pacto adiecto, quod pro quantitate prætij debita venditori, teneatur emptor ipsi venditori frumentum certo tempore pro prætio, quod tunc valebit vendere, an vsuram committat.
79 Vendens pannum, vel equum pro centum illi, qui mox eidem venditori illum pro nonaginta est reuenditurus, an vsuram committat.
80 Stocchi, quales contractus dicantur apud Bononien.
81 Baratola, quales contractus dicantur apud Florentinos.
82 Vendens. A. lanifex decem pannos B. pro florenis. 500. ad vnus anni terminum. Si. C. conueniat cum. B. emptore, vt de presenti tradat sibi florenos 40. & quòd ipse. C. contentabit præfatum venditorem de dictis. 500. in dicto termino anni, an talis contractus sit vsurarius.
83 Mutuus alicui centum ad terminum, & simul eidem vendens res vltra dimidiam veri valoris soluendi ad eundem terminum, quæ aliàs is emptor sine illo mutuo non erat empturus, an vsuram committat.
84 Emens cum pacto reuendendi, an committat vsuram. Et quid si vltra pactum præfatum concurrat modicitas prætij. Et quod emptor sit solitus feneratori. Et latè discutitur. & sub nu. seq. Et quid in foro penitentiæ. nu. 88. & 93.
85 L. 2. c. de rescin. vend. etiam de iure canonico locum sibi vendicat.
86 Pactum de reuendendo dicitur esse pars præcij, & facit rem minus valere.
87 Intellectus ad. c. illo vos. de pigno. & ad. c. nostram. de empt. & vend.
89 Venditio cum pacto luendi, et cum pacto, quod fructus computentur in sortem, simulata præsumitur. Si vero cum pacto luendi concurrat pactum, quod pro maiori prætio reuendatur: venditio etiam præsumitur vsuraria. nu. 90. & 94. Quid si cum pacto luendi adest pactum, quòd emptor par. j. PP ij possit



- possit quodcumque venditorem ad redimendum cōpel-  
lere; non e contra. nu. 91.  
Quid si cum pacto luendi adest pactū, q̄ emptio post qua  
driennium ipso iure rescinderetur. nu. 92.  
Quid si venditor nolebat vendere, sed mutuo accipere;  
emptor autem dixit velle emere, non mutuae, & ideo  
factus est contractus venditionis cum pacto reuocēdi.  
nu. 95.
- 96 Pactum inter contrabentes factum, q̄ si res vendita intra  
certum tempus emptori displicuerit. Vel si venditor in-  
tra certum tempus pretium restituere voluerit, res sit in  
empta, an operetur, vt etiam fructus debeant ab emptore  
restitui, latē discutitur.
- 97 Pacti aditionis in diem, exemplum.
- 98 Pacti legis commissoria exemplum.
- 99 Venditio census vnus floreni super pradio cōstituti pro  
florenis. x. an sit contractus vsurarius.
- 100 Venditio facta de redditibus alicuius civitatis in ratio-  
nem quinque pro centenario annuatim, an sit cōtractus  
licitus.
- 101 Venditio census decem corbium frumenti soluendi indiffe-  
renter de omnibus bonis vendentis annuatim, an sit con-  
tractus licitus.
- 102 Venditio vsusfructus possessionis magni valoris facta ab  
ecclesia pro mille ad vitam fructuarij, an valeat, & sit  
vsuraria.
- 103 Emptio de pecuniarijs redditibus ad vitam, an sit licita.
- 104 Emptio de annuis redditibus alicuius pradij pro centum,  
cum pacto, q̄ venditor restituito pretio, pradietum con-  
tractum possit rescindere, an sit licita.
- 105 Emptio actionis ad consequendam pecuniam numeratam,  
an sit licita, si minori pretio fiat.
- 106 Venditio facta de pensione ad vitam ementis pro mille,  
cum pacto, q̄ si emptor infra biennium moriatur, teneat-  
ur venditor illius h̄credibus quingenta restituere, an sit  
licita.
- 107 Venditio facta pro mille de fructibus certi pradij pro an-  
nis. xij. ex quo annuatim prapiciuntur fructus valoris.  
150. an sit licita.
- 08 Pretium iustum quod dicatur.
- 109 Vendens oues, ex quibus singulis quatuor soldi quotan-  
nis de fructu percipiuntur, pro pretio soldorum duorum  
pro qualibet oue annuatim durante vita vendentis sol-  
uendo, etiam si oues omnes moreverentur, an licite faciat.
- 110 Venditio rei valentis centum pro quinquaginta, cum pa-  
cto, q̄ emptor illa non soluens infra mensem, centum sol-  
uere teneatur, an sit licita.  
Et quid si in casu proximo res vendita solum valeret quin-  
quaginta, & pactum pramissum subijceretur. vide nu-  
me. 112.
- 111 L. 2. c. de restit. ven. an locum habeat in re vendita mino-  
ri pretio, quam sit dimidia iusti p̄ctij, pacto adiecto, q̄  
emptor non soluens infra mensem, teneatur pretium au-  
gere, & augmentum illud suppleat valorem iusti pretij.
- 112 Societas quid sit.
- 114 Societas quot modis fiat.
- 115 Societas { Damna, & lucra, an inter socios equaliter  
sint communia; & quibus casibus.
- 116 Societas { Pecuniam tradēs mercatori ad mercandum,  
cum pacto, q̄ lucri partem percipiat, & ca-  
pitale sit saluum, an vsuram committat.
- 117 Intellectus. S. & adeo. In si. de societa. & nu. 119.
- 118 Intel. c. per vestras. de do. inter vi. & vxo. & sub nu. seq.

- 120 Societas { Ponens in societate trecenta cum pacto, q̄  
lucri medietatem habeat, & ducenta capi-  
talis sint salua, an vsuram committat.
- 121 Socius an possit pacisci, q̄ tres partes lucri ex quatuor  
ipse percipiat.
- 122 Socius ponens ex pacto operas in societate, an debeat il-  
las proprijs sumptibus facere, veluti nauigare remiss.
- 123 Socij qualiter diuidant inter se capitale, quando societas  
durauit diu, multis exhaustis laboribus, nec aliquid lu-  
cri factum fuit. remissuē.
- 124 Socius qui operas posuit, an teneatur ad aliquam partem  
capitalis deperditi versus socium qui pecuniam posuit.  
Si quis dat in sociam oues 50. alteri habenti  
alias oues 50. cum pacto, q̄ de pradietis centū  
intelligatur contracta cōis, & equalis socie-  
tas, an talis contractus sit licitus.  
Et quid si in casu pramisso inter eos conuentum sit, vt  
vnus maiorem partem lucri reportet. nu. 126.
- 127 Societas { Tradens cētum ouis estimatas cū pacto, q̄  
uel ex primis fructibus ouium recipiat tradens  
Socida. integrum capitale, an licite agat.
- 128 Societas { Tradens oues ad sociam pro libris xx. quic  
vel Socida quid de omnibus contingat, an licite agat.  
Emens à Seio oues, quas Seius non habet,  
hoc sciente ipso emptore, & illas locans ei-  
dem Seio pro certa annua pensione, uel eidē  
illas dat in sociam sicam, an licite agat.
- 129 Socida { Socida sicca que dicatur. sub nu. 129.
- 130 Socida { Pactum appositum in socida, q̄ oues data  
in sociam sint periculo recipientis, quando  
culpa sua perierint, est licitum.  
Periculum animalis in sociam dati, ad  
quem pertineat. remissuē.
- 131 Socida { Regula in materia socida, & societatis est,  
q̄ vbicunq; in eis interuenit Mutuum verū,  
vel velatum, rōne cuius alterius ex socijs  
cōditio sit deterior, talis cōtractus ē illicitus.  
Et ibi ponuntur exempla.  
Mutuum velatum quod dicatur. ibidem.
- 133 Boves pro starijs viginti frumenti annuis locans, an fa-  
ciat contractum licitum.  
Quid si locauit pro starijs annuis decem, cū pacto, q̄  
aliud quodcumque lucrum, & damnum sit commune.  
vi de nu. seq.
- 135 Boves dare ad colaticum, siue iouaticum, quid sit, &  
an dicat.

**Primo** Igitur quero, juxta pramissum  
ordinem, quid sit vsura? Solu-  
plures per Dōct. dantur diffini-  
tiones. seu descriptiones. Azo. in sum. in tit. de vsur-  
dicit, q̄ vsura est, qd̄ pp vsum rei concessa datur. Sed  
hac diffinitio non est bona, quia non conuertitur  
cum suo diffinitio, nisi q̄ requiritur, vt not. in l. 1. ff.  
de reg. iur. Circa quod vide quod dixi. §. in rubr. de  
accu. Nam aliquid est qd̄ datur pp vsum rei cōcessa,  
& non est vsura; nam merces, quæ datur propter re  
commodatam, vel locatam ad vsum, datur pp vsum  
rei, & tunc non est vsura, vt. j. patebit in .6. & 8. q.  
Vnde Inno. in c. 1. j. eo. ponit aliam diffinitionem,  
dicens, quod vsura est lucrum ex mutuo pacto debi-  
tum, vel exactum. Et hanc sequitur Io. And. in reg-  
p̄m. de reg. iur. lib. 6. Quæ diffinitionem reprobat  
quidam

quidam magister theologiae, vocatus Gerar. de Ari-  
mino in quodam tractatu quem fecit de monte Ve-  
netiarum, quia aliquid est lucrum, quod non est de-  
bitum ex pacto, vel exactum, & tamen est vsura, vt  
.c. cōsuluit. j. eo. & dicam latius. j. q. 12. ¶ Sed dicit  
D. Lau. Flor. in d. c. consuluit, q̄ potest responderi, q̄  
verbum exactum positum in diffinitione, latē sum-  
ptum, includit vsuram mentalem; & sic fit sensus, exa-  
ctum. s. ex ore, vel corde. Et idem potest dici in ver-  
bo debitum. s. ex pacto, vel ex intentione ipsius mu-  
tuantis. Nec obstat, quod verbum debitum, videatur  
importare necessitatem, vt. l. creditores. ff. de verbo.  
signifi. Facit quod traditur in l. 3. C. de pigno. quia  
& naturale debitum dicitur debitum largo modo,  
vt. l. cum amplius. §. si natura debet. ff. de reg. iur. &  
tamen ad ipsum agi non potest; sed duntaxat impe-  
dit soluti repetitionem, vt. l. si eo quod. ff. de condi. in  
debi. Præterea licet pacto promissa sit vsura, tamen  
non potest agi effectualiter, quia est exceptione  
elidibilis, nisi iuramentum interuenit, secundum  
not. in c. 1. & c. debitores. & c. ad nostram. ff. de iureiu-  
ran. Item quia, etiam eo tempore quo de iure civili  
vsuræ non erant prohibita, regulariter non debe-  
bantur nisi ex stipulatione, vt. l. quamuis. C. eo. titu.  
vel pacto nudo in contractu bonæ fidei incontinenti  
apposito, vt. l. in bonæ fidei. C. de pact. & l. quidam.  
§. ex locato. ff. eod. & l. publiæ. §. Lucius. ff. de posi. de  
quo dicam in. 7. q. princ. Et prædicta videntur fuisse  
de mente Inno. & Io. And. & Io. de Ligna. nam sub-  
dunt post dictam diffinitionem, q̄ si gratis aliquid  
datur, non est vsura, nisi spes adsit. ¶ Tertio diffini-  
tur vsura per B. Ambro. quod est, qcquid forti acce-  
dit, vt est tex. eiusdem Ambro. 1. 4. q. 3. plerique. ad  
quod concordat. c. 1. & §. si. eadem causa. & q. & se-  
quitur glo. in l. rogasti. ff. si cer. peta. Ideo autem po-  
nuntur in dicta diffinitione verbum, quicquid; quod  
test vniuersale, vt est tex. & ibi tradit Paul. in cle-  
men. si romanus. de præben. Vnde omnem rem com-  
prehendit, vt. l. heredes mei. in prin. & l. balista. ff. ad  
Trebel. siue sit pecunia, siue species, siue fructus, siue  
ligna, vel quodcumque aliud, vt. d. c. plerique. quia q̄  
omne dicit, nihil excludit, vt. c. solita. §. de maio. &  
obed. & l. a procuratore. ff. mand. Item dicit, quod-  
cumque, vt comprehendat generaliter, non solum il-  
lud quod consistit in actuali datione rerum, sed in  
operis, & verbali seruitio, vel simi. & siue illud sit ma-  
gnum, vel paruum, aut modicum, vt dicam in. 8. q.  
princ. Item dicit quodcumque, vt comprehendatur,  
siue illud accedat per iuramentum, siue stipulatio-  
nem, siue per pactum, siue per intētionem. Verbum  
autem forti, in diffinitione prædicta ideo ponitur,  
quia fors j̄ pro quantitate accipitur; dicitur enim  
fors, quantum ad materiam nostram, debita quanti-  
tas mutuata rei in materia occurrenti. Pro quanti-  
tate ergo accipitur earum rerum, quæ consistunt in  
numero, pondere, vel mensura; quæ magis in genere  
suo, quam in specie recipiunt functionem, secundum  
q̄ accipitur in l. 2. ff. si cer. peta. Probatur in l. si non  
fortem. in princ. ff. de condi. indeb. & l. in his. §. Im-  
perator. & §. fin. ff. de solu. & l. quamuis. & l. si ea. C.  
eo. titu. Licet fors quandoq; accipiat pro diuina-  
tione, vel actu distictiuo, vel adiudicatio eorum,  
quæ sunt in dubitatione, de quibus. 2. q. 5. c. fortes.

& per totam illam quæstio. & totam causam. & l. in  
rebus. ff. de iudi. & j. de fortileg. per totum. vide Ho-  
stien. in sum. in titu. de fortileg. §. 1. Additur etiam  
dictæ diffinitioni verbum, accedit, j̄ quod est verbū  
etiam generale, quod præsupponit aliquid in esse,  
cui aliquid accedat, vt in regu. accessorium. de regu.  
iur. lib. 6. Goffre. tamen addebat dictæ diffinitioni  
hæc verba, præcedente intentione, vel pacto. Et cum  
hac additione hanc diffinitionem sequitur. D. m. in  
rub. de symo. in clē. vni. eo. tit. Quæ verba non viden-  
tur necessaria; vt patet ex his, quæ. §. dixi, maxime in  
expositione verbi quodcumque. ¶ Sed aduerte; quia  
licet qui velint, quod dicta verba non sunt necessa-  
ria, tamen posset dici contrarium; quia aliàs diffini-  
tio non conuerteretur cum suo diffinito; nā aliquid  
est, quod accedit forti, & non est vsura; vt puta, si gra-  
tis aliquid datur pro mutuo recepto, eo, qui mutua-  
uit, nullam spem, aut intentionem habente aliquid  
recipiendi, vt dicam in. 3. q. princ. & q. 8. q. princip.  
Item pecuniæ concessæ ad pompam accedere po-  
test aliquid, etiam ex pacto, & tamen non est vsura,  
vt dicam. j. in d. 8. q. ¶ Sed posset responderi ad pri-  
mum, q̄ illud quod gratis donatur, non proprie vi-  
detur accedere forti. ¶ Ad secundum posset respon-  
deri, q̄ in casu prædicto, fors proprie non accipitur  
pro quantitate, sed pro specie, vt ibi videbimus.  
¶ Quarto diffinitur secundum alios, q̄ est omne lu-  
crum, quod forti accedit in mutuo; ita diffinit Gui.  
& Laud. in clē. vni. eo. tit. & sequitur ibi Ioā. de Imo.  
& Zaba. Hæc diffinitio videtur quasi in idem rein-  
cedere cum præcedenti. Et potest reprehendi, & de-  
fensari, vt præcedens. ¶ Quinto diffinitur per præfa-  
tum magistrum. G. quod est lucrum pro mutuo in-  
tentum. Et quare hæc verba ponantur, & quid impor-  
tant, dicam. j. in vltima diffinitione. ¶ Sexto diffini-  
tur per Hosti. in sum. eo. titu. §. 1. & magis latē; vide-  
licet, q̄ vsura est, quodcumque solutioni rei mutuata  
accedit, ipsius rei vsus gratia, pactione interposita,  
vel ea intentione habita in contractu, vel in exactio-  
ne habita ex post facto, quæ verba sunt ita exami-  
nanda; nam verbum quodcumque ponitur, vt signifi-  
cet, secundum q̄ dixi. §. in. 3. diffinitio. Ideo autem  
subditur, solutioni rei mutuata; quia j̄ vsura habet lo-  
cum solum in contractu mutui, secundum Goffred.  
& Raymun. & regulariter omnes, quod intellige de  
mutuo; quod verè agitur, vel fictē, vel simulatē, vt di-  
cam. j. in. q. 6. princ. & 18. q. princ. ¶ Sed dicit Host.  
q̄ dictis verbis rei mutuata; debet addi verbū, regu-  
lariter. Et hoc ideo, quia reperiuntur casus, in quibus  
authoritate legis vsuræ præstantur, licet nullum mu-  
tuum sit contractum, de quo dicam in. 6. q. princip.  
Ideo autem subditur alia verba, videlicet, ipsius rei  
vsus gratia, quia si non gratia vsus. i. consumptionis;  
sed loco pœnæ apponerentur sine fraude; secus esset,  
vt. §. de arbit. c. dilecti. 1. 2. q. 2. c. fraternitatis. Item  
subduntur illa verba, pactione interposita; ad deno-  
tandam expressam vsuram. Et verba sequentia, quæ  
dicunt, hac intentione habita in contractu, subdun-  
tur; quia si pactum non fuit de vsura præstanda, sed  
creditor in mente habuit aliquid recipere vltra for-  
tem, est vsura mentalis, vt. c. consuluit. j. eo. & dicam  
in. 3. q. princ. sed si aliquid gratis offerretur, dum-  
modò creditor ab initio mala intentione caruisset  
Par. j. P P iiii illud

C61a opt.

illud recipi posset, arg. r. q. 2. c. sicut. de quo latius dicam. Et ob hanc etiam causam potest dici, quod opponant illa verba sequentia, vel exactioe habita ex post facto. Aduerte, quia licet Host. dicat hac intentione habita in contractu; quod tamen licet intentio non fuerit habita in contractu, sed ex post facto; idem erit, ac si ab initio malam intentionem habuisset, si illud postea recipiat, vt dicam in. d. 3. q. Nisi diceres, qd Host. intellexit habita in contractu, hoc est contractu durante. ¶ Septimo, & ultimo diffinitur a quibusdam alijs theologis, qd vsura est lucrum ex mutuo principaliter intentum. In qua diffinitione ponuntur tria. Primo lucrum, lucrum; tunc autem proprie dicitur superabundantia, seu incrementum, qd quis habet ex voluntaria commutatione, vltra ea que prius erant sua, vt dicit Philof. 5. Ethic. c. 7. Facit. c. forus. ver. negotium. j. de verb. sig. Et ad idem. c. per ystras. 3. de dona. inter vir. & vxo. vide tex. in. l. mutuis. ff. pro soc. qui dicit, qd lucrum dicitur, quod manente sorte ei accedit, deducto omni damno, & expensis. Et in proposito nostro ponitur pro verbo, quod denotat genus. Facit quod not. 88. dist. c. eijciens, nam omnis vsura est lucrum, sed non conuertitur, quod omne lucrum sit vsura. Primum patet, quia si tantumdem quis recipiat, quantum mutauit, & non plus; sicut non recipit lucrum, ita nec vsuram. Si vero quis plus recipiat, quam mutauerit; si tamen tale receptum non sit ei lucrum, nec erit vsura; puta, quia alias illud receptum erat recipientis; verbi gratia, depositarius, vel alius raptor, vel debitor mutuantis, cum mutuo reddidit depositum, vel rem raptam, vel debitam, quam alias non reddidisset, nisi ille mutuaasset, certe non dicitur vsuram commisisse. Facit. c. fin. in. fi. j. eo. & ibi not. gl. Secundum est, qd patet; quia in contractu locationis, & conductionis, & similibus, lucrum potest contingere, & tamen non est vsura. ¶ Secundo ponitur in dicta diffinitione verbum, ex mutuo. quod ponitur ad differentiam aliorum contractuum, vt, s. dixi in precedenti diffinitione. Item ponitur tanquam differentia, distinguens vsuram a lucris, que non acquiruntur ex mutuo; nam illa lucra proprie loquendo non sunt vsura, secundum not. in. c. in ciuitate. j. eo. ¶ Tertio ponitur in dicta diffinitione principaliter intentum. ex eo, quia si hoc principaliter non intenderet, sed secundario, & debitor gratis offerret, non esset vsura, de quo dicam. j. in. 3. q. principi. Hac distinctio satis mihi placet, dummodò addantur hæc verba, opere subsequuto ex proposito. ¶ Ideo autem addidi, opere subsequuto; quia licet quis habuerit intentionem aliquid recipiendi vltra sortem, quam expressit, vel non expressit; tamen non est commissa vsura; cum nihil sit quod accedat forti, licet ex mala intentione ipse debeat in foro conscientie pœnitentiam agere tanquam vsurarius. Ex proposito dixi, quia si habuit a principio deprauatam intentionem, sed eam pœnitentia ductus omnino deposuit, & debitor aliquid det gratis, non erit vsura.

**Secundo.** principaliter quæro, vn de dicatur vsura? Et que dicantur vsuræ centesimæ. Quæ bestes. Quæ semisses. Et quæ trientes. Solu. quo ad primum dic. qd

10 vsura dicitur ab vsu; quia propter vsum rei datur, Vel dicitur quasi vsus eris. Vel dicitur quasi vsurea, secundum Goffr. & Host. in sum. eo. tit. §. 2. Vel dicitur quasi vsum vrens, siue vsum rapiens; quia quis p eam rapit vsum, & inducit vsum, vbi in veritate non est, secundum. D. m. hic in rub. Rapitur. n. vsus, cum venditur vsus pecunie, qui non est in rerum natura, cum ex vsu pecunie consumatur dominium, quia in his, que constitunt in pondere, numero, vel mensura, magis vtimur per genus, quam p speciem, vt. l. 2. ff. si cer. peta. ¶ Quo ad secundum, quia iura, maxime ciuilia frequenter vtuntur his vocabulis; videlicet, centesimas vsuras, semisses, & c. vt. l. fin. C. de vsu rei iudi. & l. nihil. §. 1. ff. de nau. feno. & l. q. semisses. ff. de vsu. cū infinitis simi. & generaliter de oibus loquitur. l. eos. C. eo. ti. nam olim de iure ciuili illustribus personis, & qui. s. eam dignitatem erant, minime licebat vltra tertiam partem centesimæ in quocunq; contractu vili, vel maximo vsuras stipulari, vt. d. l. eos. Et hæc trientes vsuræ dicuntur, sicut quas si fors est centum, habita consideratione ad annum, debentur triginta tria, & vnum tertium. Inferiores vero illustribus, licitas gerentes negotiationes, vsq; ad bessem centesimæ poterant stipulari, vt. d. l. eos. 11 Hoc est t ad duas partes centum, habita consideratione ad annum. In traiectionibus vero contractibus, vel in speciebus datis fœnori, vsque ad centesimam tantum licitum erat stipulari, vt. d. l. eos. Quæ centesima vsura dicitur, quæ forti in anno æquiparatur; vt dicit glo. 46. dist. c. quoniam. vnde centum pro centum. Dicitur autem traiectionibus pecunia, que trans mare vehitur, vt. l. 1. ff. de nau. feno. Ceteri vero homines prædictas qualitates non habentes, vsque ad dimidiam tantum centesimæ poterant stipulari, vt d. l. eos. Et hæc semisses vsuræ dicuntur, secundum quas quolibet anno quinquaginta pro centum dantur. ¶ Aduertendum etiam est, qd vsura dicitur etiã fœnus, vt. l. improbum. C. de infami. & ff. de nau. feno. in rubro, & nigro cum similibus. Vnde fœnator dicitur, qui mutat ad vsuram recipiendo aliquid vltra sortem pactam, vel intentione. ff. quod met. cau. l. fi. §. si fœnator. ff. si cer. peta. l. rogasti. §. si. & l. si quis nec causam. Bal. in. q. quæ incipit, statuto cauetur. Inde dicitur contractus fœneratitius, i. vsurarius, vt patet ex prædictis,

**Tertio.** principaliter quæro, quot sint species vsurarum? Sol. dicit Hosti. in sum. eo. tit. §. 3. qd sunt t duæ. Vna spiritualis, & æqua. Alia corporalis, & iniusta. Prima enim est fœnus spirituale, & iustum, quod exercere debemus, vt etiam est illud, quod amore Iesu Christi tribuimus misericorditer, vt ab eo qui multipliciter, & in perpetuum retribuit, eandem recipere valeamus. 46. dist. c. sicut de pœnit. dist. 1. medicina. nam pro vno centum recipiemus. Vnde beatus August. inqt. miser homo, cur fœneraris homini, fœnerare Deo, & centuplum accipies. Tu dic, qd ista non est proprie vsura, vt de se patet; quia non descendit ex mutuo, sed ex contractu donationis. In quo licitum est etiã a priuato centum pro vno accipere. Sed August. & alij sic loquentes longè impropiè, dum dicit fœnerare Deo habendo respectum, qd licet in fœnore magnum

gnum sit lucrum, longe tamen maiora sunt in his, qd dantur amore Iesu Christi. ¶ Secunda species est fœnoris, seu vsuræ corporalis, & iniusta, de qua in præfentiarum tractaturi sumus. Et hæc subdividitur, quia t aliqui exercent illam vt fœnus fortis; alijs vt fœnus fœnoris, de quo dicam. j. q. 2. r. q. princip. ¶ Item subdividitur, quia t aliqua est conuentionalis, & alia mentalis; dicitur enim Luc. c. 6. Mutuum dare, nihil inde sperantes, vt. c. cōsuluit. j. eo. Item mentalis subdividitur tripliciter, sicut tripliciter potest contingere; videlicet, ex intentione antecedenti, seu contemporanea in contractu, & ex subsequenti, & ex consequenti. ¶ Antecedens, seu contemporanea cum contractu est, quando quis antequam mutuet, vel in ipsa mutuatione eo proposito mutat pecuniam, vt aliquid plus sorte accipiat, non mutuaturus aliter; hoc tamen facit conuentione cessante. Et in hoc non est dubium, qd talis vsurarius est censendus; quia dicit, mutuū date, nihil inde & c. de hoc. j. q. 6. Et an hoc casu talis teneatur ad restitutionem, dicam. j. q. 1. r. q. prin. Subsequens intentio ad vsuram est, quando quis a principio in ipsa mutui datione habuit rectam, & charitatiuam conscientiam, sed post mutuū celebratum lapsu cupiditatis pualente, gerit in mente, vel ostendit ore, vel opere, quod aliud vltra sortem cupit sibi dari; & talis vsurarius dicitur. Et recepta vltra sortem obligatur restituere. Et obligantur etiã hæredes eius, dicam latius. j. q. 1. 2. q. princip. Consequens, seu concomitans intentio ad vsuram est, qm quis adhibet prauam intentionem eo tempore, quo sibi a debitore ratione mutui aliquid datur vltra sortem; vnde ille dat in recompensationem mutui; & iste recipit in recompensationem mutui, licet prius non habuerit intentionem aliquid recipiendi vltra sortem. Sed in hoc, an talis dicatur vsurarius, & an teneatur restituere, maius dubium est. dicam. j. dicta q. 6. & 12.

**Quarto.** principaliter quæro, quo iure vsura fuerit prohibita? Et quoniam aliquid est ius diuinum, quod in veteri, & nouo testamento continetur. Aliud est ius naturale. Aliud ciuile, de singulis per ordinem discutiemus. ¶ Primo igitur quæro, t vtrum iure diuino ex veteri testamento vsura sit prohibita? Sol. dic, qd sic, nam Ezech. c. 18. vsura connumeratur inter horrenda, & detestabilia scelera, morte æterna vindicanda, seu puniendâ. Ibi enim, plurimis grauibus sceleribus enumeratis, subiungitur ad vsuram, non accommodauerit, & amplius non acceperit. Et demum subiungitur. Si vir genuerit filium latronem, homicidam, seu adulterantem, idolatram, etiam ad vsuram dantem; & amplius accipientem nūquid viuet. Non viuet; cum hac vniuersa detestanda fecerit, sed morte morietur, & sanguis eius in ipso erit. Propheta quoque psalmo. 54. inquit. Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Et labor in medio eius, & iniustitia; & non deficit de plateis eius vsura, & dolus. Et reuersus in psalmo, qui incipit, domine quis habitabit in tabernaculo tuo, & c. post pauca subiungitur, qui pecuniam suam non dederit ad vsuram. Item prouerb. c. 28. scriptum est, qm conuertiunt diuitias de vsu, & fœnore liberati, in pauperes congregat eas. Item habetur Leuiti. c. 25. ne accipias a fratre tuo vsuras, nec amplius quam dediisti. & paulo post, Pecuniam non dabis ei ad vsuras, & frugum super abundantiam non exiges. Nehennias quoque vt legitur lib. 5. Esdra. c. 5. sic inquit. Increpauit optimates, & magistratus. & dixi eis; vsuras nõ exigatis a fratribus vestris. Et sequitur, centesimam pecunie, frumenti, vini, & olei, quam exigere soletis ab eis, date illis. Et ideo rectè dicitur. j. eo. c. quia in omnibus. & c. super eo. quod vsura prohibetur vtriusque testamenti pagina. Satis ergo dictum sit de veteri testamento; nunc de nouo videamus. 22 ¶ Secundo quæro, vtrum t ex nouo testamento vsura sit prohibita? Sol. dic, quod sic, Euang. Luc. habetur. c. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes, que verba repetuntur in. c. cōsuluit. j. eod. ex quibus verbis omnis vsura prohibetur. Nam si prohibetur vsura mentalis ex intentione, seu spe; fortius prohibita intelligitur vsura conuentionalis ex factò. & c. Et ideo rectè dicitur in. d. c. quia in omnibus. Et c. super eo. qd vtriusque testamenti pagina vsura prohibetur & c. ¶ Tertio quæro, vtrum t vsura prohibeatur de iure naturali? Sol. dic, qd sic. Hoc autem probatur ex rationibus, quas. j. allegabo in. 5. q. principi. ex quibus clarissimè concluditur iure naturali vsuram fore prohibitam. Et etiam hoc probatur, quia videbimus, qd Philosophus nulla lege scripta arctatus, seu altrictus, naturali ratione edoctus, lucrum vsurarum est detestatus, vt patet primo Polyti. c. 6. quod non fecisset, nisi fuisset sui natura vitiosa. Facit quod dicam. j. in. 2. & 5. ratione. ¶ Quarto quæro, vtrum t vsura sit prohibita de iure canonico? Sol. dic, qd sic, tam ex autoritate Conciliorum, quam Summorum Pontificum, quam etiam sanctorum Doctorum ecclesie. Sacrorum enim Conciliorum constitutionibus prohibetur, vt patet. j. eod. c. 1. & c. quia in omnibus. 14. q. 4. cap. ministri. & c. si quis oblitus. & c. nullus. & clem. vni. eod. titu. ¶ Item Summorum Pontificum constitutionibus, vt. j. eod. c. quoniam. & c. super eo. & c. penult. & c. cōsuluit. cum simi. 14. q. 4. c. nec hoc. Item per sanctos Doct. vt per Augustinum super psalmo. 36. & transumptiuè 14. q. 3. c. 1. Item Aug. ad Macedo. transumptiuè 14. q. 4. quid dicam. Item Hieronymus super Ezech. & transumptiuè. 14. q. 3. putant. Et per Ambrosium. 14. q. 3. plerique. & per eundem Ambros. in lib. de bono mortis & transumptiuè. 14. q. 4. si quis vsuram. 25 ¶ Quinto quæro, t vtrum de iure ciuili hodiè sit prohibita vsura? Sol. glo. 14. q. 4. quid dicam. dicit, qd sic; quia t leges non dedignantur sacros canones imitari, vt. c. clerici. 3. de iudi. & c. penult. & fin. 3. de secun. nupt. & in athen. vt clerici apud propr. episcopo. §. fina. colla. 6. & athen. de ecclesiast. tit. §. 1. col. la. 9. per quem etiam tex. vltimo loco allegatum p batur etiam aliter. Nam Iustinianus ibi dicit obseruare velle quatuor principalia Concilia; & idem colligitur ex. l. 1. r. c. de sum. trini. & fi. catho. ¶ Sed concilium Nicenum est vnum de quatuor principalibus, quæ quatuor debent obseruari sicut Euangelium. 15. distinct. c. sicut. Et in concilio Niceno prohibentur vsuræ. 47. distinct. c. quoniam. ergò de iure ciuili intelliguntur prohibita. ¶ Sed hoc argumentum, vt dicit. D. m. in. capit. quia in omnibus. j. eo.



J. eod. non videtur multum stringere; quia Nicena synodus in quantum prohibet vsuras, loquitur solū de clericis, non autem de laicis; vnde per hoc non videtur prohibuisse laicis, cum multa fuerint prohibita clericis in dicto concilio, quæ non sunt prohibita laicis, vt est matrimonium, &c. Eandem etiam sententiam tenet glo. in c. quia in omnibus. J. eod. & tenet glo. iuris ciuili in authen. ad hoc. C. eo. tit. vbi vltra prædictum argumentum de approbatione Nicenæ synodus dicit, q̄ nihilominus vsuræ sunt prohibite, etiam de iure ciuili, quia inferior non potest tollere legem superioris, & agere contra legem Dei. ff. ad Trebel. l. ille a quo. §. tempestiuum. & ff. de arbit. l. nam magistratus. Facit. 2. §. q. 2. c. sunt quidam. & clem. ne Romani. & q̄ ibi dixi, de elect. & not. in c. cum inferior. §. de maio. & obed. Vnde De<sup>o</sup> dixit Paulo. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Item contra naturam est, vt seruus tollat legem domini sui, vt. C. de pact. l. seruus. Non ergo stipulatio, non pactum, non pignus, non iuramentum de his præstandis, debet tenere, vt. l. non dubium. C. de legi. b. Et pro dicta sententia glo. fortiter stringit quod statuit Iustinianus in d. authen. de eccl. titu. cum illa sit de vltimis suis constitutionibus; vnde pœnituisse videtur, q̄ vsuras permiserit, cum posteriora prioribus derogent, vt. l. pacta nouissima. C. de pact. & l. diuus. §. licet. ff. de iur. codicil. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. Nec obstat huic argumento, q̄ idem Iustinianus in auth. de vsur. naut. quod auth. est post illud de eccl. titu. permittit vsuras; quia speciale est in nautica pecunia. In qua etiam iure veteri multa erant specialia propter magnum periculum, q̄ subit creditor, vt. l. periculi. ff. de naut. feno. & l. eos. ff. eo. Ita quasi formaliter dicit glo. in d. §. 1. in d. auth. de eccl. tit. Et hanc opin. sequitur Laud. Zenze. Pau. & Io. de Ligna. in clem. vni. eo. titu. Gl. ta men in auth. vt nullus mutuan. agri. in vers. in omnē. in fi. videtur sentire, q̄ de iure ciuili sunt permissæ; sed de iure canonico sunt prohibita. Azo vero in sum. in titu. de vsur. in fi. videtur potius inclinare in primam sententiam. Io. And. in c. quia in omnibus. super gl. 1. J. eo. dicit, quod legistæ communiter\* fatentur eas illicitas; sed non iure ciuili prohibitas; & remittit se ad not. per eum in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. & idem in d. c. quia in omnibus. refert formaliter. D. Anto. Iaco. Butrig. & post eum Bart. in d. auth. ad hæc. dicunt, q̄ negari non potest, quin de iure ciuili vsuræ sunt permissæ, licet permitti non potuerunt. Nec propter hoc Imperator hereticus fuit; quia & Moyses propter duritiem populi, permisit diuortium, q̄ tamen ab initio sæculi, & ab ipso Deo fuit prohibitum; quia quos Deus coniunxit &c. Vnde Nicola. de Mata. in d. authen. ad hæc. dicit, quod etiam in hoc lex humana potuit distinguere legem diuinam, aliquas vsuras permittendo, & aliquas prohibendo. Quod reprobatur ibi Bal. de quo dicam. J. q. 5. princ. D. m. in. d. c. quia in omnibus. videtur sentire, q̄ de iure ciuili sunt prohibita; ex eo, quia Imperator in concernentibus animam profitetur se vel le imitari canones, vt in iuribus præallegatis in principio huius. q. ¶ Cum ergo vsuræ sint prohibita de iure diuino, & canonico, vt. §. probatum est, quod principaliter tendit ad salutem animarum, ergo &c.

Cōtra opi.

Idem tamen. D. m. in. c. cum sit generale. §. de foro compet. in. x. colum. concludit contrarium, q̄ de intentione Imperatoris Iustiniani nunquam fuit expressè prohibere vsuras; nam in d. auth. de eccl. tit. per quod mouentur tenentes contrarium, Imperator mandat vsuras certo casu solui. Idem permittit in authen. de vsur. naut. quod sequitur auth. de eccl. tit. vt. §. dixi. vnde non est verisimile, quod p̄ illa verba generalia, dum mandauit quatuor cōcilia obseruari, voluerit vsuras prohibere. Nec obstat si dicatur, q̄ in dictis authen. ponuntur casus speciales, vt ibi not. quia si Imperator habuisset respectū ad peccatum, & salutem animarum, non permisisset etiam in illis casibus, quia non apparet in eis aliqua specialitatis ratio, propter quam euitetur peccatum. Concludit ergo, q̄ de iure ciuili non sunt prohibita. Et pro ista sententia. D. m. etiam facit, quia non est verisimile, q̄ Imperator voluerit vnicuique verbo tot iura subuere. Facit quod not. in c. ecclesia. 2. §. de elect. ¶ Vel potest dici, q̄ Imperator iussit illa quatuor concilia obseruari tanquam licita, per approbationem, non per pœnæ impositionem. ¶ Vel tertio posset dici, q̄ Imperator præcipit illa seruari in tangentibus articulos fidei. Facit. C. de hæret. l. quicunque. & 1. §. distinct. c. 1. Secus quo ad vsuras, quas expressè permittit. Nec obstat tex. in cl. 1. in princ. eo. tit. qui dicit, q̄ vsura est prohibita diuina lege, p̄ riter & humana; quia vt ibi dicit glo. super verbo humana, illud accipitur p̄ iure canonico, quod ab homine promulgatum est. ¶ Sed aduertendum est, quia hanc quæstio. videlicet, an ex eo, q̄ hoc sit prohibitum de iure diuino, naturali, vel canonico, intelligatur necessariò prohibitum de iure ciuili, maxime cū dicatur, quod leges nō dedignantur sacros canones imitari, latè examinauit. Quidam magister G. Senensis ordinis Heremitarum, cuius disputationem formaliter refert Io. And. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. in mercur. Et sequitur approbatissimæ vitæ prædicator omnium nostræ ætatis excellentissimus frater Bernadinus de Senis, in quodam opere suo super materia vsurarum. Dicit autem idem magister G. quod tria sunt, quæ in hoc articulo faciunt dubitationem, quæ satis possunt colligi ex prædictis, Primum, quia ius ciuile, & canonicum præsupponunt ius naturale, à quo sumunt originem tanquam a fundamento. Secundum, quod facit dubium est, quia ius ciuile, & canonicum subalternantur iuri diuino, & per consequens non possunt ei in aliquo obuiare; quia contra ius diuinum non debet inferior posse aliquid statuere, vt. §. dixi. Tertium est, quia Imperator mandauit quæ statuta sunt in concilio Niceno seruari, vt. §. dixi. Pro solutione igitur prædictæ quæstio. præfatus magister G. præmittit ad euidenciam. q̄ licet ius positium sit fundatum super ius naturale; tamen alia est prohibitio iuris naturalis, alia iuris ciuili. Nam à iure naturali prohibitio fit per solam vitij cognitionem, & ad eiusdem detestationem; docet enim qualiter illud cognoscendum sit, & inclinatur ad illud detestandum, & fugiendum. Prohibitio verò iuris positii fit per pœnæ comminationem. Vnde sicut præfatum ius positium se habet per additionem ad ius naturale, ita oportet, q̄ prohibitio ipsius se habeat per additionem ad prohibitionem

hibitionem illius. Et secundum hoc non est inconueniens, q̄ aliquid sit prohibitum de iure naturali, quod tamen non est prohibitum de iure ciuili; quia prohibitio iuris ciuili, vt dixi, se habet per pœnæ adiectionem, ad prohibitionem iuris naturalis. Et licet hoc ita sit, per hoc tamen inter prædicta iura non debet ceteri contrarietas; sed solum alterius modi prohibendi diuersitas. ¶ Secundo præmittendum est, q̄ ista duo iura positia, canonicum. f. & ciuile, licet conueniant in hoc, quia fundantur super ius naturale, & ab ipso etiam sumunt originem. Item licet conueniant in hoc, quia pariter intendunt inducere homines ad commune bonum; differunt tamen in modo inducendi. Nam ius ciuile intendit dirigere in bonum commune, quod congruit humanæ societati ciuilitati, & quæ habet nutriri, & conseruari, & promoueri per legalem iustitiam, & ciuilem amicitiam. ¶ Ius vero canonicum intendit dirigere in bonum commune, quod congruit humanæ societati, non solum vt ciuilitati viuatur, sed etiam religiosè, secundum fidem, in Deum intendendo, & aliam vitam expectando. Nam cum ius canonicum sit quedam explicatio iuris diuini, oportet, q̄ idem finis intendatur ab utroque. f. diuino, & canonico. Bonum autem commune hoc modo acceptum. f. secundum q̄ congruit humanæ societati, non solum ciuilitati viuatur, sed etiam religiosè secundum fidem, & in Deum intendendo, non potest nutriri, conseruari, vel promoueri per solam legalem iustitiam, vel ciuilem amicitiam; sed vltra hoc requiritur quadam cœlestis amicitia, sine qua impossibile est aliquem hominem in Deum tendere. Quapropter potissima virtus, ad quam conatur inducere ius ciuile, est ipsa legalis iustitia, siue ciuili amicitia. Ita potissima virtus, ad quam conatur ius canonicum, est illa cœlestis amicitia, quam charitatem appellamus, iuxta illud Iud. Pau. ad Corinth. Si linguis hominum loquar, & angelorum &c. Et ex his possumus colligere, quod non est inconueniens, quod aliquod pactum sit prohibitum in iure canonico, quod non est prohibitum de iure ciuili; ea. f. prohibitionem, quæ fit per pœnæ comminationem, quamuis nullum sit pactum prohibitum in iure ciuili, quod non sit prohibitum in iure canonico. Ratio autem diuersitatis est, vel potest colligi ex prædictis; nam quia ius ciuile intendit obseruare bonum commune multitudinis propter iustitiam legalem; quam tamen impossibile est attingi à tota multitudine; ideo sufficit dicto iuri, q̄ possit promouere, hoc est conuersare commune bonum per viam ciuili amicitie. Nam secundum Aristot. 8. Ethic. amicitia videtur continere ciuitates. Et subdit ibidem, q̄ legum conditores magis student circa ipsam amicitiam, quam circa iustitiam. Quod duplici ex causa contingere potest. Prima, quia facilius homines adducuntur ad amicitiam, q̄ ad legalem iustitiam. Secunda, quia habentes legalem iustitiam indigent amicitia; eo quod in vita ciuili, & domestica maxime sit necessaria; & a iure ciuili maxime videtur inuenta. Et ideo videtur, q̄ ius ciuile debeat prohibere per pœnæ comminationem illa vitia, quæ prædictam amicitiam possent impedire. Et hæc pfecto est principalis eius intentio. Secundariò tū ex consequenti potest prohibere quæcunque alia

vitia, altero duorum modorum. f. vel quia per prohibitionem iuri canonico, & diuino obsequitur. Vel quia per illorum prohibitionem amicitia non lædit a bono iustitia; quinimò fauetur. Vbi autem p̄ prohibitionem aliquorum vitiorum ciuili societatis, & amicitia læderetur, se præferat ius ciuile non adijciendo pœnam; & ea relinquendo diuino iudicio puniēda. Et hoc est, qd' voluit Aug. lib. 1. de libero arbitrio, lex ista quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit, ac impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam iudicantur. ¶ Item considerandū est, q̄ triplex potest esse iuris concessio. Prima, remouens punitionem. Secunda, addens prohibitionem. Tertia, subdens auxilium, siue fauorem. Et hanc triplicem speciem ponit Io. de Lign. in tract. de bello, in articulo de duello, sub rub. quare duellū quod fit per gloriam sit prohibitum iure canonico, vel ciuili. De prima potest figurari exemplum, fm quod tradit in c. denique. 4. dist. vbi Gregorius dicit de illis qui die dominica quadragesimæ se vsque ad medias noctes ingurgitabāt, fm patriæ consuetudinem, q̄ licet non rationi, sed voluptati, imò cæcitati mentis ascribendum esset; tū cum a tali consuetudine auerti non possent, relinquendi erant cum venia, ne fortè peiores fierent, si a tali consuetudine prohiberetur; quia vt ait Salomon, qui multum emungit elicit sanguinem, vt ibi. Vnde secundum gl. ibi, hæc fuit simplex concessio per solam pœnæ indulgentiam; non autē loquitur de venia culpæ. Et secundum hunc modum ius ciuile dicitur concedere contractum vsurarium. Et ratio potuit esse, quia vt. §. dixi, ius ciuile hoc modo per pœnæ comminationem non intendit prohibere illa vitia, quæ possunt domesticam, & ciuilem amicitiam, seu societatem impedire. Sed per contractum vsurarium talis ciuili amicitia, seu societas non impeditur; cum voluntate vtriusque contractus celebretur; ergo non mirum si non prohibuit per pœnæ comminationem. Ad quod faciunt argumenta, q̄ faciam. J. in. 5. q. princ. ad excusationem, q̄ vsura nō debeat esse prohibita. Sed de iure canonico talis vsura necessariò est prohibita; quia vt dixi, ius canonicum ex fine quem intendit, habet necessariò omnia vitia prohibere. Intendit enim dirigere multitudinem fidelium in Deum; quod fieri non potest, nisi p̄ charitatē. Et quia omnia peccata mortalia sunt opposita charitati, & illam tollunt; ideo ius canonicum merito debet omnia talia prohibere. Et hinc descendit, quod omne quod prohibetur a iure ciuili, cuius prohibitio emanat a iure naturali, prohibetur etiam a iure canonico. Et aduerte, quia si aliqui ius ciuile prohiberet contractum vsurarium p̄ pœnæ adiectionem, hoc faceret in obsequiū iuris canonici. Vel quia pœna per ius canonicum statuta nō sufficeret; vel quia per iudicem ecclesiasticum non posset congruè puniri. ¶ Sed contra hoc membrū oppo. vñ enim, q̄ ex quo de iure ciuili saltem generaliter, prohibita est vsuræ in quantum ius ciuile subalternatur iuri naturali; & sic generaliter vñ prohibitum de iure ciuili, quod de iure naturali, quod per ius ciuile intelligat̄ ē, prohibita vsura p̄ pœnæ adiectionem; quia vbiq̄ ius aliquid prohibet, & pœnam certā non adijcit, intelligit addere pœnā extraordinariā, vt not. l. nemo mar tyres. C. de sacros. eccl. Sol. potest dici, q̄ id q̄ dicimus

mus de pœna extraordinaria, habet locum quando lex aliqui prohiberet; secus si tacite, & generaliter. ¶ Secunda autem concessio est addens prohibitionem, hoc est, tollens impedimentum factæ concessionis per prohibitionem, & secundum hunc modum conceditur iudais, ut possint inter Christianos habitare, & festiuitates suas, & ritus celebrare, nec in hoc debent impediri. 45. distin. qui sincera. & 5. de Iudæ. c. sicut Iudæi. Hæc autem permissio non est similis illi. de qua 5. quia illa permittit id solum; quod à natura prohibitorum est per indulgentiam pœnæ, hoc est, per non adiectionem pœnæ. Hæc autem secunda permissio plus facit; quia non solum permittit subtrahendo, seu non imponendo pœnam; sed etiam impediendo, & remouendo Christianorum impedimenta tales ritus, seu obseruantias impediunt. Et secundum hanc duplicem concessionem, non videtur contractus usurarius à iure ciuili permissus; quia non tollit impedimenta, per que impedirentur volentes usuram committere, habentibus potestatem à iure canonico, vel diuino. Quinimmo sicut permittit fieri prædictum contractum, ita permittit præstari impedimenta per ius canonicum, vel à Principibus secularibus contra prædictos contractus usurarios. ¶ Tertia concessio est præstans fauorem, vel auxilium. vt. 5. dixi. Et secundum hunc modum, ecclesia permittit quandoq; clericum occidi à seculari potestate. Et hæc tertia concessio se habet per additionem ad secundam, sicut secunda ad primam, nam in ista concessione non tantum subtrahitur comminatio pœnæ, sicut in prima, seu tollit impedimentum, per quod occisio clerici posset impediri sicut in secunda, sed ultra operatur præstando auxilium, & fauorem suum; nam clericus qui dignus est morte degradat, & ipsum tradit manibus secularis potestatis, secundum not. in c. nouimus. 7. de verbo. sign. & in c. 2. de pœn. lib. 6. Et hoc forte voluit sentire Apostolus. 1. ad Corin. c. 5. dum dicit, Ego iudicauit tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Et secundum hanc tertiam concessionem ius ciuile non permittit usuras, quia non præstat auxilium, per quæ dictus contractus valeat exercitari, seu non valeat impediri. ¶ Et ex prædictis apparet, quod vtraque opin. tam illorum qui tenent usuram esse permissam de iure ciuili, quæ illorum qui tenent eam esse prohibitam, saluari possent. Nam prima vendicat sibi locum in permissione, per quam ius ciuile non comminatur, aut infligit pœnam. Secundam vendicat sibi locum, quia verum est, quod ius ciuile non permittit tollendo impedimentum à faciendis usuras, vel præstando eis auxilium. Nec obstat, quod ius ciuile sit fundatum super ius naturale, & sic quod prohibitum est de iure naturali, ad quod ius ciuile non superaddit prohibitionem suam per pœnæ adiectionem, vt. 5. dixi. Et hoc etiam facit ad tollendum argumentum quod feci in prima specie concessionis. Et sic patet, quod ius ciuile per hoc in usuris non opponit se iuri diuino per oppositionem: sed dumtaxat committit pœnam addere, relinquendo pœnam iuri diuino, vel canonico, quibus magis hoc congruere videtur. Nec est hoc inconueniens. Licet esset inconueniens, quod lex ciuilis nullius

esset momenti. 10. distin. constitutiones. Et secundum prædictam distinctionem potest responderi ad secundum argumentum. 5. formatum, quod Imperator videatur prohibuisse usuras, cum mandauit seruari concilium Nicenum; quia intelligo, quod non voluit, quod ea, quæ sunt in dicto concilio prohibita, sint permissa de iure ciuili, intelligendo secundum secundam; & tertiam concessionem; videlicet, per amotionem alicuius impedimenti, vel per concessionem alicuius auxilij. Non tamē intendit propter hoc, quod quæcunque sint prohibita in dicto concilio, sint prohibita à iure ciuili per pœnæ comminationem, seu impositionem. Vel solue aliter argumentum, vt. 5. latius dixi. Et prædicta, licet non ita clarè, ponit Io. And. in dicta mercur. peccatum. & sequitur in effectu hanc opin. Io. de Imo. & Card. Flor. in clem. 1. eod. titu. ¶ Sed contra prædicta ego oppono dupliciter, Primo, quod Imperator Iustinianus videtur expressè permississe usuras, quia permittit secundum diuersos casus, & qualitates stipulari usuras centesimas, semis, & c. vt. Leos. C. eo. tit. & 5. dixi. ¶ Secundo oppono, quia ius ciuile videtur permittit, præstando auxilium, ex eo quia concedit actionem ad prædictas usuras, vt. Leos. coniuuncta. l. vnica. ff. de condi. ex lege. & l. istas. ff. de acqui. rer. domi. Sol. quidam magister Alexander de Alef. vt refert præfatus frater Bernardus, tollere conatur primum argumentum, dicens, quod l. eos. permisit comparatiuè permissioem usuras exigi leuissimas. Sed melius dixisset, taxatas usuras exigi; & hoc ne pœnis accideret; quia proni homines ad lucrum usurarium. Facit quod dixi. 5. de permissione diuertij. Sed per istam responsonem non responderetur ad argumentum; sed dumtaxat assignatur causa permissioem; & sic contrarium remanet insolutum; & vix video posse solui secundum argumentum. Nisi diceret, quod lex ciuilis tribuit actionem, non ex usura, seu ratione usuræ; sed ratione stipulationis, seu pacti vestiti coherentia contractus. Hæc tamen responso mihi non placet; quia lex ciuilis dumtaxat tribuit actionem ex stipulatione, vel pacto ratione subiectæ materiæ. Vnde si continet rem turpem, vel prohibitam, non tribuit actionem. Probatur in l. iurisdictionum. 5. prætor ait. ff. de pact. & l. si plagi. ff. de verbo. oblig. cogita. ¶ Sed aduerte, quia quicquid sit de prædicta disceptatione, & prædictis opin. dicit D. Ant. in fi. huius rubri. & bene, quod hodie in dictis opinio. non est insistendum; quia text. est expressus in clē. 1. in fi. eo. tit. qui 7. vult, quod ille qui pertinaciter asserit usuram non esse prohibitam, nec esse peccatum, debet vt hereticus puniri; & dicā. 7. in. 2. 1. q. principali. Et ex prædictis potest colligi, vtrum aliquo iure possit propter aliquam causam usura permitti; & dicam. 7. in. 8. q. princ.

**Quinto.** quæro principaliter, quare fuerit prohibita usura? Solu. dic, quod plures assignantur rationes. ¶ Prima, quia 7. usura est contra legem, seu rationem naturalem; ex eo, quod facit rem naturalem superualere naturæ suæ, & artificiali arti suæ. Nam 7. consistit in pondere, numero, vel mensura, in quibus mutuum, & usura committitur, vt dicam. 7. in. 6. q. princ. Nam

Nam ponderalibus, qualia sunt aurum, & argentum; dedit valorem ex solo pondere; & ideò quadiu in eodem pondere perseverant, in eodem valore persistunt. Et similiter quæ consistunt in mensura, vt vinum, frumentum, oleum, & similia, habent à natura determinatum valorem in specie sua; in quam valor ex sola mensuratione pensatur; adeò quod quando sunt in eadem mensura respectu speciei, in eodem sunt valore. Et licet quandoq; augeri, vel minui videantur, hoc non contingit ex augmento, vel diminutione valoris, qui sit in eis; sed tantum propter augmentum, & diminutionem indigentia nostræ. Aut propter augmentum, vel diminutionem valoris aliarum rerum, in quas commutanda sunt. Et idem dicendum in rebus artificialibus, quæ numerantur, sicut pecunia, cuius valor in numero compensatur; eo quod ars, & natura suo modo denarij artificialiter inuentis valorem præstitit iuxta numerationem eorum. 32 Et hæc 7. consideratio minimè contingit in alijs rebus naturalibus, eo quod in sui natura non habent determinatum ex quo possit valor earum pensari, & certè cognosci; cum valor earum non extimetur ex aliquo intrinseco, & necessario in eis consistenti; sed ex diuersis extrinsecis causis, & contingentijs. Valor enim domus, agri, aut vineæ, quandoq; pensatur ex loco, quandoq; ex tempore, quandoq; ex conditionibus personarum, vel ex alijs circumstantijs quæ possunt multipliciter variari. ¶ Et hoc ideò contingit; quia natura non determinauit, nec taxauit talibus valorem; sed voluit ipsum multipliciter variari iuxta augmentum, & diminutionem valoris, secundum varias circumstantias. Patet igitur ex prædictis, quod in dictis rebus ideò usura est prohibita, quia facit prædictas res, quæ ponderantur, mensurantur, & numerantur superualere valori, quem determinatum, & taxatum natura concessit; nam cum certum pondus, mensuram, ac numerum senerator mutuauerit, per usurariam prauitatem vltra pòdus, numerum, aut mensuram recipiendo, facit quod ponderata suum pondus, mensurata suam mensuram, numerata suum numerum, & per consequens suum valorem transcendunt. Hanc rationem assignat præfatus magister. G. & Ioan. Cald. in c. fin. 7. eo. Sed dicit Io. And. in d. Mercur. peccatum. quod licet de plano concedendum sit, quod dictarum facilius sit extimatio, maximè tempore celebrati contractus; tamen non capit in intellectu quomodo à natura res prædictæ habeant certum, & determinatum valorem durante pondere, numero, & mensura non alterabilem in plus, vel minus. ¶ Sed aduerte, quia prædicta 7. intellexerunt de valore intrinseco, non extrinseco respectu ponderis, numeri, & mensuræ. ¶ Secunda 7. ratio est, quia usura facit contra legem naturam; pro eo, quod facit, quod res mutuata quæ non generat fructum, faciat lucrum. In quacunq; enim re hoc videtur esse vniuersale, quod illud, quod non generat fructum non debeat generare lucrum. ¶ Sed prædictæ res mutuabiles in quibus committitur usura non generant fructum; quia si generarent, crescerent in valore cum fructu; quæ ex crescentia non potest esse, cum ipse habeant determinatum valorem, vt dixi in præcedenti ratione. ¶ Usura verò facit ipsas res fructificare, seu lucrum generare. Vnde dicit canon.

47. distin. sicut. quod usura est per artē nequissima; cū per ipsam aurum ex auro nascatur, ergo usura facit, facit contra naturam rei re viciosa. Et hæc secundam rationem assignat idē magister. G. & sequitur Io. Cald. in d. c. fi. & Io. And. in dicta regula peccatū. & D. m. hic in rubrica per not. in l. 1. ff. de re. permu. & c. efficiens. 88. distin. Et per hanc rationem dixit Io. Mon. in c. 1. eo. rit. lib. 6. quod ecclesia hoc casu vendicat sibi iurisdictionem in laicos. De hoc dicam. 7. q. 1. 8. princ. Et hanc rationem principaliter habuerunt a Philosopho primo politico. c. 6. vbi dicit, quod usura 7. dicitur græcè cathos, quod idem est, quod partus; quia contra naturam rei mutabilis vult vsurari, quod pecunia pariat. Lucrum, vbi non generat fructum; nam & denarius tanquam artificialis, non debet parere alium denarium. Secus videtur in alijs rebus non mutabilibus. ¶ Sed dicit Io. quod hoc vltimum non videtur posse stare, quia domus est quid artificiale, & tamen potest teneri tanto tempore locata, quod de lucro poterit emi domus æquivalēs; & sic domus generare domum. Tu dic, quod in domo alie rationes concurrunt, vt dicam. 7. ¶ Tertia ratio assignatur, quod usura est contra naturalem rationem, ex eo quod in valore non differt vsus ab ipsa re mutuata; nam cum in rebus mutabilibus vsus, & substantia rei sunt vnū, & idē; & ipsa res mutuata eundem habeat valorem cum vsu suo; Usura tamen facit vnum eorum ex crescere in valore per alterum; quod est contra naturalem rationem ipsarum rerum mutabilium, quæ per vsum consumuntur, & cum ipso vsu; nec vnum sine altero potest concedi, aut consumi, vt de se patet. Quod in alijs rebus locabilibus dici non potest, in quibus vsus rei habent distinctum valorem secundum suam naturam ab ipsa re. Vnde vnū sine altero alienari potest, vt patet in domo, equo, & similia. Vnde facit vsurarius addere vsum ad valorem rei mutata; cum non habeat per vsum valorem distinctum. ¶ Quarta principalis ratio assignatur per præfatum magistrum. G. quæ dicit fuisse quorundam Theolo. quæ originaliter fuit Beati Thomæ secunda secunda. q. 88. artic. 1. & referunt Io. And. & frater Bernardus; & est quasi similis præcedenti; videlicet, quod usura est contra naturalem rationem, quia venditur vsus rei mutuata; cuius vsus est ipsa consumptio; vnde venditur illud, quod non est; propter quod clarè inæqualitas constituitur; quæ iniustitiæ contrariatur; nam cum in prædictis rebus in quibus consistit mutuum, sit ipsarum rerum consumptio; quia triticum consumitur vtendo eo ad cibum, & vinum ad potum, & sic de singulis. In talibus ergo non deberet seorsum computari vsus rei ab ipsa re; sed cuiuscunq; conceditur vsus rei, hoc ipso conceditur ipsa res; & propter hoc in mutuo transfertur dominium. Si quis ergo seorsum vellet vendere vinum, & seorsum vellet vendere vini vsum, venderet ipsam rem bis; vel venderet illud, quod non est; & sic manifestè per iniustitiam peccaret. Et simili ratione iniustitiam committeret, qui mutuaret vinum, aut triticum, petens duplicem recompensationem, vnam æqualis rei. aliam vero percepti vsus, vt 5. dicitur. ¶ Quinta ratio quæ assignatur est, quia usura est contra rationem naturalem ratione finalis effectus, abutitur enim vsurarius re mutuata, non vtendo illa secundum suum vsum principalem, vel secundarium.



Hoc autem manifestè ostenditur. Omnis enim res possessa habet duplicem usum, principalè, & secundarium. Exemplum in cingulo, qui habent principalem usum ad cingendum, vel in calciamento ad calciandum. Habent & hæc secundarium; vendendi, & commutandi cum alia re magis expedièti domino. ¶ Si ergo possidens vteretur prædictis, & simil. ad aliud casum præter prædictos; ut puta, quia cum eis, seu cum eo vellet aliqd animal, vel simil. ligare, vel furari, vel ad alium extraneum usum ad alterius lesionem vteretur, vitiosè ageret, & re abuteretur. Sic in proposito dicendum est. Aliud est exemplum in vino, cuius principalis usus est domini ad potum; secundarius ad commutandum in pecuniam, vel aliam rem domino congruentem, vel necessariam; & hæc idem in frumento ad cibum, &c. Et idem in consentientibus in pondere, ut auro, & argento; quorum principalis usus est, ut inde vasa, vel alia ornamenta constituantur ad decorè ecclesiarum, diuini cultus, rei publicæ, & rei familiaris, vel ad venditionem. ¶ Si quis ergo cupiditate ductus prædictis abutitur, ut èdo ad aliud usum, contra naturam facit. ¶ Sed quia ita facit usurarius est; quia illis abutiè mutuando, ut aliquid recipiat ultra sortem contra naturam rei, & vitiosè. Et est simile in nummis, quorum principalis usus est in emptione rerum necessariorum. Est enim numisma optimum medium quo omnia mensuratur, ut Aristot. 5. Ethic. & not. in l. 1. ff. de contrahen. emptio. ¶ Secundarius verò usus est, ad commutationes faciendas in alios nummos, qui magis congruant regioni, ad quam commutans ire intendit. ¶ Si quis ergo vtatur denarijs ad muruum, ductus ea intentione, ut recipiat aliqd ultra sortem, ut usurarius, abutiè ipsis denarijs, & agit contra naturam rei. Et hoc vñ fuisse de mète Philo. dicto loco, ubi usuram vocat partum, propter quod dicit usuram maximè esse contra naturam, quod ideo est, quia nec à natura, nec ab arte denarijs competit talis usus, & talis partus. ¶ Sed propriè hominis cupiditas, & malicia adinuenit, vtens eis ad id, ad quod non sunt ordinati, contra not. 2. q. 2. his autè & .s. de religio. dom. de Zenodochijs. & in clem. quia contigit. eo. tit. Vnde subdit Philosophus in dicto loco, quod pecunia inuenta est, ut per eam fieret commutatio inter eumentem, & vendentem propter necessaria vitæ. ¶ Non autem ut pecunia augeat pecuniam; sed qui hoc intendit, agit contra naturam rei; ut usurarius. Vnde dicit, quod dupliciter potest distingui pecunia, vna est œconomica, & necessaria. ¶ Secunda tracta flatiua, & impia. ¶ Prima est, quæ ex terræ fructibus, & animalibus procuratur, ea enim œconomice vtimur ad necessaria vitæ. Et hæc laudabilis est; quia debitum finem habet. Et per eam quis ponit finem de fiderio suo; appetit enim quis illam pro necessitatibus; non autem in infinitum; quia quæ sunt ad finem, cessant adepto illo fine, dixi in c. euidencia. s. de accu. & l. post finitam. ff. de suspic. tut. not. in glo. si in .c. per tuas. 1. s. de symo. & ibi dixi. ¶ Secunda verò pecunia est translatiua, & impia, quæ intendit pecuniam partum. Et meritò condemnatur; quia per eum modum appetitur pecunia in infinitum. Nam ut dixi, quæ appetuntur ad finem, appetuntur finitè, & sic cessant adepto fine. Sed finis appetitur in infinitum; vnde potio quæ desideratur ad sanitatem, ap-

petitur finitè vsque quo. s. fanitas adipiscatur; sed ipsa fanitas appetitur in infinitum; ea propter ait Philosophus, quod talis pecunia iuste vituperatur; quia non est secundum naturam. Et meritò odio habetur; quia non est ad debitum finem; cum pecunia inuenta sit ad necessaria vitæ. ¶ Sed translatiua quæ sub vsuris mutatur, intendit ad illum finem, quem intendit auaritia, & cupiditas quæ est insatiabilis, ut ait Cicero libro de senectute. Cum & cetera vitia in homine senectute senescant, sola auaritia iuuenescit. Cum ergo per prædicta, & alia plura, Philosophus adeò egregiè usuram vituperet, non est ob aliã causam arbitrandum nisi ex naturali instinctu, & æquitatis, & iustitiæ, quæ in ipsa commutatione, cæterisq; contractibus seruandus est. Et hæc ratio notabilis est, & multum mihi placet. ¶ Sexta ratio est; quia usura est contra legem naturæ: ratione appropriationis; clarum est enim, quod nullus vendit centum ducatos nouos, pro centum ducatis nouis. Insuper quando quis soluit creditori duo centum ducatos debitos, ex tali actu nihil debetur soluenti; ergo qua ratione in actu vendentes ipsa non appropriantur plus quam valeat in se, eadem ratione in actu mutuandi hoc fieri debet; maximè cum vsuraria mutatio sit quasi quædam venditio pecuniæ. Quodcumq; tamen summatur; secundum quod mutatio sit quædam temporalis donatio, ut post certum terminum præfixum reddatur æquiualens. Aut sit quædam quasi venditio; patet, quod neutro casu aliquid potest accipi ultra sortem, quod non sit iniustum. ¶ Septima ratio est, quam communiter sequuntur Iuristæ, & refert gl. q. 3. c. 1. videtur enim contra naturalem rationem, ex eo quod creditor recipit lucrum de eo, quod non est suum, cum usura committatur cum mutuo, & mutuum ex eo appellatum sit, quia de meo tuum fiat, ut l. 2. §. appellata. ff. si cer. pe. Nō aut sic contingit in domo, & equo, & simil. cū talia remaneant locantis, vel commodantis. ¶ Sed dicit Io. And. in d. Mercur. peccatū. quod præfatus magister G. dicebat, quod hæc ratio videtur falsa; nam cum dicitur, quod fenerator exigit lucrum de re non sua, potest dici, quod falsum est mediatè; quia licet pecunia quam mutuatur transeat in dominium debitoris quo ad idem titatem substantiæ, quia debitor non tenetur restituere illam pecuniam in specie; sed in genere; tamen prædicta pecunia remanet in dominio feneratoris, quod ad identitatem respectu generis, qualitatis, & valoris, ut l. cum quid. ff. si cer. pet. Et hoc videtur sufficere; quia ipse fenerator non exigit lucrum de pecunia mutuata in quantum talis substantia est; secundum quem modum ad eum non pertinet; nec potest illam repetere, sed exigit lucrum de ipsa in quantum tati valoris est; secundum quem modum ad eum pertinet; quia sic remanet in dominio suo. Sed dicit ipse Io. And. & bene, quod præfatus magister G. non bene animaduertit; quia si debitor habet vnam domum plenam nummis, non tamen est dare, quod creditor ex mutuo nummorum sit dominus vnus ex illis nummis debitoris; sed habet duntaxat personalem actionem. ¶ Octaua ratio assignatur ad confirmationem præcedentis; quia cum pecunia mutuata transeat in dominium debitoris periculo suo, ut l. in cendium. C. si cer. pet. iniustum videtur, quod debitor

tor grauetur aliquid reddere ultra sortem. Sed hæc ratio non placet dicto magistro G. propter duo; primo, quia sepe videm, quod res comodatarius periculo suo, & non commodantis; & tamen licitè de rebus comodatariis comodatarius recipit lucrum. Secundo, quia de pecunia comodatata ad ostentationem quæ remanet ad periculum illius, licitè exigitur lucrum, de quo dicitur in 8. q. principali. Sed præfatus magister G. tanquam ponens falcem in alienam messem fortiter errauit, non enim animaduertit, quod ex re comodatata non potest deberi lucrum; quia gratuitum debet esse comodatatum. Insuper qui. mo. re. contra. oblig. §. comodatata. si enim lucrum deberetur, transiret in locatū, ut d. §. comodatata. & sic species in contractum nominatum, ut l. naturalis. ff. de præscrip. verb. Ratio ergo prædicta coniuncta præcedenti, satis videtur concludens, seu applaudens. ¶ Nona ratio, quia cum apud debitorem lucrum ex pecunia sit incertum, non debet fenerator certum lucrum exigere; maximè cum ipse immunis sit à damno, ut dixi in præcedenti ratione. Hęc tamen ratio videtur mihi non concludens; quia in locato lucrum est incertum; & tamen merces est certa. Nisi diceret, quod hoc est in locato; quia res locata stat periculo locatoris. ¶ Item propter sterilitatē remittitur merces, ut c. p. de loca. Sed ad hoc responderi posset, quod potest conuenire conductor, ut periculum casus ad eum pertineat. Item quod propter sterilitatem non fiat mercedis remissio, quo casu, à locatore licitè recipitur, nec talia pacta sunt reprobata. l. contractus. ff. de re. iur. & d. c. p. ¶ Decima ratio est, quam tangit Scotus, quia usura est contra legem naturæ approbationis; quia per eum vendit fenerator debitori propriam industriam; nam pecunia, in quantum est pactum rerum venalium, nullum confert lucrum, nisi per industriam recipientis, & vtentis ea; sed vilitatem prouenientem ex pecunia per solam mercatiam industriam eius cui pecunia mutata est, nil aliud est quam vendere illi suam propriam industriam; quod est contra naturalem rationem. Hęc ratio multum coadiuuat. 7. & 8. rationes. Vndecima ratio est; quia usura est contra legem naturalem æquitatis; quætas enim dicat, quod pro æquali non exigatur inæquale. Hęc ratio non est sufficiens, nisi coniuncta cum alijs; nam ex re locata aliquid exigitur ultra æquale, & tamen non est prohibitum. Nec obstat si diceret, quod res locata deterioratur per usum; quia respondet quod potest esse talis res, quæ non deterioratur per usum; ut pecunia. Item domus, quia magis deterioratur sine, quam per usum legitimum. ¶ Duodecima ratio est; quia usura est contra naturalem rationem recte vnitatis; quoniam secundum Scotum in quodam tractatu suo de vsu. ¶ Si aliquis habeat pecuniam aliquo tempore inutilem, seu superabundantem, & proximus indigens illam petat mutuo, si mutuatur cum aliqua lucri spe, mortaliter peccat; quia facit contra præceptum diuinum, & naturæ; sicut enim in corpore humano naturaliter apparet, quod stomachus de cibo, vel alimento non suscipit, nisi id quod necessarium est; & alia reliquis membris communicat; sic eum nos sumus omnes vnū corpus in Christo, ut Apostolus ad Ro. 12. sequitur, quod habes pecuniam superabun-

dantem tenetur de necessitate illam indigenti proximo communicare. Et ideo dixit Apostolus, mutuū date nihil inde sperantes, vt. c. consuluit. s. eo. Decimatertia ratio est, quia est liberalitatis, & gratiæ veditiua, cum enim mutuum dare ex specie sua sit opus gratiæ, & liberalitatis, & per vsuram talis gratia subuertatur; vertitur talis vsus in abusum. Decimatertia ratio est, quæ colligitur ex tex. c. quia in omnibus. Nam si licitum esset hoc lucrum, omnes ferè homines relicta agricultura, & alijs mercimonijs vsuris intenderet, & vnde veniret pecunia? Decimaquinta ratio est, quæ colligitur ex c. emptio. j. eo. quia per eam hominum facultates cito dilaberentur, & diuites breui tempore ad pauperiem reducerentur, quæ paupertas est res periculosa, etiam animab, iuxta illud Salomonis, diuitias, & paupertates non dederis mihi. Et hinc est, quod propter suspicionem pauper non admittitur ad testimonium. 4. q. 3. testium. Et hanc rationem ponit Inno. hic sub rubrica. Facit tex. in c. 1. eo. tit. lib. 6. & ibi. Io. And. Decimaseptima ratio est, quam ponit Io. And. in d. regula peccatum, videlicet, quod per eam venditur tempus, quod est omnibus commune, & solius Dei. Vnde actuum Apostolorum. c. 1. Dominus dixit, non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Hęc ratio non videtur concludens; quia licet soluendis vsuris apponatur tempus, non propterea dicitur vendi tempus. Sicut in tempore apposto in locatis, & alijs licitis contractibus. ¶ Decima septima ratio est; quia vix euitat idololatria, videtur enim vsurarij nummum, ut Deum, venerari. 47. dist. c. sicut. nam vsurarius attribuit nummis, & sic creaturæ, quod Deo attribuendum est, ut inquit Apostolus ad Eph. 5. c. vsura est dolorum seruitus. Decima octaua ratio est; quia contra pietatem, & caritatem. Ex lege enim naturæ, & diuino præcepto tenemur subuenire proximo, de penit. dist. 2. proximos. sed vsurarius, nedum quod subueniat necessitati proximi gratis, ut debet, imò eum opprimit. Vnde Exodi. c. 22. dicitur, vsura proximi oppressio. Et subdit, si pecuniam dederis populo meo pauperi, qui tecum habitat, non vrgebis eos, quasi exactor; nec vsuris opprimes. Facit 86. dist. pasce. ¶ Decimanona, & vltima ratio sit vniuersalis, plurima complectens, quoniam usura est res fugienda, abhorrenda, atque detestanda, tanquam scelestia, nefaria, perniciofa, atque nefanda; propter multa terribilia mala ex illa prouenientia. Est enim impia contra Deum; iniqua contra proximum; periculosa contra se ipsum. Contra Deum impia; quia vsurarius Deum relinquit; quia quanto magis oculus corporeus fit propinquior terræ, tanto magis distat à Deo. Tres enim civitates infidelitatis per vsuram in vsurariorum animam generantur. Primo; quia non desiderat Paradisum. Secundo; quia non abhorret infernum. Tertio; quia non veneratur aliqd ecclesiæ sacramentum. Quæ aut sunt causæ, quæ homines inducunt ad tales errores, dicam. j. in princ. 8. q. princ. Mutua enim beneficia iter quæ mutuum gratuitum meritò commutatur, caritatem finem dilectionis inducunt, augent, & aucta conseruant; e contra autem mutuum datum non ex caritate, sed ex cupiditate, spe lucri, auaritiæ, & quandam voraginem caritatis insatiabilem,

bilem, & inextinguibilem pecunie appetitum inducit. Est etiam vsura fons iniquitatis, corruptela vere amicitie, communia enim omnia commoda secundum caritatem, proprijs comodis pecuniarijs postponit vsurarius, adeo enim proprij amoris pecunia rij flagrat, qd neminem amat, nullum diligit, nulli se associat; solum sibi prodest, omnibus obest. Et profecto porco merito assimilatur; qui dum vivit, nemini placet; imo omnibus laboriosus est; morte vero ei familia, totaq; vicinia gaudet. Ita, & in morte vsurarij tota eius familia, conuicinia, & deniq; tota ciuitas gaudet. Est, & preterea vsura abhorrenda, cu sit deceptionum plena, & fraudum, per quam quadam perditio fit, & domesticu furtum, atq; rapina committitur. 4. q. 4. si quis vsuram. Licet enim videatur quadam apparens pietas, dolis tamen, & deceptionibus suis impijs pauperes trucidantur. Et non solum facit hominem crudellem, & impium in extraneos, sed etiam in proximos, atq; propinquos. Est atq; etiam abijcienda, cum sit oium malorum radix, & fundamentum, & iure diuino, naturali, canonico; & ciuili prohibita. Est enim terrenorum inextinguibilis fitis, cecitas mentis, miseranda seruitus, angustia cordis, opprobrium vite, illaqueatio Diaboli, certitudo damnationis, impenitens malu, & horribilitas mortis. Sunt autem vsurarij omnibus odio; & apud omnes nationes habiti viles, abieci, & vituperabiles. Adeo q olim vix vnus, aut alter in ciuitate etiam amplissima reperiebatur. Erant profecto adeo tali infamia notabiles, vt omnia eorum bona dicerentur bona Diaboli. Abhorrebat quis aspiciendo eoru domum, aut agru. Nemo de eorum domo signem fumebat. Nemo ab eis in ecclesia osculum pacis acceperat. De occursum illorum pueri expauescebant, in presentiarum autem, qua sit absurdissimum, q obestandum, atq; nefandum, q ipsi hodie ferè ab oibus honorantur, tollantur, verentur; quia omnes illi assurgant, proponantur in officijs, astimententur in consilijs, clarissime ex auctoritatib' prallegatis apparet. Et ex predictis, facillime poteris respondere ad quadam argumeta, qua in cotrarium fiunt ad excusationem vsurarum; Volunt enim quidam, qd sint permissa vsura causa commoditatis, taqua commoditatem vsura afferat recipienti mutuum. Vnde cum accipiat commodum, debet, & onus sentire arg. reg. qui sentit onus. de reg. iur. lib. 6. & reg. secundu natura. ff. de reg. iur. Et etia e contra, cum creditor ex pecunia mutuata sentiat onus, & gratiam faciat recipienti, debet ei pro gratia, gratia refferri, vt. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. here. ergo debet licitum esse pacto firmare, aut intentione sperare lucrum. Nam ad predicta, & similia patent responsiones ex precedentib'. Nec etiam obest. qd sicut ante mutuum licitum erat, & debitori aliquid donare, ita debet licitum esse, & fortius post mutuum receptum; vel illud in pactum reducere, vel intentione adhibere; quia respondetur, quod licet gratis potuerit, tamen diuersa est ratio in pacto, & in intentione, qua ducit ad cupiditate, & habet pericula, & rationes prohibitiuas de quib' §. & j. etiam apparebit. Nec etia obest. q sicut recipiens sub vsuris non peccat, ita, & mutuans non debeat peccare; quia contractus no debet claudicare;

